Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

PAEZ

In Cantic. Moysis

AVDITE

Coch

19

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTHECÆ ONNIENSIS SOCIETATIS JESU

Universidad de Deusto
Biblioteca



COMMENTARII
IN CANTICVM MAG=
NVM MOYSIS. AVDITE
cæli, quę loquor
AVTORE
FRATRE BALTHASARE
Paez lusitano ordinis Sāc=
tissimę Trinitatis & Redēp=
tionis captiuorū Conim=
bricensi doctore
AD ILLVSTRISSIMVM ET
Reuerendissimum Dominū S.R.E. Card.
Octau. Bandin. dignissim. Protectorem
sacri ordinis Sanctissimae
Trinitatis
Vlyssip. ex officina Petri Crasbeck
anno Dni. 1620.
Ioan. Schorkens fecit. en Madrid

63568
FACULTAD DE TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOCIETATIS JESU • BIBLIOTHECA (illegible)

Licenças.

IN Diuinis literis,& in Sanctorum Patribus lectione,vt qui maximè, veriati Doctoris Fr.Balthazaris Paez ex grauissimo sanctissimæ Triadi,& captiuorum redemptioni dicato sodalitio,in Moysaicum Deuteron.32. Canticum incipit, *Audite cæli, quæ loquor*;non minus solida,quam varia eruditione refertos pariter,& refectos commentarios, ex speciali Illustrissimi,& omni æuo commendatissimi Episcopi, D. D.Ferdinãdi Martinz Mascarenhas, supremi,& meritissimi in rebus fideĩ Inquisitoris cõmissione;cõtinua feré,& præ voluptatis cumulo accrescente,indefessa lectione transcurri;& in tam spatioso rerum, & specioso sententiarum campo; nihil,quod vel orthodoxæ fidei puritati,vel proborum morum venustati næuum inurat,deprehendi; quin potius tam in germani sensus inquisitione,quã in mystici appositione,& prosequutione ita Catholicorum dogmatum firmitatem, & inhærentem sententiæ expositionẽ, cum prædiuite multarum rerum ad morum pauperiem subleuandã, fere ex sanctis Patribus collecta supellectile nectit Autor,vt non solum doctrinam eximiã, & Religiosi pectoris pietatem,sed etiam in eruendis difficillimis scripturæ (innumera enim eius loca enodantur) sensibus,facilitatem, & ingenium ostentet peracutum. Quare dignissimos illos prælo,ad communem omnium,& præcipue illorum,qui in verbi Dei declamationes ad populum incumbunt,vtilitatem pronuntio. Olyssippone in nostro hoc Diuo Eligio dicato cœnobio. Anno Domini 1619. Iulij die 10.

M. Vincentius à Resurrectione.

POdese imprimir vista a approbaçaõ,& torne pera cõferircom o original pelo proprio Reuedor.

O Bispo Inquisidor geral.

POdese imprimir este liuro aos 20. de Iulho de 619.

Damião Viegas.

QVe se possa imprimir este liuro, vistas as licenças que tem do Bispo Inquisidor Geral,& do Ordinario,& depois de impresso tornara a esta mesa para ser taxado,& sem isso naõ correrà. Em Lixboa a 11. de Iulho. de 1619.

Francisco Vaz Pinto. Gama. Moniz.

FRater Bernardinus de sancto Antonio Prouincialis,& Vicarius Generalis Ordinis sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum in Prouincia,& Regnis Lusitaniæ facultatem concedimus Reuerendo admodum Magistro fratri Balthasari Paez primo Definitori dictæ Prouinciæ,& sacrarum literarum interpreti in nostro Vlyxbonensi Conuẽtu,vt typis possit tradere Commentarios,quos composuit ad Canticum Moysis, *Audite cæli, &c.* speramus enim fore perutiles sacrorum librorum studiosis, atque adeo fidelibus omnibus. Datum Vlyssipone in nostro Conuentu sanctissimæ Trinitatis 20. die Aprilis. 1619.

Fr. Bernardinus de sancto Antonio Prouincialis, & Vicarius Generalis.

OImpresso que me fica, concorda em tudo com o seu original. Em santo Eloy de Lisboa a 13. de Março de 620.

M.Vicente da Resurreiçam.

TAixase este liuro em sete tostoẽs em papel. Em Lisboa a 12. de Março de 620.

F. Vaz Pinto. Antonio Cabral. Ignacio Ferreira. Moniz.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET REVERENDISSIMVM S. R. E. CARDINALEM Octau. Bandinum Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis,& Redemptionis captiuorum Protectorem digniſsimum.

MVLTIS titulis veſtræ Illuſtriſsimæ Dominationi debitum iamdiu noſtræ tenuitatis prouentū diſtulimus offerendum; non quaſi me furatus ſubducerem, ſed quo dignius proponerem. Dū enim exilem, exiguamque meam ſegetem conſpicatus contēplarer, veſtra ipſa Amplitudo perculſam,& nutantem humillimam meam V. Dominationis obſeruantiam detinuit, ne munus leuidenſæ tanto viro, Dominoque meo viderer offerre. Vnde prius ad publicam aream, communemque omnium lucē ſub alijs Patronis prodire conſtitui, vt quid de noſtris ſtudijs,& lucubrationibus cæteri ſentirent, apud me expenderem,& vel corrigendo reuocarem, vel purgando pollirem, vel addendo inſererem;& dum aliorum ſubirem, ſimulque euaderem notam, omni prorſus effugata, ad V. I. D. non iam ſub tyrocinio, aut ignotus, ſed ad remotiſsimas vſque plagas per vulgatus accederem. Qui igitur, Deo dante, ſtudia noſtra vbique,& ab omnibus eo animo excipi video, quo â me euulgantur,& â Sacræ Scripturæ ſtudioſis, ſacriſque concionibus ſtudentibus minime contemni conſpicio: nec immerito dum eis vtcumque vel prodeſſe, vel inſeruire, totis, ac indefeſsis viribus diu, noctuque inſudo; neque enim par erat, vt repulſam paterer, inuidoque carperer dente, qui ſacræ Eccleſiæ menſæ doctrinæ panē paruulis frangēdum diſcuſſum pariter,& excuſſum propono. Hoc ergo dum expendo parum audentis animi vires colligo, vlterius iam progredi auſus, maxime dum humaniſsimis V. I. Dominationis literis, veſtræ item amplitudinis ſplendor attemperatus acceſsibilis nobis iam redditur, aditumque aperit.

Magnum igitur Moyſis canticum, magnùm itidem exigebat Patronum: Ampliſsimum ego nactus, maiora vtique canere incipiā, atque dū exilibus meis annotationibus Moyſen illuſtro V. I. D. virtutis, ſapientiæ, ingenitæque nobilitatis fulgentiſsimis radijs longe illuſtriorem me indies fore proſpicio. Enim vero cum V. I. D. totius noſtræ ſacræ Religionis Ampliſsimus Protector eſſe dignetur, mihi ad veſtræ Protectionis limina confugienti minime adeſſe dedignabitur; dum vero ad pedes veſtræ Celſitudinis ſupplex ſubſiſto, ſatis, ſuperque cæteros eminens excellam, non vt deſpiciā, qui omnes libens veneror, ac ſuſpicio, ſed ne deinceps ab auditione mala timeam;& cum Pia mater Eccleſia ad ſe accurrentes etiam pro criminibus, reddat immunes; dum pro criminantibus ad Digniſsimum, Amantiſsimum, Colendiſsimumque S. R. E. Cardinalem confugio, quamlibet effugiam notam, omnemque prorſus euadam cenſurā, quinimo ex tam multis, quæ apud V. I. D. laudum rationes ſuppetunt pariter,& concurrunt, æncomijs, me ad poſtrema (ſi dici liceat) veſtræ celſitudinis prouolutum conſequetur mei laboris non vulgaris commendatio, qua caput exeram, oſque fidenter aperiam, vt cum Moyſe, Ezechia, cæteriſque Cantica edentibus vlterius Omnipotentis Dei laudes decantare queam, eumque iugiter pro veſtræ Illuſtriſsimæ Dominationis diuturna,& incolumi vita, ac fælicioribus incrementis deprecari.

Veſtræ Illuſtriſsimæ Dominationis

Minimus, ſed obſequentiſsimus ſeruus
Fr. Balthaſar Paez.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD LECTOREM.

POstquam canticum Moysis Exod. 15. quod incipit, *Cantemus Domino, glorioſe enim magnificatus eſt.* Literali expoſitione, moralibuſque annotationibus illuſtratum expediuimus, Deo dante, promiſsis vlterius ſatisfacimus, magnum iam eiuſdem Prophetæ Canticum, *Audite cæli quæ loquor*, vſque ad verſum 15. hoc volumine, ſolito ſtylo, proponimus, cæteros deinde verſus quam citiſsime eadem exponendi methodo, & ratione edituri. Arduam ſane Prouinciam, noſtriſque viribus ſuperiorem ſuſcepimus, ſed legentium beneuolentia, ac indefeſſo labore ſuperabilem. Dum enim veſtræ vtcumque commoditati (Lector humaniſsime) cæterorumque ſacrarum literarum ſtudioſorum iugiter inſudamus, obſequium potius quam notam, offenſamue promeremur; quam ſi forte publico miniſterio inſeruientes adhuc non effugimus; quid mirum ſi hæc mihi pro diuturno labore reddantur; quādo pro tantis beneficijs talia Omnipotenti Deo reddita cum Moyſe expono, quæ vel nomine carere cenſentur; dum ait. *Hæccine reddis populo ſtulte, & inſipiens?* Probe ſiquidem calleo, certeque confido fore, vt prudentes, & ſapientes, dum nobiſcum Canticum percurrerint, quid quid dignum cenſura inuenerint, non illico acerbe carpent, quinimo caritatis oleo emollientes beneuole decantabunt.

CAN-



COMMENTARII IN CANTICVM MOYSIS.

Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei. Deut. 32.

EX ſuperiori capite num. 19. conſtat quis nam fuerit Auctor huius cantici, & quis fuerit finis, quem collimauerit; ibi enim dicitur num. 19. *Nunc itaque ſcribite vobis cāticum iſtud pro teſtimonio inter filios Iſrael; introducam enim eum* (ſ. populum) *in terram, pro qua iuraui, &c. cumque comederint, & ſaturati, craſsique fuerint, auertentur ad Deos alienos, & irritum facient pactum meum, poſtquam inuenerint eum mala multa, & afflictiones, reſpondebit ei canticum iſtud pro teſtimonio, quod nulla delebit oblinio. Scripſit ergo Moyſes canticum, & docuit filios Iſrael.* Præcipuus vero Auctor Deus illud aſſumpſit in teſtimonium, quo probaret, & infinitam ſuam bonitatem, & peruicaciam, & ingratitudinem populi Iſraelitici. Vnde Iacobus de Valentia hoc in loco concludit 3. Moyſem poſuiſſe hoc canticum in arca fæderis, vt eſſet teſtimonium contra filios Iſrael, vt quando viderent punitiones in eis, cognoſcerent hoc eis fuiſſe prædictum. Deut. 32. n. 19.

Itidem ex ſuperiori capite patet, quinam fuerint auditores, apud quos primum Moyſes protulit verba huius cantici illi à Domino inſtillati, etenim num. 28. habetur. *Congregate ad me omnes maiores natu per tribus veſtras, atque doctores, & loquar audientibus eis ſermones iſtos, & inuocabo contra eos cælum, & terram; noui enim quod poſt mortem meam inique agetis, &c. & occurrent vobis mala in extremo.* Deut. 31. n. 28.

A TEX-

Universidad de Deusto
Biblioteca

TEXTVS

Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.

Num.1.

EXPOSITIO LITERALIS.

NON insolita est in sacris literis similis inuocatio, etenim Isai. 1. n. 2. dicitur: *Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniã Dominus loquutus est, &c.* similiter etiã Mich. 6. Deus iudicium positurus cum seruis suis post enarrata c. 5. singularia beneficia, quibus tamen rebelle, & durum cor nihilo fractum, emollitumue fuerat, sic incipit: *Audite. quæ Dominus loquitur, surge, & contende iudicio aduersum montes, & audiant colles vocem tuam: audiant montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ, quia iudicium Domini cum populo suo, & cum Israel iudicabitur. Populemeus quid feci tibi, &c.* vbi D. Hieronymus rationem reddit, quæ præsenti etiam cantico inseruit, cur eos cõpellat audire, quia iudicium Domini cum populo suo, qui poterat quasi Deus pro sceleribus populi peccatoris inferre supplicia, non vult videri potens, sed iustus: & ad iudiciũ prouocat peccatores iuxta illud propheticum Isai. 43. *Venite, & iudicemur, dicit Dominus*; etiam nunc Israel cogit præsentibus Angelis, & omni creatura, si quid habeat respondere, vt iustificetur Deus in sermonibus suis & vincat cum iudicatur. Sic Hieronymus, cui suffragatur Ambrosius in apolog. Dauid c. 10. vbi ait. Veniens ad iudicium Deus dicit: *Populemeus quid feci tibi, &c.* singula in conspectu tuo locat beneficia, vt tanquã de ijs iudices, quæ seruare debueras, quo magis reus fias, qui diuinis non potueris stare beneficijs. *Quid feci* (inquit) *tibi?* tanquam reum se constituit, & te iudicem. Sic ille.

Isai. 1. n. 2.

Mich. 6. n. 1.

Isai. 43. n. 26.

Hoc igitur in loco puniturus Deus plebem Iudæorum prius recensetbeneficia, vt grauiora censeantur crimina, quæ deinde refert, iudicio veluti se addicens, & subijciens vult vt innotescat quanta cum ratione in illos desæuierit, quos tantis cumulauerat beneficijs, & tam ingratos fuerat expertus. Solet autem Deus sic agere cum populo suo, imo & cum singulari aliquando homine, vt patet 1. Reg. 2. quando puniturus Deus Heli primo illi refert beneficia collata: *Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, &c.* vbi Abulens. q. 23. ostendit Deum consueuisse proponere beneficia collata, & offensas sibi ab ingrato populo illatas, vt iustam comprobet iram suam in puniendo, & indignum ostendat diuinarum promissionum, quæ præcesserant.

1. Reg. 2. n. 28.

Cum vero tam iusta fuerit causa, & tam nota sententia, monuit superiori capite Deus num. 19. vt memoriter tenerent, & ore decantarent cãticum istud, quasi voluerit, vt ipsimet Israelitæ ore proprio contra se ferrent sententiam; nam sicut ibi aduertit Oleast. solent sæpius mali, mala sua prophetare, & aliquando Deus cogit peccatorem aduersus se sententiam proferre, vnde & reprobi aduersus se ipsos dicunt: *Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis*: Licet autem hæc verba non à sacerdotibus, sed à Christo dicta fuisse tradant Marc. & Luc. nihilominus & Matt. apertè loquitur, & postquam prolata

Matt. 20. n. 41.

Marc. 12. n. 9. Luc. 20. n. 16.

fuere ab illis, fortasis Christus eadẽ confirmauit. Aduertit autẽ D. Chrysostomus homil. 69. in Matth propterea Christum Dominum demerita ipsorum in parabola proposuisse, vt ipsi non intelligentes contra se proferrent sententiam, affertque in confirmationem parabolam propositam Dauidi à Nathan. & sententiam à Dauide contra se ipsum prolatam, cum dixit: *Viuit Dominus quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc, ouem reddet in quadruplum.* Nisi forte ea sit ratio quã idem Auctor affert, quod ideo voluerit memoriter retineri, & decantari canticum istud, quia volebat, vt decantantes mala sua, ab eisdem malis deterrẽtur, sic enim consueuit diuina clementia quæ nobis immineãt mala ante prædicere, vt resipiscentes eadem caueamus.

2. Reg. 12. n. 5.

Audite, Hæbr. verbum ab aure deducitur, puta *auriculate cæli*, vnde verbũ Græc. quod Latine redditur, *attende*, sicut legit Greg. 29. Moral. c. 15: *Attende cælum, & loquar*, seu *attendite*, non bene aliqui ex Græcis ad oculos referunt, vt sit inuocatio cælestium spirituum, qui tanquam vnus sit oculus, & longe perfectius quã nos intellectilia, & spectabilia percipiant, inuocantur; nam aduertere in scriptura sumitur pro audire, & audire sumitur pro intelligere, & aduertere, vt Genes. 42. *Nesciebant quod intelligeret Ioseph, eo quod per interpretem loqueretur ad eos*: alij legunt, *nesciebant quod audiret Ioseph*, & Psal. 77. *Audiuit Deus, & spreuit i. aduertit, & intellexit*, sicut ibi bene explicat D. August. sed illud aduertendum est cum Tolet. in c. 10. Ioann. quod audire in scriptura aliquando significat auditum exteriorem, & interiorem apprehensionem, qua, quid dicatur, percipitur, & hoc bonis, & malis commune est Psal. 94. *Si vocẽ eius audieritis, nolite &c.* Aliquando vero audire significat vltra prædicta assensum, & obediẽtiam voci præstare Isai. 65. *Omnes cæde corruetis, quia locutus sum, & non audistis*; quomodo vero hoc in loco accipiendum sit cõstabit ex auditoribus, & ex sensu, & significatione, qua cæli, & terra hoc in loco sumuntur, si enim per cælos, & terram intelligantur corpora superiora, & sublunaria non assensum significant; si vero ad intellectualia referantur, secundo modo cum proportione sumentur.

Gen. 42. n. 23.

Psal. 77. n. 62.

Psal. 94. n. 8.

Isai. 65. n. 5.

Nisi forte, audire, significet hoc in loco iudicum officio fungi, quasi Moyses, siue per eum Deus in iudiciũ vocet cælos, & terram, & quæ in horum ambitu continentur, vt sententiam ferant contra ingratum populum, & iudicent post enarrata beneficia iusta esse supplicia, quæ deinde commemorat, & comminatur; enim vero in sacro sermone nonnunquam auditores appellantur iudices, & audire significat iudicare, vt Deuter. 1. dicitur: *Audite illos*, & exponens magis facer textus, sicut solet, id quod sub metaphora obscure dixerat, addit; *quod iustum est iudicate*, & 2. Reg 14. vbi nos habemus: *Sicut Angelus Domini, sic est Dominus meus Rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur, vnde & Dominus Deus meus est tecum*; sensus est quem ex Hebr. 70 expressere ibi dicentes: *Sicut Angelus Domini ad audiendum bonum, & malum.* i. ad discernendum, & iudicandum inter bonum, & malum. In hoc etiam sensu dixit Eliu senioribus Iob. 32. *Expectaui sermones vestros, audiui prudentiam vestram, donec disceptaretis sermonibus vestris*, vbi D. Greg. lib. 23. Moral cap 4 ad med. ait. Loquens Eliu indicat quam superbè tacuerit, & apertè declarat se ad verba senum iudicãtis potius studio, quã tacentis voto tacuisse. Sic Gregor. ostendit Eliu iudicis officio functum dum se audiuisse testatur.

Deut. 1. n. 16.

2. Reg. 14. n. 17.

Iob 32. n. 11.

Hinc etiam auditores dicuntur iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dices etiam vulgari sermone; sed in sacro est optimus locus Iob 31. *Quis mihi det auditorem?* Vbi paraphrasis Pagnini habet: *iudicem audientem me*; existimat enim auditorem esse iudicis nomen, cuius est auditis partibus quod iustum est discernere, & statuere; quem etiã sensum Philippi præsbyt. interpretatio confirmat, cum ait: Auditorem Deum implorat, sciens vtique eum iudicem esse iustissimum; Et quod sit hic germanus sensus patet ex eo quod statim sequitur, *Et librum scribat ipse, qui iudicat*, auditor s. quem postulauerat Cum igitur ex sacris literis constet audire sumi pro iudicare, & auditorem pro iudice; & iudicium hoc in loco habeatur inter Deũ, & Israelitas, vt ex i s, quę dicimus, patet, profectó non inepté dicetur, imo fortasis, vt existimo, rem penitus attingendo Moysen hoc in loco cęlum, & terrã, & quæ in his continentur, ad audiendũ, tanquã iudices inter Deũ, & populũ Israel vocasse, tam apertum siquidem erat & manifestum Dei ius contra eos, quos tantis affecerat beneficijs, quorum detestabiles mores tandiu sustinuerat, quorum offensas, & idolatriam tulerat, quorũ denique ingratitudinem dissimulauerat, vt vel ipsa inanimata simul, & sensibilia, bruta, ac rationales, & intellectuales creaturæ sententiam facile proferre possent. Hoc autem iudicium nihil detrahit de suprema Dei authoritate, cuius sedes a nemine iudicatur, sed extremam denotat nequitiam, & ingratitudinem Iudæorum, contra quos vel ipsæ creaturæ ferrent sententiam, si quæ acceperant à Deo perciperent. & quæ pro illis reddiderant, audirent Quod autem Deus huiusmodi iudicium dignetur subire, pro multis, quæ possemus afferre, satis sit Chrysostomus tom. 5. serm 4 de fato, l. prouidentia prope finem, vbi ostendit quomodo Deus

Iob 31. n. 35.

velit suam causam, & iustitiam nobis inculcare puniturus delinquentes, vt patet in Sodoma, tunc addit. Quid tam benigno, misericordique Deo æquale: Nos vindicaturi sępe dignamur rationem reddere: ipse autem nisi prius te docuerit, nisi prius te admonuerit, nisi rationem à te acceperit, vt iuste pœnam irroget, non animaduertit in eos, qui iam olim meruerant pœnas, paratus vbique rationem reddere, & non dedignatur iudicari. Vbique Prophętę eiusmodi sermonibus pleni sunt, vbique iudicia Dei cum hominibus audiuntur. Sæpe ipsi, qui iniuste egerant, ad iudicium vocãtur, sæpe etiam ad manifestandam iudiciorum euidentiã, creaturas confidere facit: neque ipsum aduersarium, neque creaturas insensatas in iudicio audire refugit Deus. qui mox noster est, cum maxime iustas nostras esse causas confidimus, Mich. 6. *Audite valles, & fundamẽta terræ, quia iudicium Domino*, & rursum Isai. 1. *Audi cælum, & auribus percipe terra, quia Dominus loquutus est.* Sæpe autem illos citat: *Populę meus quid feci tibi.* l. *in quo iniuria te affeci?* Et Hieremię 2. *Quid inuenerunt in me patres vestri negligentiæ?* Neque solum ita agit cum ciuitatibus, & gentibus, sed & cum priuatis quibusdam hominibus, cum Dauid per Prophetam disceptat: Ionæ, qui Niniuitis prædicare renuerat, per coloquintidas respondet. *Si tu parcis propter coloquintidas, ego non parcam propter Niniuem?* Plenas inuenies talibus Scripturas. Sic Chrysost. probat quod nos diximus, Deum s. aliquando subire iudicium, non quod illius dominium, & summã minuat authoritatẽ, sed quod mortaliũ probet, & cõuincat iniquitatem, qua de re plura habet Theod. in c. 2. Hierem. ibi: *Quid inuenerũt patres vestri?* Vt alios omittamus His igitur Deus, qui l. ipsos delinquẽtes iudices sumit, & proponit, modo

Mich. 6. n. 1. *Isai. 1. n. 2.* *Mich. 6. n. 3.* *Hierem. 2. 5.* *2. Reg. 7. n. 5.* *Ion. 4. n. 10.*

per

per Moysen cælos, terrãque nominat, vt interpientissimũ Deũ, & nequissimum populum ferant sententiam.

Difficultas maxima est, quidnam nomine cælorũ, ac terræ hoc in loco intelligatur; & quia similia prorsus sunt hæc verba illis quę habet Isai c. 1. *Audite cæli, auribus percipe terra*, quibus in verbis Hieron Basil. & Chrysost. tom. 5 homil de pœnitentia conueniunt respexisse Isai. ad hæc nostri text. nam illos eosdem testes, quos Moyses hic vocauerat beneficiorum, minarũ, & promissionũ, harum quidẽ si in fide, & officio manerent, illarum vero, si ab vtroq; deficerẽt, Isaias quia defecisse constabat, inuocauit postea, imo implorauit illorum testimonium & fidem, vt probet non tunc primũ esse proposita beneficia & indicta supplicia, vt iustissimam Dei causam demonstret erga ingratũ, & rebellẽ populũ. Sunt igitur qui eo in loco cęlorum nomine intelligunt Angelos, per terrã vero homines, idque per metonymiã, iuxta quã per cõtinẽs intelligitur cõtentũ, ita interlinealis, Emanuel Sa, Pintus, & videtur desũptũ ex Hieron. qui ibi ait cęlũ significare supernas, angelicasque virtutes, terram vero mortaliũ genus, nam ab his, quę continent, significant ea, quæ continẽtur, ita Haymon, Beda, & alij, quos tacito nomine designat Carthus. & sane in scriptura cęlũ pro Angelis accipitur, vt Ps. 17. *Inclinauit cælos, & descendit*, vbi Hieron. cælorũ nomine cęlicolas intelligit. i. angelos, quos prę misit Deus quãdo nostra venit ad nos indutus natura, sic misit Angelũ Gabrielẽ ad Virginem desponsatã viro, &c. sic militiã cælestis exercitus misit ad pastores, sic Psal. 46. *Aduocauit cælum desursum, & terram discernere populum suum.* i. adducet cæli habitatores, vt assistant in iudicio ita Hieron. Lyran. Vatabl. & Iansen. & in eodem sensu dicuntur cæli laudare Dominũ

Isai. 1. n. 2. *Psal. 17. n. 10.* *Psal. 46. n. 4.*

i. habitatores cæli. Denique quod cæli nomine Angeli accipiantur probat Orig. homil 1. in Genes. Hilar. in Ps. 68. sic exponit Ambros illud Genes. *Leuo manum meam ad Deum excelsum possessorem cæli, & terræ*: vt nomine cæli Angelos intelligat, sic Basilius in Psal. 2. sic August. 12. confess. c. 9. & Philo de somnijs, & ij omnes, qui ita explicãt illud. *In principio creauit Deus cælum & terram*, vt per cælum Angeli intelligantur.

Gen. 14. n. 22. *Gen. 1. n. 1.*

Alij, inter quos est Agell. hîc putãt Moysen minime cum cælo ac terra tanquam anima, sensuque prædita agere, sed quia superiori cap. seniores, ac principes conuocarat, ideo illos figuratè cælos appellare existimat, terram vero plebem, ac reliquũ vulgus, quod sicut cælũ lõge terra sublimius, ac nobilius est, sic principes cætero populo præstant: sicut é cælo terra quidquid pulchritudinis, ac decoris habet, accipit; sic ab illis ordo plebi, modusque oritur; quod probat Agell. ex Isai. 13. vbi cum diuinum oraculũ ageret de excidio Nabuchodonosor ait: *Super hoc cælum turbabo, & mouebitur terra de loco suo propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius*: vbi principum ruinam cælorum commotioni comparat, & plebis excidiũ terræ turbationi confert.

Isai. 13. n. 13.

Alij sub cælorũ ęnigmate sapientiores, & prudentiores intelligunt, vt Procop. ad dictum locum Isai. & ita ferè Rupertus: sub appellatione vero terræ, rudiores, & ineptiores accipiunt; quæ expositio ex eo confirmatur quia statim Moyses velut Magister cæteris intellectu præcellens, tanquã cælum pluuiam doctrinæ, & rorem pollicetur. Sapientes autem, & magistros in sacra scriptura cælos appellari postea ostendemus, & probat Arnob in Psal 19 & 32. & Greg. in 1. Reg. 2. cap. 16. & 10. Moral. cap 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& 30. Moral. cap. 7. 10. & 22. Hieron. Isai 63. & Zachar. 8. & in Psal. 113 & Aug. in Psal 32. & 49. Beda in Prou. cap. 3.

Alij nomine cælorum intelligunt eos, quorum conuersatio, & cogitatio in cęlis est, qui in terrestri corpore degentes cæleſtem vitam agunt, qui humanis rebus contemptis, quas homines hiante ore venantur, cæleſtia solũ appetunt, & ad superiora aspirant: per terram vero homines flagitijs corruptos, qui terram semper spectãt, quærunt & meditantur, & in humana retributione spem suam collocantes cęleſtium bonorum penitus obliuiscũtur, quæ expositio fundamentum habet in scriptura non contemnendũ, ille enim viros sanctitate celebres, & diuinæ meditationi deditos cælorum nomine appellare consueuit, impios vero terram dicit. Quo sensu plerique explicant illud Isai. *Cælum mihi sedes est*, vbi Orig. & Greg. teste Pinto per cælum intelligunt viros iustos, qui ob excellentem charitatem animique præstantiam cum cælo conferuntur; etenim cum adhuc in terra constituti sint, se tamen ita in sublime ferunt, vt in cælis quodammodo habitent, & cum Paulo dicant: *Nostra conuersatio in cælis est*. Videndus Ambr. serm. 12. in Ps. 118. ibi. *Verbum tuum permanet in cælo*, vbi ita ait: in cælo verbũ permanet, & quod secundum verbi dispositionem regitur, & gubernatur; & paucis adiectis, sunt in terris cæli, qui enarrant gloriam Dei: qui sunt isti cæli? Audi dicentem: *Sicut portauimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem huius cæleſtis*. Isti igitur sunt cæli qui etiam in terris positi audent dicere, *nostra conuersatio, &c.* Isti sunt cæli, in quibus fides, grauitas, continentia, doctrina, vita cæleſtis est. Nã quemadmodum terra dictus est qui lapsus ex illa præuaricatione cæleſtis gratiæ & in hæc vitia terrena deiectus præuaricationis suæ se vinculis religauit: ita è contrario cælum dicitur, qui vitam Angelorum custodia tur, qui vitam Angelorum custodia integritatis exercet, & corpus suum continenti sobrietate moderatur, mẽtem quoque suam miti tranquillitate componit, peccatum pauperibus misericordi liberalitate dispensat: est ergo & in terris cęlum, in quo posſunt virtutes esse cæleſtes. Cælũ mihi thronus: ego magis iusti affectũ, quã elementum intelligo. Sic Ambrosius ostendit & cælum dici iustos, & terrã impios, quod etiam tractat lib. 5. de sacramentis c. 4. Hieron. Iob 33. n. 3. & D. Greg. 20. Moral. c. 15 sic nostrũ explicat text. Quid cælum nisi sublimis debet intelligi vita Sanctorum? cui cælo dicitur: *Attende cælum, & loquar*, non enim insensibili, sed rationabili creaturæ loquebatur; cælum fuit Abraham, cælum Isaac, cælum Iacob, &c. Videndus Hilar. canon. 10. in Matth. Aug. epist. 57. Greg. 15. Moral. c. 14. & 29. Moral. c. 6 & Bernard. serm. 28. in Cantic. ad illa verba c. 1. nu 4. *Formosa sicut pellis Salomonis*, ait. Exemplo eius, quæ sursum est Hierusalem, hæc quoque, quæ adhuc peregrinatur habet cælos suos, homines spirituales, vita & opinione conspicuos, fide puros, spe firmos, charitate latos, contemplatione suspensos, qui quidem verbum salutare pluunt, increpationibus sonant, coruscant miraculis, &c. Beda in cap 1. Genes. Hieron. Isai. 14. & 42. & Hiere 10 & 1. contra Iouin. Dyd. Alex. Psal. 32. *Verbo Domini cæli firmati sunt*, quod de hominibus cæleſtibus intelligit, qui cæleſtem, nempe Christi imaginem ferunt. Rupertus de Trinit. & operibus eius lib. 1. c. 12. Sancti, inquit, quorum in cælis est regnum, ipsi quoque cæli dicuntur, & sunt. Iuxta hæc igitur plerique hoc in loco per cælos intelligunt viros iustos & sanctos, per terram vero impios, & terrenos, sic enim

Isai. 1. n. 1.

Philip. 3. n. 20.

1 Cor. 5. n. 49.

Cant. 1. Num. 4.

multi

Genes. 3. Nu. 14.

multi interpretantur illud Genes 3. in maledictione serpentis: *terram comedes*, vt nomine terrę peccatores intelligantur ad hunc sensum: terram comedes. i. peccatores incorporabis tibi, vt non solum malus ipse, sed & malorum caput sis.

Alij propius, vt mihi videtur, ad rẽ accedentes per cælum ipsa corpora cæleſtia intelligunt, per terram vero ipsum terrestre corpus elementale. Fundamentum esse potest, quia Moyses Deut. 30. postquam diuina proposuit beneficia ijs, qui diuinæ legis prę-

Deut. 30. n. 18.

ceptorum essent obseruatores, præuaricantibus, ac minime obsequentibus ait: *Prædico tibi hodie quod pereas, & paruo tempore morieris in terra, ad quam Iordane transmisso, ingrederis possidendam; testes inuoco hodie cælum, & terram, quod proposuerim vobis vitam & bonum, benedictionem, & maledictionem*; quos ergo pacti testes adduxerat, nunc perfidiæ proponit, vt ostendat quam iusta sint supplicia, quæ Deo inspirante prosequitur. Neque mirum videri debet si cælum, ac terram contestatur Moyses, cum etiam Iosue lapidem testem aduocat c. 24. tulit lapidẽ per grandẽ, & dixit ad omnẽ populum. *Ecce lapis iste erit vobis in testimonium, quod audieritis omnia verba Domini, quæ loquutus est vobis, ne forte postea negare velitis, & mentiri Domino Deo vestro*, vbi in Hebr. est, *quod audierit ipse lapis, chihi samega*, & 70. secundum probatissimos Latinos codices habent, *quod audierit*, & D. Aug. q. 30. in Iosue sic legit: *ecce lapis iste, &c.* quia hic audiuit omnia, quæ dicta sunt à Domino, quæcunque locutus est ad vos hodie. Quod licet Hebræi de vera auditione lapidis illius intelligãt, tamen per prosopopœam est dictum, tum ad significandam vim, & efficaciam Dominici verbi, quòd dura etiam saxa, & res alias, quæ non solum intelligentia, & ratione, sed prorsus omni vita carent, quodammodo afficiat; tum ad incusandum hominum stuporem, quos diuina verba tum promissoria, tum comminatoria non percellant, aut permoueãt. Simili modo Iacob *lapidem erexit in titulum*, dixitque fratribus: *Afferte lapides, qui congregantes fecerũt tumulum, comederunt que super eum*, quem vocauit Laban, *tumulum testis*, & Iacob, *acerruum testimonij*, dixitque Laban: *Tumulus iste erit testis inter me, & te hodie*. Vnde glossa hoc in loco ait. In principio cantici Moyses maxima elementa in testimonium vocat, vt si homines mandata Dei neglexerint, illorum testimonio conuincantur, & puniantur conuicti, & Mag. in hist. scholast. in persona Moysis ait: quia testimoniũ huius rei deest mihi protestatio hominum, aut inutile esset quia mortales sunt, mortalia elementa in testimonium inuoco. Ita etiam Theodoret. q 40. in Deut. vbi in confirmationem affert puteum iuramenti inter Abraham, & Abimelech regem Gereræ. Ita etiam Vatabl. explicat, Vos cælum, & terra estote testes eorũ quæ dicturus sum, & in eadem sentẽtia est Oleast. & Abul. hic, sic Basilius ad dictum locum Isai. vbi Procopius desumptũ ex nostro tex. asserit: quia longis, inquit postea temporibus quæ vaticinabantur, futura erat, suumque sortitura exitum, cum eorum, qui tũc audierunt nullus esset superstes, futurus) diuinas virtutes, sempiternasque mundi partes, in eorum etiã, quæ postea essent euentura, testimonium vocat. Sic fere Sanctius ibi, & alij, qui volunt continere hæc verba grauem obiurgationem, quandoquidem ideo Moyses appellat, & alloquitur res insensibiles, vt homines multo illis insensibiliores esse demonstret, & hunc sensum germanum esse asserit Pint. ad dictum locum, eique suffragatur maxime Zeno Veronens. Episcop. tom. 2. Bibliot serm. 1. in Isai vbi ait

Iosue 24. n. 26.

Genes. 31. n. 45.

Gen. 21. n. 32.

grandem

grandem Iudaicæ gentis offenſam libri iſtius exordio proloquuntur, & iracundiam diuinæ indignationis oſtendunt; non enim eſt parum criminis, vt ſemper adipſos durus ſit ſermo prolatus, nunc alteris videatur ingeſtus, & dum clamat Propheta: *Audi cælum & terra*, ſignificat quod illi audire contemperint, cum iuſſui Dei cęlum obſecundet, & terra; quia cælum pluuias & fruges terra non denegat, & ſerm 4. ad eadem verba ait: cēſuit eos, cælo & terra teſtibus denotare, vt inexcuſati facinoris competenti iudicio ſubiacerent, & D. Chryſoſt. tom. 1. priori proœmio in Iſai ait: verbum cauſaris cum cælo, & ad terram deflexo ſermone, homines poſt habuiſti rationis alioquin participes, differens cum elementis nulla prædictis ratione? Quandoquidem brutis ipſis ratione vacantibus minus vtebantur ductu rationis. Nec ob id ſolum, ſed quia Moyſes eos introducturus in terram promiſsionis mentis aciem intendebat in ea, quæ apprehenſurus eos erāt mala, quæ enim tunc poſsidebant, erant externis relicturi: *Audi cælum, & attendat terra verba oris mei.* Conteſtor vobis cælum & terram, ait Moyſes, quia ſi ingreſsi terram promiſsionis dereliqueritis Dominum Deum inter omnes gentes diſpergemini. *Audi cælum*, tu enim manna demiſiſti: auribus percipe terra ortigometram enim tu dediſti: *Audi cælum*, tu enim ſupra naturæ ordinem ſpecimen dediſti virtutis tuæ, ſurſum eras, & aream affectatus es: *Auribus percipe terra*, tu enim deorſum eras, & menſam daptilem, effuſamque adornaſti ab operatione deſedit natura, & gratia operata eſt, non iam operabatur bos, &c quæ pro hac re videnda ſunt, quibus ſimilia habet Caiet. hoc in loco.

Quia igitur & verba ſcripturæ in proprio ſenſu, quoad poſſunt, debent intelligi, & vt vidimus aliquando ſacri Auctores & cælum inuocant, & inſenſibilia appellant, ac teſtes adducunt dicendorum, & quæ in præſenti á Moyſe traditur doctrina, ſublimis admodum eſt, & Iudæos, ac Gentiles comprehendit, iuſtos & iniquos exiſtimo cælorum, terręque nominibus intelligi debere, & corpora cæleſtia, & ſublunaria, & omnia inſuper, quæ in his continentur, tum in ornatum grandiloqui ſermonis, tum in ſolatiū, & commendationem iuſtorum, atque etiam in vehementem reprehenſionē iniquorum, quod mihi videtur attigiſſe Caiet hoc in loco, cum ait, Moyſen totum vniuerſum in teſtem citare; clarius Theod. q. 40. vbi quærens cur Moyſes conteſtetur cælum & terram, reſpondet, non quod animata ſint & ratione prædita, ſed quia creaturas omnes comprehēdit, ſimiliaque prorſus habet in c. 2. Hierem & in expoſitione noſtri tex. ait Moyſe de Domino vniuerſitatis loquente, & de totius orbis opifice, atque eorū, quæ ſunt conditore diſſerente, oportebat digné eius vocis auditores inuocare, propterea tanquam in vno maximo theatro, nimirum in hoc orbe cælum ipſum & terram, & omnia quæ in his ſunt, ea quæ dicuntur attendere adhortatus eſt. Inuocat autem vniuerſam terram, & cælum, eo quod non contra Iudæos ſolum hæc verba dicūtur, ſed etiam contra omnes totius orbis gentes, &c. & Procop. in Iſai. explicans noſtri tex. verba, ait; cum cōtra Iudæos tantum huiuſmodi voces proferantur haud ſciam cęlum & terra inuocantur merito, quæ gentes per totum orbem verſantes, ac cæleſtibus ſedibus dignas repræſentant; & Gregor. lib. 20. Moral. c. 3. hunc ſenſum non abhorret, cum ait, ſacram ſcripturam terram appellare ſolitam Eccleſiam. Facit etiam, quia audire, & auribus percipere externam denotāt additionem, & internam, ſiue hanc

in auditu

in auditu colloces, ſiue in cordis perceptione, quod parum intereſt; qua de re videndus Orig homil 6 in lib Iudicum, & homil. 9. in Hierem. Hieron. in c. 1 Ioel. & in cap. 3 ad Galatas, Aug in Pſal 58. Rupert in c. 3. Abac. Hilar can 10 in Matth. Clem. Alex. 6 Stromat Iam vero cæli & terra, nec auribus audiunt nec corde intelligunt, proindeque ad illa materialiter ſumpta referri nequeunt verba huius Cantici, maxime cum Moyſes intellectum poſtulet, verba enim audire, nec intelligere, eſt videre corpus, ſpiritum vero non percipere, vt bene oſtendit Agell. proœm in Pſal fol 14 c 2. Vnde qui auditum communicat & intelligentiam ſimul, dicitur vitam communicare, vt Eccleſiaſt 4. *Sapientia filijs ſuis vitam inſpirat*, quod Clemēs Alex 7. Stromat. legit, *inſpirauit filios ſuos*, hoc eſt intelligere fecit, quem locum Tertul. in Scorpiac ſic videtur legiſſe: *Iugulauit filios ſuos*. i. vitam corpoream, veluti ademit, vt ſpirituale quæ eſt intelligentia, concederet Videndus item Plutarch lib de offic audit. vbi docet quid ſit audire vocem docētis, dicens. Quemadmodum qui bibunt, extincta demum ſiti obuertunt pocula cælaturamque contemplantur, ita ipſi (ſcilicet auditori) detur reſpirandi ſpatium dictionemque conſiderandi, an elegans aliquid, & elaboratum habeat Cum igitur Moyſes auditum vtroque modo hic poſtulet & quærat, quid fieri poteſt: vt functiones vitæ exhibeant quæ vita carent, proindeque diximus in teſtes iudiceſque vocari inſenſibilia, in auditorium vero, quæ ſenſu præſtant.

Eccleſ. 4. *n.* 12.

Ex hoc loco conatur Orig homil 4 in Ezech & ex alijs, quæ ibi aſſert, oſtendere terram eſſe animal ſenſu & ratione prędituin, quandoquidem Moyſes terram ad audienda quę loquuturus erat, vocat, cui ex Chryſoſt ſententia reſpondet Xiſtus Senenſ 2. tom. lib 5 annot 242. docens adducta ab Orig teſtimonia eſſe per proſopopęam intelligenda, ſolent enim diuini ſcriptores, vt oratio ſignificātior fiat, rebus inanimatis animatas perſonas affingere, inducentes, tum fluuios manibus plaudentes, tum colles ſaltantes, tum montes ſubſultantes, nō vt hęc animata eſſe putemus, neque vt illis cogitationem aliquam attribuamus, ſed vt intelligamus quanta ſit propoſitorum bonorum amplitudo, aut vitandorum malorum neceſsitas, vt quę, vel ea etiā, quę ſenſu carēt pertingat, vnde. & in rebus acerbis, & moleſtis inducunt vitam lamentantem & montes, & templi laquearia eiulantia, vt & hinc rurſus malorum grauitatem reputemus, & toto conatu effugere curemus.

Verba oris mei. i. verba Dei, meo tamen ore prolata, cum lingua mea calamus ſit ſcribę, etenim prophetarum verba, Dei verba dicuntur Deut. 18. *Qui verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam.* Pagnin *Vir, qui non obedierit verbis meis*, vbi Oleaſt. ait: Non dicit qui non obedierit verbis eius, ſed meis, vt ſcias verba propria Prophetę, quę ipſe loquitur nomine ſuo, ab eis quę nomine Domini profert diſtinguere, vt iſtis omnino, ſicut ipſi Deo obedias, aliàs vero ſcias eſſe hominis verba. Et Chryſoſt. tom 1. in cap. 1. Iſai ſtatim poſt principium. Mos fuit in vniuerſum ijs, qui accepta a Deo oracula in alios tranſmittunt, & euulgant, primo loco ea conſtituere, ne quid viderentur ſuopte ingenio loqui: ſed quia, quæ a ſe dicerentur, diuina eſſent quędam oracula, ac literę é cęlis delatę Adhāc ſcribendi formam dicebat eximius Dauid: *Lingua mea calamus ſcribæ, &c.* quæ proſequitur in eandem ſententiam: quo in loco etiā diſcimus quali attentione debeamus prophetarum, & prædicatorum verba audire. Vidē-

Deut. 18. *n.* 19.

dus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dus hæc de re Chrysost. homil. 68. in
Matth c.21.ibi. *Audistis quia ex ore in-*
Matt.16. *fantium, & lactentium perfeciſti laudem,*
quod desumptum est ex Psalm 8 Ait
Psal. 8. ergo Chrysost quam rectissime ex ore
n.3. dictum est, non enim ex mente illo-
rum illa verba procedebant, sed vir-
tute ipsius tenera illorum lingua ad
formanda hęc verba ducebatur, quæ
res balbutientes tunc gentes, quę post
ex fide maximè sonuerunt, figuratè
significauit Apostolos quoque nimi-
rum confortauit, nam ne ambigerēt,
quoniam rudes homines tātam rem
potuerint prædicare, hoc infantium
exemplo vniuersa huiusmodi mentis
angustia sedari potuit, cum dubitare
nequiuissent, quin & ipsis facultatem
dicendi daturus sit, qui paruulos fe-
cerat eloquentes. Similia sunt quę
habet Agellius in Psal. 77. *Inclinate*
Psal. 77. *aurem vestram in verba oris mei*, quod ex
n.1. Eusebio explicat, non enim sua, sed
spiritus verba proferebat. Videndus
Augustinus lib. 50. homil. homil. 28.
tom. 10. vbi hoc clarissime prosequi-
tur.

Cum igitur negandum non sit hoc
in loco Moysen diuino afflatum spi
ritu verba protulisse non incongrue
intelligemus ipsum propterea huius
cantici verba oris sui tantūmodo ap-
pellasse, vt alio dictante denunciet à
se esse pronunciata, & in hoc sensu in-
nuat intelligendum, quod deinde di-
cit, dum huius concionis & prędictio-
nis doctrinam suam appellat. Et for-
tassis vt hoc ipsum inculcaret, elegā-
tissima, scilicet, huius Cantici verba
oris sui esse affirmat, qui Exodi 4. di-
xit: *Non sum eloquens ab heri, & nudius*
Exod. 4. *tertius, & ex quo loquutus es ad seruum tuū*
n 10. *impeditioris, & tardioris linguæ sum*; at
Deus qui *linguas infantium facit esse dis-*
sertas dixit illi: *perge igitur, & ego ero in*
ore tuo, doceboque te quid loquaris, vbi
Augustq.9. legit: Ego aperiā os tuū
& instruam te, quæ locuturus es, ad
ditque Augustinus: apparet non tan
tum instructionem oris, sed etiam ip
sam apertionem ad Dei gratiam per
tinere, non enim ait, *apert os tuum*, &
ego instruam te, sed vtrumque pro
mittit, *aperiam, & instruam*. Imo &
Theodoretus ibi asserit voluisse Deū
vt Moyses exilis esset vocis, & blosio-
ris linguæ, quando hac ratione diui
na virtus certior appareret, quemad-
modum piscatores publicanos, & co-
riarios veritatis doctores elegit. Et
Hugo de S. Vict. in annotationibus
ad Exodum aduertit id, quod Moysi
tarditatem, & ineptiam linguæ obij-
cienti dixit: *Quis fecit os hominis, aut* Exod. 4.
quis fabricatus est mutū, nonne ego? Quasi n.11.
diceret, inquit ille, qui os do, verba da-
re possum. Videndus Augustinus lib.
4. de doctrina Christiana cap. 15. vbi
ait: Si loquitur in eis Spiritus sanctus,
qui persequentibus traduntur pro
Christo, cur non & in eis, qui tradunt
discentibus Christum, &c. Cum igi
tur Moyses tardę, impeditæ, & prorsus
ineptę linguæ fuerit, cum ad audien
da verba oris sui inuitat, & conuocat
cælum & terram, videtur procul du
bio inculcare verba illa â Deo fuisse
posita in ore suo, quod aperiendum
promiserat, & de illis profecto esse, quę
Paulus postulauerat, cum dicebat: Ephes. 6.
Orantes omni tempore in spiritu, & in ipso n.18.
vigilantes in omni instantia, & obsecra
tione pro omnibus Sanctis, & pro me, vt de
tur mihi sermo in apertione oris mei: vbi
vides sicut in præsenti, Paulum dice
re os suum, sed verba Dei esse ad pro
ferendum concessa, quæ verba expē
dens Orig. homil 3 in Exod ait. Beati
quorum os Deus aperit, vt loquātur,
vnde Psal. 80. *Dilata os tuum, & implebo* Psal. 80.
illud, &c. Os igitur Moysis impleuit n.51.
Deus cum illud aperuit, & in illo po
suit verba sua, proinde ad illa audien
da inuitat, nam quæ à Deo nobis tri
buuntur, in aliorum vtilitatem debe
mus conuertere, sicut bene prosequi

tur

tur D. Gregor. 28. Moral. c 6. ad med.
1. Pet. 4. vbi in confirmationem affert D. Pe-
n.10. trum, cum ait: *Vnusquisque sicut accepit*
gratiam, in alterutrum illam administran-
tes, sicut boni dispensatores multiformis gra-
tiæ Dei Tunc, inquit Gregorius, bene
multiformis Dei gratia dispensatur,
quando acceptum donum propter eū
cui impenditur, sibi datum putatur,
nam & membrorum nostrorum tunc
bene ministerijs vtimur, cum sua eis
officia distincta seruamus, &c. Cum
ergo Deus verba sua posuerit in ore
Moysis, non sibi, sed auditoribus col
lata censet, proindeque ait: *Audite cæ-*
li, &c.

ANNOTAT. I.

De necessitate, & vtilitate audiendi verba Dei.

IAm ad canticum Moysis Exod.
15. n 1. annot. 1. ostendimus, quæ
nos ratio adegerit, vt post expo-
sitam literam sacri text. ad mysticos
sensus declinaremus; plura ibi dixi-
mus, quæ a pluribus modo dicendis
nos retrahunt; illud tantum cum D.
Gregorio ob oculos versamus, quod
dixit homil 4. in Euang. in verbis,
scilicet, scripturæ sacræ prius est ser-
uanda historiæ veritas, & postmodū
requirenda spiritualis intelligentia
allegoriæ: tunc namque allegoriæ
fructus suauiter capitur, cum prius per
historiam veritatis radice solidatur.
Similia sunt, quæ habet præfat in Iob
c 2. dicens: Sacri tractator eloquij
morem fluminis debet imitari, flu
uius quippe dum per alueum defluit
si valles concauas ex latere contin
git, in eas protinus sui impetus cursum
diuertit, eumque illas sufficienter im-
pleuerit, repente se in alueum refun-
dit, sic nimirum, sic diuini verbi esse
tractator debet, vt cum de qualibet re
disserit, si fortasse iuxta positam oc-
casionem congruæ ædificationis in-
uenerit, quasi ad vicinam vallem lin-
guæ vndas intorqueat, & cū subiectæ
institutionis campum sufficienter in
fuderit, ad sermonis propositi alueum
recurrat. Sic ille, cui suffragatur Hie
ron. in cap. 13. Isai. dicens: Spiritualis
interpretatio sequi debet ordinem hi-
storiæ: quod plerique ignorātes lym-
phatico in scripturis vagantur erro-
re. Vbi recolendum, & iuxta traditā
doctrinam intelligendum venit id,
quod Gregor. dixit præfat. in Canti-
ca: Sicut palea frumentum, sic & litera
tegit spiritum: sed quia iumentorum
est paleis hominum frumentis vesci,
qui humana ratione vtitur, paleas ab-
iiciat, frumenta spiritus edere dispo-
nat, eadem fere habet Orig. lib. 4. de
principijs c. 2. vbi docet sacram scri-
pturam contemplandam esse, quasi
constet ex corpore, & spiritu, &c. Tā-
tis proinde patronis, ac ducibus ducti,
de more post literalem sensum ad my
sticum iam ascendimus.

Sicut prima vox Dei dicit, Audi, vt
notauit D. Ambrosius, sic & id, quod
primo postulat in præsenti Moyses,
aures sunt, quæ prima ianua, patens-
que via est ad doctrinam cælestem,
quæ ex auditu incipit, iuxta illud
Pauli, *fides ex auditu*, vnde & sanctæ a- Rom. 10.
nimæ dicitur: *Audi filia, & inclina aurē* n.17.
tuam, vbi Hieronymus epist. ad Prin- Psal. 44.
cip. virg. ait. Cum audierit, & incli- n.11.
nauerit aurem, totamque se doctrinę
tradiderit, & eorum intelligentiæ, quę
dicuntur, obliuiscatur primùm po-
pulum suum, &c. vbi principium in
auditione ponit. Nam si audiens sa- Prouer. 1.
piens sapientior erit, sicut Salo n.3.
mon dixit, quod de omnibus in v-
niuersum intelligunt Beda, Hu
go, Dionysius, & Lyra, licet de doc
trina ibi a Salomone inculcata po-
tior doceat sententia, vtique qui ver
ba Dei audierit primam viam diuinæ

sapientiæ

sapientiæ aperit ingressuræ. Hinc est quod ascensurus Iacob in Bethel. i. domum Dei cum suis prius illi offerunt inaures, quæ erant in auribus eorum, vbi Rupert. lib. 8. c. 12 ait. Hoc ordine, & his profectibus ascendendū est in Bethel. i. in domum Dei, &c. primo enim offerendæ sunt aures, sed auferendæ inaures, quæ iuxta eundē Rupertum sunt falsæ doctrinæ phaleræ sermone nitidæ, sed sensu veritatis vacuæ. Hoc videtur suo modo assequutus Aristoteles, qui 6 Ethic. dixit oportere expertorum, & prudentium enuntiationibus non minus attendere quam demonstrationibus, & Plato teste Macrob. lib. 1. in somnium Scipionis c. 8. docilitatem, & audiēdi attentionem posuit inter partes prudentiæ, quem probat D. Thom. 2. 2. q 49. art. 3 & sane qui aures præbet doctrinæ, iam aliquid sui iuris cōfert, exigereque videtur, vt cætera Deus suppleat, & viam aperiat ad supernaturalem doctrinam capessendam. Mirabitur iure quis, quod selectis militibus, & instructa iam acie Deuter. 20. iussu Dei proclament duces per singulas acies audiente vniuerso exercitu. *Quis est homo, qui adificauit domum nouam, & non dedicauit eam, vadat, & reuertatur, &c. Quis est homo, qui plantauit vineam, &c. Quis est homo, qui despondit vxorem, &c* Quid igitur opus erat hos euocare, conscribere, & disponere, si à via reuocandi erant, & ab exercitu repellendi? Obiectioni respondet Oleast. ibi. Vult Dominus, inquit, vt quantumcumque debilis, & pauidus sis, opera tamen virtutis aggrediaris, & alij te reducant, tu vero ad magna te accinge, & conare, quod non potes perficere, magnum enim in operibus bonis est saltem inchoare. Sic ille, ex cuius doctrina constat, quod etsi assensum non possimus præbere diuinis admonitionibus, nec aures animi, vt decet, diuinæ doctrinæ aperire, tamē auditum exponere optimum quidē est, & vt plurimum maximè conducibile, quó Deus ad animum deferat, quæ externe percepimus, ac nos docibiles suos reddat, & faciat, vt faciamus quæ audiuimus, vbi notandum venit, id quod Augustinus de se etiam incurioso, & contemptore rerum diuinarum, auido tamen verborum, quæ audiebat, affirmat lib. 5. confess. c. 13 & 14. Rerum, inquit, incurioſus, & contemptor adstabam, & delectabar suauitate sermonis, & veniebant in animum meum simul cū verbis, quæ diligebam, res etiam; quas negligebam, & dum aperirem cor ad excipiendum quam diserte diceret, pariter intrabat, & quam vere diceret. Videndus idem Augustinus ad illa verba Psal. 77. *Inclinate aurem vestram in verba oris mei.* Pulchre enim aduertit, quod cum potius Propheta deberet secundum vulgarem loquēdi modum dicere, eleuate, erigite, seu arrigite aures, potius dicit *inclinate aurem*, vt, scilicet, denotet magna submissione, & humilitate auscultanda esse altissimi verba; quod etiam mihi videtur dixisse Iacobus illis verbis: *In mansuetudine suscipite insitum verbum*, vbi nos plura diximus: ait ergo Augustinus. Ille piè attendit legem Dei, & verba oris eius, cuius aurem inclinat humilitas, non cuius erigit cerui-cem superbia; quod enim infunditur, concauo humilitatis excipitur, eminentia tumoris expellitur. Vnde alio loco: *Inclina*, inquit, *aurem tuam, & excipe verba intellectus*, & in Psal. 57. in fine ait: Quotidie ad Ecclesiam procedunt, & non faciunt quod audiūt, faciunt tamen vt audiant, sic possunt facere vt audiant, & faciant: tu autem quantum longe es à faciendo, qui tantum fugis ab audiendo. Similia sunt quæ habet Chrysostomus homil. 15. in Genes. vbi de suis auditoribus ita ait. Qui tanta voluptate audit,

Gen. 35. *n.* 4.

Deut. 20. *n.* 5.

Psal. 77. *n.* 1,

Iacob. 1. *n.* 21.

Prou. 22. *n.* 17.

declarat

declarat ad opera quoque facienda separatum, alioquin creber iste vester conuentus certum argumentum est, quod bene valeatis anima, nam sicut esurire signum est bonæ valetudinis, ita amare diuina eloquia, spiritualis sanitatis indicium fuerit maximum, &c. Pulchra sunt quæ hac de re habet Plutarch. in lib. de auditione, & Ber. serm. 45 in Cant.

Sed illud notandum quod aduertit Hieron. in cap. 3. Amos, auditum scilicet in scripturis sanctis non significare solum istū auditū carnis, sed internum, qui auribus cordis fit, & de quo Christus Dominus dixit: *Qui habet aures audiendi audiat*, vbi Greg. hom. 15. in Euang. ait. Omnes qui illic aderant aures corporis habebant, sed qui cunctis aures habentibus dicit: *Si quis habet aures audiendi audiat*, aures proculdubio cordis requirit, & Aug. serm. 18. de verbis Domini: Surdos, inquit, quā multos Dominus ante oculos suos intuebatur cum diceret: *Qui habet aures audiendi audiat* Quis enim ante illum sine corporis auribus stabat? Quas ergo alias aures nisi interioris hominis requirebat? Et Theophylact. in Matth. ait: Multi aures habent, sed non ad audiendū, propterea ait Christus: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Hoc igitur discrimen inter auditores verbi Dei, & cæteros reperitur, quod hi auditores tantumodo sunt, & ideo satis est, si ea, quæ audiunt non transeāt ab auribus, nec animum permeent, at auditores verbi Dei factores esse oportet, iuxta illud Iacobi: *Estote factores verbi, & non auditores tantum*, vnde Aug. Psal. 103. in fine 1. concionis, ait. Excusationem in iudicio non habebitis, nisi vos bonis operibus exercueritis, & eorum, quæ audistis tanquam pluuiæ, fructum congruum non dederitis, &c. Et sane Christus Dominus hoc proculdubio docet Matth. 7. *Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram*; vbi per verbum faciendi loquitur, & ædificanti assimilat auditorem; vnde Aug. ser. 59. de verbis Domini, ait: Per seruos suos concionatores conducit Dominus, non vt otientur, sed vt operentur.

Hinc est quod cōqueritur Deus de auditoribus, qui operatores non sunt, sed irrisores potius, & ideo Hierem. 6. ait. *Cui loquar, & quem contestabor vt audiat? Ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt*, vbi Theodoretus ait: Tales erant isti, qui verbis diuinis uolebant attendere, sed fugillabant, &c. Hinc etiam apud Ezechielem conqueritur, quod verba sua ad aures tantum perueniant, more cantantiū, cuius voces auditui tantū inseruiunt. *Audiunt*, inquit, *sermones tuos, & non faciunt, quia in canticum oris sui vertunt illos, & auaritiam sequitur cor eorum, & est eis quasi carmen musicum, quod suaui, dulciquæ sono canitur, & audiunt verba tua, & non faciunt ea, &c.* Vbi pro carmine musico ex Hebræo verti potest *canticum amorum*, seu *amatorium*, est enim in Hebræo *agānim*, á verbo *agan*, quod significat amāre, vt apud Hieremiam: *Contemptserunt te amatores tui.* Audit quis amatorium carmen, & vocis modulatione tantum delectatur, nihil interim curans de significatione eius, instar igitur horum auditorum plerique audiunt verbum Dei, nec tamen mouentur, aut proficiūt, efficiuntue quæ illis inculcantur; vnde Hieronymus ibi ait: Tales sunt hodie multi in Ecclesia, qui aiunt; Venite audiamus illum, & illum mira eloquentia prædicationis suæ verba voluentem, &c, Quod si mihi quis obijciat, & diuini verbi concionatores musicos, ac citharædos esse, qui non solum in terris, sed in cælis etiam diuinas intonāt laudes, vt constat ex eis, qui citharas habere visi sunt, ac decantantes

Luc. 8. *n.* 8.

Iacob. 1. *n.* 22.

Matt. 7. *n.* 24.

Hiere. 6. *n.* 10.

Ezec. 33 *n.* 31.

Hiere. 4. *n.* 30.

Apoc. 5. *u.* 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

auditi, vbi plerique, quorum suppresso nomine meminit Alcaçar, prædicatores intelligunt, & probatur à Vieg ibi sec. 6. ex cap. Isai. 16. *Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit*, vbi D Hieron. per citharam compositã, & benè sonantem Prophetã prædicantẽ intelligit; quã etiã ob causam Isai. 22. prædicatores instrumenta musica appellantur, prout ibi etiam exponit idem Hieron. Sunt igitur musici, & citharædi concionatores proinde quid mirum, si eorũ verba ad aures tantũ deducuntur, & cor nequaquã peruadũt? sed dicimus Dei verbi prẽcones re vera instar illorũ cantorũ, citharędorũue esse, quos fabulãtur Poetę Orphęi, scilicet, & Amphionis, qui feras, & immanes animãtes, ipsasque syluas, mõtes, ac saxa ad sese trahere dicutur, nã vocis instrumento, & efficacitate doctrinæ, rudes & obduratos trahũt peccatores, lapidea corda emolliũt, cæcos illustrãt, obstinatos, ac scelerũ omniũ colluuioni immersos, media interueniente gratia, ad fidem Christianam amplectendã, & peccata detestanda perpellũt: quo sensu & Clemẽs Alex. in exhort. ad gentes asserit, Christũ Dominum nouũ fuisse citharædũ, qui tum per se, tum per suos concionatores omnia ad se traxit, sic enim habet. Solus ipse feras mansuefecit, volucres quidem, id est eos, qui ex se ipsis sunt leues: serpentes, id est, deceptores: leones, eos, qui ad iram sunt concitati: sues eos, qui sunt voluptati dediti: lupos eos, qui sunt rapaces: lapides etiam, & ligna ad se traxit, id est, eos, qui lapides, & ligna adorant. & qui instar lapidum insipientes erant, iuxta illud Matthæi 3. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*, id est, ex Gentilibus, qui lapidibus crediderunt. Has ergo omnes immanissimas feras, & lapides ipse cælesti cantu in mansuetos homines transformauit; vnde quantum potuerit nouum canticum, homines ex lapidibus, & homines fecit ex feris. Sic ille ostendit qualis citharę dus extiterit Christus Dominus, quem sui imitantur prædicatores, ac musici, qui proinde eo animo sunt audiendi vt auditores sint etiam commouendi, & conuertendi; non aliter ac de rebus etiam insensibilibus commendantur antiqui, & verè de peccatoribus asseritur à Clemente Alexandrino, dum diuinas voces perceperunt, & in hoc sensu terra etiam audire debet, vt commoueatur & contremiscat, non illa insensibilis, cui sensum attribuit Origenes, sed grauis peccatorum onere, & iniquitatum sentibus spinosa. Cæterum qui obcænis carminibus, & & profanis cantibus aures applicant, in ijs quæ admodum delectantur, cælestibus citharædis aures occludunt, sicut de illis dicitur Michæ. 7. *Aures eorum surdæ erunt*, vbi Diuus Hieronymus explicat de impijs, qui sanam doctrinam per voces horum cantorum sibi instillari refragantur; sic vero habet. Aures eorum obsurdescunt, quia malitia non solum oculorum obcæcauit intuitum, sed & aures fecit obsurdescere, noluerunt enim audire vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter, &c. nam si audirent, haud perstitissent immoti, qua de re videndus Augustinus q. 6 in Iosue, vbi Hiericuntinos muros prostratos prosequitur ad voces tubarum, sic vero habet. Quis non stuperet saxa sono dirupta, fundamenta clangore quassata, & ita collapsa, vt cum victores nihil manu læderent, apud aduersarios nihil stabile remaneret: sed hæc in figuram facta esse non dubium est; nam sacerdotales tubę pręfigurarunt huius temporis Sacerdotum prædicationes, per quas non cessant peccatoribus terribili sono iudicium

Isai. 16. n. 11.

Isai. 22. n. 23.

Matt. 3. n. 9.

Mich. 7. n. 16.

Iosue 6. n. 20.

nuntiare

nuntiare gehennæ, interitum prædicare, & aures delinquentium verberare. Sic August. ostendit quomodo commoueantur ea, quæ admodũ dura sunt, fortia, & imperterrita ad vocem incantantis sapienter, ad sonitũ cantantis ac modulantis Dei verba. Etenim is Deus qui regulam aureã, vel potius linguam auream, vt habẽt Septuaginta, surripientẽm comburi iussit, quia illa profana erat, & prohibita, delectatur admodum si delectãtes videat, & attendentes linguas aureas ignitas de illis, quæ é cælo descẽderunt super Apostolos loquentes ignita etiam verba. Vbi notandus venit Orig. homil 7. in Iosue, admonens curiosos ne delectentur in profana auditione Poetarum & Philosophorum, sic vero habet. Vide ne te decipiat fulgor operis, ne te rapiat sermonis aurea pulchritudo memento quia Iesus anathema esse iussit omne aurũ quod in Hierico fuerit inuentum. Si Poetã legas fulgenti carmine Deos, deaque texentem, ne delecteris eloquentiæ suauitate, lingua aurea est. Si eã sustuleris, & posueris in tabernaculo tuo, id est, si introduxeris in cor tuum quæ ab illis asseruntur, pollues omnẽ ecclesiã Dñi sic Origenes. De huiusmodi autẽ auditoribus qui peruersa aliquando doctrina fuerunt edocti, cũ ad audienda sacræ doctrinæ verba accedunt dixit optimè Plutar lib de officio auditoris dedocendos prius esse, deinde docendos, ne salutifer sermones ex venenans, & virulentis venenum, & virus trahant Non est tamen hoc in loco omittenda pulchra ea similitudo apud Chrysost homil. 2. in epistola. 2. ad Thessal. vbi vento similem dicit sermonem. ac verba præconis Dei, vt inde deducamus quo animo sint percipienda. Quod nauigijs, inquit ille, sunt spirantes vẽti, hoc animis sunt verba; quãdiu nauigia sub anchora detinentur, nec spirantibus ventis vela expandunt, nec proficiscuntur, nec nauigant, nec ex vno in alterum feruntur locum: quandiu animi aures non aperiuntur vento doctrinæ, nec ferreæ præscinduntur, seu leuantur anchoræ, quibus rebus terrenis adhęret animus sub vitiorum pelago detinetur animus, nec proficit nec portũ petit, aut ingreditur &c. proindeque expandenda sunt vela animi, aperiendæ cordis aures, suscipiendus doctrinæ flatus, excipiendus animo disciplinæ halitus, quo felicem nauigationẽ peragere & æternæ gloriæ portum plenis velis possimus petere. Vbi etiam sese offert non minus elegans locus apud eundem Chrysostomum homil. 5. contra Iudæos in fine, vbi versat illa Christi Domini verba Matth. 25. *Oportuit te committere pecuniam meam numularijs, & veniens ego recepissem vtique quod meum est cum vsura, &c.* Per pecuniam ergo intelligit Chrysost. verba Dei à prædicatoribus prolata; per vsuram vero profectũ, & opus, ad quæ illa diriguntur, & ad quę auditores tenentur, cui creditum est verbum Dei, vt fructum, lucrumque multiplicatum afferat. Cum dixisset Dominus ait Chrysost *Ego veniẽs cum vsura repetissem eam*; ostendit quod posteaquam audierit, qui accepit doctrinam, vsuram facere oportet tanquam Domino repetituro. Vsura autẽ doctrinæ nihil aliud est quã operũ exhibitio. Nos deponimus pecuniã in aures vestras, necesse est vt vos reddatis vsuram Domino. Sic ille, qui similia prorsus ex eodem loco affert hom. 41. in Genes. & respondet is, qui talenta potius ad Doctores, quam ad auditores conuertere nituntur, aitque Si diligenter parabolam intueamini, scitis quod Doctores quidem debent dirumerare pecuniam, sed vos non solum eam seruare, sed & similiter negotiari debetis. Sic ille ostendit

Iosue 7. n. 25.

Ibi. 2. n. 3.

Mat. 25 n. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tendit quo animo excipienda sit cæ-
lestis doctrina, cui aperiendæ sunt au-
res, vt talis pecunia numeretur, sed
itidem recludendæ, vt animo talis
thesaurus summo cum profectu Do-
mino tradendus reseruetur. Videndus
hac de re Gregor. 19. Moral. cap. 13.
vbi ad rem nostrã interpretatur ver-
ba illa Psalm. 147. *Velociter currit ser-*
mo eius, vult enim hoc dictum esse
de electis, apud quos Dei sermo quam
citissime ab auribus corporis ad in-
timum cordis auditum transit, hæc
est enim vna ex notis animæ prædes-
tinatæ ad gloriam, si vocem veri
pastoris percipiat, cognoscat, & con-
seruet; affert insuper & illud Pauli
2. Timoth. 2. *Verbum Dei non est alli-*
gatum; sicut enim libere profertur à
loquente, itidem & libere transit, &
permeat ab auditu corporis ad ani-
mæ perceptionem. Tertio id etiam
probat ex illo Psalm. 76. *Etenim sa-*
gittæ tuæ pertransierunt. Sic ergo ait:
De cursu, qui in electorum cordibus
agitur, Psalmista testatur dicens: *Ve-*
lociter currit sermo eius, plerumque ve-
ro & cursum non habet, quia prædi-
catio ad aures venit, sed secante in-
terna gratia, ad corda audientium nõ
pertrãsit: de cuius prædicationis ver-
bis propter electos dicitur, *etenim sa-*
gittæ tuæ pertransierunt: sagittæ quippe
Dei pertranseunt, quando verba prã-
dicationis eius ab auribus ad corda
descendunt. Sic ille probat quomo-
do verba Dei non debeant hærere in
externis auribus, sed ad animum vs
que peruadere, quo tamen non deue
nient nisi externé audiantur, & diui-
na operãte virtute ad animam vsque
deducantur. Primum quidem adum-
bratum cernitur in illo loco Amos c.
3. vbi dicitur: *Quomodo si eruat pastor*
de ore leonis duo crura, aut extremum au-
riculæ, sic eruentur filij Israel, qui habitant
in Samaria. Vbi Hieronymus similitu-
dinem à diuino oraculo assumptam,
sic exponit. In crure via ostenditur
doctrinarum, in aure sacramenta dic-
torum, vnde ad credentes dicitur, *qui*
habet aures audiendi audiat, & in Apo.
calyp. quoque Ioann. legitur, *qui ha-*
bet aures audiendi, &c. quasi velit Hie-
ronymus illud ex Prophetã deduci,
quod quãdiu leo ille rugiens, & quę-
rens quem deuoret non totum deglu-
tiuit, & absorbuit hominem peccato-
rem, sed adhuc supersunt auriculæ,
quæ vocem vocantis pastoris possint
percipere, & quibus á docente, corri-
pienteue possit auelli, & extrahi á fau-
cibus leonis, haud desperandum de re-
medio, & reductione illius, imo & i-
deo pedes auribus coniuncti propo-
nuntur, quia facilis regressus patet ad
reuocationem, & conuersionem il-
lius animæ, quæ ad audiendum ver-
bum Dei aures præbet, sicut eleganter
probat Bern. ser. 41. in Cant. & serm.
28. vbi multus est in hoc argumento
comprobando.

Quod si velimus dictum locum cũ
Greg. intelligere, qui 6. Moral. cap. 11.
per crura desideria intelligit, quibus
anima veluti gressibus, ac pedibus fer-
tur in rem amatam, & concupitam, id
profecto protendunt aures cruribus
coniunctæ, & crura auribus adunata,
quia is, qui auribus percipit Dei ver-
ba, nouo statim desiderij ardore ac-
cedendi, accenditur, & perueniendi
ad Deum præuenitur, quod possu-
mus confirmare ex eo, quod diuinum
oraculum ait Oseæ in cap. 5. *Ego quasi*
leæna Ephraim, ego capiam, & vadam, tol-
lam, & non est, qui eruat, vbi paraphra-
sis Chaldaic. habet: *Verbum meum qua-*
si leæna erit domui Ephraim. Solet enim
leænã rugitu ablatos filios quærere,
quam deprædatur audiens, prædam
perterritus demittit, sic & inimi-
cus generis humani ablatam ali-
quando animã dimittit, imo & ani-
ma peccatũ abijcit, euomit, & lachry-
matur, audira voce Dei. Necessarium

Psal. 147. *n.* 15.

2. *Tim.* 2. *n.* 9.

Psal. 76. *n.* 18.

Amos 3. *n.* 12.

Luc. 8. *n.* 8.

Apoc. 2. *n.* 11.

Oseæ 3. *n.* 14.

proinde est huiusmodi voces audire,
quod primo à nobis Deus requirit, &
in præsenti postulat Moyses, & ali-
quando postremum solet esse reme-
dium, quando nihil præter aures su
peresse videtur ab ore leonis. Vbi nõ-
tanda venit pariter, & adoranda Dei
benignitas, qua ille vtitur ne quis de
sit Deo vocanti, nam quia plerique
sunt qui animi aures omnino habent
obturatas ne audiant clamores, & vo-
ces, Deus perinde cum eis agit quẽ-
admodum homines cum surdis, sicut
enim his, quia voces non percipiunt
significationibus manuũ indicamus
ea, quæ volumus; ita Deus eos, qui ad
illius voces penitus obsurduerũt, qua-
si surdos manuum signis alloquitur,
sic enim interpretatur Rodolphus il-
lud Prouerb. 1. 24. *Quia vocaui, & re-*
nuistis: extendi manum meam, & non fuit
qui aspiceret: quod sic explicat Bernar.
citatus a Salazar, sed nõ bene citatus,
vt vocis dictione Deum vti affirmet,
cum per concionatorem alloquitur:
manuum vero si quis cum miracula
patrat, quæ sunt proprié signa manuũ.
Aliter Beda in libello, quem de indi
gnatione inscripsit, vbi dicit manuũ
signis alloqui Deum tunc, cum voces
prædicantium non accipientem bo
norum operum exemplis compellit
ad quem modum Christus Dominus
cum doctrina vocis manuum signa
coniunxit, cum cæpit facere, & do-
cere.

Cæterum vt verba ad aures animi
perueniant, pulsent, & persuadeãt, ne
cessaria est Dei virtus, & Spiritus san
cti gratiæ sonus; sed statim illud oc
currit, quod dixit Ioannes: *Vos vnctio-*
nem, quam accepistis ab eo maneat in vobis,
& non necesse habetis vt aliquis doceat
vos: sed sicut vnctio eius docet vos de om-
nibus, &c. vbi vnctio doctrinam inter-
nam significat, qua Deus alloqui-
tur animam, illiusque auribus di-
uinam instillat doctrinam; appella-
tur autem vnctio huiusmodi locutio
quia fouet lumen fidei, calorem cha
ritatis inflammat, corroborat spem
& promptum reddit hominem expe
ditumque ad operationem virtutum
Si ergo ista vnctio, doctrina, ac locutio
interna, quæ maxime docet, & intime
persuadet, satis est, ita vt non indigea-
mus interna admonitione, & locutio
ne; quid clamat Moyses hoc loco. Au-
dite quid proclamatores verbi Dei?
Vnde & hæretici eo loco nituntur, vt
multa peruersé asserant de hoc inter
no, & externo excludendo magistro
& doctore, vt videre est apud Bellarm.
lib. 3, de verbo Dei c 3. & sequentibus.
Præuidit sibique obiecit, pariterque
dissoluit difficultatem hanc D. Aug.
tom. 9 trac. 3. in 1 Ioan. ad finẽ vbi ita
ait. Modo mihi facio quæstionem, &
illi ipsi Apostolo facio: dignetur au-
dire paruulum quærentem á se, ipsi
Ioanni dico, vnctionem habebãt, qui
bus loquebaris? tu dixisti, quia vnctio
ipsius docet vos de omnibus, vt quid
talem epistolam feci sti? quid illos tu
docebas? quid instruebas? quid ædifi-
cabas? Iam hic videte magnum sacra-
mentum fratres, sonus verborum no-
strorum aures percutit, magnum in
tus est. Nolite putare quemquam ho-
minem aliquid discere ab homine.
Admonere possumus per strepitum
vocis nostræ si non sit intus qui do-
ceat inanis fit strepitus noster. Adeo
fratres vultis noscere, nunquid non
sermonem istum omnes audistis? Quã
multi hinc indocti exituri sunt? Quã
tum ad me pertinet omnibus loquu
tus sum, sed quibus vnctio illa intus
non loquitur, quos Spiritus sanctus
intus non docet, indocti redeunt: ma-
gisteria forinsecus adiutoria quędam
sunt, & admonitiones, cathedram in
cælo habet, qui corda docet: propterea
ait & ipse in Euangelio: *Nolite vobis di-*
cere magistrum in terra, vnus est magister
vester Christus: ipse vobis ergo intus lo

1. *Ioan.* 2. *n.* 27.

Matt. 23. *n.* 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitur, sic sunt ista verba, quę forinsecus dicimus, quomodo est agricola ad arborem forinsecus operator, ad hibet aquam, & diligentiam culturæ: quælibet forinsecus adhibeat, nũquid poma format? &c Audite agricolam Apostolum, & videte quid sumus, & audite magistrum interiorem. *Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit: neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Hoc ergo vobis dicimus: siue plantemus siue rigemus loquendo, nõ sumus aliquid, sed ille, qui incrementum dat Deus i. vnctio illius docet vos de omnibus. Sic Augustinus ostendit vim, & efficaciam interni magisterij, respectu cuius nostra externa doctrina, & prædicatio parũ prodest, & nihil efficit; si illa desit. Cæterum licet Deus principalis auctor gratiæ sit, & verus magister, non quidem absque ministerio externo humani doctoris, ad cuius vocem interne loquitur, & qua veluti instrumento vtitur, sic Philippus Dei iussu Eunuchũ docuit: & euangelizauit illi Iesum. Sic & Annaniam ad Paulum misit vt videret & Spiritu sancto infunderetur. Sic & Petrus Cornelium, & qui cum illo erant erudiuit, consuetudo tamẽ est scripturæ, quæ Deus principaliter facit, sic Deo tribuere, ac si plané solus faceret; idque propterea quod si mul vim suppeditet causis secundis, quo sensu Christus Dominus prẽmonuit fidelem in persecutione non locuturum. i. non solum, nec proprijs verbis, sed spiritum Patris in illo, *Ipse enim est qui docet hominem scientiam.* Similia habet idem August. lib. 1. ad Simplic q. 2 & Gregor homil 30. in Euang. ad illa verba: *Ille vos docebit omnia*, vbi ait. Nemo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit: quia nisi intus sit qui doceat, Doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Ecce vnam docentis vocem interius pariter auditis, nec tamen pariter sensum auditę vocis percipitis. Cum ergo vox disparnon sit cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligentia: nisi quia per hoc quod vox loquentis communiter admonet, est magister interior, qui de vocis intelligentia quosdam specialiter docet &c. Idipsum eleganti pluuiæ similitudine expresit Athanasius in serm de semente dicens. Vniformis est ipsa pluuia, quæ deijcitur: sed tamẽ multiplicem operatur sementem, frumẽtum enim efficit, fabam, millium, zeam, &c. quod bene tractat Vasquez 1. p. disput. 98. c. 4, & 7. Et Philo lib. 2 legis allegoriarum post medium ait O tu scito animæ cibum esse scientiam, quam non sermo sensibilis, sed Deus largitur &c. Videndus item erit Ioann. Dried. lib. 2 de via inuestigandi. script c. 3 ad 2 arg.

Non excluditur igitur externus magister, quem sibi in ministerium assumit Deus, sed ostendit Ioannes eo in loco, quomodo Deus supremus, & principalis sit doctor, & nostra voce aliquando vtatur, nostramque præmittat doctrinam, vt suam postea suggerat, & inter vtramque conuenientiam ostendat ac externo magisterio suam communicet auctoritatẽ, quod recte docet D. August. lib. 2. quæst. Euang cap. 47. Vel etiam permittit Deus externas voces docentium, ne quis illas parui pendens internam tantum expetat, & expectet doctrinã, quod prosequitur Cassian. collat. 2 cap. 15. dicens missum Saulum ad Annaniam, eum illius prius doctrina quam sua institui volens, ne scilicet quod recte gestum fuisset in Paulo posteris malum præsumptionis præberet exemplum, dum vnusquisque sibimet persuaderet simili modo se quoque debere Dei solius magisterio, atque doctrina, potiusquam seniorum institutione formari. Sic ille, cui suf-

fragatur

1. *Cor.* 3. *n.* 6.

Act. 8. *n.* 35.
Ap. 9. *n.* 17.
Act. 10. *n.* 34.

Matt. 10. *n.* 10. & 20.

Psal. 93. *n.* 10.

fragatur Greg lib. dialog cap 1 vbi loquens de ijs, qui interno solummodo præceptore imbuuntur, aut imbui volunt, ait. Vsus rectæ conuersionis est vt præesse non audeat, qui subesse nõ dedicerit, nec obedientiam subiectis imperet, quam prælatis non nouit exhibere, alioquin fiet, vt dum sequisque sancto spiritu impletum præsumit, discipulus hominis esse renuat: afferensque plerosque: qui ab interno magistro sunt edocti, vt Moyses, & Baptista addit: hæc infirmis veneranda sunt, non imitanda, &c. Vnde citatus Cassianus concludit. manifestissime comprobatur nulli à Domino viam perfectionis ostendi, qui habens vnde valeat erudiri, doctrinam seniorum, vel instituta contempserit, parui pendens illud nostri cantici. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, seniores tuos & dicent tibi. Qua in re recte dixit Basilius in regul. breui. q 1 quod quãuis ductore indigeat homo vt erigatur in viã veritatis, & affirmet Apostolus *non esse nos sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis*, vtitur tamen vt plurimum Deus hominis opera ad auxilium animarum; & quẽ admodum vult, vt fides, quæ ipsius donum est ex auditu prædicationis percipiatur, sic sapienter etiam decernit vt doctrina Christianæ perfectionis, quæ fide tanquam fundamento nititur, munere quidem suo, sed non nisi magistri voce, in animis hominũ inferatur. Similia sunt quæ habet idẽ Basilius in reg. fus. disput. c. 16. & ser. de instit monast. Hieronym epist. ad Rust. Bernard epist. 87. Vincẽt tract. de vita spirit. Cassian collat. 21. c. 11.

Necessarius itaq; est externus prædicator, & audienda verba doctrinæ quæ comitatur interna locutio, & sine qua nihil proficit prædicantium vox, proinde hæc attendenda, illa enixẽ postulanda, de cuius munere venit vt à docẽtibus digne, & laudabiliter percipiatur spiritualis instructio, sicut prosequitur Greg. 29. Moral. c 13 vbi ait. Quilibet prædicator verba dare auribus potest, corda vero aperire nõ potest, & nisi per internam gratiam solus omnipotens Deus prædicantiũ verbis ad corda audientium inuisibiliter aditum præstet, incassum prædicatio aure audientis percipitur, quæ peruenire ad intima corde suo prohibetur. Cum Deus prædicationis verba tribuit, per terrorem verba compungit. Hanc viam Paulus prædicator egregius, dum superna mysteria terribiliter intonaret, se à se habere nõ posse conspiciens, discipulos admonebat dicẽs: *Orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium verbi ad loquendum mysterium Christi.* Qui ergo loquebatur mysteria, sed in corde audientium eisdem mysterijs à Domino aperire ostium precabatur, habebat quidem iam tonitruum (id est verbum) sed dari ei desuper viam quærebat. Hanc viam nequaquam se Ioannes dare posse cognouerat, qui dicebat: *Non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed vnctio eius docet vos de omnibus, &c.* Similia sunt quæ habet idem Gregor. cap. 14. eiusdem lib & c. 5. lib. 11. vbi ait. Plerumque fit vt cum audientis cor, exigentibus culpis, Dei gratia nõ repletur, incassum exterius á prædicatore moneatur, quia mutum est os omne, quod loquitur, si ille interius in corde non clamat, qui aspirat verba, quæ audiuntur; & August. in Psal. 126. Nos loquimur foris, Deus ædificat intus, laboramus & nos tanquam operarij, sed nisi Deus ædificauerit domum. i. Ecclesiam, in uanum laborauerunt ædificantes eam Similia habet lib 4. de doctr. Christ c. 16. Ex quibus plane constat quod vt terra nostra det fructum, necesse est vt prius Dominus det benignitatem suam, eamque intus aperiat, subigat, irriget, & foueat.

2. *Cor.* 1. *n.* 3.

Coloss. 4. *n.* 3.

1. *Ioan.* 2. *n. vlt.*

Quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quoniam igitur tam necessaria est interna locutio, & frustra clamat prę co nisi auditum præstet Deus, & externa verba docentis ad mentem vsque dirigat & deducat, proinde enixè orandus Deus, vt quæ debemus loqui ipse apponat in ore nostro; quod videtur dixisse Dauid Psal. 48. *Os meũ loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam*, & mox subdit: *Inclinabo in parabolam aurem meam*; vbi acutè Chrysostomus inquirit quomodo regius vates sibi constet, namque si os præparat ad loquendum, qua cohærentia statim aures applicat vt percipiat, differt siquidem prædicator ab auditore; sed nodum soluit statim Chrysostomus dicens: valde prudenter ne quis existimaret esse humanũ, quod dicitur, & ne haberet suspectam eius inuentionem, & Theodor. ibi ait: Innuit se nihil loqui proprium, sed esse diuinæ gratię instrumentum; vnde alibi. *Lingua mea calamus scribæ.* Videndus hac de re Greg 33. Moral. c. 21. vbi alludens ad id, quod dicitur num. in c. 7. ait: de rebus dubijs Moyses semper ad tabernaculum recurrit, coram testimonij arca Dominũ consulit, exemplum doctoribus præbens. &c. Ioan 1 dicitur: *Videbitis Angelos ascendentes, & descendentes super filium hominis*, vbi si meminerimus dixisse Gregor. homil. 34 in Euang. Angelus nomen est officij, non naturæ, & nuntius interpretatur, facile significatum comperiemus, Angelos annuntiantes verbum Dei, ipsum Deum debere consulere, & adire, vt inde hauriant, quæ deducant, & doceant; magisque constabit hæc doctrina, si aduertamus Augustinum 12. contra Faustum cap. 26. Euangelicæ fidei prædicatores in ascendentibus, ac descendentibus Angelis agnouisse. Quod si adhuc inquiras, cur prius ascendere, quam descendere asserantur? In promptu est solutio, quia scilicet prius interiori mentis affectu ascendendo repleri, & doceri oportet doctor, siue prędicator, quam ad docendum descendat in auditores; quod pulchrè dixit Bernard. serm. 18. in Cantic his verbis. Disce non nisi de pleno effundere, implere prius & sic curato effundere, benigna prudensque charitas affluere consueuit, non effluere; si sapis concham te exhibe non canalem, canalis siquidem simul & recipit & effundit concha impleatur expectat, & quod superabundat sine suo damno communicat. Verum canales multos hodie habemus in Ecclesia, conchas vero per paucas. Tãtæ charitatis sunt per quos nobis fluenta cælestia emanant, vt ante effundere, quam infundi velint; loqui, quam audire paratiores & prõpti docere quod non didicerunt. Videndus Augustinus 4. de doct. Christ. c. 14. & 15. vbi monet, vt prædicator prius ad Deum leuet animam sitientem vt bibat, quam eructet, & prius impleatur, quam fundat. Ait ergo Augustinus, agat vir eloquens vt intelligenter, vt libenter, vt obedienter, audiatur, & hæc se posse pietate magis orationum, quam oratorum facultate non dubitet, vt orando pro se, & pro illis, quos est allocuturus sit orator an tequam dictor. Ipsa hora iam, vt dicat accedens, priusquam exeat proferentem linguam, ad Deum leuet animã sitientem, vt eructet quod biberit, & quod impleuerit, fundat, &c. quibus similia habet D. Gregorius 6 Moral c 3. vbi monet prædicatorem ad imitandum diuinum præceptorẽ Christum Dominum, qui per diem miracula in vrbibus patrabat, at vero ad orationis studium in monte pernoctabat. Vt perfectis, inquit ille, prędicatoribus innuat quatenus nec actiuam vitam amore speculationis funditus deserant, nec contemplationis gaudia penitus operationis nimietate contemnant: sed quieti contemplantes

Psal. 48. *n.* 4.

Psal. 44. *n* 2.

Numer. 7. *n.* 89.

Ioan. 1. *n.* 51.

forbeant, quod occupati erga proximos loquentes refundant. Sic ille.

Videndus item erit Bernardus loco proximè citato, vbi inuehitur in eos, qui diuina repleti doctrina, proximis non exhibent, sed frumenta abscondunt populis, quapropter male dictionem Dei incurrunt. Videndus etiam D. Thom. 2. 2. q. 188. art. 6. vbi præfert in Religionibus eam, quæ ex plenitudine contemplationis ordinatur ad docendum, & prædicandũ; affertque locum petitum ex Gregor. homil. 5. in Ezech. post medium, vbi de prædicatoribus diuinitus edoctis ait. Vnde ipsi ardent, alios incendũt. Hinc de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dicitur Psalm. 144. *Memoriam suauitatis tuæ eructabunt*, &c. Et fortasis ideo Dauid dixit se eructare verbum bonum, quia diuina repletus scientia loquebatur; fieri enim nequit quin bonum sit verbum, quod eructat, & profert ille, qui diuinæ sapientiæ aqua potatus, & repletus ad effundendum fidelibus accedit. Id igitur vt fiat debet profecto prædicator prius esse orator, quam dictor, & prius haurire è fonte diuinæ sapientiæ, vt inde repletus alijs propinare valeat.

Olim Esther pro salute populi sui Regem Assuerum allocutura, Deum prius orat, sermonẽque ab eo precatur dicens: *Tribue sermonem compositũ in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius, &c.* quæ verba ponderat D. Augustinus vt inde colligat quanto magis incumbat diuini verbi tractatori prius Deum conuenire, & ab illo postulare quæ verba possit auditoribus eloqui; sic vero habet 4. de doct. Christ. cap. 30. siue ad populum, vel apud quoslibet iam iamque dicturus, siue quid apud populum dicendum, vel ab eis voluerint, ac potuerint, legendũ est, dicturus oret, vt Deus sermonem bonũ det in os eius. Si enim regina orauit Esther pro suæ gentis temporaria salute locutura apud Regem, vt in os eius Deus congruum sermonem daret; quanto magis orare debet, vt tale munus accipiat, qui pro æterna hominum salute in verbo, & doctrina laborat? Illi vero, qui ea dicturi sunt, quæ ab alijs acceperunt, & antequam accipiant, orent vt bene & ipsi proferant, & illi ad quos proferũt, sumant: & de prospero exitu dictionis eidem gratias agent, à quo id se accepisse non dubitant, vt qui gloriatur in illo glorietur, in cuius manu sunt & nos, & sermones nostri. Sic ille, qui etiam videndus est quæst. 9. in Exod. & Origen. homil. 3. in Exod. & Chrysost. homil. 3. ad populum, vbi meminit prædictæ orationis Esther.

Nec omittendus Epiphan. initio lib. 1. vbi ait. Græcorum scriptores, Poetæ, & Oratores vbi fabulosum aliquod scriptum aggrediuntur, musam aliquam inuocant, quid ni nos Deũ verum opt. max. Hinc est quod in Ecclesia salutaris mos obseruatur postulandi benedictionem, in qua dicitur: Dominus sit in corde tuo, ac in labijs tuis, &c. vt auditores sic audiãt verba oris prædicantis, vt intelligant esse verba Dei, & cum talia agnoscãtur, fores animi eorum, qui audiunt possint pulsare. Deinde etiam plenã gratia beatissimam Virginem matrẽ inuocat concionator vt gratiam, & dicenti, & audienti cõsequatur; vtrũque enim requiritur in hoc negotio; verum etenim est quod dixit Augustinus de moribus Ecclesiæ c. 1. in medio, Scientiam veritatis, neque omnes, à quibus quæritur, dicere possunt, neque omnes, qui quærunt, discere digni sunt: & diligentia igitur, & pietas adhibenda est; altero fit, vt scientes inueniamur, altero, vt scire mereamur &c. Vbi per scientes intelligo eos qui diuiua gratia perfusi, diuina itidem scientia pariter sunt instructi

Psl. 144. *n.* 7.

Esth. 13. *n.* 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad docendos auditores. Vtrumque igitur singulari Dei beneficio fit, & pro vtroque enixè precandus est Deus, nã iuxta Salomonem, *Aurem audientem, & oculum videntem Dominus fecit vtrũque.* Vbi Hieronymus, & Beda interpretantur aurem audientem, auditorem obedientem, oculum autem videntem, doctorem eruditum, & infra dicitur, dat vnicuique gratiam secũdum mensuram donationis suæ, videlicet qui dat doctori donum docẽdi, dat auditori donum audiendi, & discendi & vtrumque donum Dei est; ita ibidem Glossa & Lyran.

Prou. 20. n. 12.

Non est tamen negandum fieri optime posse, vt Dei verba ponantur in ore impij, sicut Balamo contigit, cuius os, non sceleſtum cor Spiritus sanctus attigit, de quo vidẽdus Origenes hom. 14. in Numer. vbi ait, Dicitur ad eum: verbum quodcumque dedero in ore tuo loqueris. Si dignus fuisset Balaam verbum suum, Deus non in ore eius, sed in corde posuisset: nunc autẽ quoniam in corde eius desiderium mercedis erat, & cupiditas pecuniæ, verbum Dei non in corde, sed in ore eius ponitur &c. Hoc etiam in humanis fieri videmus, nam aliquando aqua, quæ ab altissimo monte per occultas venas, & meatus terræ progreditur, ac deducitur, tãdẽ in medio alicuius vrbis foro ad communem omniũ vtilitatem, potum, & ministerium per os alicuius bestiæ, serpentisue ex lapide, ære, siue argento constructi, scaturit, & prorumpit, nec tamen terrorem ingerit accedentibus, nec venenum instillat excipientibus, nec nauseam, horroremue incutit potantibus, cum probe calleant nihil officere salutari aquæ, per quid tandem egrediatur, sed vnde promanet. Pro qua re notanda occurrit mandibula illa asinina, quæ sitienti Samsoni a quam largissime præbuit: ait enim sacer textus Iudic. 15. *Sitiens valde clamauit ad Dominum, & ait: Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam, atque victoriam: en siti morior, incidamque in manus incircuncisorum.* Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex ea aquæ, quibus hausti, refocillauit spiritum, & vires recepit. Vbi recolendum est quod Greg. 13 Moral. cap 6. dixit, maxillas scilicet Ecclesiæ sanctæ, esse prædicatores; insuper & D. Hieron. in c. 12. Iob de doctrina Euangelij intelligit maxillas, cum ait, In maxillis, & dentibus oris eloquium intelligitur, opus hoc maxillæ eleuatio appellatur; ita & doctrina, & prædicatio Euangelij magnificata est super omnẽ terram. Per aquas vero sacra doctrina intelligitur à Basil. Cyrill. Theod. & omnibus fere expositoribus ad illa verba Isai. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* Vbi Chald. habetur accipietis doctrinam nouam ab electis iustis hominibus. Quid ergo incommodi si inepta maxilla sit rudis, tardi, bardi, crassique animalis, si tamen aquam præbet præclarissimam? Non dedignemur cum Samsone quẽcumque aquæ suæ nobis obtulerit Dominus tubum, & canalem. Aspiciunt plerique quandoque magistrorum, doctorumque famam, eloquentiam, & auctoritatẽ; nos ab omnibus quod honestum, bonum, ac salutare est, libenter discamus, etiam ab obscurioribus, contemptioribus, iunioribus, infantioribus, ineptioribus, & rudioribus. Fontis è corde creatus est Samson scatebra nonne vt veradicam asininum os fuit? Dens animalis ob stuporem, segnitiam, tarditatem, ruditũ, pistrinum, & clitellas maxime contempti, ac irriti molaris? Sed sicut dixit Augustinus 2. de doct. Christ. Quisquis bonus, verusque Christianus est, Domini sui esse intelligat, vbicunque inuenerit veritatem, &c. Neque laborandum vt Platonico, Aristoteli-

Isai. 12. n. 3.

Iudic. 15. n. 18.

co, simi-

co, similibusque nominibus ora crepantia potius, quam pectus vero plenum quæramus, audiamus, & habeamus, sicut monet idem Augustinus lib. de vera relig. c. 3. Enimuero mandibula illa, sicut notauit ibi Theod. triplici ratione ex lege erat immunda: nam & asinus viuus est immundus. & mortuus rursus est immundus, & quod cædis fuisset instrumentum, vtpote ab ea cæsis mille alienigenis; sed etsi esset immunda, legislator tamen ex ea, & non aliũde præbuit vsum aquæ. Sic Theod. docet Deum ab immundis mandibulis, & ineptis doctoribus salutarem aquam sapientiæ posse elicere, & elargiri. Illudque hac in re dolendum, & lugendum quod ideo peccatores Dei verba in ore prædicatorum paruifaciunt, quia illa non Dei, sed hominũ verba existimant, & ideo contemnunt, quod bene prosequitur Bernard. serm. 2. de Petro, & Paulo statim post principium, vbi ait: Vnum timeto ne toties audita verba salutis vilescere nobis incipiant tanquam verba. Vilis siquidem, & volatilis res verbum hominis nullius molis, nullius ponderis, nullius pretij, nullius soliditatis, aerem verberat, vnde & verbum dicitur, nemo vestrum fratres sic accipiat: imo nemo sic despiciat verbum Dei. Fructus vitæ sunt verba Dei, nõ folia, etsi folia, sed aurea sunt, proinde non parui pendantur, non pertranseant, non præteruolent, &c. quæ videnda sunt in hanc sententiam.

Piè equidem, ac verè pius ac verax ille Gerson, vel potius Thomas Kempis lib 1. de imit. Christi cap. 5. ait. Nõ te offendat auctoritas scribentis (ad de dicentis, ac docentis) vtrum parua, ac magnæ literaturæ fuerit: sed amor puræ veritatis te trahat. Non quæras quis hoc dixerit, sed quid dicatur, attende, &c. Miremur potius, & commendemus non serpentum, leonumque ora, è quibus doctrinæ cælestis exiliunt latices, sed Deum, qui os illis pro nobis infudit, nobisque sitiẽtibus præbere dignatur; qua de re videndus Bernardus epist. 135. cum ait Profecto lex Domini conuertit animas, non ego Testimonium Domini fidele sapientiam præstans paruulis, non ego. Laudatur de bona literæ tornatura manus, nõ calamus. Fateor vt multum tribuam mihi, lingua mea calamus scribæ &c. Et sanè asinæ voce Deus docuit Balamum, & galli cantu Petrum admonuit; vnde Chrysostomus tom. 2. homil. 43. in Matth hac de re eleganter dixit. Si bene vixerint, eorum lucrum est; si bene docuerint, nostrum: accipite ergo quod vestrum est, & nolite discutere quod alienum est. Et Auctor operis imperfecti homil. 43. ait, Nunquid propter terram vilem pretiosum aurum contemnitur? Non sicut aurum eligitur, & terra relinquitur, sic & vos doctrinam accipite & mores relinquite, apes flores colligunt, herbas relinquũt, sic & vos flores doctrinæ colligite, & conuersationem relinquite, quibus similia habet Aug tract. 46. in Ioan. post medium, vbi expendens illud, quod Christus Dominus dixit: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, omnia, quæ dicunt vobis, facite, secundum opera autem eorum nolite facere.* Ait ergo Augustinus ad rem nostrã. Qui male facit inde lædit, vnde male facit, non vnde bona dicit: botrum carpe, spinam caue. Bene, quia intellexistis, sed propter tardiores dicam hoc idem planius quod modo dixi, botrũ carpe, spinam caue, cum Dominus dicat: *Nunquid colligunt de spinis vuam, aut de tribulis ficus?* Verum est omnino, & tamen etiam verum ego dixi, botrũ carpe, spinam caue, quia botrus aliquando de radice vitis exortus pendet in sepe, crescit palmes, inseritur spinis, & portat fructum spina non

Nũ. 22. n. 30.

Matt. 23. n. 3.

Mvtt. 7. n. 16.

suum:

Universidad de Deusto
Biblioteca

suum: non enim spinam vitis attulit, sed spinis palmes incubuit. Noli interrogare nisi radices, quære radicē spinæ, extra inuenies à vite: quære originem vuæ, vitis hanc protulit ex radice. Cathedra ergo Moysis vitis erat, Pharisæorum mores spinę erant; doctrina vera per malos, palmes in sepe: botrum inter spinas cautè lege, ne dum quæris fructum, laceres manum: & cum audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem, quæ dicunt facite, legite vuas: quæ autem faciunt facere nolite, cauete spinas: etiam per mercenarios vocem pastoris audite. Sic Augustſ. ostendit quomodo ab Ægyptijs aurum, argentumue doctrinæ auferendum sit, quomodo ab ore serpentis dulcis hauriendaaqua, quomodo ab ore mercenariorum percipienda doctrina magistri, quæ dicuntur verba oris eorum, quia ibi à Deo ponuntur; denique quomodo sumendū sit ab ore leonis dulce mellis fauum, sicut contigit Samsoni, qui cum in ferocissimi leonis occursum illapsus esset, vltro belluam adortus strangulauit, peremptam ex publica via in syluam proximam pertraxit, eamque ibi in abscondito reliquit. Paucis post diebus proiectæ belluæ cadauer inuisurus declinauit à via, vbi mira res oculis obiecta est. Nam frequens apum examen in tabidis eius faucibus fauos fabricauerat, vnde postea problema Palęstinis proposuit: *De comedente exiit cibus, & de forti egressa est dulcedo*: Alludēs, scilicet, ad mordacissimum, & ferox leonis os, vbi mel inuenerat dulcissimum, quo in loco Procop. ait. Fertur quemuis leonem viuum os habere fætidissimum, adeo vt dictum sit mirificum in ore fætido mel repertū dulcissimum, quod videtur sumpsisse ex Plin. lib. 8 cap. 16. Videtur insuper admonere quandoque diuinitus in fætidissimo peccatoris ore mel doctrinæ diuinæ reperiri, indeque in nostram vtilitatem desumendum. Neq; nouum est per fauum mellis Dei doctrinam denotari; etenim ex mente Prosp. lib. de promiſ. c. 21. id aperte dixit Regius vates ijs verbis. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Et Salomon Prouerb. 16. *Fauus mellis composita verba*, vnde & Procop. subdit. Dedit ex hoc Samson parentibus, & Christus discipulis, cum aperuit sensum vt intelligerent scripturas, & viderent quam suauis est Dominus. Sed clarius Samsonis euentū ad præsens institutum prosequitur in c. 12. Iob. vbi ait. In Samson qui leonē tenuit & occidit, & in ore mortui fauum mellis inuenit: significatum est quod in superbis, in quorum ore putor fuerat blasphemiæ, esset postmodum dulcedo laudis, & gratia Dei, &c. Videndus erit idem Augustſ. tom. 10. lib. 50 homil. homil. vlt. cap. 13. in principio vbi ait. An forte attendunt multos etiam in ipsis honoribus Ecclesiasticis propositorum, & ministrorum non congruenter viuere sermonibus, & sacramentis, quæ per eos populis ministrantur? O miseros homines, qui hos intuendo Christum obliuiscuntur, qui tanto ante prædixit, vt legi Dei potius obtemperaretur, quam imitandi videantur illi, qui ea, quæ dicunt non faciunt, & traditorem suum tolerans vsque in finem, etiam ad euangelizandum cum cæteris misit. Tam sunt autem isti absurdi, & præposteri, & miseri, qui præpositorum suorum malos mores imitari eligunt, quam per eos prædicta Domini præcepta seruare, quam si quisquam viator remeandum sibi esse existimet in itinere, cū viderit milliaria lapidea literis plena viam docere, & non ambulare, &c. quæ in eandem sententiam prosequitur. Præclara sunt quæ hac de re habet Guarricus ser. 2. de Pentecost. post medium.

Psal. 118. *n.* 103. *Prou.* 16. *n.* 24. *Iudic* 14. *n* 8.

Nihil igitur officit quominus cæ-

lestis

lestis doctrinæ mel, etiāsi reperiatur in ore tabido, fætido, & mordaci percipiendū sit, & gustandū, nā sicut apes etiāsi abhorreant fætida, sicut ibi notauit Lyran. tamen mellificarunt in putrido ore, sic etiā purissimū diuini eloquij mel in horrido, tabidoque ore veluti fabricatum reperitur. Inde igitur euellendū, prout Hebræū, *radab*, significare putat Vatabl. Addit vero Iosephus tres à Samsone ad sponsam mellis huius fauos delatos, sed illud plus notandū quod & mel gustauit, & alijs propinandum detulit, sed oris in quo repertum fuerat putorem subtricuit, & tabefactum, ac putridum locū celauit; nihil enim oportebat scire vnde erutū fuerat mel, sed illius tantum dulcedinē gustare; & fortasis ideo diuinitus cum Nazaræo Samsone dispensatū est de non attingendo cadauere, sicut notauit Theodo. & probat ibi Serar. q. 16. vt posteris comprobatū remaneret, nihil omnino contaminationis in eo reperiri, quod quis mel doctrinæ ab immundo ore hauriat, suspiciat, & suscipiat, tacendam malignitatem loquentis oris, sed gustāda mellita verba docentis. Docuit hoc Greg. 6. Moral. cap. 5. vbi prædicta verba Christi: *Quæ dicunt vobis facite*, sic explicat, & confert cum illis Iob: *Cuius messem famelicus comedet*: vbi sermo est de stulto, per quem peccator designatur. Ait ergo Greg. Habet stultus messem, quia iniquus quisque donum rectæ intelligentię accipit: sanctę Scripturę sententijs docetur, bona loquitur sed tamen nullo modo hoc, quod dicit, operatur. Verba Dei profert, nec tamen diligit; laudando exaggerat, viuendo calcat. Quia ergo stultus iste recte & intelligit, & dicit, sed tamen hęc operando non amat, messem habendo ieiunat, quam nimirum famelicus comedit: quia is, qui ad Deum sanctis desiderijs anhelat, discit quod audit, agit, quod discerit, & dum doctoris prauí recta prædicatione reficitur, quid aliud quam stulti fruge saturatur? An non famelicos suos veritas, vt stulti messem comederēt, admonebat, cum per desideria sancta flagrantibus de Pharisæis præcepit, dicens: *Quæ dicunt facite, iuxta opera vero eorum nolite facere*, ac si aperte diceret. Verbi messem loquendo excolunt, sed hanc male viuendo minime contingunt. Vestram ergo famem messis illa reficiat. Sic Gregorius. Illorum stultitiā carpit, qui cum recte loquentes, & docentes audiant, indocti prorsus remanēt, & stulti male operādo: insuperque ratione innuit, cur multoties bene loquentes, sed male operātes despiciamus, quia scilicet non esurimus iustitiam. Etenim sicut famelici, & sitibundi, vt famē expleāt, & sitim extinguāt, neq; vbi cibus sit expendūt, neque cænosam, ac lutosā aquā fastidiūt, sed illud tātū curāt, vt refocillētur. & cibū necessarium sumant: sic & ille, qui esurit panem doctrinę, & salutarē anhelat aquā, minime curat, quo tandem ore profluat aqua, nec vbi sint eloquia dulcia super mel, & fauū, sed illud tantum, quod aqua sit doctrinę, & panis verbi ad animæ nutrimentum, & incrementum destinatus.

Matt. 23. *n.* 3. *Iob.* 5. *n.* 5.

Hoc etiam exposuit Chrysost. homil. 43. in Matth. duplici similitudine, altera petita ab auro, quod à vili extrahitur terra, hac tamen relicta: alia similitudine apum, quæ flores colligunt ad fabricandos fauos, relictis interim folijs, quę nihil illis prosunt. Nunquid, ait ille, propter terrā vilem pretiosum aurum contēnitur? Apibus herbę necessarię non sunt, sed flores herbarum; flores illę colligunt, herbas relinquunt: sic & vos flores doctrinæ colligite, & conuersationē relinquite, vt quasi inutilis herba aresćat. Sic ille docet, quomodo iniquorū præceptorū auditores verba oris

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum percipere debeant, & illorum doctrina illustrari, relicta praua eorũ vita, vtpote qui sint auditores vt audiant, & factores verborum, quæ audiunt. Qua in re prætermittendum non censeo eorum errorem, qui ad loquentes, ac docentes se tantum conuertunt, vt crimina notẽt, & defectus obloquantur, cum potius tenerentur deplorare miserã eorũ cõditionẽ, qui recta dicunt, & mala faciunt, ferentes contra semetipsos sententiam, dũ faciendorum illustres promũt sententias, & contra illas scienter in malũ operantur. Qua de re optimè dixit Philo lib. quod deterior pot insid. ijs merito posse dici, quod Deus Caino, *quid fecisti?* Quid vobis ipsis profuistis. Quã vtilitatẽ anima vestra percepit ex tot istis de virtute sermonibus? Quid in vita vestra magnũ, paruũue correxistis? An potius veras crimina tiones contra vos ipsos protulistis, qui probando bona, & verbis philosophãdo interpretes quidem fuistis facundissimi, & tamen conuincimini turpissimè tum sapere, tum viuere? An non in animabus vestris omne bonũ emortuum est, incandescentibus vitiis & cętera, quę in hanc sententiam prosequitur. Ex quibus liquido constat, verba sacræ doctrinæ, à quocunquo tandem proferantur, excipienda esse, neque curandum de subiecto, sed potius de obiecto audientium, quod est ipsa doctrina verbis Dei prolata, & in audientium vtilitatem conuertenda. Semper tamen præ oculis debet habere Doctor, & Magister, vt non omnia omnibus communicet, sed pro captu audientium, qua de re videndus est August. lib. de bono perseuerant. c. 2. & tract. 9 in epist Ioann. Lactant. Firmian. lib. 5. diuinarum institutor. c. 4. & Dionys Areopag epist. 9. ad Titum Et lib. de Eccles hiast. hierarch. c 1. Philo lib 2 de Monarch. cũ ait: Non omnia tradenda omnibus.

Genes. 4. n. 10.

Nazianz. orat. 1. de Theolog. & Chrysost. homil. 18. in 2. ad Corinth. c. 8. & Ambros ser. 13 in Psalm. 118. & lib de Cain, & Abel cap. 5.

ANNOTAT. II.

Contra eos qui nolunt audire Dei verba.

ILlud equidem ex præsenti loco deduci videtur, propterea Moysen ad audienda verba huius Cantici compellasse cælũ & terram, quia Iudęi, quos sępe alloquutus fuerat, nihilo tam sæpe repetitis verbis cõmouebantur, aut proficiebant, sed indies deteriora cõmittẽtes crimina, in maiorem Dei contemptum prolabebãtur acrioremque Dei irã incurrebãt. Sic enim præsentem locum explicat Hieronym ex illo Hierem. 2. *Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer.* Cælum, inquit ille, cui dictum est: Attende cælum, & loquar; videns Dei præcepta calcata inhorrescit, & stuporem dissimulare non potest; omnis enim creatura ingemiscit & condolet super peccatis hominum: quod ideo videtur dixisse Hieronymus, quia omnis creatura Dei vocem libenter audit, eique annuit, & obsequitur, etenim Thre. 1. vocauit Deus tempus, & Aggæi 1. vocauit siccitatem, & Psal. 104. vocauit famem super terram, & cætera si vocarentur, illico adessent, cum ea, quæ non sunt, vocata cum sint, adueniant. Secundum autem vsitatã phrasim scripturæ, idem est à Deo vocari atque re ipsa venire, & esse; solus homo aures obturat, & Adamum imitatus vocẽ eius audiens se absc ̃odit; quæ fortasis fuit causa, cur in cantico puerorum omnia ferè sensibilia, & insensibilia ad laudes Dei conuocentur, posteriori autem loco homi-

Hierem. 2. n. 12.

Thre. 1. n. 15.
Aggæi. 1. n. 11.
Psal. 104 n. 16.
Rom. 4. n. 17.
Gen. 3. n. 10.

nes,

nes, vt saltem pudore adacti audirent & ad Deum laudandum cõuenirent Vrget autem maximè, & acerbissimè torquet magistrorum corda, si verba invanum proferant, quod infidelitatis argumentum non vulgare est auditorum, sicut prosequitur Ambros serm. 80 vbi ait Annuntiamus vobis regni cælestis gaudium, & minimè corda vestra motu quodã alacritatis exultant; prędicamus triste iudicium, & sensus vestri ad pænitentiam in lachrymas non prorumpunt: infidelitatis genus est, in diuinis rebus nec gaudere prosperis, nec flere contrarijs &c. Nam plerunque contingit, vt qui sæpius docẽtem audit, nec audiẽdo proficit, clamoribus illius penitus iam obsurdescat & quasi non audiens reputetur, sicut de Nilo ait Ambros lib. 2 Hexameron. c. 2 his verbis Nilus fluuiorum maximus eo videlicet loci, vbi se ex altissimis montibus in catadupa illa præcipitat, magnitudine fragoris sui aures accolarum obstruit vt audiendi munere carere dicantur, &c. Quasi igitur surdi sint homines, iã non audiunt, imo quasi non credant audiunt, nam secundum Scripturæ phrasim audire aliquando idem est, ac credere, sicut probat Ioan. Fernãd. in suo thesauro c. 169 Quod si credũt, & non audiunt videntur certè ad sortem prędestinatorum nullatenus pertinere, sicut prosequitur August trac. 42. in Ioann. & Gregor. homil. 18 in Euangel. cum explicat illud Christi: *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Videndus hac de re Zeno Veronens. Episc. serm. 1. in Isai tom. 2 Bibliot. vbi propterea ait Isaiam Simili modo, atque nunc fecit Moyses, cælum, & terram ad audiendum conuocasse, quia Iudæi verbum Domini contempserant, & repulerant. Non enim, inquit ille, est parum criminis, vt semper apud ipsos diuinus sit sermo prolatus, nunc alteris videatur ingestus; & dum clamat Propheta. *Audi alium & terra*, significat quod illi audire contempserint, & ser 4. ait. Censuit Propheta eos cęlo, & terræ testibus denotare, vt inexcusati facinoris cõpetenti iudicio subiacerent; quibus similia habet Ambros lib. de fide resurrectionis, cũ explicat verba illa Ezech. 37. *Ossa arida audite verbum Domini*; vbi eleganter prosequitur hoc argumentum, in quo etiam est Chrysost tom. 1 priori proœmio in Isaiam, vbi ponderat Prophetam propterea cælos, & terram allocutum, quia homines ratione præditi nõ audiebant, & homil. 3. de pœnit. tom. 5. versans præsentem nostrum textum, affert locum positum ex Isai 50. *Veni, & non erat vir, vocaui, & non erat qui audiret.* Tunc addit: Irrationales alloquor, quoniam quidem rationales in vilitatem irrationalium acti sunt: propterea, & alius Propheta Regem vidit furentem, idolum veneratum, Deum despectum, aliosque vniuersos trepidos, & dixit. *Altare, altare hæc dicit Dominus, &c.* Lapidem alloqueris? Sic: Quoniam quidem lapide ipso insensibilior: audi altare, audi hæc dicit Dominus: atque illico altare scissum est: lapisque audiuit, fractus est lapis, effudit libamen: quomodo non audiuit homo? Extendit manum suam vt Prophetam raperet, & exaruit manus, stetit trophæum: manus stabat vocem emittens &cæt. quo in loco ostendit Chrysostomus, propterea Moysen, Isaiam & Prophetas insensibilia, quandoque alloqui, relictis hominibus, quia hi verbum Domini reijciunt, nec illi, vt parerat, parent. Sed heu miseri, quibus, quia diuinis admonitionibus obsurduerunt, continget etiam, vt nec exaudiantur a Deo, sicut illis dicitur Prouerb. 1. *Vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret, ego quoque in interitu vestro ri-*

Ioan. 8. n. 47.

Isai. 50. n. 2.

3. Reg. 13. n. 2.

Prou. 1. n. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debo, & subsannabo, tunc inuocabunt me, & non exaudiam. Vbi Lyranus explicat Vocaui per sapiētes, scilicet Prophetas & renuistis, contemnendo eorum monitiones; ego quoque in interitu vestro ridebo. Auctor vero catenæ Patrum Græcorum ait. Hæc, aliaque eiusmodi non absque graui comminatione nonnunquam affert Scriptura, quo nimirum ad salutarem pœnitentiam, peccatorumque detestationem nos excitet. Nititur autem prædictus Auctor ostendere hæc verba non continere Dei irrisionem, qui non lætatur in perditione hominum, sed grauem comminationē erga eos, qui Dei monita spernunt, & prædicantium verbis minime cedunt.

Isai. 28. n. 9.

In quam sententiam consulendus est ille locus Isai. vbi conqueritur Deus de ijs, qui verba Dei irridebāt, nec eo animo, quo fas erat, percipiebant, ait ergo. *Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditū? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus?* Qui locus legendus mihi videtur apposita interrogationis nota, vt sit sensus, quem probauit Vatabl. neque displicet Adamo, qui idem sentire testatur Hebræorum magistros, quem nouissime etiam tenet Sanctius. Et quis erit iam, qui non otiose, & quasi per ludibrium sermones nostros excipiat, quando hi, qui magistri existimantur in populo, perinde sunt, atque modo si á maternis vberibus essent auulsi: Quia nec facium, quę illis præcipio, nec percipiūt quæ ad eos loquor: & ita hunc locum Isai. videtur intellexisse Paulus cum ait: *Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. In lege scriptum est, quoniam in alijs linguis, & labijs loquar populo huic, & nec sic exaudient me* Quibus vltimis verbis ostendit Paulus alluſionem ad locum Isaiæ, dū ait: *In loquela labij, & in lingua altera loquetur ad populum istum.* Nec insolens dicendi modus si paruuli dicantur, qui non audiunt nec obsequuntur verbo Dei; nam Hebræorum. 5. habetur: *Cum deberetis magistri esse, propter tempus, rursus indigetis, vt vos doceamini, quæ sunt elementa exordij sermonum Dei.* Explicans vero diuinum oraculum in quo consisteret puerile ingenium Iudæorum ait: *Quia manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi.* Solent enim pueri, quæ audiunt, aliquādo per ludibrium repetere; & quasi irridendo vocem reddere ad parentes, quandoque etiam verberationem comminantes, vt si pater dicat. Vide ne verberibus te afficiam, ne virgis vapules, & infans respondeat eadem repetendo. Similem proinde mimesim vidētur cōtinere dicta verba, repetit enim Deus eodem vocis sono id, quod væ sanus populus occinere solitus erat oraculis prophetarum, in quorum ore frequens erat *tsauah* quod mandare seu præcipere est, vt hæc mandat seu præcipit Dominus & similiter verbū, *kauah*, quod expectare, & vox modicū. De verbo expecto, & mādo satis multo sunt exempla; de modicum, Isai. 10. *Adhuc enim paululum, modicumque, & consummabitur indignatio.* Oseæ 1. *Adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrael* Aggæi 2. *Adhuc vnum modicū, & ego commouebo cælum, & terram.* Cum ergo prophetæ diuino afflati numine hæc sæpius insipienti populo inculcarēt, ipsi irrisorié, & cum fastidio propheticas voces imitati repetebant dicentes: *Manda, remanda*; ac si dicerent, quid tandem nos importunis, ac molestis sermonibus obruitis? Proinde igitur subsannanti populo, & minime audienti, iam deinceps in loquela labij, & in lingua altera loquetur, id est, non iam benignam monitionem in futurum loquentur ei prophetæ, sed præsens infortunium, vt ibi videtur intelligere Hieron. Aget, inquit Sanctius, non vt cum rationali natu-

Hebr. 5. n. 12.

Isai. 10. n. 25. Oseæ. 1. n. 4. Aggæi. 2. n. 7.

1. Cor. 14 n. 21.

li natura amica exhortatione, aut rationibus ad persuadendum idoneis sed stimulis, & plagis, quibus bruta corrigi, aut exagitari solent; sic enim iustum est supplicium ijs, qui non audiunt monentis, & exhortantis Dei voces, vt illas tandem plectentis, & punientis audiant.

Galat. 4. n. 20.

Et in eodem sensu, imo in maiorē elucidationem dicti loci Isai. facit alius ex epist. ad Galat. cap. 4. vbi postquam Paulus de Galatis grauiter conquestus est, ait. *Vellem autem esse apud vos modo, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.* Vbi mutare vocem est seuerius, & acerbius agere cum ipsis, neque iam, appellare filios, aut tanquam tales alloqui, quia in illis confundebatur, qui nec vt serui obsequebantur, aut terrebantur; quod quandoque contingit nobili patri cū de genere filio Ita Claud. Altis. & D. Thom. qui lect. 6 ad finem ait. Vellem mutare vocem, quasi dicat, modo blandis verbis vtor, vocans vos fratres, & filios in absentia, sed si essem præsens asperius corriperem; vtpote quia magis possem vocem obiurgantis exprimere, & irascentis resonare clamorem, & dolentem pectoris magis, quam per litteras explicare, & magis cor vestrum viua vox, & confusione de errore vestro, & mea turbatione moueret.

Sed adhuc notandum, quod 70. ad dictum locum Isai. habent pro loquela labij, irrisorié; & sane vox Hebręa *Lahhag*, in scriptura pleruque irridere significat; irridebit proinde Deus eos, qui verba Dei ridēt, & parui pēdunt: *Erit proinde* addit facer text.) *eis verbū Domini manda, remāda, expecta, reexpecta*, vbi per synedochen hoc genus irrisionis ponitur pro quacunque amara, atque offēsionis plena, cui admixta est indignatio, atque exprobatio, & negatio pariter eorū, quæ petūtur cū amara repetitione eorum, quæ audiuimus in nostrā vtilitatem, & cōtempsimus in nostram confusionē, & perditionē; & deinde apponit Prophetа quid consequatur, vt vadant, & cadāt retrorsum, quod quidē in misero casu deterius est; nā qui in facie cecidit, videt, at qui retrorsum, neque locū videt, nec se erigit facile: Eo modo cecidit Heli, & fractis ceruicibus mortuus est. Vide quā grauis fuerit casus iste. Sic ceciderūt Iudęi Ioan. 18. Cur vero casus iste dolendus sit, videtur ostendere Salomon cum ait. *Viæ impiorum tenebrosæ, nesciunt vbi corruant*; vbi catena Græca ait. Proponitur hic quoddam extremæ malitiæ, & occæcationis argumentum. At viri iusti in faciem cadunt, vt Moyses, & Ezech & tres discipuli in trāsfiguratione Christi, de quorum casu Greg homil 8. in Ezech. in fine ait. In faciem nostram cadimus, quia ex malis erubescimus, quæ nos reminiscuntur perpetrasse: ibi enim cadit homo, vbi cōfunditur, vnde & Paulus, quasi quibusdam in facie iacentibus dicebat: Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Minatur igitur Deus infelicem casum ijs, qui respuūt diuinas admonitiones, vt scilicet retrorsum cadant, nec casum agnoscant, nec confundātur, & erubescant, nec è terra surgant, etenim casus retrorsum, vt in multis etiam, fortissimisque animalibus spectare licet, grauissimus est, nam qui eo modo cadunt, ægré admodum surgunt. Si taurus resupinus cadat, etiam dum maxime furit, sic hæret immotus, vt infantibus ioco, atque ludibrio sit. De equis, & mulis id maximé timent rustici, præsertim si locus sit depressus, & vtrinque sit aliquid, vel molliter accliue.

1. Reg. 4. n. 18. Ioan. 18. n. 6. Prou. 2. n. 19. Num. 16 n. 4. Ezec. 2. n. 1. Matt. 17 n. 6. Rom. 6. n. 21.

Iusto igitur Dei iudicio, qui ad diuinas voces assurgere renuunt, & Dei monita, ac verba ridentes, qui habitat in cælis irridet eos, & cade-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re retrorsum permittit, vt neque casum agnoscant, neque assurgere valeant Qua de re videndus locus ille Deut 18. vbi diuinum oraculum ait. *Qui verba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existam.* Vbi Pagninus explicans auditionem, de qua noster vulgatus sic legit. Vir, qui non obedierit verbis meis, quę loquetur in nomine meo: ego requiram. Exponens vero Oleast. hæc verba ait: Non dicit, qui obedierit verbis eius, sed meis, vt scias verba propria Prophetæ, quæ ipse loquitur nomine suo, ab eis quæ nomine Domini profert, distinguere vt istis omnino, sicut ipsi Deo obedias, alia vero scias esse hominis verba. Quo in loco etiam discimus quali attentione debeamus prophetarum verba audire. Sic ille. Cæterum hoc in loco recolenda est interlinealis Glossa, quæ explicat, quali pæna Deus futurus sit vltor in eos, qui ipsius verba non audierint, habet enim. Perpetua pæna vindicãs; qua animaduersione explicat, quæ tãdem culpa sit Dei verba contemnere, nec aures, ac animum aperire, quandoquidem tali, ac iugi supplicio afficiatur.

Deut.18. n.19.

Apertus est hac de re locus apud Mich.c.5.vbi Deus rorem suæ doctri næ tanquam singulare beneficium pollicetur, & in fine contra respuentes, nec audientes sic comminatus inuehitur. *Faciam in furore, & in indignatione vltionem in cunctis gentibus, quæ nõ audierunt,* vbi Hieron. ait. Quia rorem sermonis recipere noluerunt: *Faciam,* inquit, *in ira, & furore vltionem in gentibus pro eo quod audire noluerunt.* Lyran. vero ait. Faciam vltionem in cunctis gentibus, quæ non audierunt, prædicationem, scilicet, Apostolorum, & Doctorum fidelium: Qui non solum comminatur pænas temporales, sed etiam futuras, & æternas.

Mich.5. n.7.

Hoc autem præcipue verum habet in ijs, qui sæpe admoniti à Deo non statim dicunt: *Loquere Domine, quia audit seruus tuus,* sed potius obturant aures suas ne in eis sonet vox sponsi, qui proinde multoties solet aliquorum aures reuelare, & quadam violentia, doloreque adhibito, aperire iuxta illud Iob.30. *Reuelabit quoque aurem eorum vt corripiat, & loquetur vt reuertantur ab iniquitate.* Vbi Hieronymus explicat: Aurem ad obediẽdum sibi Deus per castigationes, & secretas inspirationes aperit, & ideo Isai.50. *Dominus mane erigit mihi aurem, vt audiã quasi magistrum, ego autem non contradico,* & Abach.3. *Domine audiui auditionem tuam, & timui.* Vbi Hieron. Dante te mihi auriculam, ita audiui, vt tu vis audiri sermonem tuum.

Iob.36. n.10.

Isai.50. n.4.

Abach.3. n.1.

Eos igitur, qui sic vocati non reuocantur à vijs suis pessimis, nec audiũt vocem vocantis Dei, sed alienorum, tandem puniet acerbissimo supplicio, & perpetua pæna. Quia vero adeo insensibiles redditi erant Israelitæ, vt nec repetitis beneficijs grato erga Deum animo afficerentur, nec vocibus comminantis deterrerentur, in maiorem ipsorum confusionem cælos, & terram, & omnia, quæ in eis cõtinentur, inuocat Moyses.

Caueant proinde diuinam animaduersionem, & certo certius sibi instare sciant, qui vel renuunt audire verbum Dei, vel auribus tantum corporis audiunt, qui longissimas conqueruntur conciones, qui pro breuitate temporis intempestiuitatem allegant, qui quam tardissimè accedũt, & quam citissimè discedunt: Quibus statuendus est locus ille Actor.20. vbi habetur: *Vna sabbathi cum conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis profecturus in crastinum, protraxitque sermonem vsque ad mediam noctem: erant autem lampades copiosæ in cænaculo vbi eramus cõgregati; sedens autem adolescens nomine Eutychus super fenestram*

Act.20. n.7.

cum mergeretur somno graui, disputante Paulo, ductus somno cecidit de tertio cenaculo deorsum, & sublatus est mortuus. Vbi Chrysost. hom. 43. ait. Tantum erat audiendi desiderium; confundamur nos, qui neque in die hoc facimus; & loquens de adolescente, qui somno correptus decidit ait: Et hoc sane miraculum, quod etiam ille cum esset adolescens non erat ignauus, & cum somno grauaretur, non recessit, neque timuit periculum ne laberetur. Nec mireris non enim ab ignauia dormitauit sed à necessitate naturæ. Considerate domum illam, vbi & fenestras multi occupabant vt audirent tubam illã, &c. Videndus Euseb. lib.4 de vita Constant. Mag. c. 33. vbi testatur dictum Imp. horas integras audiuisse Dei conciones, cum autem Episcopus iuberet sedere; sub tristi, ac austero vultu respondisse. Nefas videri institutis de Deo disputationibus aures præbere negligentes: & cap.29. asserit ipsummet Imp. si qua inter docendũ incidisset occasio loquendi de Theologia, assurrexisse, eoque habitu tandiu constitisse vultu contracto, & depressa voce, atque tanta prudentia, & moderatione, vt præsentium animos cælesti disciplina initiare, ac deuouere videretur. Hoc vtinam aspicerent, & imitarentur nostri temporis iam non dicam principes, ac proceres, sed de media etiam plebe homines, vt, vel audiant, vel audiendo percipiant, & opere impleant quę dicuntur, ne in tantam deueniant miseriam, & extremam infelicitatem, vt quia minime conuertuntur, pertæsi conciona-tores conuertant sermonem suum cũ Moyse, & illorum nequitiæ, ac obdurationis compellent testes dicendo: *Audite cæli quæ loquor, audiat terra, &c.*

Neque omittendi hoc loco sunt ij, qui si tandem ad audienda Dei verba accedunt, profecto auditorum munere funguntur. i. iudicum, iuxta illud, quod superius aduertimus, verbum, scilicet, audiendi in sacris litteris pro iudicare sumi. Sedent igitur pro tribunali in Ecclesia, & audiunt, vt iudicium ferant, & auditores se exhibeãt erga concionatores, & quod in se debebant facere iudicium, & iustitiam corrigendo, emendando, & puniendo quæ peccasse cognoscunt, exercent erga verbi Dei proclamatores, quos multoties acrioribus verbis verberãt, & in portis sedentes cum senatoribus terræ damnant, & plectunt. Qua de re videndus Chrysost. hom il. 11 in Matt. vbi ostendit quomodo quidem ad audienda verba Dei accedant, alij vero vt calũnientur. Contra huiusce modi auditores audiendus Auctor operis imperfecti homil 43. in Matth. dicẽs: Vos, qui sedetis in Ecclesia quasi iudices Sacerdotum, & non auditores aliena discutientes, & non propria cõsiderantes, ex vobis ipsis iudicate de Sacerdotibus. Sicut vos omnes auditis, & non omnes facitis quod auditis, sic & Sacerdotes omnes docent, sed non omnes faciunt quod docent. Si bene vixerint, eorum est lucrum: si bene docuerint vestrũ, accipite ergo quod vestrum est, & nolite discutere quod alienum est. Propter bonos Sacerdotes etiam malos honorate, ne propter malos etiam bonos contemnatis, &c. Videndus item Chrysost. homil.30. in Acta Apostolorum, vbi carpit stultos auditores, qui facile iudicium ferunt, cum nec possint, nec debeant, & inter alia ait. Quomodo auditor ille non ridiculus? Quomodo non adulator, & irrisor putabitur magis? Dum asserit Doctorem benè dixisse, nescire autem se quid dixerit. Hoc adulationis est. Quomodo non dignus vituperatione est, qui non potest dicere causam, propter quã laudauit dicentem, &c. Est elegantissimus hac de re locus Hieron. tom. 1. epist ad Pammach. post mediũ, vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ait. Felices (inquit Fabius) essent artes, si de illis soli artifices iudicarent. Poetam non potest noscere, nisi qui versum potest struere. Philosophos non intelligit, nisi qui scit dogmatū varietates: manu facta, & oculis patentia magis probant artifices. Nostra quam dura sit necessitas, hinc potes animaduertere, quod vulgi standum est iudicio: & ille in turba metuēdus, quem cum videris solum despicies. Hoc præteriens tetigi, vt eruditis cō tentus auribus non magnopere cures quid imperitorum de ingenio tuo rumusculi iactitēt. Sic Hieron. ostēdit & quos auditores, seu iudices habeant concionatores, & quāti faciendum sit huiusmodi iudicium.

TEXTVS.

Nū 2. *Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.*

EXPOSITIO LITERALIS.

MVltis verbis, vt Vatabl notauit, eandem rem inculcat Moyses in præsenti, ac si tantum diceret; vtinā doctrina mea, & sermo meus nō sit inutilis, sed fructuosus, & vt talis excipiatur, & expectetur; sicut contingit in pluuia, ac rore, quando maximè necessaria sunt; prosunt enim maximé sitienti terræ, eamque lætificant, & fœcundant. Metaphora petita est à terra promissionis, cui iam ferè appropinquauerant Israelitæ, in qua quoniam á Maio ad Octobrem vsque mensem pluuia non est, fructus, frugesque rore perfunduntur, ne nimio calore arescant, & pereant; vnde in Scriptura frequentissima reperitur dicta metaphora, vt Oseæ 6. *Quasi ros mane pertransiens*, & Oseæ 13. *Sicut ros matutinus*; & de prædicatione, ac doctrina Apostolorum ad literam dicitur Mich. 5. *Erunt quasi Stillæ super herbam.* Etenim sicut herba antea veluti exsiccata, arida, & emortua decidente rore reuirescit, & lætissima redditur; ita arentes animæ concupiscentiæ calore, non solum perfunduntur rore doctrinę, quo fœcundentur in melius, sed hilares etiam redduntur; nam roris infusione lętitia indicatur, vt Prouerb. 19. *Sicut fremitus leonis, ita & Regis ira; & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius*; imo non metaphorica tantum mihi videtur hæc locutio, sed prouerbialis etiam, qua vtimur quoties aliquid emarcidum, aut mortuū ad virorem, seu vitam reuocatum iri significamus; imber enim, & ros herbam marcidam quasi reuiuere, ac virere facit; qua loquendi phrasi vsus est Dauid Psalm. 103. *Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Terræ igitur facies herbæ sunt, & plantæ, quæ sub hiemali glacie, & æstiuo calore defeciisse videntur & ab hoc superfuso rore hilarescunt. Sicut

Oseæ. 6. n. 5. *Oseæ. 13. n. 13.* *Mich. 5. n. 7.* *Prou. 19. n. 12.* *Psal. 103. n. 30.*

autem

autem ros, & pluuia decidunt, nec expectant virum, aut præstolantur filios hominum, sed de cælo veniunt, & herbis, ac satis præbent incrementum, sic doctrinæ pluuia, & rore animæ à Deo irrigantur, crescunt, & vernant, interiusque recipiunt cooperātem, & adiuuantem gratiam. Is enim qui nullis præcedentibus meritis roris gratiam concedit, & doctrinam largitur, impertitur etiam incrementum, & ad prouentum bonorum operum maturandum efficaciter operatur.

Quod Hierony. dixit concrescat, Hebræi exponunt stillet. Pagnin, & Vatabl. stillabit; vbi verbum stillandi idem significat, ac continēter, & fluēte oratione loqui, vt patet Ezech. 10. *Pone faciem tuam contra viam austri, & stilla ad Africum, & Propheta ad saltum agri*, & c. 21. *Pone faciem tuā ad Hierusalem, & stilla ad sanctuaria*: Similisque loquendi forma reperitur Mich. 2. *Ne loquamini loquentes, non stillabit super istos.* Chal. *Ne prophetetis prophetātes.* Aquila, *Ne stilletis stillantes*; quod Hieron. sic explicat. Quodā idiomate Hebraico eloquium ab eo, quod fluat, & ad aures perueniat audientium in similitudinem pluuiæ descendentis stillationem vocans. Similia habet idem propheta, & idem S. Doctor eodem in c. n. 11. Vnde iam patet idem esse hoc loco stillare, atque loqui; patetque ex illo loco Iob. 29. *Super illos stillabat eloquium meum*, vbi Hieron. metaphorā aperiēs ait. Sēsim vtiq; sermo doctrinę meæ, diligētia mea, diligentiū me viscera penetrabat. Philip. sēsim interiora viscerum penetrabam. Olymp cum siti, atque auiditate audiebant. Chald. pulcher erat eis sermo meus, vbi Pined. ait: simile id Deut. Concrescat in pluuiam doctrina mea &c. Onkel. ad nostrum tex. suauis sit, sicut pluuia doctrina mea. At D. Greg. ad dictum locum Iob in voce stillandi obseruat quandam in docente curā, & studiū, quo se, suaque verba accommodet captui auditorum, vt qui sint angustæ mentis quasi anguśti orificij, humoris copiā continuo ne respuant, sic enim habet. In hac stillatione eloquij quid aliud quam mensura prædicationis accipitur? quia oportet vt exhortationis gratia singulis iuxta capacitatem ingenij conferatur. Debet enim ad infirmitatem audientium semetipsū contrahendo descendere, ne dū paruis sublimia, & idcirco non profutura loquitur, se magis curet ostendere, quam auditoribus prodesse. Sic Greg. cuius doctrinā ad præsentem locū de stillatione cū concretione sic coniungimus, quod nisi tenues vapores, nimiumque subtiles exhalationes crassescant, nec ferent vtilitatem aliquā, neque ex sublimi regione in terras descendent. Sic itidem si nimiæ subtilitates crassiori quodam modo plebi non exponantur, non capiunt auditores, neque influet sana doctrina in illorum animos. Scio quidem verbum stillandi vim non habere, quam contemplatur Greg. sed cum nostro contextu maximè cohæret.

Ezec. 20. n. 46. *Ezec. 21. n. 2.* *Mich. 2. n. 6.* *Iob. 29. n. 22.*

Caiet. ex Hebræo legit: effundetur sicut pluuia: futurum pro imperatiuo, vt sæpe fit in sacris litteris, & certe verbum, *Haraph*, quod multi vertunt stillabit, potius significat fluere, vt Oleast. probat, & Caiet. vertit. Vatabl. exponit. Vtinam doctrina mea efficiat quod in agris aqua: vt ea nō sit vana, sed fructum afferat.

Septuaginta dixerunt, expectetur vt pluuia eloquium meum. Chald. suauis sit vt pluuia: noster vero interpres videtur non tantum imbrem, & pluuiam, sed horū originē exprimere voluisse, & doctrinæ accommodasse, vt sit sensus, sicut ex concretis, atque constipatis nubibus pluuia descendit in arentes herbas, sic doctrina nostra tanquam ex pleno fonte effluat, & decidat in animos vestros desiderantes

talem

Universidad de Deusto
Biblioteca

talem doctrinam. Septuaginta vero cum dixerunt: Expectetur sicut pluuia, sensus est: in expectatione, ac desiderio sit doctrina mea exoptata, sicut solet esse pluuia ab arente terra.

Quia vero neque omni terræ, neque semper accommodata est pluuia, sicuti vel ipsa experientia patet, aliquando enim vehemens imber terrã inundat, dissipat, & corrumpit sata, proindeque opus est etiam, vt sensim decidat ros, & in terræ viscera penetret, ac placide irriget, leniterque, & intime perfundat, herbescentemque segetum viriditatem euocet, & nutriat. Ad hunc igitur modum doctrina non semper cum impetu debet effluere, nec cum admiratione, terrore, strepitu, & commotione, sed aliquando etiam placidé, leniterque animos audientium demulcendo pariter, & reficiendo. Ideo Moyses postquam suam doctrinam pluuiæ comparauit, seu grossæ stillæ, hoc enim significat vox Hebræa, *matar*, modo ãprecatur eam instar roris, & tenuis pluuiæ, quod significat vox, *tal*, quo pacto etiam Dauid de Messiæ seruatoris doctrina dixit: *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia super terram*, qui locus de doctrina Christi explicatur á D. Aug. Agell. & Pined. quorum vterque illum exponit ex nostro contextu. Explicat vero Rupertus duo illa verba, *concrescat*, & *fluat*, dicendo. Quomodo pluuia concrescit? Quomodo ros fluit? Notandum est, quia de deorsum, tenuem nebulã exhalantibus aquis, humor in nubibus densescit, & de nubibus in terrã concreta pluuia defluit: ros autem sine nubibus, nocturno frigore concretus, de cælo in terram matutino sereno cadit. Sic cæli isti, qui enarrauerunt nobis gloriam Dei, gloriam eandem partim per studium sacræ lectionis, partim per solam dediscerunt reuelationem Dei, quod legẽdo dediscerunt, nobisque loquendo refuderunt, quasi de deorsum humorem susceptum, & in pluuiam concretum gratiosæ nubes per herbam reddiderunt, quod per solam Dei reuelationem acceperunt, quasi rorem nocturnum meditando, atque contemplando congregauerũt, & prædicãdo, vel etiã scribẽdo super læta fidei, vel spei nostrę gramina destillauerũt. Vtroq; modo perfectũ cęlũ, vel firmatum decet esse firmamentũ, id est, Apostolũ vel prædicatorem idoneum, qui nõ de corde suo, vel à semetipso loquatur, sed quod audierit, hoc testetur: quod in Spiritu sancto didicit, hoc annuntiet, & loquatur. Sic ille rem optimé exposuit, & philosophiam acutè tetigit, prout ad hunc locum opus erat, cuius vberior explicatio petenda est ex lib. Metheororum Arist. vbi Curs. Conimb trac. 7. c. 1 & 8.

Psal. 71. n. 6.

Præclaré vero. 70. dixerunt, *Expectetur sicut pluuia eloquium meum*, quasi exponant, quomodo accipienda esset doctrina Moysis, & quomodo ipse loquatur, vt sit sensus: Non humano fauore, ingenio, & arte deprõptum, censendum est meum eloquium emanare, nõ sicut irrigationes aquarum quæ arte, & industria agricolæ deducuntur, ac deriuantur; sed sicut pluuia, quæ de cælo descendit á Deo, eiusque iussu in terras defluit, non enim pluuia, aut ros eiusmodi est, inquit Mich. c. 5. vt ab homine sit expectanda, Dei beneficia sunt, Deique munera: *Quasi ros à Domino*, inquit ille, *& quasi stillæ super herbam, quæ non expectat virum, & non præstolatur filios hominum.*

Mich. 5. n. 7.

Vel etiam potest esse sensus, quem affert interlinealis, Lyran. & Carthus relatus, & ad similitudinem pluuiæ: sicut pluuia terrã fæcundat, ideoque expectatur summo desiderio, sic mea doctrina audientium mentes irriget, & fæcundet, quatenus ex semine verbi cęlestis procedant in fructus bonorum operum, iuxta illud Isai: *Quomodo descendit imber de cælo, & inebriat terram, & germinare eam facit, &c.*

Isai. 55. n. 10.

Vel possumus explicare cum Procop. qui ait. His verbis hortatur Moyses vt locum apud se ipsos parent, in quo eloquia ista excipiant, quemadmodum agricolæ terram præparare solent, quo nulla elabatur aqua &c. Quæ expositio maximũ fundamentũ habet in Hieron. lec. ad Iob. 37. ibi: *frumentum desiderant nubes*, quo in loco de desiderio doctrinę cęlestis exponit, cõfirmatque ex nostro textu: *Excipiat velut pluuiã eloquiũ meum, & descendant sicut ros verba mea.* Quod possumus ad huc explicare ex Iob. 29. *Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum*, vbi Hieron. ait Pluuiæ nomine copiosam valde eruditionem suæ scientiæ demonstrat, & laudat auditores suos, quod desputante eo. cum grandi desiderio expectauerint, &c. Licet enim aperire os sæpe habitum loquentis reddat, nunc é contrario tacentis, audientis. & inhiantis ad rem aliquã salutarem, demonstrat, instar aridæ terræ, quæ in scissuras finditur, & panditur patẽteque ore pluuiam de cælo præstolatur, Vnde Dauid dixit *Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam* Vbi Agell. maximum verbi Dei desiderium, hoc habitu corporis, indicat, vt qui ardenti cupiditate rei alicuius æstuant, aut siti maxima laborãt, aperto ore spiritum sorbent.

Iob. 29. n. 23.

Psal. 118. n. 131. &c.

Id autem, quod nos legimus, *Concrescat vt pluuia doctrina mea*, antiqui codices habent: *Concrescat in pluuia doctrina mea*, & idem omnino sensus est, nam prępositio, in, pro, similiter aut, sicut, ponitur multoties in scriptura, vt Psal. 38. *Veruntamen in imagine pertransit homo*, id est, sicut imago, &

Psal. 38. n. 8.

Psal. 77. *Ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra, quam fundauit in*

Psal. 77. n. 69.

secula, id est, sicut terra, quam fundauit in sæcula, sic namque ibi vertit Symmach & Chrysost in Psal. 115.

Quasi imber super herbam. Iuxta Hebraic circumloquutione opus est, quoniam significatur subtilis, & minuta pluuia instar capillorum, etenim dictio, *seirim*, est à radice, *sahar*, quod est horripilare, vnde, *sear*, id est, pilus, possetque proinde verti: *Sicut pili super herbam*, vel potius *sicut aqua, quæ ex pilis effunditur*, & nos hyssopum appellamus aspersorium ex pilis constructũ, quo aqua cum quadam tenuitate aspergitur, vt solet fieri in Ecclesijs, quãdo aqua benedicta fidelibus irroratur. Significatur itaque doctrina accommodata incipientibus in via Dei, qui intelliguntur nomine Hebraico significante tenerã herbam, & vix emergentem é terra.

Et quasi stillæ super gramen. Iuxta Hebraic. etiam circum loquutione opus erat quandoquidẽ significatur grãdis vberiorque aqua super herbã, indicaturque doctrina accõmodata grandioribus, & proficientibus in via Dei, quemadmodũ grandiusculis herbis, satisue necessaria, accõmodataque est magna pluuia, qua, & æstu torrida reuiresc̃at, & ad maturitatẽ, fructũque perueniant.

ANNOTAT. I.

Doctrina cælestis nomine pluuiæ significatur.

VSitatum satis est apud sacros scriptores, vt verbum Dei nomine pluuiæ significent, vt apud Isai. *Quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum.* Vbi sermo est de euangelica doctrina, quæ confertur cum vtili pluuia terram fæcundante hoc

Isai. 52. n. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim in sacris literis est, non reuerti, iuxta illud. *Gladius Saul non est reuersus inanis*, & eodem sensu ibidē dicitur: *Sagitta Ionathæ nunquam redijt retrorsum.* clarius Isai. 36. de Senacherib. *In via, qua venit, per eam reuertetur*, id est, nihil efficiet, dictum igitur locum Isai. sic exponit Hieron imo ex illo nostrum aperit. Hoc dicendū quod euangelicæ sermo doctrinæ imber appelletur, & pluuia, quas fundunt super terram nubes spirituales, ad quas peruenit veritas Dei, quē imbrem, & quas pluuias Moyses in Deut. cantico pollicetur. *Audiat terra verba oris mei, expectetur sicut pluuia eloquium meum, & descendant sicut ros verba mea*, vt qui seminauerint in lachrymis, in gaudio metant &c. & in hoc sensu Eccl. 33. dicitur. *Ipse tāquam imbres emittet eloquia sapientiæ suæ*, & lib. Iudic. c 6. per rorē modo super vellus modo super aream decidentē doctrinam cælestē intelligunt Theod ibi. q. 14. Hieron. ad Paulin. Ambros. proœmio in lib. 1. de Spiritu sancto, Aug lib. de vnit. Eccl. c. 5. & in Psal. 45. & multi alij, & Isai 5. *Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem*, Vbi Hieron per nubes intelligit Apostolos, apostolicosque viros per quos Deus cælestem imbrē doctrinæ terris impertit, quem etiam locum Tertul lib. contra Iudæos c. 13. ad. fin. intelligit de doctrina cælesti. Et Iob c. 29. *Expectabant me quasi pluuiam, & os suum aperiebāt quasi ad imbrē serotinum.* Vnde etiam Philo lib. de profugis explicans illud: *Ecce ego pluo vobis panes de cælo*, ait. Nam reuera sapientiā æthereā Deus superné instillat generosis, & cupidis animis, &c. Et lib. 2. legis allegoriarū post medium loquens de manna, ait: Viden cibum animæ quale sit, verbū Dei continuum roris simile, &c. In hoc etiam sensu D. Ambros. epist. 11. ad Irenęum explicat illud Deut. 28. *Aperiet Dominus thesaurum suum optimū cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ.* Hæc est pluuia, inquit ille, eloquium legis, quod irrorat animam, &c. Similia habet Cyrill. Alex. in cap. 10. Zachar. & Hieron. in cap. 28. Iob. Et Glossa in hoc nostro textu habet: Doctrinam legis pluuiæ, & rori comparat, quia a fidelium cordibus germina spiritualis fructus exigit Hęc enim sunt ager, & vinea Dei, &c.

2. Reg. 1. n. 21.

Isai. 36. n. 39.

Isai. 5. n. 6.

Iob. 29. n. 23.

Vsque adeo vero in sacro sermone inoleuit, vt doctrina cælestis pro pluuia acciperetur, vt ab eadem radice in Hebræo deducantur. Etenim à *iara*, aqua, *more*, Doctor, *iore*, pluuia, & *thorà*, lex, seu doctrina deriuantur. Quod si velis rationem noscere huius similitudinis inter cęlestem doctrinā, & pluuiam, præter eam, quæ statim occurrit, quod scilicet vtraque de supernè cadant, & adueniant, aliam affert Pierius Valer. lib. 38. Quod, scilicet, imbres longē fœcundiores sint aliis aquis, magisque nutriant & celerius conficiantur, eodemque modo doctrina ea, quæ cælitus instillatur, longé fœcundior est, quam quę ab hominum opinionibus, mente, & ore emanat, eaque affluenter auditores alluuntur, viuificantur, vegetātur, crescunt, & ad potiora augentur; sicut enim eleganter appellauit Plinius lib 31 cap 1. pluuiam animam vitalem e cælis delatam, sic & nos veluti animamur, informamur, & imbuimur doctrina cælesti, veluti anima, vt flores fructusque bonorum operum proferamus. Adde etiam ex eodem Plinio ibi c. 3. quod pluuialis aqua quamcitissimē calefiat, qua in re adumbrata videtur cælestis doctrina, quæ veluti igneścit; si non ignis dicitur á Christo missus in terram, si animum prōptum, paratumque, & in mansuetudine susćipientem insitum verbum inueniat. Vnde Hierem. 23. *Nunquidnē verba mea quasi ignis*, & á Christo edocti discipuli hoc ipsum confestim dixerunt: *Nonne cor nostrum ardens erat in via, cum loqueretur, &c.*

Eccl. 39. n. 9.

Luc. 12. n. 49.

Hierem. 23. n. 29.

Luc. 24 n. 32.

Adde quod Galenus agens de ponderibus & mensuris pluuialem aquā, vtpotè purgatissimam, & defæcatissimam vult esse iustam omniū liquorū mensuram, tum etiam alibi cum Hipocrate esse leuissimam, limpidissimā, atque tenuissimā, quanquam ea in re contrarius sit Plinius lib. 36. c 3. censens aquam pluuialem, neque esse leuissimam, neque non sordidissimā, at nunc adhibenda fides Medicis, si non quo ad vsum, & potum aquę pluuialis, at saltem quo ad splendorē rei in speciem purgatissimę Sic & doctrina cęlestis limpidissima, nihilque terrenum habet, quod deprimat, sed quia descendit á Patre luminum, inde etiā ascendere facit, aqua enim in ascensu mensuram descensus seruat. proinde hæc aqua saliens est in vitā æternam, quia inde processit.

Denique è cælo fluens aqua in herbas, fructices, plantasque omnes decidens ea omnia, quæcunque emolliri apta sunt, humectat, pascit, & liberaliter vēlut anima educat; at in ijs, quæ natura, proprietateque sua obturata, dura, solida, atque repugnantia sunt, proficere nihil quicquā potest: eodē prorsus modo in hominibus erudiendis, instituēdisque cęlesti pluuię accidit: enim vero ij, qui acuto, prōpto, docilique sunt ingenio minimo negotio eruditūtur, mollescunt, resoluūtur, decidunt, & complanantur, ac ad intimum cordis perfunduntur, quæ de re videndus Aug. in Psal. 142.

Contra vero qui plumbeum, obtusum, atque honestis disciplinis, & moribus auersum, & monitionibus obduratum animum habent, decidentē repellunt pluuiam, & á se resilire faciunt, inuita siquidem Minerua, nihil recte fieri, diciue potest, vt apud Horatium habetur lib. de arte poetica. Quod in obduratis Hebræis videre est de quibus Psal. 77. *Quoties exacerbauerunt eum in deserto*, id est, contentiose aduersus eum egerunt, iussis reluctati sunt, & monitis se opposuerūt. Facit etiā catena Patrum Græcorum hoc in loco vbi ait Gramen, & fœnū steriles herbæ sunt (& vt inquit Saluator) in clibanum mittuntur: emittunt autem hæc inculta, & deserta loca. Sciens igitur Moyses sterilitatem audientium, inquit: sicut imber super gramen, & sicut nix super fœnum; in aures scilicet auditorum, nullum ex auditione capientium fructum.

Psal. 77. n. 43.

Cum igitur talis conuenientia reperiatur inter pluuiam, roremque, & cælestem disciplinam, iure optimo dicturus & docturus Moyses à pluuia auspicatur, nec incongruè sanè Moyses hoc fecit, cui diuinitus ab aqua nomen inditum est, Moyses enim Ægyptijs aqua dicitur, in quam à parētibus acerbissimi edicti regij metu proiectus fuerat, & diuinæ prouidentię commendatus in cistula iacens, nō sine numine exemptus est. Hic igitur aptissima loquendi methodo vberrima diuinarum rerum disciplina cælos, terramque instituturus à cęlesti aqua felicibus exorditur auspicijs.

ANNOTAT. II.

Nubes appellantur sacri cōcionatores, qui cælestem emittunt pluuiam.

SAtis tritū, vulgareque est in diuino sermone præcones verbi Dei appellari nubes, ad hoc siquidem munus à Deo auocantur cum ex terrenæ humilitatis humo, & ex sæculi huius mari, actumultu cælesti quadam vi tolluntur, vbi spiritu Dei agitati, quo ipse voluerit deducūtur, quē admodū nubes è terra, ac mari in aera sublatæ à ventis impelluntur. Huc

pertinere puto, quod desideratus gentibus, & omnium sæculorum votis expetitus aut imber dicatur aut cum imbre comparetur Isai 45. *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum.* Inde etiam natum existimo vt summum infortunium, grauissimæque minæ censeantur, quæ terræ sitim, & ariditatem à cælestis imbris inopia denũciant; quæ in scriptura frequẽter sunt Leuit. 26. *Dabo vobis cælum desuper sicut ferrum,* & Deut 11. *Iratus Dominus claudet cælum, & pluuiæ non descendent, & terra non det germen suum.* Qua de re videndus Arnob in Psal. 104. Hieron. Isai. 5. & 14 & Daniel. 2. & Zachar. 14. Aug. in Psal. 56. 76. 77. 88. 96. & 137 Greg. 17. Moral cap. 14. vbi inter alia sic habet. Nubium nomine prædicatores sancti designantur, qui per mundi partes circumquaque trãsmissi & verbis nouerant pluere, & miraculis coruscare. Quos Isai Propheta longe ante intuens dixit: *Qui sunt isti, qui vt nubes volant?* Videndus item 27. Moral. cap. 14. vbi in hoc sensu nostrum tex. interpretatur. Similia habet Theod. ad cit. locum Isai. vbi per nubes intelligit prædicatores qui vniuersum orbem perlustrantes cælestis doctrinæ pluuia irrigant: & Hieronymus tom. 7 ad illud Iob 26. *Qui ligat aquas in nubibus,* ait. Nubes sanctos Doctores interpretamur Ecclesiæ, qui aquas Euangelij portant effundendas, & gubernandas ab Spiritu sancto deferunt, vt irrigentur terræ populorum, & de hac cælesti pluuia virtutum fruges spirituali operatione multiplicentur, & exponens illud Hieremiæ: *Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nubes ab extremis terræ, fulgura in pluuiam fecit,* ait. Omnis doctrina Domini de cæle stibus fluit dicente Dauid: *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmatã est, tu vero perfecisti eam: & eleuat siue educit nubes ab extremis terræ:* Nebulæ siue nubes quibus mandauit Deus ne pluerent super Israel imbrem, educuntur ab extremis terræ, quarum vna loquebatur: *Puto enim nos Deus Apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos* Fulgura in pluuiam fecit, cum enim imber de cælo venerit doctrinarum, & arentia hominum corda satiarit; tunc coruscationes inuenies, & clara fulgura sapientiæ, &c. quibus similia habet Gregorius 30. Moral. cap. 3. Clarius Augustinus in Psalm. 35. ibi *Veritas tua vsque ad nubes,* vbi sic ait. Re vera fratres nubes sunt prædicatores: quando minatur per prædicatores Deus, coruscat per nubes; terret per nubes, & irrigat per pluuiam, quibus similia dixit Psalm. 96. ibi: *Illuxerunt fulgura eius orbi terræ,* ait enim. Vnde fulgurat? de nubibus. Quæ sunt nubes Dei? prædicatores veritatis. Sic in verbis, sic in factis cum miranda dicunt, & miracula faciunt, &c. Suffragatur Origines homil. 5. in Hierem. vbi nostrum explicãs tex. ait. Vnusquisque Sanctorum nubes est. Moyses nubes est, & quasi nubes loquebatur: Attende cælum, & loquar, & audiat terra sermonem ex ore meo, expectentur vt pluuia verba mea, si non fuisset nubes nunquam dixisset: Expectentur vt pluuia verba mea, &c. Similiter Isai vt nubis loquebatur, & quia ipse nubes erat alias nubes comprophetantes sibi sciebat, ideo vaticinans aiebat: *Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem.* Et quomodo Deus humiles maximè eligit, vt nubes sint dictum est Psal. 134. *Educens nubes ab extremo terræ,* vt idem Origines statim ait: Si quis ergo sanctus custodiens præceptum Saluatoris factus fuerit in hac vita nouissimus sit nubes, & educit Dominus non à primis terræ, non à consulibus, non à iudicibus,

Isai. 45. n. 8.

Leuit. 26 n. 19.
Deut. 11. n. 17.

Isai. 60. n. 18.

Iob. 26. n. 8.

Hiere. 10. n. 13.

Psal 67. n. 10.

Isai. 5. n. 6.

1. Cor. 4. n. 9.

Isai. 5. n. 6.

Psal 134. n. 7.

non

non à diuitibus, beati enim pauperes spiritu. Vides quomodo ab extremis educat Deus has corporeas nebulas? Propterea si volumus nubes fieri ad quas perueniat veritas Dei, nouissimi omnium fiamus. Sic ille, cui adhuc addendus Greg hom. 10. in Ezech. vbi ait. Cum sanctæ exhortationis verba alia mens suscipit, alia recipere recusat, super vnam ciuitatem Dominus pluit, super aliam non pluit, &c. Similia habet D. Thom. in cap. 12 epist. ad Hebr. Hugo Card. in c. 1. Apocal. & Philo Carpath. Episcop. in Cantic. statim in principio dicens: Cælestis doctrina nõ ex terra scaturit, ac legitur, sed é cælo deriuatur, & fluit, ait enim, *Expectetur vt pluuia eloquium meũ, & descendant vt ros verba mea.* Similia sunt quæ habet Rupertus lib. 2. in Leuit cap. 45. in medio. In quã itẽ sententiam videndus Alcaçar Apocal 4. n. 1. Annotat. 1. vbi in nostrũ argumẽtum interpretatur illam scalam Iacobo ostensam, per quam ascendebãt Angeli, & descendebant, vt inde doctrinam haurirẽt, & ad suggestũ descenderent.

Gen. 28. n. 12.

Hierem. 1. n. 9.

Hinc est quod Prophetis dabatur verbum, & ipsi dicebant: principium loquendi in Oseę. Factum est verbũ Domini. Et sane verba á Domino accipit concionator cum diu se scripturarum studijs dedit, cũ sanctorum Patrum libros diligenter voluit cũ ab illis didicit, quos Deus dedit in Ecclesia Pastores, & Doctores, cum Deum orauit, vt ipse, qui morbos nouit audi torum, eas sibi sententias suggerat, ea verba, eam aquam, quæ ad animos curandos, abluendos, & fouendos plurimum valeat, & conducat. His efficitur idoneus vt à Deo doceatur, & impleatur, & audiat illud. *Ecce dedi verba mea in ore tuo.*

Sed heu in quam infelicia deuenimus tempora, quando huiusmodi nubes in aera tantum resoluuntur, eo quod sententiarum pondera negligunt, verba tantum quærunt: si lingua expeditiori prædi ti sint, eius loquacitate contenti theatra conscendunt facti velut ęs sonãs, aut cymbalũ tinniẽs. Nec in pænã ipsorũ audaciæ deest inanis auditorum frequentia, in quos recte vetus prouerbium vsurpes, similes habent labra lactucas, & Hieronym proæm. lib. 12. in Isai. ait. Nullus tam imperitus scriptor est, qui lectorem non inueniat sui similem, multoque pars maior est Milesias fabellas reuoluentium, quam libros Platonis. De his sanè dicitur: visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini fortasis nec cordis sui visiones loquuntur, sed aliorũ, quorum cõciones, & verba recitant verius quã dicunt, sicut loquitur Riber. Oseæ 1. num. 23. vbi ait Quid si forte suas repetitũ venerit olim grex auium plumas? Ecce ego ad Prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea vnus quisque á proximo suo. Mihi isti verè fures verbi Dei videntur, qui cum sacris literis nullã operam dederint, nec ius docendi habent, nec quid docent. *Propheta qui habet somnium, narret somnium; & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum:* qui non habet sermonem Dei, oret prius, precetur, laboret, & quærat, interim taceat dum discit, ebibit, & haurit.

Hiere. 23 n. 16.

Hiere. 23 n. 28.

In quam sententiã videndus Hieron. in c. 3. Ezech. vbi obseruat illud. *Cum pertransissent septem dies factum est verbum Domini ad me dicens: Speculatorem dedi te, &c.* Ait ergo, qui speculator futurus est, & Dei verba populo narraturus, multo rẽpore debet quiescere, vt scilicet á Deo accipiat, & discat, quę postea distribuere possit; quod magis exponit in c. 3. Ecclesiastes ad illa verba: *Tempus tacendi, & tempus loquendi.* Pithagoricos reor, inquit, quorũ disciplina est tacere per quinquẽniũ, & postea eruditos loqui, hinc ori-

Ezech. 3. n. 17.

Eccl. 3. n. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sui traxisse decreti: Discamus itaque & nos prius non loqui, vt postmodum ad loquendum ora referemus. Sileamus certo tempore, ac ad præceptoris eloquia pendeamus, nihil nobis videatur rectum esse, nisi quod discimus, vt post multum silentium ex discipulis efficiamur magistri, nunc vero pro sæculorum in peius labentium vitio docemus in Ecclesijs quod nescimus. Omnes artes absque Doctore non discimus, sola hæc tam vilis & facilis est, vt non indigeat præceptore.

Hoc etiam notauit Basil. in Psalm. 48. ad illa verba: *Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.* Si quis, inquit, bonum prius non habuerit in corde reconditum, quomodo per os thesaurum proferet, quē intus non habet? *Inclinabo in parabolam aurem meam.* Quæ, inquit, ab spiritu didici, ea vobis nuntio, nihil meum, nihil humanum dico. Sed postquam auditor sum factus propositionū spiritus in mysterio tradentis nobis Dei sapientiam aperio vobis, & manifesto propositionē aperio autem, non aliter quam per psalterium, &c. Videndus Victor Antioch. in c. 6. Marci vbi redeuntes á prædicatione discipulos vocauit Christus Dominus dicens: *Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum.* Per hoc, inquit ille, Christus Dominus Ecclesiæ Doctores, & pastores monet, ne externis turbis perpetuo se dedant; sed priuatim sæpe, secretoque agentes animū colligant, eundemque à publicis negotijs, & occupationibus quantum res patitur identidem seuocent, quo scilicet diuinitus perfundantur ea doctrina, quā effundere debent.

Psal. 48. n. 4.

Marc. 6. n. 31.

Facit in hanc sententiam Rupertus lib. 9. in Genes. cap. 26. vbi illustri allegoria carpit eos, qui non instar nubium á Deo cælestem hauriunt doctrinam, item eos, qui talibus magistris delectantur, vtrorumque vero nequitiam sic ostendit ad illa verba Genes. *Effusus es sicut aqua: non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.* Huic Ruben similis est, quicunque thorum Dei patris, vel plebis eius regnum adulterino introitu ascendit, scilicet non audientium salutem, siue profectum, sed gloriæ suæ quærendo voluptatem, quemadmodum iste ascendendo patris sui cubile non ex inde generare sobolem, sed proprij corporis quæsiuit explere libidinem. Sic & ante Christi aduentum Pharisæi, Saducæi, Samaritæ, cæterique temporis illius hęretici thorum Dei patris, id est, sanctę legis scripturam violenter ascendentes plebem eius iniquo semine corruperunt, & post Christi aduentū Cherintus, Marcion, atque Hebeon, cæterique Hæresiarchę thorum eiusdē Christi, vel doctrinam Euangelij non vocati ascendentes, suis quique locis, vel temporibus plebem eius peruersa doctrina cōmaculauerunt. Vnde sciēdum, quod non libera sed ancilla, non vxor legitima fuit, quam adulterauit Ruben, & dicta est Bala, quod interpretatur inueterata. Denique, & quæcunque plebs, siue quæcunque anima libera, vel Christi vxor est, legitima vero amore Christum diligens, adulterium non recipit, incestum non admittit, quę autem ancilla est non habens spiritum Domini, in quo est libertas, quæ inueterata est & ambulat in vetustate peccati, citò adulterio succumbit.

Gen. 49 n. 4.

Sunt itaque annūtiatores Euagelij, nubes, quas Spiritus sancti vis doctrinę ministros idoneos cōstituit, eosque ducit, deducit, ac reducit. Quia vero & nubes supra montes solent apparere, de his dicitur: *Quam speciosi super montes pedes annuntiantis bonū, prædicantis salutem*, sic enim habet Hebraica lectio, vnde Paulus desumpsit hunc locum. Quod si velis rationem

Isai. 52. n. 7. Rom. 10. n. 15.

huius pulchritudinis noscere, audi Tertul. 3. contra Marc. legentem, quā tempestiui pedes, vbi videtur fieri allusio ad tempestiuam aquam, quam nubes oportuno diffundunt tempore quę fructus ad maturitatem adducit, & ideo Ambrosius epist 11. ad Irenæ. legit. Tanquam maturitas in montibus, quasi qui videat pluuiam tempestiuam doctrinæ, & virtutum fructus iam iam videatur cernere. Hieronymus vero legit: Pulchritudo in montibus: in Hebræo est verbum quod significat desiderare, & concupiscere, quod enim pulchrū est, & speciosum, concupiscibile item est. Hoc igitur maxime concupiscunt fideles, vt pluuia perfundantur doctrinæ, sicut vel le etiam videtur sponsa cap. 4. cū ait: *Surge Aquilo, & veni Auster*, qui solet rorem secum deferre, & pluuiam, sicut Plinius docet lib. 2. c. 47. Vnde, & Græcis á nimio humore nomen sortitur, teste Phauor. Philos. apud Gell. lib. 2. c. 22. Vnde & nebulosus appellatur plerunque à Poetis, & quoniam nubes in aquas valde admodum resoluit, & pluuias cōcitat, pincerna aquarum á quibusdam vulgo dicitur.

Cant. 4. n. 16.

Quod si velis videre qualiter primi Ecclesiæ Euangelicæ prædicatores nubes fuerint ab Spiritu sancto in quam partem vellet directę, & vbi esset impetus spiritus gradientes, recole cap. 8. Act. vbi vir Æthyops Eunuchus potens Reginæ Candacis reuertebatur super currum legens Isai. dixit autem spiritus Philippo: *Accede, & adiunge te ad currum istum; accurrens autem Philippus annuntiauit illi Iesum, & credentem baptizauit.* Ecce qualiter adductus ab Spiritu sancto fuerit, tunc deinde sequitur: *Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Eunuchus, & inuentus est in Azoto, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis donec veniret Cæsaream.* Ecce reductio istius nubis, & deductio, vt cælestem pluuiam pertransiens instillaret ciuitatibus. Similiter & Act. 3. *Duas nubes Saulum, & Barnabam ab Spiritu sancto electos videmus, qui missi ab eodem spiritu abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum, & cum venissent Salaminam prædicabant verbum Dei.* Deinde Act. 16. *Paulus, & Timotheus transeuntes Phrigiā, & Galatia regionem vetati sunt ab Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia, cum venissent autem Mysiam tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos spiritus Iesu.* Ecce nubes deductæ, directæ, retentæ ab Spiritu sancto, quæ vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur.

Act. 8. n. 27.

Act. 3. n. 2. & 4.

Act. 16. n. 3. & seqq.

Hinc est quod Hieron. ad illa verba Iob: *Frumentum desiderant nubes*, ait. Viuum frumentum Doctores Ecclesiæ, qui velut nubes portant aquas Euangelij, audire desiderat, sicut & illi, qui erant de hoc frumento habitantes Antiochiæ rogabant Paulum, & Barnabam vt loquerētur eis verbum Dei, & Moyses ait: *Excipiat velut pluuiā eloquium meum.* Vnde Apostolus ait. *Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit*, & Deus præcepit nubibus suis dicens: *Ite in vniuersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Proinde quasi vento spiritu Dei, quo vt nubes agebantur, prohibiti sunt ire Bithyniam, & de Iudæa Romam illis transire præceptum, &c. quæ ibi latissime prosequitur.

Iob. 37. n. 11.

1. Cor. 3. n. 6. Mat. 27. n. 19.

Hæ igitur nubes ab immenso pelago, & infinito mari diuinæ sapientiæ aquam hauriunt, vt pluuiam voluntariam, voluntarieque fusciendā diffundant populo Dei, de qua pluuia videndus Dionysius Areop. cap. 15. de cælesti Hierarch. aperitque Deus has nubes, qui repleuit, vnde Dauid ait: *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam*, quæ verba commentatus Greg. ait. Non aliter iustitiam proferre potero, nisi tu labia mea aperias, tu es enim qui ora superborum obstruis, & linguas infan-

Psal. 50. n. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium disertas facis. Hactenus os meũ ego ipse aperui, & ideo ex vaniloquio peccatum contraxi, nunc vero vt tu aperias desidero Illius labia Deus aperit qui non solum quid loquitur, sed etiam quando, & vbi, & cui loquatur, attẽdit. Dominus dedit mihi linguam, & vitam, quando oporteat sermonem dicere. Merito ergo sapiens est, quia accepit á Domino quo tempore sit loquendum.

Hinc est quod Chrysost. tom. 5. demonstr. aduersus gentiles quod Christus sit Deus, ante medium, aduertit doctrinã diuinitus inspiratã prophetis, & prædicatoribus appellari in sacris litteris auditum, non loquutionẽ loquelãve, aut verbum, quod magis in eam quadrare videbatur, quia ea loquebantur propheræ, quæ à Deo audierant, & acceperãt veluti nubes. Sic ergo habet ad illud Pauli Rom. 10. desumptum ex Isai. 53. *Domine quis credidit auditui nostro?* Non dixit doctrinæ nostræ, sed auditui nostro, Vbi ostendit quod nõ propriũ aliquid loquuntur, sed ea ipsa administrarunt, quæ audierunt à Domino, quæ genuina nobis videtur explicatio illius loci, licet ibi aliam afferat idem Chrysost. Sed illam etiã posuit Ambrosius, qui ait: Quis credidit auditui nostro? hoc est, quis credidit quæ audiuimus abs te, & loquimur, &c. Nullam enim aquam emittunt Euangelicæ nubes, nisi à Deo communicatã, sicut nec gradiuntur, nisi ab illo motæ, vnde & Paulus dicit: *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?*

Rom. 10. n. 16.
Isai. 53. n. 1.

Videndus pro hac re Greg. lib. 17. Moral. vbi rectè ostendit, quomodo Deus aperiat ora istarum nubium, quibus suam Ecclesiam rigat, lætificat, & fœcundat, exponens enim illud Iob 26. *Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum*, ait. Quid nubes nisi prædicatores appellat? Nam quia in sacro eloquio alrquando aqua scientia dicitur, Salomone attestante Prouerb. 18. *Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens redundans fons sapientiæ*. Aqua significari scientiam Dauid Propheta testatur dicens: *Tenebrosa aqua in nubibus aeris*, vel occulta scientia in Prophetis, si scientiam sanctam, quæ hic aquæ nomine designatur, vt hauriebant corde, ita ore funderent, immẽsitate eius auditores suos opprimerent potius, quam rigarent. Vnde religata intrinsecus scientia vt non pariter deorsum erumperet, auditores suos destillatione verborum nutriens nubes illa loquebatur dicens: *Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam.* Quis enim ferre potuisset si raptus ad tertium cælum, raptus in paradisum etiam arcana verba audiens, quæ loqui homini non liceret, tam immensos supernæ scientiæ sinus aperiret: Aut cuius non virtutem auditoris opprimeret, si ea, quæ intrinsecus audire poterat, in quantum carnis lingua sufficeret, extrinsecus inundans, aquę huius immensitas emanasset? Vt vero auditores rudes non inundatione scientiæ, sed moderata prædicationis destillatione foueantur, ligat Deus aquas in nubibus, vt non erũpant pariter deorsum: quia Doctorum prædicationem temperat, vt auditorum infirmitas Doctorum rore cõualescat. Quod bene in Euangelio mystica descriptiõne narratur dum dicitur: *Ascendit Iesus in nauiculam Petri, & rogauit vt à terra reduceret pusillum, & ita sedens prædicabat turbis.* Per nauem Petri quidaliud quam commissa Petro Ecclesia designatur? De qua vt Dominus turbis confluentibus prædicet, eam à terra paululum reduci iubet, quam nec in altum duci, & tamen à terra præcipit remoueri, profecto significans prædicatores suos rudibus debere populis

Prou. 18. n. 4.
Psal. 17. n. 12.
1. Cor. 3. n. 1.
Luc. 5. n. 3.
Iob. 26. n. 8.

nec alta nimis de cælestibus, nec tantum terrena prædicare. Aqua itaque ligatur in nubibus, quia prædicatorũ scientia infirmorum mẽtibus loquẽs, quantum sentire valet, docere prohibetur. Nam plerumque si auditorum cor verbi immensitate corrumpitur, lingua docentium indiscretionis pœna mulctatur. Vnde scriptum est in Exod. *Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, ceciderit que bos, vel asinus in eam, Dominus cisternæ reddet pretium iumentorum.* Quid enim est aperire cisternam, nisi intellectu valido Scripturæ arcana penetrare? Qui ergo cisternam fodit, cooperiat, ne illuc bos, vel asinus ruat, quisquis nãque ad alta scientiæ fluenta perueniens cum hæc apud bruta audientiũ corda non contexerit pœnę reus adducitur. Operienda est itaque cisterna, quia coram paruulis mentibus tegenda est alta scientia, ne vnde cor docentium ad superna attollitur, inde infirmitas auditorum ad ima delabatur. Dignum quippe est vt qui prædicat, audientis modum consideret: quatenus ipsa prædicatio cum auditoris sui incremẽtis crescat. Sic quippe agere vnusquisque prædicator debet, sicut cum illo diuinitus agitur, prædicare rudibus non debet quantũ cognoscit, quia & ipse de supernis mysterijs cognoscere non valet quanta sunt. Sic Gregorius. Cuius aurea verba pro præsenti reo mittere minime duximus.

Exod. 21. n. 33.

Similia sunt quæ habet Hieron. ad dictum locum Iob *Qui ligat aquas in nubibus &c.* vbi ait. Per has nubes sanctos doctores interpretemur, qui a quas euangelij portant populis effundendas, vt irrigentur terræ populorũ, & de hac cælesti pluuia virtutũ fruges spirituali operatione multiplicentur, quas aquas desuperabundantia defluentes ligat Deus in nubibus suis, vt vnicuique secundũ capacitaté cordis sui tantum doctrinæ, tanquam aquã effundat, quantũ suscipientis possibilitas patitur, ne simul fortasis effusę obsint cordibus minus valentibus abudantiorem suscipere doctrinã &c. Similia sunt quę habet ibi. Greg. 17. moral. c. 14 in medio. Videdaque sunt quæ scribit Greg. 29. Moral. c. 13. & 15. & Nazian. in apologet. ad med. vbi loquens de nostro argumento per alluſionem ad Paulum dum dixit *Facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo*, ostendit cælestem doctrinã instar cibi esse, qui, si temperatus sit, nutrit, immodicus obruit, eodem modo, & doctrina, & oratione in plagam grãdinis alludens etiam ad illud Pauli. *Terra venientẽ super se bibens imbrem, & generans herbã opportunam illis, à quibus colitur accipit benedictionem à Deo.* Confert cælestem doctrinam non largissimæ pluuiæ sed imbri tenuiter decidenti, aitque. Quemadmodũ ingens pluuia nequaquam maiorem vtilitatẽ parit, quam ea, quæ minori copia labitur, quippe cum illa vehementia sua terrã deuoluat, ac distrahat, forteque etiã ipsa agricolã mulctet: hæc autem leniter, & tranquillé defluens altissimeque illabens pinguiorem terram efficit, & cultorem iuuat, spicamque ad maturum fructum nutrit, eodem modo nec copiosa, verbisque affluens oratio sapienti oratione vtilior censenda est, illa enim exigua fortasse voluptate affectum auditorem relinquit, simulque cum percusso aere dissoluitur, nec quidquã aliud virium habet, quam vt verborum lenocinio, quasi præstigijs quibusdam, auidas hominũ aures deliniat. Hæc autem mentem penetrat, dilatatumque os, & spiritum implet, nec in ipso ortu extinguitur, sed frugem ingentem paucis syllabis gignit, &c. Hoc igitur vt contingat necesse est Spiritus sancti assistentia, qui nubem cõcludat, & aperiat, prout oportere censuerit, ne potius obruat

Hebr. 5. n. 12.
Hebr. 6. n. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam irriget, nam sicut dixit Chrysol. serm. 43. Populis populariter est loquendum, communio compellenda est sermone communi, omnibus necessaria dicenda sunt, more omniũ, &c. Et iuxta dicta intelligetur locus ille Malachiæ 7. *Labia Sacerdotis custodient scientiam & legem requirent ex ore eius*; vbi Sacerdotes, per quos designãtur prædicatores, & magistri, dum custodiunt scientiam, non auari censendi sunt, sed eam custodire, vt dispensent cum discretione, neque enim debent illico totum scientiæ thesaurum effundere, & margaritas ante porcos iacere, sed prudenter clauibus obsignatum habere, vt pro ratione temporis, loci, & personarum distribuãt, prout viderint expedire. Ideo enim & Isaiæ 8. dicitur: *Signa legem, liga testimonium in discipulis meis*. Hebr. habetur: *in doctis meis*, vt sit sensus; satis de his hactenus: non enim capaces sunt audiendi hæc mysteria: nec ergo tu & cæteri docti mei ea in propatulo habeatis, inutiliterue proferatis, sed signata potius, & recondita, vt animis aptis instilletis, non vero vt prodigatis, & indecenter effundatis.

Malach. li. 7. n. 7.

Isai. 8. n. 16.

Repleuerat olim Deus nubem illã doctrina sua, Prophetam scilicet Ionam, vt Niniuitis instillaret, & cum diuinum flatũ sequi deberet, & pluere vbi Deus iusserat; aliò viam arripuit, vt fugeret à facie Domini, & quia vento, quo dirigebatur, obstitit, Dominus misit ventum in mare & facta est tempestas magna, nauisque periclitabatur conteri. Licet autem verum sit quod tempestates suas habẽt causas naturales, ex exhalationibus enim pariter, & aere commoto fiunt, vnde pleraque sunt præsagia tempestatum, quæ á nautis longa experientia deprehenduntur, sicut docet Basil. hom. 7. Hexam. Ambros. lib 5. Hexam. c. 9 quibus suffragatur Plutarc. in lib de causis natural. Plin. lib. 18. c. 35. quæ omnia accepit â Poeta ad calcem lib 1 Georgic. hæc tamen tẽpestas ministrata est a diuina prouidentia, sedato enim vastissimo mari, sola ea pelagi pars agitata est, quam nauis Ionæ nauigabat, sicut acute colligit Theophylact. Cuius rei illud est efficax argumentum, quia alias non mitterentur sortes ad deprehendendam causam tantæ tempestatis, si ea communis foret. Theophylacto accedere videtur Hieron. ibi cum ait: in tranquillitate tempestas oritur, nihil, Deo aduersante, securum.

Quod si legenti hæc assertio non placeat, necessariò fateri tenebitur insolitam fuisse eam tempestatem, & vehementiorem quam vnquã nautæ passi fuerint, vnde compulsi sunt Deũ inuocare, & causam tantæ commotionis indagare, sicut bene notauit Chrysost. hom. 1. de pænit ad med. vbi ait. Nouerat gubernator ipsa experiẽtia insuetam illam esse hyemem, atq; a Deo illatam plagã, maiores humana industria fluctus, vbi gubernatoris manus nunquam profuerant, alterius enim maioris gubernatoris rei illius casus, hunc vniuersum scilicet gubernantis mundum, ope, atque superno indigebat auxilio: propterea, & illi remos, & vela, & funes, atque diuersa dimittentes, orationi instãtes, manus tendebant, Deumque orabant. Vbi vero neque sic profecerunt, miserũt sortes, & prodidit de catero sors noxium. Sic Chrysost. Ostẽdit quo impetu tandem desæuierit Deus in nubem, quæ ministerio suo noluerat fungi, & quomodo comprehenderit spiritus tempestatis illum, qui Dei spiritum contempsit, & qui minas Niniuitis proponere iubetur, minatur etiam supplicium illis, qui cum nubes sint ad irrigandos populos huius muneris penitus obliti à diuino spiritu se deduci nequaquam permittunt.

Quod

Quod vero magis notandum, imo & timendum est ab ijs, qui inobediẽtem Ionam imitantur, quod magister á Deo edoctus, & Propheta destinatus, dum munere abutitur suo, stultus redditus est, & inscius factus. in eã enim dementiam prolapsus est vt à facie Dei constituerit fugere, quam nemo effugit, sicut bene prosequitur citatus Chrysost. cum ait. Quonam fugis homo? Nunquid & alium audiuisti prophetam dicentem. *Quo vadam à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* in terram? sed *Domini est terra, & plenitudo eius*; si ad infernum? adest: si in cælum? tu illic es: si in mare? & illic tenebit me dextera tua. Sed tale est peccatum, quod & ad ignorantiam multam nostram redigit animam, & cætera quæ prosequitur vt ostendat insciti㠠peccantis prophetæ, qui magister fuerat à Deo constitutus ad instruẽdum populum Niniuitarum; fit enim iusto Dei iudicio, vt qui magisterio, & sciẽtia â Deo infusa abutitur, in extremã deueniat stultitiam, & eam incurrat dementiam, quam vulgares etiam hominẽs vitare solent.

Psal. 138. n. 7.

Psal. 23. n. 1.

Contra hos audiendus Paulus cum ait: *Non sumus sicut plurimi adulterantes verbũ Dei, sed ex synceritate sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur*, quo in loco Lyran ait. Adultera dicitur mulier, quæ semen suscipit ab alio quam à proprio viro, semen autem est verbũ Dei, quod propter Dei gloriam, & honorem suscipiendum est ad prædicãdum. Sic ille probat adulterium prædicatorum, qui suscepto rore cælesti instar nubium non diffundunt: alij vt Vatablus legunt: *Non cauponantes verbum Dei*, quod ex additione Pauli Burg. ibi debemus intelligere ex illo Isai. *Vinum tuum mixtum est aqua*, vbi alij legunt, *caupones tui miscent vinum aqua* explicansque glossa quid sit, ait: Præcepta sanctæ scripturæ, quibus corrigere debet auditores, ad illorum voluntatem emollit. Videtur itaque metaphora sumpta á cauponibus, qui vinum vendendum aqua superinfusa augent, vt plus lucrentur, augetur quidem vinum, sed hebetatur, vimque suam, virtutem, & efficaciam amittit; istorum instar adulterantes verbum Dei, & qui prolem illi non acquirunt, sed lucrum sectantur, aut inanem vulgi opinionem consectantur, & hominum gloriam aucupantur, aciem diuini gladij obtundunt, efficaciam diuini verbi hebetant, & vim diuini seminis diluunt, moremque gerunt dicentibus: *Nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere ea, quæ recta sunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores, &c.* Vbi notandum est quod pro placentia in Hebræo habetur: *dispertita*, ac si diceret: loquimini nobis dispertita, id est, quæ nullum petant, pungant, aut offendant; quod possumus explicare adhuc ex illo Prouerb. 28. *Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum, magis quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit*. Alia litera habet: *Postea inueniet gratiam plusquam dispertiens linguam*; etenim dispertire linguam est loqui lubrica, & quæ nõ offendãt, quod iniqui auditores à falsis prædicatoribus volunt, dum dicũt loquimini nobis placẽtia, seu dispertita, id est, loquimini nobis varia dulcedine, & lectione consignatum sermonem, ne vitia nobis exprobretis, ne ad emendationem vrgeatis, ne futura supplicia proponatis, ne ex ore vestro quæ pungant, & corda transigãt, proferatis. Hi igitur, qui sic loquuntur placentia, & audientium voluntatibus obsequuntur, adulteræ deprehenduntur nubes, nec ex Deo, & coram Deo videntur loqui, cum nec proferãt, quæ à Deo acceperunt, nec Deum sibi, dũ docent, præsentem contemplentur, vt coram Deo videantur loqui.

2. Tor. 2. n. 17.

Isai. 30. n. 10.

Prou. 8. n. 23.

Isai. 1. n. 22.

Quia vero caupones sunt, & aquam vino miscent, plures ad illos audiẽdos

accurrunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

accurrunt, quã vel quærant, vel patiantur ex Deo, & coram Deo loquentes; confluunt enim homines ad blãdiloquos, & placentia loquentes; fugiunt, & detestantur vere ex Deo loquentes, nam hoc esse solet hominum ingeniũ, vnde Lactant. lib. 3. Diuinar. instit. c. 16. & 17. aduertit Epicuri sectã plurimos habuisse assertores, imo plures quam cæterorũ philosophorũ scholas, quod plus docuerit voluptatis. Epicuri, inquit, disciplina multo plus celebrior semper fuit, non quia veri aliquid afferat, sed quia multos ad popularе nomen voluptatis inuitat: nemo enim non in vitia pronus est &c.

Hinc est quod Hierony. lib. 2 contra Iouinia. ad finem ipsum alloquens ait. Ne glorieris quod multos discipulos habeas: filius Dei docuit in Iudæa & duodecim tantum illum Apostoli sequebantur, pharisæorum autem doctrinæ omnis populus applaudebat dicens. *Crucifige, crucifige eum, non habemus regẽ, nisi Cæsarem*, id est vitia sequimur, non virtutes, Epicurũ, non Christum, Iouinianum, non Apostolum Paulum: quod multi acquiescunt sẽtentiæ tuæ, indiciũ voluptatis est: nõ enim tam te loquentem probant, quã suis fauent vitijs: pro magna sapientia deputes si plures porci post te currant, quos gehennæ succidiæ nutrias? Post præconium tuum, & balnea, quæ viros pariter, & fœminas lauant, omnis impatientia, quæ ardentem prius libidinem, quasi verecundiæ vestibus tegebat, nudata est, & exposita quæ ante in occulto erant, nunc in propatulo sunt. Ostendisti tales discipulos, nõ fecisti, hoc profecit doctrina tua, vt peccatum, nec pœnitentiam quidem habeat &c.

Est optimus hac de re locus Hierem. 28. â principio, vbi Hananias in domo Domini coram Sacerdotibus, & omni populo plura prospera dixit contra Hierem prædictionem, & tulit catenam de collo Hierem. Prophetę, & confregit eam dicens: *Sic cõfringam iugum Nabuchodonosor Regis Babylonis post duos annos*: quæ omnia falsa erant, vnde & illi dixit Hierem. *Audi Hanania non misit te Dominus, & tu confidere fecisti populum istum in mendacio; idcirco hæc dixit Dominus. Ecce ego mittam te à facie terræ: hoc anno morieris; aduersum enim Dominum loquutus es, & mortuus est Hananias in anno illo.* Reddit igitur Hieron. tantæ audacię causam, & cur in domo Domini coram principibus, & Sacerdotibus ausus fuerit insurgere pseudopropheta contra sanctissimum virum dicens. Habet fiduciam in templo Domini loqui contra Prophetam, quia prospera populo pollicetur, & libenter audiuntur mendacia; præsertim quæ læta promittunt. Hieremias dixerat etiam cætera vasa, vel templi, vel domus regię, & vniuersi populi, quæ Nabuchodonosor demiserat, transferenda Babylonem, hic autem ẽ contrario ea etiam, quæ translata fuerant referenda promittit. Sic ille, qui etiam lib. 2. contra Iouinian. ad finem eundem locum expendens ait. Hieremias captiuitatem nuntians lapidatur à populo: Hananias filius Assur frangebat ad præsens ligneas torques, & in futurum ferreas præparabat: semper pseudoprophetæ dulcia pollicentur, & ad modicum placent. Amara est veritas, & qui eã prædicant replentur amaritudine; in azymis enim veritatis & synceritatis Domini Pascha celebratur, & cum amaritudinibus comeditur, &c.

Ierem. 28 n. 11.

Hinc est quod Michæas dixit: *Vtinam non essem vir habens spiritum, & mẽdacium potius loquerer*: quia sicut notauit Hieronymus superiori loco, qui vera dicunt non tam placide audiũtur, quam qui ad placitum loquuntur, & cauponantur verbum Dei Quare consulendus erit idem Hieronymus ad illa Salomonis verba: *Vidi*

Mich. 2. n. 11.

Eccles. 9. n. 11.

sub

sub sole, nec sapientum panem, nec Doctorũ diuitias, nec artificum gratiam, sed tempus, casumque in omnibus. Quod totum cõuertit in præsens institutum contra imperitos auditores, qui placentia tãtum sectantur, & stulta, floridaque; nõ solida, vera, & profutura quærunt, & loquuntur; sic ergo habet. Quod, ait non est sapientibus panis, quotidie hoc probatur exemplo multorũ, qui cum sapientissimi sint, necessarijs indigent: & illud non est sciẽtibus gratia: videas enim in Ecclesia imperitissimos quosque florere, & quia nutrierunt frontis audaciam, & volubilitatem linguæ consequuti sunt: dũ non recogitant quid loquantur, prudentes se, & eruditos arbitrantur: maxime si fauorem vulgi habuẽrint, qui magis dictis lenioribus delectatur. & commouetur; & ẽ contrario eruditũ virum latere in obscuro, & persecutiones pati, & non solum in populo gloriam non habere, sed inopia, & egestate tabescere. Hæc autem fiunt, quia incerto statu feruntur omnia, & non est in præsenti retributio meritorum, sed in futuro, &c.

Videndus idem Hieron. cum loquitur de ijs, qui apud Danielem, *Bibebant in vasis aureis, & argenteis, & laudabant Deos suos aureos, & argenteos, ferreos, ligneosque, & lapideos*, quod totum conuertit in prophanos diuini verbi proclamatores dicens. Omnis doctrina contraria veritati, quæ assumit verba prophetarum, & testimonijs diuinæ scripturæ abutitur ad sensum suum, & dat bibere his, quos decipit, & cum quibus fornicata est, tollat vasa templi Dei, & inebrietur in eis: & non Deum, cuius vasa sunt, sed Deos laudet aureos, & argenteos, æneos, & ferreos, ligneosque, & lapideos: aurei mihi videntur hi, qui sæculari ratione compositi sunt; argentei, qui habent eloquij venustatem, & rethorica arte constructi sunt Qui autem inferunt fabulas Poetarum, & vetustis traditionibus vtuntur habẽtes inter se multum, vel elegantiæ, vel stultitię differentiã, isti vocãtur ænei, & ferrei, qui autẽ penitus inepta proponũt, lignei appellantur, & lapidei. Sic Hieron describit profanorũ concionatorũ differẽtias, ex quibus plane constabit eos nullatenus esse nubes, nec à Deo communicata effundere, nec Dei spiritu agi, aut deduci, sed proprio, vel vanæ gloriæ flatu. Similia sunt quæ docuit idem Hieron. in c. 3 Mich. ad illa verba. *Destruã omnes munitiones, & maleficia de manu tua*, vbi vanam doctrinam appellat veneficia, quæ insipientes, & venefici concionatores auditoribus instillant, & propinant. Auferã inquit, maleficia quibus, vel ipse decipiebaris ab alijs, vel deceptus alios decipiebas, & loquentes, siue pronuntiantes non erunt tibi. Nũc loquentibus, & pronuntiantibus plenus est orbis: loquuntur quæ nesciunt, docent quæ non didicerunt: magistri sunt cum discipuli antea nõ fuerint. Cum ergo docuerit Deus hominem scientiã, cessabunt falsæ præsumptiones. Sic Hieron. ostendit quãtũ distent veræ nubes ab adulterinis.

Dan. 5. n. 3. & 4.

Mich. 5. n. 11.

Vidẽdus pro istius rei complemẽto Hieron. Oseæ in c. 4. vbi explicat illa verba, *Peccata populi mei comedent*, in hunc modũ. Comedent peccata populi, id est, ex eis viuunt, dissimulant enim peccata, quę laudãt: ita plurima admittuntur, plurimæque simul ad eorum quæstum afferuntur hostiæ, & populum spoliant. &c; Quibus similia habet Greg. homil. 17. in Euang. vbi ait. Cur peccata populi comedere dicũtur, nisi quia peccata delinquentiũ fouent? &c. Est optimus pro hac re locus apud Hugonẽ Cardinalẽ in c. 1. Apocalyp ad illa verba: *Pedes eius similes auricalco*, vbi ita. Pedes sũt moderni doctores Ecclesiæ, qui sunt æri similes, sed Apostoli primi rectores Ecclesiæ,

Oseæ. 4. n. 8.

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui quasi caput fuerunt, auro comparabantur: æs minus ponderosum est quam aurum, minus valens, minus fulgens, minus pretiosum, minus ductile sed è conuerso magis sonorum, magis rigidum, magis corrosiuũ, magis copiosum, & plura vasa facta sunt in templo de ære, quã de auro, 3. Reg. 7. horum mihi sunt non in camino ardenti & benedicit sicut in camino, quia videntur esse inflammati, & accensi charitate, qui tamen sunt frigidi, de quibus Paulus 1. Corinth. 13, *Si linguis hominum loquar, &c. factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens, &c.*

1. Cor. 13. nu. 1.

Non omittendus hoc in loco est Gregor lib 30. Moral. c. 22. vbi existimat sacri verbi concionatores esse sponsi vbera meliora vino, per quæ Deus populis lac impertit, vt illi videant iterum, atque iterum, quod lac immulgeãt auditoribus, nisi enim salutare fuerit, Christi non erit. Mira sane laus cõcionatorij muneris, quod illius ministri vbera dicantur Dei, per hos enim Deus homínibus sua impertit viscera, quod longé maius quid est quam quod nubes sint, sicut in præsenti prosequimur. Sed timendum valde, ne pro diuino lacte, quod regium est, & regios alit spiritus, vtpote ex Regis mamilla expressum, lac aliud noxium, non à Deo, sed ab humanis visceribus, á vana nimirum, & prophana eruditione, ab humano odio, vel amore, qualibetue alia passione, auditoribus præbeant, alantque viperinos potius, aut lupinos catulos, quam Ecclesiæ alumnos, aut Dei filios: vt igitur vbera affixa sunt pectori, sic curare debet prius concionator, vt maximé adhæresçat Deo, eiusque spiritum ipse hauriat, quem in alios effundat, vt à Christi lacte Christianum hominem, aut verius in homine Christiano Christum informet, alioqui fundet verba inania, neque aliud sonabunt, quam quod æs sonans, aut cymbalum tinniens, quod quidem supplicij loco ponitur his, qui à Deo recesserunt, cum dicitur: *Da eis vbera arentia.*

Gant. 4. n. 5.

Osea. 9. n. 14.

Meminerint insuper Apostolici viri, prædicatores, & magistri, quod non tantum nubes dicuntur, quæ á terra eleuantur, sed Angeli etiã, qui cælum conscendunt, vt inde doctrinã hauriant, & ad suggestum descendãt, sic enim interpretatur Alcaçar in c. 4. Apocal. n. 1 annotat 1. illam Iacobi scalam, de qua Genes. 28. in ea enim est sententia, vt asserat Deum non innixum scalæ in superiori parte, sed in inferiori, insuper ait, Angelos ascendentes, & descendentes non alatos fuisse volitantes per aera, sed gradatim ascendẽtes, proindeque homines, qui ratiocinationis vsu á natura ipsa constricti, cum ad rerũ cælestiũ cognitionẽ ascendunt, appositè considerantur, non alis, sed rationis, ac discursus scalã, quasi quibusdam gradibus innitentes ascendere, dum mẽtis, & ingenij ratiocinatione sese paulatim attollunt; cum tamé Angeli, vel minimo momento quasi vnico, & rapidissimo volatu, cò simul vi mentis perspicacissimæ feruntur, quó ingenij aciem destinant, & cum cælum corũ propium sit domicilium, vt homines conueniant, non prius nobis proponi deberent ascendentes, mox descendẽtes, sed è contra.

Gen. 28. n. 12.

Homines igitur apostolicos putat esse hos Angelos, qui vt regni Dei mysteria prædicent, debent prius cõscendere, vt inde percipiant quæ doceant; scité enim Diogenes Cynicus disputanti cuidã de cælestibus dixit. Quando de cælo venisti? Phrasisque vsitata est scripturæ, qua ascendere in cælum idem sonat, quod ascendere ad diuina mysteria cernenda, & contemplanda, descendere vero dicitur ad illa euulganda hominibus, vt patet ex Deut. cum dicitur. *Mandatum hoc non est in*

Deut. 30. n. 12.

est in cælo situm, vt possis dicere, quis nostrum valet ad cælum ascendere, vt deferat illud ad nos, & audiamus? Ad quem locum alludens Paulus ait: *Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælum?* & subdit, *id est, Christum deducere.* Quasi diceret, id quod optare poteras quándo dicebas, vtinam quis ascẽderet in cælum, atque descenderet, id ipsum cumulatissimé tibi Deus concesit efficiendo vt Christus descenderet de cælo. Idem colliges etiam ex Prouerbijs cap. 30.

Rom. 10. n. 6.

Prou. 30. n. 4.

Ecce igitur ascensus, & descensus Angelorum, qui cũ propheticus fuerit, adimpletum asserit Christus Dominus suo aduentu, cum dixit: *Amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes,* quæ verba si attente expendantur, & connectantur cũ textu, magnã cælestium mysteriorum reuelationẽ & reserationem probant, vnde Cyrill. lib. 2. in Ioan. c. 3. cui suffragatur Tolet ad prædicta verbi Christi ait, ea non ad aliquem diem singularem, sed ad totam Christi dispensationẽ pertinere i ad legis Euangelicæ tempus, & Aug. & Beda expresè nomine Angelorum prædicatores Euangelicos intelligunt, tum ad dictum Ioannis locũ, tũ etiã in scala Iacob, & hac fortasis ratione Paulus dixit: *Conuersatio nostra in cælis est.* Hoc dixerim in tanti muneris commendationem, & recordationẽ summæ auctoritatis, & dignitatis, qua pollet, & vt nihil docere, aut effundere audeãt prædictæ nubes, probati Angeli, nisi quod à Deo acceperint; sic enim pluuis, & terra nostra arida, cælitus irrigata, & fæcũdata, non iã spinas, & tribulos germinabit, sed flores, fructusq; vberrimos.

Ioan. 1. n. 51.

Philip. 3. n. 20.

Hinc est quod Dauid dixit Domino: *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* vbi Aug explicans, quã desiderauerit aquam, ait. Complue me ad faciendũ fructum bonũ, Dominus enim dabit suauitatem, vt terra nostra det fructum suum. Anima mea velut terra sine aqua tibi, non mihi, sed tibi. Sitire tibi possum, me irrigare non possum: cito exaudi me Domine, complue me, ne sim puluis, quem proijcit ventus â facie terræ. Abundat mare, inundat, copiosum est, fluctuat, sed amarum est, discreta ité est aqua, apparuit arida anima mea: irriga eam, quia velut terra sine aqua tibi, &c. Quo in loco D. Augustinus alludit ad illud Genes. *Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt in locum vnum, & appareat arida, & factum est ita.* Vt sit sensus, non desunt mihi aquæ sub cælo, & super terram, quibus fortassis arbitraretur quis nostram posse irrigari animam, qualis profecto est humana sapientia, & eloquentia, & mundana doctrina, cui olim operam dedi, quam ebibi, & qua mea mens abundare videtur, sed hæ aquæ cum solam terram sapiant, qualibet agitẽtur, & cõmoueantur aura, & amarę insuper sint, sitim potius accendunt, quã extinguant, insuper, & sterilitatem inferunt, non facunditatem afferunt, proinde in vnum locum, imo & in se iussu tuo congregentur, & arida appareat mea terra, meaque mens apertoque ore expetat, & postulet aquam, imbrem, ac rorem, quo irrigetur, lætificetur, & fæcũdetur, vt & germinare, & fructum ferre queat, de qua pluuia intelligit Hieron. illud Oseæ *6. Veniet quasi imber vobis temporaneus, & serotinus,* etenim si consurgimus ad eum diluculo post peccati noctem, ac iustitię tenebras téporaneũ imbrẽ, & antelucanum rorẽ elargitur, si vero ad vesperam sero, & in fine diei prę sentis vitæ expectamus aquã cælestẽ, serotinũ imbrem mittit. In quam sententiam commentatur Orig. ex nostro præsenti tex. illa verba Leuit. 26. *Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vo-*

Genes. 1. n. 9.

Osea 6. n. 4.

Leu. 26. n. 4.

Ps. 142. n. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur; Sic ergo habet Orig hom. 16. in Leuit. hoc de temporali pluuia intelligi non valet, quia de hac scriptum est, quia *pluit Dominus super iustos, & iniustos* Matth 5. sed intelligendum est de pluuia spirituali, de qua in Deut dicitur. *Audite cæli, &c. concrescat vt pluuia doctrina.* Dabo ergo, inquit, vobis pluuiam in tempore, necessario addit. & in tẽpore, sicut enim imber iste terrenus, si importune veniat, i cum messis colligitur, cum frumenta terũtur in areis, obesse magis, quam prodesse videbitur, ita & ij, quibus pluuia verbi Dei ministranda committitur, ob seruare debent id, quod dicit sacra Scriptura, vt in tempore præbeant. i. ne ebrio ne occupato in alijs animo, cum attentus esse non potest, vel cum alieni vitij languore constrictus est, & non Doctori, sed morbo proprio interior præstatur auditus; prudẽter ergo coniiciat, vbi potest vacare mens, vbi sobrius, vbi intentus auditor est, & ibi pluuiam ministrat in tempore, sicut & tritici mensuram seruus fidelis, & prudens in Euangelio conseruis dare iubetur in tempore: sed & aliter possumus intelligere, quod mandatur imber in tempore dandus Puer est aliquis, & paruulus in fide, indiget pluuia, sed lactis pluuia, sicut enim dixit ille, qui sciebat pluuias in tempore dispensare: *Lac vobis potum dedi, non escam, non dum enim poteratis*, oportet ergo metiri doctrinam pro virium qualitate, &c.

Matt. 24

1. *Cor.* 3. *n.* 2. *Hebr.* 5. *n.* 12.

Nisi forte hoc velimus intelligere secundum phrasim Scripturæ iuxta quam per ros, & pluuiam aliquando belli impetus, & armorum strepitus designatur, qua de re est optimus locus 2. Reg. 17. vbi Chusai ad Absalon ait: *Congregetur ad te vniuersus Israel à Dan vsque Bersabee quasi arena maris innumerabilis, & tu eris in medio eorum, & irruemus super eum in quocumque loco inuentus fuerit: & operiemus eum sicut cadere solet ros super terram, & non relinquemus de nostris, qui cum eo sunt ne vnum quidem.* Vbi cadere ros super terram pertinet ad iacula, tela, missilia, & lapides, quæ leuis armaturæ milites iacere solebant primo statim congressu, vnde Beroaldus in comment. ad lib 2 Apul. ait: Rorarij apud antiquos appellantur milites, qui primi prælium committebant à rore dicti, quod ante rorat quam pluit. Et ad illud Ezechiel. cap. 4. Nubes magna, & ignis inuoluens, ait Theodoretus: significat hastarum, & iaculorum omnisque generis telorum copiam, & quasi inundationem.

2. *Reg.* 17 *n.* 11.

Quo forte sensu possumus exponere illud Psalm. *Ex vtero ante luciferum genui te*, vbi alia litera habet: *Ex vtero auroræ tibi ros natiuitatis tuæ*, vt sit sensus, ab vtero matris tuæ, & ex primordijs natiuitatis tuæ obnoxius apparuisti miseriarum, pænalitatum, & persecutionum telis, quæ super te veniunt velut ros super terram.

Psal. 109. *n.* 4.

Quo etiam sensu possumus exponere, nec inepte, illud Cantic. *Aperi mihi soror mea quia capilli mei pleni sunt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Vbi sponsus animarum nostrarum adducens sponsam quó citius illi fores aperiat, conqueritur se multa ob illius amorem sustinere opprobria, & persecutiones, quibus ommno repletur super se cadentibus, non aliter atque ros cadere solet. Nec mirum, siquidem erat signum, cui contradicebatur, & ille, qui ab sponsa dicitur candidus, signum autem, seu album nos dicimus in quod collimantur sagittæ. Is igitur, qui candidus erat sponsus peccatorum telis vndequaque petitus non aliter re-

Cant. 5. *n.* 2.

pletus

pletus proponitur quam terra rore desuper cadente: neque enim parcerat, vt qui amoris incendio deflagrabat, de rore tantum super eum cadente conquereretur, aut meritum sibi asciceret âgutt is noctium decidentibus, sed à persecutionum telis iniuriarum iaculis, & pœnarum missilibus.

In hoc ergo sensu possumus deducere hunc locum, vt significet Moyses se velle vt verba prædicationis tela sint, quæ transfigant corda, & vsque ad diuisionem animæ penetrent. Neque absonum est in sacris literis doctrinalia verba tela, armaque appellari, quibus peccata confodiuntur, & extinguntur, nam Paulus gladium appellauit verbum Dei, & in hoc sensu adducitur à Pineda lib 5. de rebus Salom. cap. 4. & explicatur locus ille Isaiæ. *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent, expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere, quia ros lucis ros tuus.* Vbi per rorem intelligit pluuiam sagittarum quas Deus, eiusque ministri in corda audientium mittunt. Hinc etiam plerique per sagittam electam intelligunt concionatores verbi Dei, sicut videre est apud Sanct. ibi, qua de re videndus Hieronymus epist ad Princip. vbi Paulum prædicantem sagittam esse dicit, & in illud Psalm. *Sagittæ tuæ acutæ*, ait: prædicationes corda hominum transfigentes acutæ, quia vsque ad interiora cordis penetrant, estque optimus hac de re locus 4. Reg. 13. vbi Eliseus dixit Ioas Regi Israel: *Iace sagittam, & iecit, & ait Eliseus; Sagitta salutis Domini, &c.* Vbi Rabbanus ait. Doctoribus præcipitur iaculo prædicationis terram, id est, carnales percutere, &c. quæ prosequitur in hanc sententiam. Vnde, & quia iacula sunt dolorem, non risum causare debent, & magno conatu intima penetrare, quod dixit Hieron. ad Nepotia cum ait. Delicatus magister est qui pleno ventre de ieiunijs disputat: docẽre te in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur, lachrymæ auditorũ laudes tuæ sint &c. quibus similia habet Epist. ad Rust. de forma bene viuendi, & ad illud Eccles. *Verba sapientum sicut stimuli.* Vbi Hieron. ait: si cuius igitur verba non pungunt huius sermo non est sapiens. Facit & illud Act. *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Quod Ignatius epist. ad Philip. ita explicat. Durum est prædicationem Apostolorum reijcere; videndusque erit pro hac doctrina Cyprianus epist. ad Donatum, vbi ait: Accipe non differta, sed fortia; & Augustinus 4. de doctrina Christiana cap. 14.

Ephes. 6. *n.* 17.

Isai. 26. *n.* 19.

Isai. 49. *n.* 2.

Psal. 44. *n.* 6.

4. *Reg.* 13 *n.* 17.

Eccles. 12 *n.* 11.

Act. 9. *n.* 5.

Pluuiam igitur mittit Deus misilium, & sagittarum acutissimarum, quibus hominum corda, quantumuis inimicissimorum charitate vulnerata deiicit, & prosternit, imo attrahit, conciliat, obsequentissimaque facit, vnde Gregorius, & Beda prædicatoribus accommodant illud Proverb. *Verte impios, & non erunt*, id est, ita illos ad te conuerte missis in corda eorum tuæ prædicationis sagittis, & ad pedes tuos deijce, vt quod fuerãt non sint amplius.

Prou. 12. *n.* 7.

Quis non videat sagit a Domini transfixum Paulum, quando audita illius voce in terram cadens, & tremens, ac stupens dixit: *Domine quid me vis facere?* Quis non cadentes quasi ex alto populos opertos rore sagittarum Dei incredibili impetu & celeritate confluentes ad Regem bellatorem, imo triumphatorem contemplaretur, cum conuertebatur, id est, refundebatur ad illum multitudo maris, fortitudo (i exercitus hostium sponte se illi submittentium) gẽtium ad illud veniebat. Videndus de hujusmodi sagittatione August. in Psal. 119

Act. 9. *n.* 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi ait. Nouit Dominus vulnerare ad amorem. & nemo pulchrius sagittat, quã qui verbo sagittat vt faciat amãtem. Similia sunt quę habet Bernard serm. 29. in Cant. & Ambros. in exhortat. ad virg.

Zach. 9. n. 13.

Sunt itaque verba Apostolorũ, & prædicantium, quæ instar roris super corda audientium debent fluere, de quibus Sanctius, & Pined. intelligunt Zachar. cum ait: *Extendi mihi Iudam quasi arcum*, proindeque non aliò verba, & sagittas collimare debent, quam in corda, & animos eorum, quos docent. Mirantur omnes illum, qui cum Alconis Cretensis filium rapuisset draco, illæso filio, draconem sagitta confecit: qua de re videndus Manil. Valer. Flac. in argonau. sic & prædicatores fauciare debent cor, seu peccatũ vt intereat, personã nõ vulnerare, memores quod in dicto facto circa filium Alconis, vt ait Manil. Ars erat esse patrem. Si enim magistri se patres esse recordentur (quod nos alibi probatum supponimus) serpentem transfigent, filium illæsum reseruabunt. Domitianus olim, vt scribit Suetonius, in pueri procul stantis præbentisque pro scopulo dispansam dextræ manus palmam sagittas tanta arte dirigebat, vt omnes per interualla digitorum innocuè euaderent. Est quidem sermo diuinus discretor intentionum, & cogitationũ, illumque proinde concionator ita dirigere debet, vt humanæ manus aut potentia non timeat, aut industria non detineat; aut datis non corrumpatur, aut vulnera non horreat; cæterum tanta subtilitate opera discutere debet, vt innocuos relinquat digitos & manus ad bene operandum, & quæ inter illos reperta fuerint iniqua, transfigantur.

Indici teli vis tanta narratur, vt non clypeus, non thorax, non aliud quidquam summæ firmitudinis obsistere queat; laudaturque Aligernis telum quo thorocatum cum thorace atque scuto transfigebat, lapidem, & quiduis aliud durum, solidumque defringebat, vt refert Suidas in Agathiam. Sed meminisse oportet Euangelicum prædicatorem sermonem Dei penetrabiliorẽ esse omni gladio ancipiti, & pertingentem vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque, ac medullarum, vt illum immittat toto animo, & spiritu, nec remittat donec deficiant inimici. Eliseo quidem opus est hoc est Deo, vt sagitta salutis infigatur, sed si manum concionator, doctorue (cuius, vt ait Gregor. 30. Moral. cap. 5. per sanctæ intentionis arcum audientiũ, cordibus verba rectę exhortationis est infigere) contineat, aut remittat, aut non sæpius immittat, sicut contigit Ioas cum Eliseo, non operabitur integram salutem, imo potius fient sagittæ paruulorum plagæ illius.

Hebr. 4 n. 12.

4. Reg. 13. n. 15. & seqq.

Debent autem hoc in loco Euangelici viri auditores, cum Orig. hom. 3. ex lib. quatuor homil. & in alio comment. hom. 2. in Cant. monere vt denudent potius pectus, & transfigendum præbeãt huiusmodi iaculis, quorum vulnera præclara appellat Nyssen homil. 4. in Cantic. Dulces plagas, per quas vita ad interiora penetrat. Sunt cor, & anima scopus, & meta quò Deus sagittas suas mittit, item diabolus suas: auaritię sagittam misit hic in cor Iudę, ille postulat pręberi sibi cor: *Fili præbe mihi cor tuum*, hic vitam præbet, ille mortem ingerit, suspẽdium suadet, laqueum injecit, & cum vulnera illius. s. diaboli talia sint, de quibus dicitur à Propert. lib. 2. elig. de amore. Ne quisquam ex illo vulnere sanus abit, omni custodia custodiendum est cor, iuxta monitũ Salomonis, vbi catena Græcorũ Patrũ ait: Omni custodia, hoc est, magna cura, & cautione, aut õni certé loco & tẽpore

Pfal. 63. n. 8.

Ioan. 13. n. 2.

Prou. 23 n. 26.

Prou. 4. n. 23.

pore, tẽporisque qualitate custodi cor tuum, iuxta illud: *A custodia matutina vsque ad noctem, &c.* Videdus Cyrillus Alex. in Zachar. c. 9. n. 60. & 61. vbi egregie demonstrat, quo pacto diuini verbi sagittæ, quique illas iaciunt, feriant, non ad mortem, sed ad charitatem eos deducentes. & vt sub ipso feriant; vbi explicat citatum locũ Zachar. & Abacuc in c. 3. n. 11.

Pſal. 129. n. 6.

Repetitis proinde verbis, & multiplicatis sagittis debet descendere velut rosbellicus diuina prædicatio, vt animam transfigat, & operetur salutem, ac fructum afferat in vitam æternam: sicut etiam terram fœcundare solet, non vna, vel altera tantum gutta, sed quæ diu stillari solet pluuia, & ros, qui diu, sensimque descendens fluit.

Illud deinde aduertendum est in commendationem concionatorum legis Euãgelicæ, quod olim propheta solam aquam velut nubes effundebãt, at modo nostri prædicatores nõ tam aquam emittunt, quam gemmas loquuntur, & margaritas proferunt; si enim simile est regnum cælorũ thesauro, si prætiosis margaritis qui cælestia bona annuntiant, qui futura prædicunt, qui cæleste iter prædicãt, qui æterna pollicentur; & gemmas proferunt, & margaritas diffundunt, & lapillos pretiosos spargunt, neque tam fœcundatur terra solum, quam ditatur, pro qua re notandus venit locus ille Isai. vbi ait. *Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari*: quæ verba intelligenda videntur de prædicatoribus Euangelicis, quibus concreditum est accendere ignem illum, quem Christus venit mittere in terras, cuius carbones in ore ipsorum redditi sunt carbunculi, nec mirum quando altare illud vnde sumpti sunt Christum significabat.

Isai. 6. n. 6.

Vt autem credamus calculũ Isaię esse gemmam non parum vrget nomen ipsum calculi, D. Hieronym. auctoritas Hebræa vox, 70 interpretum cum nostro vulgato concordia. Enim vero si illic sermo est de pruna & nõ de lapillo, cur vulgatus sumpsit nomen calculi, qui lapillo proprie conuenit, vt patet ex Apocalyp. 2. & esse calculos gemmeos; & calculum Latino gemmis attribui, & nomen Græcum illi respondens patet ex interpretibus ad dictum locum Apoc. & Hieron. ad citatum locum Isai. vbi ait. Calculus iste qui à solis 70 interpretibus potest non carbonem significare, vel prunam, vt plerique existimant, sed carbunculum lapidem; clarius vero epist. 143. quæ est ad Damasum, & habetur in 4. tom. manifeste recusat calculum interpretari de pruna, sed de lapillo, vel gemma intelligi, & post multa ait. Siue igitur calculum vertamus, siue carbunculum; in calculo diuini sermonis veritas, & rigor, in carbunculo lux doctrinæ manifeste ostenditur, iuxta id Psal. *Mandatum Domini lucidum illuminans oculos*, præterea vox Hebræa, *rispa*, licet deriuetur à, *rcetp*, quod significat prunam, significat lapillum, siquidem omnes interpretes, vt aduertit Hieronymus transtulere calculum, & ex eadem radice deriuatur Hebraicum participium, quod Cantic. 3. ponitur. Vbi nos legimus, *Charitate constrauit*, Hebraice, *rasuph*. Eademque vox est 2. Reg. 16. vbi nos legimus, *Stratum lapidibus*, & Hester 1. vbi legimus *stratum lapide*, atque ita 70. ad dictum locum Cantic. verterunt *lithostroton*, & quinta editio: *medium eius calculis compositum*; & de calculis i. de carbunculis, intelligunt Ambros. Theod. & Nyssen quos refert, ac sequitur Delrius, vbi etiam videndus est Sanctius.

Apoc. 2. n. 17.

Pſal. 18. n. 9.

Cant. 3. n. 10.

2. Reg. 16 n. 17.

Heſt. 1. n. 6.

Nec obest vulgati lectio, nã ibi, sicut alijs in locis, sapienter respe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

xit ad præcipuum sensum, sensus autem charitatis exprimitur carbunculis, quibus Salomonis lectica strata erat Quod si adhuc Ecclesiæ intelligentiam de calculo ignito obijcias, cum dicitur, qui labia Isaiæ calculo mundasti ignito; in promptu erit responsio ignitum lapidem carbunculũ significare cum ignem in colore, & fulgore mirifice referat, vt patet Ezec. 28. neque inusitatum esse apud Latinos, vt ardere pro splendere vsurpetur. Virgil. 10. Æneid.

Ardet apex capiti, cristisque a vertice flãma Funditur. Et lib. 11.

Campusque armis sublimibus ardet. i fulget. Deinde aduerto quod quãuis Seraphinus forcipe tulerit calculum de altari, postea manu illum apprehendit, & Isaiæ osculandum exhibuit. Tandem pruna ori apposita impedimentum afferre solet, non expeditionem, vt notauit Forerius, atque ita dicendum est, carbunculum ori prophetæ Euangelici fuisse appositum, & sicut prouerbium Græcũ olim dicebat: rosas loqui iam de Euangelicis prædicatoribus dici potest carbunculos quidem loqui, quibus terram ditent, & repleant; nam perfectus carbunculus vnius drachmæ sexagies mille nummis aureis hodie æstimatur, id est, pluris quam adamantes quatuor eiusdem ponderis. Neque contemnenda est inter carbunculũ, & verbum Dei ore prolatum conuenientia, quando ignis ab illo videtur contemni, cum ipsum ignis calefacere nequeat, quod non solum á Plinio, & alijs multis, sed etiam ab Arist. affirmatur 4. Metheor. c 48. Cum igitur tot diuitias loquantur homines Dei qua diligentia excipiendæ sint, quanta item solicitudine cauendum est, ne coram porcis cælestes margaritæ mittantur, qua de re audiẽdus Aug. & habetur 1. q. 1. c. interrogo cum ait. Interrogo vos fratres, & sorores dicite mihi, quid vobis maius videtur, verbũ Dei, an corpus Christi? Si vere vultis respondere, hoc debetis dicere, non est minus verbum Dei, quã corpus Christi, & ideo quãta solicitudine cauemus quando corpus Christi ministramus, vt nihil de manibus nostris in terram cadat de ipso; tanta solicitudine obseruemus, ne verbum Christi depereat.

Ezec. 28. n. 14. & 16.

Sed heu miseri, & infelices terreni, qui porcis similes effecti lutum potius eligunt vt in eo voluntentur, quã gemmas vt ditentur, & piscibus simiIes effecti in medijs marinis aquis doctrinæ cælestis versantur, nec tamen sale condiuntur, sicut dixit Clemens Alexand. & sæpe repetitum accipientes imbrem, nihil nisi spinas proferũt peccatorum, quibus & Deum pungãt, & sibi ignẽ accendãt, quod dixit Paulus Hebr. 6. *Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo; proferens autem spinas, ac tribulos reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem;* quæ verba ponderans D. Bernard. ser. de sancto Benedicto, statim in principio ait. Magnus mihi timor fratres mei, ne quis forte minus illud recipiat, & non sicut recipiẽdum est verbum Dei, scio enim terram, quæ sæpius superuenientem in se recipit imbrem, si fructum non fecerit, reprobam fore, & proximam maledicto. Et ego vtique ipsam benedictionem cælestis Patris, non meam (quam tamẽ ipso quidem dignante accipitis per os meum) opto vobis benedictionem manere semper, nec in maledictionẽ posse mutari, videndus Chrysost. homil. 41. quæ incipit. Grauor hodie, & miror in enarrando sermone, nam cum mente repeto quod nobis quotidie insonantibus, admonentibus, & spirituale hoc vobis conuiuium apponentibus, multi ex his ipsis, qui adsunt, & spiritualis huius doctrinæ, &

Hebr. 6. n. 7.

horrendæ, atque terribilis mensę participes totos dies in spectandis ludis equestribus perdunt, esse perinde atque non doceremus, tam nihil proficimus. Quare ergo posthac docebo viros, quibus non est animus, vt ex ijs, quæ dicuntur, proficiãt? Et ne mireris, siquidem & Agricola, cum post multos labores, & ærumnas sterilem videt agrum, neque digna laboribus mercede respondentem, non pari alacritate illum seminat, & colit: & medicus quoque videns infirmum suis mandatis non obtemperare, sed vacantem quotidie his, quæ morbum increscere faciunt, sæpe numero in sua illum ægritudine relinquit. Similiter & qui disciplinas pueros docent videntes illos priora respuere, & abijcere eorum quę antea docta sunt memoriam, sæpe auersantur. Veruntamẽ agricola tardior quidem fit, quia videt damnum suum maius fieri, vtpote qui labores, & sumptus ferat, & fructibus destituatur, &c. Similiter & Ambrosius serm. 1. ait. Cum videmus plures é fratribus pigriús ad Ecclesiam conuenire, prædicamus inuiti, non quo nos pigeat loqui, sed quia negligentiores prædicatio nostra grauet potius, non emendet.

Infelices proinde illi, qui eas steriles imitantur terras, quæ quo magis é cælo irrigantur, maiorem contrahũt ariditatem, & sicciores reddũtur, de quibus. Plin. lib. 31. c. 4. statim post principium ait. Quædã terræ imbribus sicciores fiunt velut in Narnien si agro, quod admirandis suis inseruit Mar. Cic. Siccitate lutum fieri prodens, imbre autem puluerem: Cum enim quotidie dicti homines cælestis doctrinæ rore perfundantur, & cõcionum pluuia irrigentur, sicciores, & aridiores redduntur, ac in sterilẽ redigũtur puluerem, vt non nisi de puluere cogitent, loquantur, & operẽtur: quibus Deus videtur dicere per Oseã

Quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertrãsiens: propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eis in verbis oris mei &c. Vbi Hieron. ait Parẽtis in filios monstrat affectũ, iuxta illud quod in Isai. legimꝰ. *Quid est quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci?* & in Mich. *Populę meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi?* &c. Quid igitur faciã? Misericordia vestra qua vobis semper misertus sum, quasi nubes matutina pertransijt, & quasi ros mane consurgens, qui orto sole siccatur. Dolaui vos in prophetis, & verbis terribilibus comminatus sum: scalpelum, ignes, & cauteria protuli, vt qui clementem contemnebatis, timeatis offensum, & occidi negligentes in verbis oris mei, vt ante peccatores verborum terrore vnirem, quã captiuitas immineret. Et tandem cõcludens Hieron ad rem nostram, ex nostro textu ait. Nos autem nubem diligamus illam, quæ perpetua est, & quæ á mundi huius ardore nos protegit. Cui sedens Dominus venit in Ægyptum, & omnia Ægyptiorũ simulachra confregit: amemus illum rorẽ de quo Moyses loquitur. *Descendant sicut ros verba mea,* & de quo Isai. dicit: *Resurgent mortui, & resuscitabuntur qui in sepulchris sunt.* Ros enim qui â te est, sanitas eorum est. Sic Hieron. ostendit, quanti facienda sit diuina pluuia, & quam infelix eorum sit conditio, qui nihilo franguntur, nec emolliuntur, diluũtur ve diuino imbre, imo in cam sa sunt præ duritia sua, cur misericordia Dei abundantissima, quæ ad eos properabat, reddatur velut matutina nubes, quæ multum imbrem allatura videtur, afferretque nisi solis orientis calore arescceret, quasi enim lapidei essent homines, impenetrabiles omnino redduntur diuinæ pluuiæ, pro qua sępe sagittas emittunt, & iaculantur in ipsas nubes, & prædicatores: neque enim abs re videtur Deus hoc in loco

Osee. 6. n. 4. & 5.

Isai. 5. n. 4. Mich. 6. n. 3.

Isai. 26. n. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixisse de sermonibus prophetarum, *propterea dolaui vos in prophetis*, acsi diceret crebris ictibus pulsaui, vt vos expolirem, atque ad vitæ rectitudinem, morum æquitatẽ, rationis normã, a mussim iustitiæ elata vestram duritiẽ reducerem, sumpta potius metaphora à lapidibus, quam á lignis, nam vox Hebræa *Chatsab*, quæ hoc loco ponitur propriè est lapides cædere, seu excidere, vt 2. Paralip. 2. *Et octoginta millia qui caederent lapides de montibus*, & prouerb. 9. *Excidit columnas septem*. Neque est quod scrupulum ingerat verbum dolandi, quod magis lignis quã lapidibus videtur cõuenire, nã Deut. 10. in lapidibus reperitur. *Dola tibi duas tabulas lapideas*, & iterum : *Cumque dolasset eas*, & 3. Reg. 6. *De lapidibus dolatis*. Dolat igitur Deus homines lapideos in prophetis, id est, per prophetas, & concionatores suos, hæc enim præpositio sepe instrumentis aptatur, vt alibi ostendimus : quasi prædicatores instrumenta sint ad duros, & lapideos homines tundendos per verba doctrinæ, & ideo Hieronym. explicat verbũ dolandi fieri per verba terribilia, quo sensu etiam Ecclesia ait: Tunsionibus pressuris expoliti lapides, suis coaptantur locis, &c.

2. Paral. 2. n. 2.

Prou. 9. n. 1.

Deut. 10. 2. 1. & 3.

3. Reg. 6. n. 7.

Cum ergo lapidei sint, & indurati plerique homines, præterquam quod pluuia, & ros doctrinæ eos minime permeat, sed in superficie manet; inde est quod qualibet aura contrariæ opinionis, aut appetitionis, humanæ ve gloriæ radijs exsiccatur.

Neque absre erit si dicamus propterea filium Dei ad iudicium venturũ in nubibus, quasi secũ testes adducat eos, qui toties testimonium fidei protulerunt, toties contra vitia tonarũt toties radios virtutum miserunt bona cælestia proposuerunt, & inferni tormenta descripserunt, nam sicut notauit. Sot. in 4. d. 47. q. 2. art. 1. Nubes tũ temporis futuræ sunt miraculosæ, nam in ipso resurrectionis articulo motus cælorũ cessabunt, nec amplius erunt vapores, qui possint in nubes concrescere.

Scio tamen nubes velut Dei thronum futuras esse, nam cum Deus ad ferendum Eliam currum igneum designauerit, ad suscipiendum gloriæ principem nubes, veluti Dei sedem, mittet. Sed sine huius rei præiudicio forte tunc nubes apparebunt in testimoniũ nostræ malitiæ, & sterilitatis, vtpote qui á nubibus pluuia doctrinæ irrigati, stillis verbi toties irrorati, & rore prædicationis penitus perfusi, nec fructũ edidimus, nec emendati profecimus, nec molliores redditi sumus. Proinde ne acerbam, vltimam, & irrcuocabilem sententiã audiamus, modo expectemus sicut pluuiam verba Dei, suscipiamus sicut rorem eius doctrinã, sicut stillas super gramen, & sicut guttulas imbris sero tini, quæ veniunt super herbam, vt iuxta monitum Ecclesiast. *Demus altissimo secundum datum eius, quoniam Deus retributionis est, & septies reddet tibi*; Vbi videndus est Bed lib. de similit. explicat enim præsentem locum per similitudinem stomachi bene dispositi, & morati, qui ea, quæ suscipit ab homine, in vtilitatem eiusdẽ hominis conuertit, & in oculos redigit, manus, ac pedes, quibus omnibus alimentum subministrat, & sine quibus homo nõ posset consistere.

Eccle. 35. n. 8.

Illud deinde recolendum, nos. s. obstrictos maximè, & deuinctos ad reddendas gratias omnipotenti Deo, qui ne ager suæ ecclesiæ sterilis, & infœcundus reddatur, nubes illi prouidit, aquam distribuit, rorẽ concessit, vt & marcidæ herbæ reuirescerent, & cælestis planta, nempe homo, é cælo irrigata fructus in vitam æternã reddere posset: Et cum probè nouerit plerosque tantos beneficijs minime profuturos, ab illorum collatione minime

nime superseder, quæ ideo nomine pluuiæ appellantur, quia super iustos cadit, & iniustos, qua de re optime per Hierem. dicitur. *Nunquid deficiet de petra agri nix Libani, aut euelli possunt aquæ erumpentes, frigidæ, & defluentes, quia oblitus est mei populus meus?* Vbi pientissimus Dominus se confert cum Libano niuibus cooperto semper in agrum subiectum distillantibus, & per montiũ rimulas percolatis, quæ omni fertilitate, & optimorum fructuum copia fœcundant tellurem adiacentem; tum etiam cũ perennibus fontibus, quorum scaturigines, & defluxus sopiri haud possunt; nostra proinde tantum culpa erit, imo & nostra durities in culpa erit, si abundanter irrigati vberrimos prouentus non afferamus, qua in re eleganter dixit Seneca 7. de benef. c. 31. & 32. Dij omniũ rerum optimi auctores, qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perseuerant. Nihilominus tamen more optimorum parentum, qui maledictis suorum infantium arrident, nõ cessant Dij beneficia congerere, de beneficiorum auctore dubitantibus: non est magni animi dare, & perdere; at hoc est magni animi, perdere, & dare; sic ille Dei beneficam munificentiam prosequitur, qui pluuiam suam etiam in mare, & in deserta, ac syluas emittit, vt liberalitatem suam testatam relinquat.

Hiere. 18 n. 14.

Quod si olim Ægyptij vnius, veriqueDei notitiam ignorantes, grati tamen animi affectatores exundantis Nili mensuram, altitudinis cubitorum in Serapidis templum singulis annis deferebant, & licet qua id tandem animi persuasione præstiterint, non vsquequaque sit certum : sane videtur id effectum vt suæ fertilitatis, ac prouentuum terræ mensuram Deo acceptam referrent, qui illorum domos Nili innundatione bonis omnibus repleret. Hoc constantinus Imperator pijssimus non iam in Serapidis templo, sed in Christianorum Ecclesijs vero Deo bonorum omnium largitori apponi, & consecrari mensuras illas iussit vt Auctores sunt Cassiod ad Eusseb historiam, illius verba non prætereunda in tri partita sunt, quem moris erat in Ægypto, vt mensura ascendentis Nili fluminis ad templum Serapidis deferretur, velut ad incrementi aquarũ, & enundationis auctorem, subuerso eius simulachro, vlna ipsa, id est, aquę mensura ab aquarum Domino cæpta in Ecclesias deferri. Sic ille. Si ergo in memoriam, & gratitudinẽ aquæ opimantis, & fœcundantis agros illa mensura, etiam á gentilibus falso Deo deferebatur, quanto strictiori ratione, & æquiori iure nos vero Deo gratias reddere tenemur, qui nubes concessit, quæ pluuiam deferant; rorem tribuit lætificantem pariter, & fœcundantẽ, & stillare illas facit quo sterilitatem nostram omnino releget, & vberiores prouentus educat?

ANNOTAT. III.

Rore cælestis doctrinæ pretiosæ virtutum gemmæ conflantur, & proferuntur.

DVm audio expectandam, & expetendã pluuiam irrigantem, rorem lætificantem, & pretiosas doctrinæ stillas decidentes, mihi in mentem venit, præclaras virtutum gemmas in animis nostris hoc cælesti rore conflari, si hiante, & siti ente ore percipiatur, & cõseruetur, nã teste Plin. lib. 9 c. 35. ista illarum generatio, & genitura. Conchæ illarum sunt, haud multum ostrearũ conchis differentes, has vbi genitalis anni stimulauerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

mulauerit hora, pandentes sese quadã oscitatione impleri roscido conceptu tradunt, grauidas postea eniti, partumque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepti: si purus influxerit, candorem cõspici, si vero turbidus, fædum sordescere. Eundem pallere, cælo minãte, conceptũ, ex eo quippe constare cæli eis maiorem societatem esse, quã maris, in nubilũ trahi colorẽ, aut pro claritate matutina serenum, si tempestiue satientur, grandescere & partus, si fulguret, cõprimi conchas, ac pro ieiunij modo minui, si vero, & tonuerit, pauidas ac repente compressas, quæ vocantur physemata, efficere speciem, verum inani inflatam sine corpore. Sic ille ostendit quã dependentiam gemmæ habeant à cęlesti rore, & influxu, vt nos ex hac philosophia ascendamus ad indagandum, & prosequendum influxum, quem virtutum gemmæ habent à celesti rore, & doctrina.

Neque est quod quis in nomine hæreat, dubitetue virtutes esse gemmas, quæ in coronis sanctorum pro decore, & pulchritudine inseruntur, id enim asserit Isaias Abbas orat. 17. de gaud. animæ, imo, & in hac vita totum hominis ornamentum sunt, ita vt de nullo alio liceat gloriari, imo neq; homo dici possit, qui huiusmodi vnionibus insignitus non fuerit; quod prosequitur Philo li. de Abrah. ad illa verba: *Noe vir iustus in generatione sua*, vbi sic ait. In tantum hunc virtutis amatorẽ scriptura magnificauit, vt in stẽmate eius nõ more aliorũ auos, & proauos, maioresque cęteros recẽseat, siue paternos, siue maternos, sed virtutes tantũ, differte clamitans nullã aliã familiam, cognationem, patriam sapientis, prẽter virtutes, & harum actiones. *Noe vir iustus*, quia nemo iniustus, est homo, sed potius bestia humana forma prędita: in solum autem iustitiæ sectatorẽ nomen hoc cõpetit.

Sic ille ostendit latissimum discrimẽ inter has gemmas, & illas, quas probatissimas arbitrantur mortales, illæ nanquę verum hominem probant hę vero improbum aliquando reddunt, & qui hominem de illis ęstimãt, haud certum iudicium sequuntur: quę fuit ratio, cur Adãm statim ac se huiusmodi gemmis spoliatum sensit abscõderit se quasi qui nullatenus conspiciendus putaretur, vtpote qui a bea perfectione, in qua conditus fuerat, deciderat, quod prosequitur Philo lib. 2. leg. alleg. in principio, vbi ait. Abscondit se Adam, & vxor eius, hic introducitur dogma, quo docemur omne malum esse exulem, ciuitas enim sapiẽtum propria, virtutes ipsæ, in hanc quisque admitti nequit, exulat, virtutis autem exul statim abscõdit se à Deo &c. Quod etiã ille ostendit in Esau nequam, qui ruri degebat, eo quod tanto virtutum ornamento carebat. Videndus Hierony. tom. 1. epist. ad Rust. in princip. vbi virtutes dicit gemmas. Hinc est quod torquem aureum solidæ virtutis præmium fuisse traditum est à Veget. lib. 2 quem citat Pier. lib. 41. quasi qui tribueretur virtuti, vt illius gemmis omnimodis exornaretur.

Quod si splendorem virtutis velis intueri, illum ostendit in ipsa etiam luce D. Ambros. lib. 1. Hexameron c. 9. ad illa verba. *Vidit Deus lucem*, vbi ita habet. Vidit Deus lucem nec quod ignorabat vidit, nec id quod nesciebat ante, aut non viderat comprobauit, sed bonorum operũ proprium est vt externo commendatore non egeant. plus est quod probatur aspectu, quam quod sermone laudatur, suo enim vtitur testimonio, non alieno suffragio; lucis natura huiusmodi est, vt non in modo, non in mensura, non in pondere, vt alia, sed omnis eius in aspectu gratia sit. Proprijs itaque sermonibus naturam lucis expresit, quæ videndo

com-

complacet, quem ipsa videndi officit subministrat, & cętera, quæ prosequitur, & virtutibus accommodat, qua solo ipso aspectu, & pulchritudine cõmendantur potius quam verbis cum virtus sit ipsamet pulchritudo. Vnde Abacuc 3. *Operuit cælos gloria eius.* 70 *operuit cælos virtus eius*, vbi Agell. expẽdit, propterea. 70. pulchritudinem & venustatẽ solere appellare, quia nihil sit, quod tam placeat, & oblectet quã virtus venustate, & pulchritudine sua, vnde & velut insigne regium ac diadema decet maxime ipsum regem, decoremque & splendorẽ illi conciliat, vt patet Zach 6. *Oriens nomen eius*, & paulopost, *Ipse sumet virtutem, & sedebit*: Hieron. Ipse portabit gloriam Solent reges pro gloria, & ornamento coronas gestare, longe tamen illustriori pulchritudine commendarentur si virtutum gemmas pro corona, & sceptro gestarent, quod videtur dixisse Philo lib. de præm. & pæn. cum ita habet. Virtus augustam, & reuerẽdam præ se fert speciem, & sola potest sedendo magnas calamitates imminentes repellere, &c

Abac. 3. n. 8.

Zach. 6. n. 12.

Hinc est quod etiam apud inuidẽtes oculos, odio obcæcatos, & malitia obturatos suam retinẽt virtutũ vniones venustatem, quod eleganter prosequitur Greg 7. Moral c 12. vbi ostẽdit eos, qui virtutes oderunt, earum adhuc amore ita capi, vt eas vellent adipisci, certis tamen, pro velle suo conditionibus. Sic enim ait. Recta quidem deliberando appetunt sed ad consueta sẽper mala replicantur, bona quidem cupiunt, sed a malis nequaquam recedunt. Esse quippe humiles, sed tamen sine despectu, esse contenti propriis, sed sine necessitate: esse casti, sed sine maceratione corporis: esse patientes, sed sine contumelijs volunt, cumque adipisci virtutes quærunt, sed labores virtutum fugiunt, &c. Similia habet homil. 25. in Euangel. vbi etiam impium Balaam ostendit mortem iustorum exoptasse, ait enim. Balaã Israelitici populi tabernacula contemplatus fleuit, eisque se similem fieri in morte deposcit, dicens: *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.*

Si autem velis gemmæ istius colorem intueri, attende quid Bernardus dicat serm. 71. Colorem operi tuo dat cordis intentio, & iudicium conscięntiæ, si autem & bona fama secuta fuerit est lilium, quippe cui nec candor lilij desit, nec odor. Porro virtus, & si non propterea maior, pulchrior tamen, illustriorque efficitur &c.

Si veropondus expendere velis horum vnionũ, legendus tibi erit Philo lib 2. legis allegor. Vbi aduertit grauitatem manuum Moysis, quas Aaron, id est ratio, siue intellectus, & Hur. 1. lumen, seu claritas sustentabat. Sunt, inquit, manus Moyses graues, nam cũ hominis mali actiones subuentaneæ, leuesque sint, merito sapientis graues habentur immobiles, in concussęque, ideoque fulciuntur ab Aarone ratione, & ab Hur lumine. Vult igitur scriptura figuratè docere te, sapiẽtis actiones necessario fulciri veritate, rationeque, quibus similia, vt solet, docet Ambros. epist. 7. cum ait Leuitate animi, atque imfirmitate morum curas inanes voluimus, & operamur superuacua. Sapientis autẽ cor, actumque, & opus radicatum esse decet, atque immobile. Hoc docuit Moyses, quando manus illi graviores fiebant, ita vt vix sustineret eas Iesus Naue, ideoque vincebat populus, quãdo nõ perfunctoria gerebantur opera, sed plena ponderis, atque virtutis, non nutantis animi, nec titubantis affectu, sed fundatæ mentis stabilitate, &c.

Si de magnitudine ferendũ iudiciũ sit, inuenies nusquam certo constare,

sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut plerunque contingit in pretiosis. simis rebus, cum virtutis perfectio in qualitate potius sit consideranda, quã in quantitate, vnde, & a nouissimis operarijs incepit solutio, & in vltimo ac breui tempore salutem consecutus est latro, cuius pœna cęperat in latrone, & consumatur in martyre, sicut dixit Aug. & prius in malis suis cæpit gloriari, quam puniri, sicut dixit Ambros. ser. 45. Recte proinde Philo lib. de præmijs, & pœnis ait Virtus, & honestas in qualitate consistit, non in quantitate, vnde, vel vnus dies transactus sine culpa integræ vitæ sapientis comparatur. Quam diuitem vero, & præclarum reddant hominẽ virtutes, licet contemplari ex pretio illarũ, qua in re prius licebit & gemmarum pretium proponere. Plinius igitur citato loco ait: primum, & culmen omnium rerum pretij margaritæ tenent; meminit vero Horatius cuiusdam vnionis, cuius indicatio plus viginti sicelorum millibus fuit, & Plinius muliebrem Lollię Paulinæ mundũ margaritis constantẽ plus octingẽtis millibus æstimat ac duas illas Cleopatrę margaritas tantopere ab antiquis celebratas æstimauit Plinius ipse pluris duodecies centenis millibus. Adumbrãt hæc omnia virtutũ pretiũ inæstimabile, iudicantque, quod qui verẽ agnoscit, sicut sapiens ille, & prudens negotiator Euangelicus, vendit omnia, plus venditurus, si haberet, & emit eam; & qui has gemmas auribus audientium instillat, & apponit, iure de illo dicitur. *Margaritum fulgens qui arguit sapientem, & aurem obedientem.*

Matt. 13. n. 45.

Prou. 25. n. 12.

Solent aures fœminarum non tam onerari, quam ornari, ac ditari gemmis, sed longe ditioribus margaritis aures animi decorantur, si vt decet, audiant, & rorem doctrinæ suscipiant, & suspiciant, nec illud tandem committant, de quo conqueritur Plinius eodem in loco, quod mulieres pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis socculis margaritas addunt, neque enim gestare iam margaritas, nisi calcent, ac per vniones etiã ambulent, satis est. Virtutum enim gemmæ in capite gestari, & præ oculis haberi debent, non conteri, non conculcari aut contemni, cum tanti valoris, & æstimationis sint.

Quod inde etiã licet opinari cum tam illustrem, & nobilem reddant hominem, vt etiamsi inferioris conditionis ille sit, dummodo virtutum vniones comparatos, aut infusos habeat, omnium nobilior, & illustrior iure censetur. Hoc prosequitur D. Ambros epist. 4. in Patriarcha Iacob de quo conquestus socer ipsius Laban, eo quod de domo eius cum vxoribus egressus fuerit, vt in patriam rediret, nec petita, nec obtenta à socero licentia, dixit illi. *Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi?* Reddens vero rationem Ambros. cur abeundi licentiam Iacob minime postulauerit ait Se subijcere non debuit vt ab eo tanquã seruulus dimitteretur: nam qui diues erat virtutibus, etiam si seruierit Labano, illarum tamen claritudinem, & decorem non amiserat, vt ignobilẽ seruorum conditionem incurreret.

Gen. 31. n. 27.

Hoc item notauit ipse Ambros. in Iosepho, qui etiamsi per inuidiam á fratribus venditus sit tanquam seruus, imo vt seruus fieret, seruilem tamen conditionem nullatenus induit, nec illustrem virtutum prosapiam, & nobilitatem amisit, quod notasse videtur psalmista cum ait. *In seruum venundatus est Ioseph*, minime tamen addit quod seruus tandẽ factus sit. Ait ergo Ambros. epist. 7. Esau liber natus, & seruus factus est. Ioseph venditus in seruitutem, electus est ad potestatem, vt suis emptoribus imperaret; non dedignabatur tamen obsequiũ sedulitatis, sed tenebat virtutis fastigium, cõseruabat libertatem innocentiæ, integritatis

Psal. 104. n. 17.

gritatis auctoritatem, vnde pulchrè psalmista ait: *In seruum venundatus est Ioseph, humiliauerunt in compedibus pedes eius.* In seruum, inquit, venundatus est, non seruus factus: humiliauerunt pedes eius, non animã eius: quomodo enim humiliata est anima, de qua dicit: *Ferrum pertransijt animam eius?* Nam cum aliorum animas peccatum transeat (ferrum enim peccatum est, quod est penetrabile) Ioseph sancti anima ita non patuit peccato, vt magis peccatum ipsa penetraret. Quomodo hic seruus, qui eruditi principes populi in illa frumentaria dispensatione, vt futuræ inopiæ consulerent, & declinando prouiderent? Aut quomodo seruus qui totam terram acquisiuit, & vniuersum populum Ægyptiorum in seruitutem redegit? Non fecit igitur eum seruum venditio, nam vtique negociatoribus erat venditus, nunquid leges pecuniæ potiores quam leges naturæ? Plerique emptores leonum sunt, & tamen non dominantur leonibus, sed ita subijciuntur versa vice, vt si exasperatos eos excutere ceruice toros viderint, fugiant, & delitescant. Nihil ergo præiudicat pecunia, quæ plerunque sibi dominos emit, contractus non mutat genus, nec sapientiæ libertatem adimit. Denique famuli sapienti multi (vt scriptum est) seruiunt liberi, sola est sapientia libera, quæ diuitibus pauperes præficit; & cætera, quæ prosequitur, & quibus ostendit, tantum esse virtutis pretium, vt etiam vendititios seruos manu mittat, reddat nobiles, dominos, ac principes constituat.

Pretiosos vniones diuturno labore venantur homines, multa transfretant maria, pleraſque peregrinantur prouincias, diuersa perlustrant regna, vt quærant, inueniant, & acquirant: sed non minori solicitudine inuigilãt in custodia, ne fur deprædetur, ne casus auferat, ne vrgẽs necessitas eripiat. Hoc ipsũ in virtutũ margaritis docet Bernardus de vita solitaria ad fratres de monte Dei, vbi ita ait. Virtus vult doceri cum humilitate, quæri cum labore, haberi cum amore &c. Notanduseque venit hoc in loco Tertullianus lib ad Martyras cap. 4. vbi referens ea, quæ homines ob inanem mundi gloriam pertulere, animos excitat, ad perferenda grauiora pro virtute, & vera gloria. Si tantum, inquit, terrenæ gloriæ licet de corporis, & animi vigore, vt gladium, ignem, crucem, bestias, tormenta contemnant sub præmio laudis humanæ, possum dicere. Modicę sunt istæ passiones ad consecutionem gloriæ cælestis & diuinæ mercedis. Tãti vitreum? Quanti verum margaritũ? Quis ergo non libentissime tantum pro vero habeat erogare, quantũ alij pro falso: Quot otiosos affectatio armorum ad gladium locat? Certe ad feras ipsas affectatione descendunt, & de morsibus & cicatricibus formosiores sibi videntur. Iam ad ignes quidam se auctorauerunt, vt certum spatium in tunica ardente conficerent. Alij inter venatorum taureas scapulas patientissime inambulauerunt. Hęc, benedicti, non sine causa Dominus in sæculum admisit, sed ad nos, & tunc exhortandos, & in illo die confundendos, si reformidauerimus pati pro veritate in salutem, quæ alij affectauerunt pro vanitate in perditionem. Sic Tertull. eleganter ostendit quantum deceat pro vera virtute decertare, quanta liceat certamina adire pro veris margaritis, quando pro vitreis, & caducis rebus tot videmus homines sustulisse labores, sustinuisse aduersa, aspera superasse.

Iam vero ea, quæ pretiosa sunt

cum amore habentur, ideoque summa cum diligentia custodiuntur, est siquidem amor mater solicitudinis, & magister obseruantiæ Docuit & natura ipsa magnam adhibendam custodiam virtutibus, quandoquidem in vmbra, & symbolo ipsarum, gemmis scilicet materialibus, id docuit. Etenim docente eodem Plinio concha ipsa è qua nascitur gemma cum manum videt properantem vt auferat, comprimit se se, operitque opes suas gnara, propter illas se peti, manumque, si præueniat acie sua, abscindit, nulla iustiori pœna. Sic ille, cui nihil sane addendum, nec omittendum in hac doctrina, iuxta quã debet anima virtutum margaritis prædiues si deprædantis manus ingenium s. ars, & potentia accedat, vt inæstimabiles diuitias auferat, & se ipsam statim comprimere, & in se ipsam colligi modestia, humilitate, timore, ac pudore suffusa. Quod si forte iam apud se deprædantis manum reperiat, præscindat omnino, & occasiones amputet, ne in posterum quis audeat accedere, neue vllus supersit, qui diripiat.

Pro qua re aduertendũ est id, quod Plinius citato loco de gemmis dixit, Sole rubescunt, candoremq; perdũt: est siquidem virtutis proprium, vt si quando in oculis solis humani appareat, erubescat, & pudore afficiatur, sicut alibi prosequuti sumus, quod si illis exponatur, & gloriam humanam vendicet, aucupeturue statim deperditur. Qua in re virtus, quæ cæli rore alitur, mannæ de cælo dato assimilatur. Etenim hoc si soli exponebatur, euanescebat, liquefiebat, & resoluebatur, si vero ad ignẽ applicabatur, durius euadebat. Sic & opera, quę cælesti gratia desuper influente, & cooperante, fiunt, si humanis oculis, ac radijs terrenæ gloriæ exponãtur vt inde laudem, & mercedem captare velint, omnis amittitur fructus, & perit virtus, at si ad ignem diuini amoris applicata coalescant, omnia in Deum referendo, tanquam in patrem luminum, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, velut ros expectatur, & accipitur, tunc duriores, & perfectiores redduntur virtutum gẽmæ.

Daturus olim Deus legem Moysi, & familiariter locuturus cum eo, & gloriam suam manifestaturus, vnde ab eo radiante vultu rediit, dixit Moysi: *Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum montem: boues quoque, & oues non pascantur è contra.* Vbi Oleast. ad rem nostram ait: Quid facitis filij Adam vanissimũ genus quærentes populi frequentiam ac populosas vrbes ad ostendendã gloriam, ac diuitias vestras, cum videatis Deum vestrum tam latenter velle ostentare diuitias gloriæ suæ? Vni soli, & secretiori montis supercilio à quo homines, & iumenta arcere iubet gloriam suam ostendit, neque solum homines, sed etiam iumenta suspecta habet cum gloriam suam ostendere vult. Sic & Christus cum transfiguratione sua quandam beatitudinis speciem in corpore suo voluisset ostendere, non hoc palam, sed tribus ex suis, & in montis vertice, quos adiurauit ne ante obitum suum hoc alicui reuelaret, facere dignatus est. Et considera discrimen, nos si quicquam iniurium pati debemus, latebras & solitudinem quærimus, si quid vero honoris ostendendũ est, publica loca. Christus autẽ ad dedecora & ignominiam populosam vrbẽ requirit, ad gloriã vero ostendẽdam, secretissimum montem Sic ille.

Exo.34. n.3.

Si ergo Deus, qui gloriam inamissibilem habet, & à nullo timere potest, nec inanis gloriæ crimen incurrere, sic gloriam suam celat & abscõdit,

dit, nos qui in pyraterica vita degimus, & vndiq; latronibus circũdamur, cur non abscondemus virtutum gemmas quæ oculorum hominum radijs si nõ deprædantur, deperduntur sane, & inficiuntur?

Exod.7. n.9. Facit pro hac sententia id, quod Caiet. notauit Exod. 7. vbi Dominus dixit ad Moysem, & Aaron: *Cum dixerit vobis Pharao ostendite signa, dices ad Aaron. Tolle virgam tuam, & proijce eam coram Pharaone, ac vertatur in colubrum.* Ait ergo Caiet. Considerandum quod vult Deus, vt non incipiant facere miracula, nisi rogati, ait enim: *Cum dixerit vobis Pharao: ostendite signa, dices ad Aaron, &c.* Ea enim signa, & opera magnifica virtutum, quæ coram oculis hominum exercentur, debent tunc tantum fieri, quando necessaria sunt, & in Dei gloriam cedunt, ac eo modo, vt aperte constet nullam nos inde gloriam, aut laudem velle aucupari, vbi etiam Oleast. hoc probat ex filio Dei in carne, ait enim. Considera Christum, quem non inuenies ex curiositate, sed semper necessitate compulsum fecisse miracula, idemque ferè notauit Lypoman ad dictum locum.

Nouit sanctus Ioseph quantũ conduxerit ad virtutem eandem celare, & abscondere, qui sibi nihil, totum Deo referebat in somniorum interpretationibus, ratione quarum in tantam euectus est dignitatem; etenim in carcere constitutus, conspicatusque ministros regis tristitia possideri, sciscitatus eos dixit: *Cur tristior est hodie solito facies vestra? qui responderunt; somnium vidimus, & non est qui interpretetur nobis; dixit ad eos Ioseph: Nunquid non Dei est interpretatio? Referte mihi quod videritis.* Dicturus igitur Ioseph ministris Regis, quid somnia portenderent, quia id profecto magnũ, insolitum, & supernaturale videbatur, & erat totũ in Deũ

Gen.40. à n.7.

reuoluit, ne quid humanæ laudis subreperet, aut inanis gloriæ adhæreret: quo in loco Chrysost. hom.63. sic scribit. Non à me promitto vobis aliquid me dicturum. Deus est, qui reuelat: narrate igitur mihi. Vide intelligentiam, & humilitatis excellentiam, hõ dixit. Ego vobis dijudico, ego vobis dico somniorum euentum; sed quid? Deus enim est solus, qui talia reuelat: hic sole clarior existens, & potens omnia cum veritate dicere, & semetipsum manifestiorem demonstrare, nihil in medium affert; neque enim humanam venabatur gloriam, sed sufficiebat ei gloria superna, & oculũ illum, qui non dormitat, habere volebat laudatorem factorum suorum. Ideo silente eo, & omnia obtegere molente, misericors Dominus in tãtam eum gloriam duxit. Sic Chrysost. ostendit veriorem sole Ioseph lum, solis humani radios, existimationemque attendisse maxime, vt caueret.

Simile quid in simili materia contigit Danieli, qui postquam à Deo consequutus est, non interpretationem tantum somnij Regis Nabuchodonosoris, sed ipsum insuper somnium, quod ab illo omnino recesserat, & cuius penitus erat oblitus: dixit proinde Deo Daniel. *Nunc ostendisti mihi quæ rogauimus te, quia sermonem Regis aperuisti nobis,* vbi non sibi arrogat quod à Deo cõsequutus fuerat, sed orationibus sociorũ reuelationẽ attribuit cũ ait, *Quæ rogauimus te.* Deinde, & cum illi tantum reuelatio facta fuerit, ipse omnibus apertam prædicat, ne sibi quid præcellens, & singulare glorianter vendicare censeatur, dum ait: *Sermonem Regis aperuisti nobis,* quod totum in præsens nostrum argumentum vertit Theod orat. 2. in Daniel. vbi ait. Operępretiũ est diuini huius viri notare modestiã; nam & precibus perens socios obsecrationis sibi similes asci

Dan.2. n.23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit, & pro ijs, quæ consequutus erat, laudem contexens, rursus eorum mẽtionem fecit, neque enim dixit indicasti mihi quæ petij à te, sed quę rogauimus te. Sic ille ostendit quomodo se contraxerit Daniel ne aura laudis humanæ gemmam inclusam surriperet.

Qui idem Theod. in hanc sententiam obseruat, Elisęum quando misit Giezi ad suscitandum filium Sunamitidis dixisse illi: *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo non salutes eum, & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi, & pones baculum meum super faciem pueri.* 4. Reg. 4. 29. Hoc igitur præceptum licet literaliter denotet diligentiam indefessam in succurrendo mulieri benemeritæ, sicut intelligi debent similes locutiones Christi Domini ad discipulos, vt communiter scribentes ad cap. 10. Luc. aduertunt. & de hoc præcepto etiã obseruat Ambros. lib. de 42. mansionibus, manſ. 26. & Lyran. hoc in loco: tamen Theodor. id illi iniunctum à propheta asserit, vt omnem occasionẽ amputaret viro alioqui laudis & gloriæ cupido publicandi resurrectionẽ miraculosam. ad quam mittebatur, & quæ silentio potius erat inuoluenda, & abscondenda, sic enim habet q. 17. in 4. Reg. Quamnã ob causam mittens Giezi ad suscitandum puerum, iussit, vt si aliquem videret in via, non eum salutaret, & si eum salutauerit, non ei respondeat? Sciebat eum esse honoris cupidum, & causam dicturum, inanem autem gloriam fore impedimento ne faciat miraculum. Sic Theodor. docet, quomodo cauenda sit vana gloria in recte factis, & occultanda virtus, ne pereat, neue deprædetur.

Hinc est quod ipse Christus Dominus hac in re dixit: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Matth. 6. n. 1. Vbi Chrysostomus homil. 19. ait. Quasi de insidiosissimo aliquo serpente loqueretur Dominus, potẽtissimoque furãdi, ei vtique, qui nõ tota mẽte vigilasset, attendite inquit. Et Theophylact Attendite, ait Dominus, & cauete; quasi de aliqua mala bestia dicat. Attende ne te dilaceret, & Euthymius. Dicit Christus, attendite, insinuans feram hanc latenter in modum furis irrepere, &c. Christum imitatus Nazianz. in sententijs aliud simile quæsiuit verbum cum ait: Caue ne te inanis gloriæ cupiditas vllo modo abripiat, ea enim simplicioribus animis callidè insidiari solet. Suffragatur Basilius in constitut. monast. c. 11. vbi ait. Callida insidiatrix vana gloria, vel in ipsius cæli conuexis insidiarum aduersus nos collocatrix, &c. Facit & Aug. in Psal. 7. dicẽs Qui bene didicit, vel expertus est vitiorũ superandorum gradus, intelligit vitium inanis gloriæ solum, vel maxime cauendum esse perfectis, quo primo enim vitio lapsa est anima, hoc vltimum vincit, &c.

Cum igitur pretiosi sint vniones virtutum deprædari profecto desiderat, qui thesaurum publice portat in via, sicut dixit Gregorius homil. 11. in Euangel. Accinit Bernard. ser. 4. in Psal. *Qui habitat*, ad med. vbi eleganter hanc rem prosequitur dicens. Necesse est abscondere interim si quid habemus boni, quoniam thesaurum regni cælorum qui inuenit homo, abscondit. Propter quod etiam corporaliter in claustris, & in syluis abscondimur. An non timetis, ne forte hic vili mercede hac recepta, in futurum mercedem non habeatis? Necessaria est ergo hæc abscontio non solum ante oculos aliorum, sed etiam multo magis ante te ipsum, hoc enim habet Dominica illa sententia. *Cum feceritis hæc omnia, dicite* Luc. 17. n. 15.

dicite serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Væ enim nobis si non fecissemus. Et hæc est vtique magna virtus, & magna securitas. Qualis forsitan absconsio fuerit, vel obumbratio, quæ Mariæ facta est ab Spiritu sancto, ad celandum videlicet tam incõprehensibile sacramentum, &c. Videndus item Chrysostomus homil. 11. ex varijs in Matth. vbi admonet tantam adhibendam cautelam, ne laudis & humanæ gloriæ aliqua subrepat cupiditas in virtutum exercitio, vt nosmetipsos obseruare, & cauere debeamus, sic enim habet: Quid facturi sumus, quia non possumus noctu surgere facere eleemosynam, ne videamur ab hominibus? Interdiu potestne fieri, vt non videatur homo faciens eleemosynam? Tu te noli videri & non te videt alius. Tu ad aucupandam laudẽ humanam hoc noli facere, & nullus te videt.

Proposita tibi sunt, candide lector, margaritæ virtutum, quarum natura, & pretio constituto, constabit item quanto indigeamus Dei auxilio, imo vero quantopere ad id postulandum teneamur, qua ratione, & attentione præstolandus sit ros diuinæ gratiæ, & supernaturalis doctrinæ. nam si purus influxerit, & á nobis susciptatur, candor conspicitur, & concipitur innocẽtiæ, si vero turbidus fordescat, & fœtus pallet. item cælo minante conceptus, quando scilicet, quis ad Dei doctrinã metu seruili, ac formidine, non sponte, & illius ductu accedit. Quod si nõ tempestiuè susciptiunt animi, quomodo virtutes grandescent, & crescent? Et qui tantum accedunt vt audiant, externo scilicet auditu, & curiosa ac fictili intentione, solidam minime cõcipient margaritam, sed inanem tantum virtutis speciem & vanam solum Religionem. Hinc est quod August. lib. 50. homil. homil. 26. in medio ait. Vellem scire si ab illa hora, qua verbum Dei prædicari cæperit, semper pretiosissimas gemmas, & in aures, uel annulos aureos erogare vellemus, vtrum stare, aut accipere vellẽt filiæ nostræ: qui verbum Dei libenter audit, inaures animæ de patria paradysi transmissas se suscepisse nõ dubitet, qui admonetur vt pauperi tribuat aliquid, dum manus ad eleemosynas expandit, dextralia a Christo transmissa percipiet: sic anima sancta diuinis sermonibus, tanquam spiritualibus, & æternis bonorum operum margaritis componitur, vt ad illius cælestis sponsi consortium, & nuptiale conuiuium fœliciter ornata perueniat. Nos margaritas vobis de paradysi patria prouidentes, nullam aliam in hoc sæculo mercedem optamus accipere, nisi vt vos pauenter, & libenter, quæ vobis insinuantur, videamus audire & cum Dei adiutorio secundũ vires vestras operibus adimplere. Sic Augustinus.

ANNOTAT. IIII.

Describitur gemma virginitatis, & castitatis.

QVoniam quæ hucusque diximus, obscura quædam'tantũ modo virtutum delineamẽta videntur, & eas solum in genere proponunt, opere pretium duximus, si ad eas virtutes descendamus, quæ ad Religiosos, & Ecclesiasticos viros maxime spectant.

Plinius igitur de vnionibus ait. Omnis dos in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere: summa laus coloris est exaluminatos vocari. Meminit & margaritarũ candoris Tertull. de habitu muliebri cap. 1. & D. Hieron. ad Demetriadem. Ecquod aptius iam dici, assumitue potest symbolum ad præclaram virginitatis, castitatisque

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtitatiſque gemmam proponendam? De qua Hieronymus lib. 1. contra Iouinian in præſens argumentum dixit. Vnde virginibus & continentibus, quaſi gemmis pulcherrimis Eccleſiæ monile decoratur, &c. & epiſt. ad Euſtoch. de cuſtod. virgin. Laudo nuptias, laudo coniugium, ſed quia mihi virgines generant, lego de ſpinis roſam, de terra aurum, de cōcha margaritum, & Nyſſen. in Cant pag. 343. quod ſi caſtitatis torquem adeptus es, qui collum tuum puritate vitæ, quaſi quibuſdam vnionibus ſplendere faciat, etiam alium torquem habeto, qui diuinorum mandatorum lapides magni pretij contineat in ſeſe, collique pulchritudinem adaugeat. Conſtitutum igitur habemus virginitatē, & caſtimoniam margaritam eſſe.

Margaritæ vero candor ex eodem Plinio nullam patitur labem: nullā item virginitas, nullam puritas, nullā ſanctimonia. Quæret aliquis, nec in fulſe quæret, cur Deus reuelans Ioſepho multo ante tempore adorationē à fratribus exhibendam, quæ mediāte venditione, & multis ærumnis inde ſequutis à Deo paranda erat, non itidem illi oſtenderit dominæ accuſationem, carcerem, & vincula, quę illum admodum torſere. Credo equidem ideo à Deo ſic diſpoſitum, quia dedecebat caſtum adoleſcentem, vel etiam in ſomnijs turpem ſubire repræſentationem; quod plane conſtabit in eo, quód apprehendens impudica mulier pallium Ioſephi, ipſo in manibus eius relicto aufugit, timens ſcilicet, contagium, veritus ne inficeretur, ſi palliū, quod impura mulier apprehenderat retineret; quod nos à libi latius proſequuti ſumus ex ſanctis Patribus modo ſatis ſit Abulenſ ibi cum ait cauté feciſſe Ioſephum fugiendo, quia expectando ſe ipſum vreret. Videndus pro hoc argumento eſt Hieron. lib. contra Iouinian. poſt principium, vbi aduertit id quod Paulus dixit: *Bonum eſt homini mulierē non tangere*, ſic ergo habet Hieronym. Non dixit bonum eſt vxorem non habere ſed bonum eſt mulierem non tangere: quaſi & in tactu periculum ſit: quaſi qui illam tetigerit non euadat, quæ virorum pretioſas animas rapit, quæ facit adoleſcentium euolare corda. Alligabit quis in ſinu ignem, & non comburetur? Aut ambulabit ſuper carbones ignis, & non ardebit? Quomodo igitur qui ignem tetigerit, ſtatim aduritur: ita viri tactus & fœminæ, ſentit naturam ſuā, & diuerſitatem ſexus intelligit. Narrent & gentilium fabulæ Mitram, & Erichtonium, vel in lapide, vel in terra de ſolo æſtu libidinis eſſe generatos, vnde & noſter Ioſeph quia tangere eum volebat Ægyptia, fugit ex manibus eius, & quaſi ad morſum rabidiſsimæ canis, ne paulatim virus ſerperet: palliū, quod tetigerat, abiecit. Sic ille, cui neceſſario addēdus Phylo Carpathius ad finem comment. in Cant. vbi iuſtum inſtituens, vel potius deſcribens ex illis verbis vltimis ſacri text. *Fuge dilecte mi, aſsimilare capreæ, hinnuloque ſeruorum*, ſic ait. Si laqueum tibi concupiſcentiæ proponat iniquus hoſtis per carnalem fœminā, quam quidem non videre prima victoria eſt, ſecunda non alloqui tertia non attingere, nam ſi facies fœminea aculeus eſt peccati, quid erit eloquiū, ac tactus? Tu contra ad illum arduū continentiæ montem (Ioſeph .ſ.) te conuertas, eiuſque caſtitatem recorderis, & temperantiam, teque ſerues illa ſum, &c.

1. Cor. 7 n. 1.

Videndus erit in hanc ſententiam Liuius 2. de bello punico, Valerius Maximus lib. 3. Ouidius in Faſtis. & Auguſtinus 10. de ciuitate cap. 16. vbi de Claudia virgine Veſtali referunt id, quod Hieron. lib. 1. contra Iouin. ſic proſequitur. Claudia virgo Veſta-

lis cum in ſuſpicionem veniſſet ſtupri, & ſimulachrum Matris ideæ inuado Tyberis hæreret ad comprobādam pudicitiam ſuam refert cingulo duxiſſe, ne vnquam multa millium hominum trahere nequiuerant, melius tamen, inquit Lucani Poetæ patruus cum illa eſſet actū ſi hoc, quod euenit ornamentum potius explora tæ fuiſſet pudicitiæ, quam dubiæ patrocinium. Sic Hieronymus, qui per illum patruum Lucani intelligit Senecam, cuius hæc de Claudia ſentētia eſt, quod fuerit quoddam infelicitatis genus egere patrocinio numinis ad purgandam infamiam pudicitiæ, decebat enim eam virginem ita caſtā eſſe, vt nec falſus rumor vllus de illa poſſet oriri. Minutia, inquit ibi Hieron propter ſuſpicionem ſtupri viua defoſſa eſt: iniuſta (vt reor) pœna, niſi grande crimen putaretur læſa virginitas

Exod. 28 n. 4.

Qui in tabernaculo Dei olim miniſtrabant tunicis lineis induebātur, eaſque baltheis conſtringebant, quod explicans Beda de tabernaculo cap. 9 ait: Accingantur tunicis lineis vt caſtitatem habeant, non ſericis non laneis, quæ ex animali mortuo ſunt, ne ſ caſtitas aliquid mortuū ſapiat, cingantur baltheis ne caſtitas remiſſa ſit ne vento elationis aditum pandat, ne iactantia præſumptionis bona opera impediat, & tandem ad ruinam ſubiēdo impellat. Sic ille puritatem caſtimoniæ adumbratam in tunicis lineis præcinctis oſtendit. Rodulphus vero citatus in Gloſſa aliam affert rationē dicens: linum cum de terra naſcatur multo labore natiuum colorem deponit, & quem prius non habuerat candorem aſſumit, in lino ergo caſtitas intelligitur, quia caro noſtra de immundo cōcepta ſemine, ſine multa corporis & ſpiritus afflictione ad munditiæ honeſtatem nequaquam producitur. Sic ille. Cui neceſſario addendum eſt propterea in linea veſte candida caſtitatem deſignari, quia ſicut multo labore linum natiuum amittit colorem, & in candidum tandem abit, ſic & facillimo negotio cādorem amittit, & munditiem, & quęlibet ſpurcitia ſtatim in eo conſpicitur & notatur; proinde multo etiam labore ſudandum eſt, vt candor veſtis obſeruetur.

Fugiendum proinde eſt, & vitandū quodlibet immundum contagium, & hac de re videndus Hieronymus aduerſus Vigilātium ad finem, cum ait: Cur, inquies, pergis ad eremum? Videlicet vt tua bella nonpatiar, ne me capiat oculus meritricis, ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus; reſpondebis hoc non eſſe pugnare, ſed fugere. Sta in acie, aduerſarijs armatus obſiſte, vt poſtquam viceris, coroneris. Fateor imbecillitatem meam, nolo ſpe pugnare victorię, ne perdam aliquando victoriam: ſi fugero, gladium deuitaui. ſi ſtetero, aut vincendum mihi eſt, aut cadendum. Quid autē neceſſe eſt certa demittere, & incerta ſectari? aut ſcuto, aut pedibus mors vitanda eſt. Tu qui pugnas, & ſuperari potes, & vincere: ego cum fugio, non vincar in eo, quod fugio, ſed ideo fugio, ne vincar. Nulla ſecuritas vicino ſerpente dormire; poteſt fieri vt me non mordeat, tamen poteſt fieri vt aliquando me mordeat. Sic ille oſtēdit, quanta cum cautione ſeruanda, & conſeruanda ſit caſtitatis gemma ne polluatur, & quomodo fugiendum ſit periculum ne vnio pretioſiſsimus frāgatur; quo ſenſu etiam poſſumus interpretari cum eodem Hieron. eodem in loco accenſas lampades virginum, quæ ſponſi præſtolantur aduentum, quia ſ. inter caſus huius vitæ verſantur, & Domini pauidę præſtolantur aduentum; ſcientes vero imbecillitatem ſuam, pretiū inſuper pudoris, & quod leui polluatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

labe, ac veluti vitreum frangatur vas, memores quod fragilia vasa portant, timent offendere, ne impingant, corruant, atque frangantur, lucem proinde, accensis luminibus, postulant illam, de qua psalmista. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.*

Videnda sunt quæ hac de re diximus in epist. Iacobi c 1.n. 21 §.2. Denique cum Christus mundis corde dicat visuros Deum, quia castitas mundissima est, nec sibi ẽ terra quicquam affricari patitur, propterea in terra mundissimis Angelis, qui in candidis vestibus visuntur, comparatur: *In resurrectione, neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cælo.* Matth. 22. quæ verba expendens D. Ambros. lib 1. de Virg ait Præmium iam tenetis, quod nobis promittitur, vobis præsto est, votorumque nostrorum vsus apud vos est; de hoc mundo estis, & non estis in hoc mundo, sæculum vos habere potuit, tenere nõ potuit, &c. quibus ostendit castitatem degere in mundo sine immundo contagio, pluraque habet Auctor operis imperfecti hom. 42. & 71. in Matth.

Mat. 22. n. 31.

Hebræi, teste Lyrano, appellarunt Phineen Eleazari filium Angelum in lib. Iudicum, vbi dicitur. *Ascendit Angelus de Galgalis ad locũ flentium.* Quæres, cur hunc hominem plerique Hebræorum Angelum vocauerint: Quia in populi consortio cũ filiabus Moab, acerrimus castitatis propugnator exiterat, idemque de eo asserit Lyran. Iosue in c. 2. Etenim qui sic pro castitate pugnauerat, non potuit nõ censeri Angelus, ijs enim hæc virtus attribuitur, vtpote quę nihil de terra & impuritate luti habere videatur, cũ tota ẽ cælo sit; qua de re plura habet Hieron. epist. 22. ad Eustoch. de cust. virgin. c. 5. & Augustl. lib. de sancta virginitate, cap. 13.

Iudic. 2. n. 1.

Hinc est quod D. Hieronymus in Psal. 95 vniuersam castitatem, siue ea in virgine sit, siue in vidua, aut continente appellat holocaustum, quod totum Deo comburebatur, ita vt nihil de illo remaneret: huiusce igitur instar castitas tota Deo dicata nihil terrenum sapit, nihil immundum illi supereſt.

Non vulgaris difficultas est quid significent ea verba Christi Seruatoris. *Sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorum, qui potest capere capiat:* vbi verbum, *capere*, satis sinuosum, ambiguumque est. Nam D Hieronymus existimat pertinere hoc ad præmiũ, quod quis nititur consequi, metaphora sumpta ab antiquo more illorum qui currebant in foro, seu stadio, vt illi vocabant, quorum qui primus ad metam accederet, dicebatur capere præmiũ iuxta illud Pauli. *Vnus accipit brauium*, quo sensu locutus est idem Paulus ad Hebræos; *Propter eos qui hæreditatem capiunt salutis*: vt sit sensus dicti loci. Qui potest consequi prẽmium debitum castitati, nitatur cõsequi. Alij in alios deflectũt sensus, quos longum esset recensere; mihi tamen videtur recte posse hoc verbũ exponi, si aduertamus quod Prudentius Aureolus ait lib. 2. contra Symmach.

Matt. 19. n. 12.

1. Cor. 9. n. 24. Hebr. 4. n. 14.

Hac primum paruæ teneris capiuntur in annis.

Vbi alludit ad virgines Vestales, etenim eæ, quæ consecrabantur, arripiebantur, siue capiebantur manibus Sacerdotum ab ipsis parẽtibus, vt vel in templum deferrentur, vel in templo offerrẽtur, vt videre est apud Gell lib 1. noct. c. 12. Virgo Vestalis simul atque capta, atque in atrium Vestæ deducta, & Põtificibus tradita est, eo statim tempore sine emancipatione, ac sine capitis minutione ẽ patris potestate exit, & ius testamenti faciundi adipiscitur. De more autem, ritúque capiundæ virginis literę quidem antiquiores nõ extant, nisi quod capta fuisse fertur, quæ capta prima

est à

est à Numa Rege: capi autem virgo propterea dici videtur, qui Pontificis maximi manu prehensa ab eo parente, in cuius potestate est, veluti bello capta abducitur. Hæc Gell.

Vnde existimo patere sensum illius sententiæ, *qui potest capere capiat*, id est, qui potest se omnino eripere, & apprehensum extrahere ẽ patria potestate, in qua natus est, scilicet, cõgenitorum appetitum, carnalium cogitationum naturalium commotionum, is tandem capiat præmium, & brauium æternæ beatitudinis castitati pollicitæ; se tamen capere debet ad modum, quo capiebantur virgines vt scilicet, extrahat se à mundanis, vanis, & immundis cogitationibus, & nullatenus patiatur præclaram castitatis gemmam vllam contrahere labem.

Neque vero omittenda est hoc in loco quæstio illa à D. August. proposita 1. de ciuit. c. 8. cur scilicet Deus permiserit, corpora virginum & continentium violari ab aliquibus tyrannis, cum pudicitia, sicuti gemma impatiens prorsus sit cuiusque maculæ, cuius rei sicut difficilis est indagatio, sic & elegantissima solutio apud August. ibi, qui ita ait. Alta quidem prouidentia creatoris mundi, atque rectoris, & inscrutabilia iudicia eius. Veruntamen interrogate fideliter animas vestras, nam forte de isto integritatis & continentiæ, vel pudicitiæ bono vos inflatius extulistis, & humanis laudibus delectatæ in hoc etiam aliquibus inuidistis: tamen si ita esse responderint, nolite mirari hoc vos amisisse, vnde hominibus placere gestijstis: illud vobis remansisse, quod ostendi hominibus non potest. Si peccantibus non consensistis, ne amitteretur, diuinum accessit auxilium: humanæ gloriæ ne amaretur humanũ successit opprobrium. In vtroque consolamini pusillanimes: illinc probatæ, hinc castigatę: illinc iustificatę, hinc emendatæ Quarum vero corda interrogata respondent, nunquam se de bono virginitatis, vel viduitatis, vel coniugalis pudicitiæ superbijsse, sed humilibus consentiendo de dono Dei cum tremore exultasse, nec inuidisse cuiquam paris excellentiã sanctitatis, & castitatis, sed humana laude postposita, quæ tanto maior deferri solet, quãto est bonum rarius, quod exigit laudem, optasse potius, vt ea amplior numerus esset, quam vt ipsæ in paucitate amplius eminerent. Fortasis istæ, quæ bene sibi sunt conscię, non se ex isto castitatis bono, quod inflatum extulisse, & tamen vim hostilem in se perpessæ sunt, habebant aliquid latentis infirmitatis, quæ posset in superbiæ fastum, si hanc humilitatem in vastatione illa euasissent, extolli. Sicut ergo quidam morte rapti sunt, ne malitia mutaret intellectum eorum, ita quiddã ab istis vi raptum est, ne prosperitas mutaret modestiam earum. Quanquam, & illud non sit tacendum, quod quibusdam, quæ istæ perpessæ sunt potuit videri continentiæ bonum in bonis corporalibus deputandum, nec tale bonum esse, quod inuito animo non possit auferri: qui error eis fortasse sublatus est. Cum enim cogitant, qua conscientia Deo seruierint, vident esse consequens nequaquam illũ fuisse permissurum, vt hæc acciderent sanctis suis; si eo modo perire posset sanctitas, quam contulit, & diligit in eis. Sic Augustinus ostendit, cur Deus permiserit virgines, & castas violenter corrumpi, & prostitui, & insuper sic exterius profanatas nihil meriti, & castitatis perdidisse, quæ nunquam nisi voluntario potuit violari certamine, & impudico infici, aut denigrari casu.

Videndus hac de re idẽ Aug. eodem lib. c. 19. vbi de Lucretia oppressa à

Tarqui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tarquinij Regis filio ait, habeturque hic locus 35. q. 5. c. ita ne. Egregie quidam ex hoc, veraciterque declamans ait. Mirabile dictu. Duo fuerunt, & adulterium vnus admisit, splendidé atque verisimè Intuens enim in duorum corporum commixtione vnius inquinatissimam cupiditatē, alterius castissimam voluntatem, & non quid coniunctione membrorum, sed quid animorum diuersitate ageretur attēdens. Duo, inquit, fuerunt, & adulterij vnus admisit. Sed quid est hoc, quod in eam grauius vindicatur, quæ adulterium non admisit? Ille patria etiam cum patre pulsus est: hæc summo est captata supplicio. Si non est illa impudica quare inuita comprimitur? Non est hæc iustitia, qua casta punitur. Vos appello leges, iudicesque Romani; nempe post patrata facinora, nec quenquam scelestum indemnatum impunè voluistis occidi. Si ergo ad vestrum iudicium quisquam deferret hoc crimen, vobisque probaretur non solum indemnatam, verū etiam castam, & innocentem interfectā esse mulierem: nonne eum, qui id fecisset, seueritate cōgrua plecteretis? Hoc fecit illa Lucretia, illa, illa sic prædicata Lucretia: innocentē, castā vim perpessam Lucretiam Lucretia insuper interemit. Si adultera, cur laudata? si pudica, cur occisa? Quod ergo se ipsam quoniā adulterium pertulit, etiam non adultera occidit, non est pudicitiæ caritas, sed pudoris infirmitas, puduit enim eā turpitudinis alienæ in se cōmissæ, etiā si non secum, & Romana mulier laudis auida nimiū verita est ne putaretur quod violenter est passa cū viueret, libenter passa si viueret. Vnde ad oculos hominū mētis suæ testem illam pœnam adhibendam putauit, quibus cōscientiam demonstrare non potuit. Sociā quippe facti se credi erubuit, si quod alius in ea fecerat turpiter, ferret ipsa patienter. Non hoc fœminæ Christianæ fecerūt, quæ passę sunt similia: tamen nec in se vltæ sunt crimen alienum, ne aliorū sceleribus adderent sua. Sic Aug ostendit qualem conceperit Lucretia opinionē de munditia castitatis, quæ licet per errorem, in sua minime passa est, eam, quæ vere macula non erat, reputans fortasse, vel solam vmbram cuiuslibet labis posse notam inurere mundissimæ sanctimoniæ.

Sicut autem ea, quæ pretiosissima sunt summa custodiuntur vigilantia, & cura iugi obseruantur sic & virginitas, & castitas debet summopere custodiri, vndé Hieron. lib. 1. contra Iouin. c. 12. ait. Saluator auxilio suo cooperit, & diuino clypeo tuetur ipsā castitatē, ne immundum quid illam inficiat. Similia sunt quæ habet Ignatius epist. 11. vbi ad præsens institutū ait virgines Deo dicatas seruandas esse, vt pretiosa Christi monilia, & Hieron. epist ad Furiam de seruanda viduitate ait. Grandis virtutis est, & solicitę diligentiæ superare quod nata sis, in carne, nō carnaliter viuere, tecū pugnare quotidie, & inclusum hostē sustinere, Argi (vt aiūt) centum oculis obseruare. Sic Hieronym. pulchré ostēdit ex fabuloso pastore, quot oculis opus sit ad pretiosam gemmā castitatis custodiendam.

Videndus hac de re Bernardus lib. de ordine vitæ, vbi ait castitatē ope, & custodia cæterarum virtutum esse seruandā, & vigilanti studio custodiendam, alioqui facile lapsurā, & conterendam. Nisi aliarum, inquit, virtutum ope fulciatur, facile labitur, & proinde nimio studio seruāda est, quia semel amissa nō reparanda est, prima nanque tela sunt oculorum: Secunda verborū, & ideo suffragatur ei plurimum verecundia, quæ custodit oculos, & taciturnitas, quæ retinet linguam, atque obidientia, quę mentem occupat, & serm. 3. de septem frumē-

tis ait.

tis ait. Vide quā solicite te custodire debeas ab eo, qui dormit in sinu tuo, &c. quæ prosequitur in hanc sententiam.

3. *Reg.* 7. *n.* 19. Hoc ipsum probare possumus ex 3 Reg 7. vbi Salomon duas fecit columnas ad ostium templi, & super eas posuit lilia, quæ symbola sunt castitatis, vt hoc symbolo admoneremur collocandam, & custodiendam esse castitatē in superiori, & eleuato loco, quo nullus perueniat, quē nullus attingat, præeminentia, scilicet, contemplationis, & abstractione à rebus terrenis. Hoc etiā deducimus ex eo, quod in lingua sancta eadem vox, *almah*, quæ significat Virginem, significat etiam absconditam, qua de re videndus Hieron. in tradit. Hebr. in Genes. & Oleast. in c. 24. Gen. n. 43. ibi *Et Virgo quæ egredietur ad hauriendam aquā*, vbi ita ait ponitur hic nomen *almah*, à verbo, *halam*, quod est proprie abscondere; ideo, *almah*, puellam absconditam, & latentē significat, aut quod lateat qualis sit futura, aut quia aspectibus hominum abscondita sit. Abscondita igitur esse debet castitas, & domi accuratē latere, & recludi, ne si pareat deprædetur pretiosa gemma, deprædari enim desiderat qui thesaurum publice portat, & ostentat.

Quod si pretium huius margaritæ noscere velis, ex eo illud deducunt Hierony. & Ambros. quod Christus dominus virginitatē non præceperit, iuxta illud Pauli. *De virginibus præceptum Domini non habeo &c.* quod expendens Hierony. epist. ad Eustoch ait. Quia maioris est mercedis quod non cogitur, & offertur, & Ambros. lib. 1. de Virgin. ait, Præceptū non habuit sed habuit exemplum, nō enim imperari potest virginitas, sed optari, nam quæ supra nos sunt, magis in voto quam in magisterio sunt. Videndus Basilius lib. de vera virgin. vbi docet coniugium quidem naturale esse,

1. *Cor.* 7. *n.* 25.

castitatē vero, excellens nescio quid & veluti supra naturam, supra legem, ideoque nusquam à Deo imperatam, nō modo in vetere, sed neque in nouo testamento, quia tantę virtutis meritū non præcepti necessitati subijci voluerit, sed egregij, & singularis animi specimen existere, qui sponte sua nullius imperij necessitate coactus id exequatur, quod supra omnem humanæ naturæ modū est. Notanduſque venit ille locus Apoc. 14. vbi de virginibus imo, & castitatis sectatoribus dicitur; *Sequūtur agnū quocunque ierit: hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & agno.* Apoc. 14. *n.* 4. Quæret aliquis, & merito, cur empti dicantur ex hominibus, qui castitatē seruant, cum constet omnes in vniuersum emptos fuisse pretio magno, sanguine, scilicet immaculati agni, & licet alias solutiones hoc habeat, videtur posse ad præsens institutum explicari adducta similitudine negotiatoris, qui licet multam suppellectilem coemerit & diuitias congregauerit, si tamen duas, vel tres margaritas magni pretij acquisiuit, quasi cæterarū immemor dicit se aquisijsse, & comparasse res illas margaritas, quasi oblitus cæterarum rerum, quarū minime meminit; tāti nāque facit dictas gemmas, vt in comparatione earum nihil aliud emisse videatur. Eodem pene modo tanti videtur Deus facere virginitatis, & castitatis gemmas, vt virgines, & castos tantū asserat emptos, cum cæteros cuiuscunque ordinis & conditionis homines filius Dei sanguine suo comparauerit.

Ostendit Insuper Deus quanti apud se pretij castitas etiam continentis sit, in eo; quod iusserit Ezechieli quando illi abstulit vxorē dicens. *Fili hominis ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum; non planges, neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ, corona tua circumligata sit tibi &c.* Quid igitur iubet Deus prophetā tanta lætitia excipere triste Ezec. 24. *n.* 15.

nuntium

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuntium demortuæ vxoris: Cum non lugubri, sed festiuo habitu funera celebrare iubetur? profecto vt ostenderet Deus, sic debere exultare in profectu potioris, & perfectioris status continentiæ, & potius gratũ se exhibere, quam lachrymantem, dum ad nobiliorem continentium numerum se videt translatum. Quodque magis in hac re notandum est, tunc Deus prophetam sibi assumpsit, tanquam idoneum populi instruendi ministrũ, cum illũ, mortua vxore, in continẽtię statu deposuit, quod notauit D. Hieronym. lib. 1. contra Iouin. vbi ita scribit. Ezechiel, qui captiuus tenebatur in Babylone, qui tempestatẽ ab Aquilone venientem viderat, & turbinem cuncta rapientem, ait. Mortua est vxor mea ad vesperam, feci mane sicut mihi præceptũ erat: prædixerat enim ei Deus, quod in die illa aperiretur os eius, & loqueretur, & non taceret amplius Diligenter attende donec vxor viueret, non habebat libertatem populi commonendi: moritur vxor, & coniugale vinculum soluitur, & absque vlla trepidatione semper in officio prophetali est. sic Hieronym. ostendit qua ratione Deus voluerit celebrari à propheta perfectiorẽ statũ continentis, quasi de coniungio exeundo de carcere fuerit liberatus, & in posterum, nobilitatem castimonia professus. Videndus in hanc sententiã Bernardus ser. 2. ad fratres, vbi interpretatur id, quod dixit Paulus. 2. Corint. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus*, vbi thesaurum istum putat esse castitatẽ, qui cum pretiosissimus sit, luteo vase reconditur, quo maiori vigilãtia custodiatur, & maiori præmio sic custoditus à Domino afficiatur In vase, inquit ille, fictili, thesaurus castitatis illustrior, &c. Similia sunt quæ habet sermone. 3 de septem fragmentis, vbi pretium castitatis sic exaggerat Forte paruum aliquid reputatis continentiã vestrã, sed ego nõ ita. Scio enim quos habeat oppugnatores.

2. *Cor.* 4. *n.* 7.

Tanti igitur pretij castitas cẽsetur, vt mulieres virgines supra fœminarũ conditionem videatur efferre, tanti in continentibus, vt statum, & naturam mulierum excedere. Notauit hoc pulchrẽ, & acutè D. Hieron. aduersus Heluid. prope finẽ in eo, quod Paulus ait. *Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, & diuisa est mulier, & virgo.* Aduertit igitur Doctor maximus, virginem à muliere diuisam, & separatam; quasi virgo, & casta longe distet à cõditione, & statu mulieris, & in alium longe illustriorẽ euaserit, sic enim habet Hierony. Quid repugnas? quid oblatras? Vas electionis hęc loquitur. Diuisa est, dicẽs, mulier, & virgo. Vide quãtę felicitatis sit, quę & nomẽ sexus amiserit. Virgo iam mulier non vocatur. Sic ille, quo nihil pulchrius, elegãtius nihil dici, cogitariue potuit in hanc sententiam, sed adhuc pro cõtinentibus non deerit ex eodem Hieronym. probatio, nam paulo inferius aduertit id, quod ait facer Tex. de Abrahamo, & vxore sua. *Erant ambo senes, prouectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria*, deinde expendit, & confert cũ hoc loco illũ alium ex c. 21. Genes. vbi postquam duram iniunxit rem Abrahamo de ejiciendo è domo filio Ismaele dicens. *Ejice ancillam hanc, & filium eius, dure accepit hoc Abraham pro filio suo, cui dixit Deus; nõ tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua: omnia, quæ dixerit tibi Sara audi vocem eius*: quibus in verbis, præcepit Deus Abrahamo stare ordinationi, & præcepto vxoris suæ, quæ potius deberet subijci ordinationibus mariti, id igitur factũ existimat ratione illius, quod præcesserat, quia Saræ desierãt muliebria præ ętate, & iam fœtui cõcipiendo inepta erat, ac proinde cessauerat à re vxoria, cui operam nõ dabat, eo quod iam filios desperauerat, vnde

1. *Cor.* 7. *n.* 33.

Gen. 18. *n.* 11.

Gen. 21. *n.* 12.

dixit:

dixit: *Post quã consenui, & Dominus meus vetulus est voluptati operam dabo?* Vbi Liran. ait. Ex hoc videtur quod Sara continuit ab actu coniugali, ex quo transijt tempus suum concipiendi secũdũ naturã, quo vsque fuit certificata de concepu futuro diuina virtute; hoc ipsũ asserit Abul. ibi factũ ex cõmuni vtriusque consensu postquam Sara excessit tempus vsque ad quod secundũ naturam concipere poterat, & hoc erat eis sanctũ, & laudabile, quia iste actus cum bene fit secundum naturam ad generandum ordinatus est, quãdo autem vir, & vxor vident se naturaliter non posse gignere, si vltra carnaliter misceantur, iam ad voluptatem illud est, quod viris sanctis non conuenit Sic Abul. qui tamen ita intelligendus est, vt talis coniugatorũ congressus sine peccato possit dari. Erat igitur Sara in statu continentiæ, qui vsque adeo illi profuit, & in tantũ eam extulit, vt non solũ liberauerit à maledictione illa. *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*, sed insuper eam fecerit veluti dominam mariti, cui ille inuerso ordine obtemperare iam tenetur. Ait ergo Hieron. Defecerunt Saræ muliebria post quod dicitur, *Omnia quæcunque dicit tibi Sara, audi vocem eius.* Quæ non est in partus anxietatibus, & dolore, quæ deficientibus menstrui cruoris officijs, mulier esse desijt: à Dei maledictione fit libera, nec est ad virum conuersio eius, sed è contrario vir subijcitur ei: & Domini voce præcipitur. *Omnia quæcunque dicit tibi Sara audi vocem eius.*

Gen. 3. *n.* 16.

Videndus in hanc eandem sententiam idem Hieron. apolog. cõtra Ruffin. lib. 1. vbi versat illũ locũ Matth. cum Christus Dominus dixit: *In resurrectione nec nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei in cælo*, quę verba sic ad rẽ nostrã deducit. Re vera vbi inter virũ & mulierẽ castitas est, nec vir incipit esse, nec fœmina, sed adhuc in corpore positi mutãtur in Angelos, in quibus nõ est vir, neque fœmina. Facit in hãc sententiã ea expositio, quã ingeniosam dicit Tert. lib de velãdis virgin. c. 5. eorum, qui Euam adhuc virginem cẽsent noluisse Scripturã mulierẽ appellare quando dixit Genes. 2. *Hæc vocabitur virago*, quod ille legit, *vocabitur mulier*. Sic ergo ait Tertull. Ingeniose quidã, de futuro volunt dictũ, vocabitur mulier: quasi hoc futura esset cum virginitatem resignasset, &c. Hi ergo putabant minime appellatam a sacro textu Euam mulierem quandiu virgo extitit, est siquidem veluti extra communem conditionem fœminarum quæ virili virtute virginitatem seruat, & castimoniam custodit. Et cap. 6. eiusdem lib. Meminit eius, qui dixerit, propterea Angelum ad Beatam Virginem dixisse: *Benedicta tu inter mulieres*, Luc. 1. & Apostolum Galat. 4. *factum ex muliere*, cum constaret perpetuo virginem extitisse B. Mariam, quia desponsata erat. Sic enim habet. Ad hæc duo ingeniose quidã respondisse sibi visus est, quoniam quidem desponsata est Maria, idcirco & ab Angelo, & ab Apostolo mulierem pronuntiatam, desponsata enim quodam modo nupta! Quæ tamen expositio improbatur, & merito, dum aliquid maiestati Matris Dei videtur detrahere; conducit tamen ad præsens argumentũ, & excellentiam virginitatis demonstrandam, quæ in ipsa Beata Virgine supra omnes excellunt.

Luc. 1. *n.* 28. Galat. 4. *n.* 4.

His suffragatur Zeno Veronens. Episcop. serm. de pudicitia, vbi ponderat propterea Iosephum ad suprem am dignitatem peruenisse, & excellentiorem factum fuisse super fratres ac dignum redditum cui Rex diceret. *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet, vno tantũ regni solio te præcedam, tulitque annulũ de manu sua, & dedit eũ in manu*

Mat. 22. *n.* 30.

Gen. 41. *n.* 40.

eius; vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem aureum circumposuit: fecitque eum ascendere super currum suum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ terræ Ægypti. Hoc igitur totum merito castitatis adeptum putat, vnde & torquē collo circumpositum, gemma castitatis ornatum describit, & nudum fugientem Ioſephum, ne pudicitiam amitteret, amictu regio ornatum proponit. Sic ergo habet. Ioseph, quem Domini sui vxor peius amare cæperat, quam oderant fratres, nam cum medullitus mulier ardoris insani conflagraret incendio, in suadelam sacrilegam argumentis vehementer armatam captat solitudinem, secretum captat, & locum quali etiā non irritata adolescentia inuitis fœminis violenta esse consueuit. At ille in repugnantia vestem sibi violenter extortam relinquens, ex impudicitiæ fouea nudus aufugit, sed pudicitiæ splendore vestitus. Denique Rex iure secundus factus est regni, qui insignis Rex erat iam ante pudoris. Similia docuit Clemens Alex. 7. stromat cum ait. Nec Ioseph quidem ab instituto abducere potuit vxor Domini. Ei autem se exuit per vim tenenti tunicam, vt qui à peccato fuerat nudatus, honestatis autem, & temperantiæ ornamento induerit, nam & si oculi Domini Ægyptij Ioseph non videbant, at omnipotentis quidem certé inspiciebant. Sic ille prosequitur nuditatem Ioseph, & indumentum castitatis, ratione cuius meruit regium ornamentum, & qui dominæ respuerat amplexus impudicos pretioso torque circūdatur collo, & qui humanam, ac carnalem superauit incontinentiam, super cæteros extollitur homines, vt eos gubernet, qui se ipso superior inferiorem hominis conditionem, & appetitum superauerat.

Virum dictum existimat Rupertus fuisse Iosephū ob inconcussam castitatem, quasi solus inter alios se exhibuerit virū, qui pudicitiā insanæ mulieris superauit, sic enim habet lib. 8. in Gen. c. 33. Recte hunc Psalmista virum nuncupauit dicens Ps. 104. *Misit ante eos virum*, sed virum, quē mulier nec suadere, nec superare potuit, qui proinde cæteris viris præponitur gubernandis, & qui honesta verba iaculauerat in prouocantem, publico præcone acclamatur, vt adoretur: & qui pallium cæcutientis vitulæ cornibus cōmiserat, byssina tunica induitur, sic enim habet Rupert. lib. 8. in Gen. c. 4. pro pallio, quo in manu adulteræ relicto, nudus effugit, stola byssina, Deo iudice, indutus est. En tibi candide lector lectissimam, & pulcherrimam castitatis gemmā proposuimus, eius decorē, pretiū, pondus, quo serues, & custodias pretiosissimū thesaurū, quo æstimes suū latissimū pretiū, pro quo cæli diuitiæ cōceduntur, cū enim virtus hæc cælestis sit, qui illa fuerit insignitus, facile à cælicolis admittitur. *Ps. 104. n. 17.*

Pōdus itē descripsimus, quo grauis fias, nec qualibet aura tētationis, suasionis, aut delectationis flectaris, imo pondus huius pretiosi vnionis arripias, ne à vento circūducaris. Memineris lapidem esse castitatem, vt ictus tentationū sustineas: lapidē pretiosum, ne vili æstimes, aut venūdes, de cælo rore defluente genitum, vt cælestia custodiat, & foueat desideria. Quod si quærentes pretiosas margaritas tot emetiuntur prouincias, tot maria transfretant, tot labores eūdo, & redeūdo sustinent, tot iactantur tēpestatibus, tot exantlant ærūnas: hæc lōgé pretiosior gemma intra nos est, proinde in oculis habenda prę omnibus æstimāda, aperiendumque cor, & aures animi, vt cælestis ros defluat, & excipiatur, quo hæc margarita gignitur, augetur, & perficitur.

ANNOTAT. V.

Proponitur prætiosa margarita obedientiæ.

ADdit citatus Plinius gemmā rotundam esse debere, ac orbiculatā vt sit apta, & facilis moueri, & circūduci, quo statim hieroglyphico virtus obedientiæ exprimitur, solo minime adhærentē, sed in puncto, & pro necessarijs tantū velut sphæricam, tangentem terrā, & in quamlibet partem se voluentem.

Non abs re igitur obedientiam dicimus gemmam, nam Prouerb. 6. dicitur: *Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legē matris tuæ; liga ea in corde tuo iugiter, & circunda ea guttur tuo.* Vbi obedientia præceptorū collo appēsa describitur, quo loco pretiosi gestantur vniones; est autem phrasis scripturæ vt ea, quæ in summo pretio habentur, collo circumdari, & gestari dicantur: vbi etiam illud aduertendum est, collum esse symbolū obedientiæ, vtpote cui imponitur iugum sicut Theod. Orig & Bern. intelligūt locum illum Cantic. 1. *Collum tuū sicut monile*, vbi pro hac re videndus est Ghiller. qui eundem sensum multis prosequitur. Hieron. autē, & Theod ex Hebræo legunt: Collū tuū in monilibus, iā vero margaritę & vniones inseri & apponi solent aureis monilibus. Si ergo in monilibus collocatur sponsæ collū. i. illius obediētia, & submissio, fit cōsequens vt ea sit gemma, quæ aureo inseritur, & includitur monili quod si monilia prętiosis gēmis adornata potius ornant, quam onerāt, audi Ambros. ser. 3. in Ps. 118. vbi prædicta verba sic explicat. Portare iugū Christi suaue est, si ornamenta putas ceruicis tuæ, nō onera. Erige ceruicē, redimicula, nō vincula geris, &c. Prosequitur hoc ipsum Ambros. epist. 20 in ea benedictione quam caligās corporeis oculis Isaac, sed mētis acie perspicax concessit seniori filio, vt iuniori obedientiam in typo Christi profiteretur. sic vero habet. Deniq; Isaac filio suo petēti benedictionē ait: *Seruies fratri tuo*: erit autē cū deposueris, & solueris iugū illius à collo tuo. Quomodo istud cōuenit, vt seruiat cū soluerit iugū fratris à collo suo, nisi distantiam ita seruitutis intelligamus? Contulit igitur benedictionē pater impigro, & fideli filio, sed quia pater erat seruauit seniori filio benedictionem, vt eū seruum faceret fratris sui, non quo famiiam suam degeneri vellet seruituti addicere, sed quia is, qui regere se non potest, & gubernare, seruire debet, & subditus esse prudentiori, vt eius regatur consilio, ne sua stultitia præcipitetur, & labatur temeritate. Pro benedictione igitur huiusmodi confertur seruitus. Denique inter bona annumeratur, inter collatā terræ vbertatē, & rorē cæli. Sed tūc erit istud, cū deposueris iugum eius à collo tuo, vt volūtariæ seruitutis mercedem habeas, nō iniuriā subeas necessitatis. In honora huiusmodi seruitus quę necessitate cogitur, honorata autē, quæ pietate defertur. Vnde Apostolus: *Si volens hoc ago, mercedem habeo*, si inuitus dispēsatio mihi credita est, melius vtique mercedis præmiū quā dispēsationis obsequiū est. Nos igitur nō contineamur seruitutis iugo, sed charitate spiritus seruiamus, quia dixit Apostolus: *Per charitatē spiritus seruate inuicem.* Sic Ambros. ostendit discrimen inter graue iugum seruitutis, & præclarum monile pretiosis obedientiæ margaritis ornatū. Neque vero hoc in loco est omittendus Bern. ser. 41. in Cant statim in principio cum ait. Solet ornari collū monilib⁹, nō ipsis cōparari: sed hoc illæ faciēt, quib⁹ quia de proprio non inest decor, aliunde vt mendicent

Prou. 6. n. 20.

Cant. 1. n. 10.

Gen. 28. n. 37.

1. Cor. 9. n. 17.

Galat. 5. n. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicent necesse est, vnde se speciosas mentiantur, nam sponsæ collum ita in se ipso formosum, & tam decenter quasi natura formatum est, vt extrinsecus non requirat ornatum. Hoc nempe intelligi voluit, qui minime quide à collo, (vt assolet) pendere monilia, sed ipsum potius esse sicut monilia dixit. Sic Bernard ostendit, ac deducit pulchritudinem obedientis sponsæ, cuius collum sicut monile dicitur, quia pretiosis obedientiæ præceptis, veluti margaritis, adornatur, & refulget. Possetque iure de obediente anima id dici, quod Tertull. de adornata gemmis fœmina lib de habitu mulieb. cap. vlt. breuissimis loculis matrimonium grande profertur: saltus, & insulas tenera ceruix fert, graciles auriũ cutes calendarium expendunt, quod totũ magnas diuitias ostendit, & in ceruicibus, & in auribus fœminarum reperiri, sicut ibi bene ostendit Pamel. & bene quadrat in obedientiæ commendatione, cuius apertissima symbola sunt, & collum, & aures.

Exo. 21. *n.* 6. Quod si gemmæ etiam vt collo circumligentur perforari solent, hoc etiam in vnione, & margarita obedientiæ contemplari licet, si tamen aduertamus cum Pierio Valer. lib. 33. aures obodientiæ symbolum vulgatissimum esse, & haberi, quod notauit Theodoret. quæst. 45. in Exod. ad illa verba cap. 21. vbi auris perforari iubetur seruo recusanti libertatem, & præ amore Domini sui, in ipsius domo, & obedientia remanere eligenti. Sic enim habet: indicat signum illud auditus organo appositum, seruum omnem obedientiam præstare debere. Recte igitur cohæret huiusmodi perforatio cum ea, quę fit in gemmis ad hoc vt collo valeant suspendi, sic enim facilius aptãtur, sic & obedientia perforata signatur, quæ in perforatis auribus designatur.

Quod igitur hæc gemma é superioribus influentijs dependeat, & aperto ore rorem expectet, patet ex eo, quod Hieronymus notauit epist. ad Rustic. ad illa verba Deuter. 6. *Audi Israel, & tace*; quod promptam indicat obedientiã, vt ibi prosequitur, deinde etiam ex eo, quod locuturus Deus Samueli, & rorem suæ doctrinæ aspersurus, prius voluit eum aperto ore prestolantem conspicere. Hinc est quod eum semel, iterum, & tertio vocauit, & illius promptitudinem in audiendo, surgendo, accurrendo, & reuertendo patientiam, veluti examinando probauit, quod totum expendens Gregor. lib. 2. in 1. Reg. cap. 3. ait. Vocans voce, dum Heli putatus est, cognitione latuit, vt ad magistrũ puer curreret, & dum se non fuisse vocatum audiret, deceptus ostenderet in quanto culmine virtutis staret. Puer ergo humiliter homini subiectus, atque obedientiæ ardua arce sublimatus, dum vocatus accessit, iussus redijt: quid aliud nobis exemplo præbuit, nisi altissimæ formam obedientiæ? Vera namque obedientia, nec præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit: quia qui omne vitæ suæ iudicium maiori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi præcipitur, operatur, sed in tanta perfectæ eius conuersationis gloria, vita nostra confunditur. Quis enim sese à murmuratione compesceret, quis ab ira temperaret, si vocatum se bis, & ter audiret, & tamen ex vocantis responso percipere, quia vocatus minime fuisset? Puer Samuel nec vocatus, nec repulsus offenditur, quia vocantis, aut repellentis animum videre voluit, qui in hoc solum gaudere nouerat, quod obediuit: qui obedientiæ bonum exequitur, non iniunctum opus considerare debet, sed fructum. Vocauit ergo Deus puerum, sed voce magistro simili: vnde profecto *1. Reg. 3. n. 8.*

modũ suæ locutionis iudicaret. Causam vocationis tacuit, vt electus puer qua humilitate obedientiæ esset sublimis ostenderet. Ire ad præceptorem pertulit, vt deuotionis suæ munus offerret. Redire ad somni quietem finitur, vt profecto nec ea, quæ sunt minima, contemnamus. Iteratò excitat, vt ostenderet, quia nec imperiorum instantia fatigaret. Per eum qui reprobandus erat, audire quemadmodum debuisset, didicit, vt profecto sciamus quia maiorum imperia tunc etiam veneranda sunt, cum ipsi laudabilem non habent vitam, &c. Deinde ait: *Loquere Domine quia audit seruus tuus.* Dixit loquere, qui vellet semper audire, & nunquam Deus taceret, petit vt loquatur, qui hunc nũquam in internis suis affectibus silere desiderat: loquere, quia eo interni auditus gaudio sibi complacet, quo in exterioribus suis nihil placet. Ecce patens, & aperta concha rorem cælestem expectans, & excipiens quo pretiosa gemma concrescat, & perficiatur. *1. Reg. 3. n. 10.*

Hebr. 11. *n.* 8. Notandus pro hac re venit ille locus Hebr. 11. vbi habetur: *Fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire*, qui maxime declaratur ex illa voce Aug sola est quæ fidei possidet merita obedientia, &c. vbi illud inprimis notandum venit, obedientiam, siue generaliter accipiatur, siue vt distincta virtus obiecto subiecto, & tota ratione ac natura sua, distare à fide: obediunt enim Deo Angeli, obediuit & Christus & tamen fidem minime illi habent, nec Christo cõuenit: est enim proprium fidei, vt ad omnia diuinitus reuelata & ab Ecclesia, seu talia proposita, sese fundat, nulla expectata ratione, deinde ita omnibus reuelatis credit, vt si vni tantum discredat vel etiam minimo, totam fidem supernaturalem amittat, hoc est non eã tantum fidem, quæ respicit particularem rem cui discredit, sed & eam quæ cæteras respicit, quibus adhuc videtur credere, illis enim credit nõ iam supernaturali fide, vt videre est apud Theologos cum D. Thom. 2. 2. q. 1. art 1. Hæc igitur est ratio, cur fide dicatur Abraham obedire, quia similiter sese habet obedientia quo ad vim eam, quę illi inest excellẽtissima deducendi homines in vitam aternã expressam á Christo Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Iam ergo non ingredietur, si vnum transgreditur, vnde Iacobus in c. 2. *Quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus, qui enim dixit, non machaberis, dixit & non furaberis.* Et Ezech. in cap. 1. de pennis animalium, id est virtutibus ait: *Iunctæ erant pennæ eorum alterius ad alterum*, & Moyses Exod. 14. dixit: *Cuncti greges pergent nobiscum.* Debet igitur perfectus obediens omnibus á Deo sibi iunctis satisfacere, nulli vero refragari, aut dissentiri, & cum os aperiat, & aures animi ad excipienda præcepta nullo modo debet os aperire, vllumue proferre verbum contra id quod illi á Deo, ipsiusue vicẽ gerente, iniũgitur, aut præcipitur, quod dixit Dauid Ps. 61. *Veruntamen Deo subiecta est anima mea*, vbi in Hebr. habetur: *Deo tacet anima mea*, enimvero is, qui perfecte Deo subijcitur, & obtemperat, etiam si hiante, & sitiente ore præstoletur quidquid Deus illi præcipit contra eatamen, eumue, qui præcipit, nec verbũ profert, nec os aperit, sed mutus obtẽperat, ideoque Dauid hac de re loquẽs dixit Psal. 36. *Subditus esto Domino, & ora eum*, vbi in Hebr. est: *quiesce Domino*, quod D. Hieronymus legit: tace Domino, id est, nihil obloquaris, aut musites contra ea, quę Deus præcipit. Hinc est quod obedientia per taciturnitatem explicatur, sicut videre est Isai. 43. *Sede tacens in tenebris filia Babylonis*, vbi in Hebr. est: *sede subiecta:*

Matt. 19. n. 17. *Iacob. 2. n. 10.* *Ezec. 1. n. 9.* *Exo. 14. n. 26.* *Psal. 61. n. 6.* *Psal. 36. n. 7.* *Isai. 47. n. 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille siquidem vere subiicitur, qui tacet ad ea omnia, quæ illi per præceptum imponuntur. Vnde Basil. de inst. monach. serm. 12. dixit Perfecta, veraque obedientia in eo cernitur, si quis ex eius consilio (s. superioris, ac Dei) non à rebus modo flagitiosis abstineat, sed siue ea quidem, quæ laudabilia sunt sine sententia illius minime faciat.

Illudque mihi obseruandum, quod cum obedientia nullam vocem emittat, cum vocatur, aut illi aliquid præcipitur, vocem tamen censentur habere ea ipsa quæ voce carent, vt obedienti aure suscipiat & auscultet. Nō vocali aliquo signo, sed columna ignis, & nubis præeunte, populum direxit Dominus per desertum in promissam terram: posset equidem Angelus qui columnam deferebat populū euocare, deducere, & sistere facere vocaliter, sed talem ductorem prouidit Deus populo suo iter facienti, cui sine voce obediret, quem sine ore audiret, & ad nutum tantummodo pareret. Quod si quis obijciat in sacro textu haberi. *Ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum*, id intelligendum est, sicut docet Abulensis. ibi q. 46. non quasi per imperium voce aliqua intimatum surgerent, aut consisterent, sed per motum tantummodo, aut quietem nubis, vnde & Caietan. ait. Non aliud significatur imperium, quam ascensus nubis significans proficiscendum esse, &c. Sed illi, qui tam prompto animo Deo per mutum internuntium parebant, sic surgebant, ac manebant, ac si illa nubes voces emitteret, & clamaret.

Osæ. 1. n. 3. Videndus hac de re Oseas cap. 1. dū paruit Deo præcipiēti, & accepit Gomer filiam Debelaim, quantu muis turpis esset, & prophetæ indigna vxor, famæ penitus, & dignitatis suæ oblitus, ad rumores hominum surdus solum Deum audit, vnicum decus suū putans Deo obtemperare. Vnde & quasi parum esset voluntate obedire, intellectu etiam (quod omnium maximum est) Deo subditur, eumque in obsequium Dei captiuat, enim vero deliberando minime moratur, nō cogitat quid personam suam deceat, sed cæca quadam obedientia, imo & ob id magis oculata, honestum, decorūque esse credit quidquid Deus præcipit, neque pueritiam obijcit, sicut Hieremias: neque recusat sicut Ezech. dum dixit: *Morticinium, & laceratum à bestijs non comedi ab infantia mea*, neque vt Petrus ait: *Nunquam manducaui omne commune, & immundum:* perfecta namque obedientia indiscreta omnino est, sicut dixit Bernardus ad fratres de mōte Dei, cum tamen prudentissima sit: hoc est, inquit ille, non discernit, quid, vel quare præcipiatur, sed ad hoc tantum nititur, vt fideliter, & humiliter fiat quod à maiore præcipitur, &c.

Ezec. 4. n. 14. Act. 10. n. 14.

Nū. 22. n. 6. Iussit olim Balac ad Balam vt veniret ad se, & malediceret populum Israel. Surrexit ille, & consuluit Dominum, qui præcepit illi ne pergeret ad Balac. Iterum vero ab eodem Rege Balac vocatus contra præceptum Domini instituit, & secundo quæsiuit ab eo, vtrum nam deberet proficisci, & dixit illi Deus: *Surge, & vade cum eis.* De hac ergo secunda interrogatione sic ait Theod. ibi q. 41. Quare cum prohibuisset illum ire (s. Deus) rursum abire iussit? Desiderio promissarum pecuniarum captus denuo rogauit, an sibi cum his, qui missi fuerant abeundum esset, existimans Dominum Deum pœnitere potuisse. itaque permisit abire. Sic ille exponit Dei permissionem, & illius rationem, Ex quo facto, ait Caietanus, ibi apparet quod cupiebat Balam morem gerere Regi, & quia ad hoc pronus ibat, cum potius deberet Deo obedire, quā pecuniæ, proindeque nihil amplius

Deo dicere, vera enim obedientia sic voci imo nutui Dei obedit, vt nihil prorsus respondeat. Occurrit illi Angelus euaginatum habens gladium, imo sicut notauit Origines ibi hom. 13. eum interficeret, nisi asina declinasset, sic enim Deus punire solet eos qui & si tandem obediant, post iniunctum præceptum aliquid obloquuntur. Fortasis, & hic locus aperit illum Exod. quando Deus *occurrit Moysi in itinere, & volebat occidere eum*, per Angelum. s. qui in persona Dei occurrit, sicut notarūt Diod. Tarsens. & Theod. qui indicant, Angelum apparuisse Moysi districto gladio, & minitabundum ei mortem similiter, atque Balā asinæ insidenti obstitisse, imo, vt aliqui volunt: Moyses grauissimo quodam, & læthali genere morbi percussus fuit ab Angelo, atque ob eam causam non ille, vt conueniens erat, sed eius vxor operata est circunciſionem. Inquirendum igitur restat, cur Angelus Moysen voluerit occidere? D. Augustinus existimat, Moysen parū fideliter, & sedulo fecisse, dum tanta functurus legatione secū duxit vxorē, & filios, oneri procul dubio, & impedimento futuros tanto negotio peragendo. Citans itaque D. Aug. ser. 86. de temp. illa verba Exod. *Tulit Moyses vxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum, & reuersus est in Ægyptum*, & illa alia verba: *Occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum*, subdit. Forsan ex hoc loco possumus intelligere, quod displicuerit Deo, quod Moyses tanta facturus mirabilia, vxoris impedimentum secum ducere voluerit. Vnde datur intelligi, quod ex illo loco remiserit vxorem ad socerum, quā tamen ille postea ad Moysen in deserto versantem reduxit. Similia habet. q. 12. in Exod. vbi asserit quorūdam sententiam esse ob id Angelum territisse ne ad impedimentum ministerij, quod diuinitus impositum

Exo. 14. n. 24.

Exod. 4. n. 20.

Supra. n. 24.

Moyses grebat, fæmineus sexus comitaretur. Sic ille. Eusebius vero Emissenus, & Cæsarienſ. aiunt Moysen ducendo secum vxorem, & filios in Ægyptum suspicionem afferre potuisse, non omnino se credere, aut sperare Hebræos liberatum iri seruitute Ægyptiorum, & profecturos fore in terram promissam, si enim hoc putasset, & pro certo habuisset quid opus erat vxorem, & filios secum ducere in Ægyptum? Expeditius namque, & commodius erat relinquere eos in terra Madian apud socerum, vt in itinere, quod illac facturus erat, postea eos acciperet: Dei enim iussu ducturus erat Hebræos ad montem Horeb, cui vicina est terra Madian. Dion. Et Theod. tradunt causam, cur Moysen Deus occidere voluerit, fuisse quod cum Moyses valde timuerit Pharaonem, & Ægyptios, multumque de incredulitate populi Hebræi dubitaret, timide, diffidenterque iussa Dei executurus proficiscebatur in Ægyptū, quapropter voluit Deus maiori aliquo timore, sicut clauus clauo truditur, timorem illum extrahere. Alij cum communiori sententia dicunt causam fuisse, quod filium suum quo tempore oportebat, non circuncidisset. Ita Hebræorum doctissimus R. Dauid Kimhi, & Isidorus Pelusiot. Rupert. Lyran. Abul. Caiet. Perer. & multo ante omnes Tertull.

Nouissima explicatio sit ad rem de qua nobis institutus est sermo, quod si similis fuit apparitio, & commination angeli facta Moysi, & Balamo, similis eorundem extitit & culpa, ea vero videtur, quod iussus Moyses à Domino ire in Ægyptū vt liberaret populum suum, semel, iterū & tertio respondit, institit, & recusauit sibi à Deo munus iniunctum, tandemque viam arripiens non tam firmo animo Deo in omnibus obsequendi, cum dixit socero suo *Vadam, & reuertar ad*

Exod. 4. n. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fratres meos in Ægyptum, vt videam si adhuc viuant: Iam vero qui voci Dei respondet, & vocem habet vt quid deinceps proferat, summè displicet præcipienti Deo, nec obedientiæ margaritum in animo suo nutriet, quod ex rore & verbo Dei decidente generatur, & conflatur, debet siquidem velut mortuus tacere, at vt viuus obedire, imo & si contra præceptum sibi aliquid videat á Deo imperari, omnino silere.

Vnius, & alterius rei nobis proponit exemplum Ambros. Orat. de fide resurrectionis, prioris quidē in Lazaro, posterioris in Abrahamo filium offerente contra oraculum de posteritate ab illo suscipienda, quem occidere, & succidere iubebatur. Sic ergo ait Ambros. ad illa verba: *Lazare veni foras.* Audiuit defunctus, & *Exiuit foras de monumento ligatus pedes, & manus institis, & facies eius orario colligata erat.* Comprehende si potes quemadmodū clausis oculis iter carpat; vinctis pedibus gradum dirigat, inseparabili gressu, separabili progressu; manebāt vincula, nec tenebant, tegebantur oculi, sed videbant. Videbat deniq; qui resurgebat, & ambulabat, qui deferebat sepulchrum. Virtute enim diuinæ præceptionis operante, natura suum non requirebat officium, & tanquam in excessu posita non iam suo ordine, sed diuino nutui seruiebat. Rumpebantur prius mortis, quam sepulturę vincula; agebatur, priusquam parabatur incessus. Si miraris hæc, disce qui imperauit, tunc mirari desines. Et paulo post loquens de obediente Abrahamo ait: dum filium ex diuino præcepto offert: quem sero susceperat, cito obtulit, nec paterni nominis appellatione reuocatur, cum ille patrem vocaret, hic filium: cara quidem nominum pignora, sed amabiliora præcepta, & properabat obsequium, etiam cum audiret oraculum. Obtulit quidem filiū pater, sed Deus non sanguine, sed pietate placatur. Quem pro homine demonstrauit in ligno, vt filium patri redderet, nec periret hostia Sacerdoti. Itaque nec Abraham cruentatus parricidio, nec Deus sacrificio fraudatus est. Sic ille, cui suffragatur Bernard. ser. de virtute obedientiæ, & de gradibus eius cum ait. Sternit asinum, ligna componit, ignē accēdit, eximit gladium, non á Deo quærit, quare? Nō murmurat, non conqueritur, non saltem vultum doloris ostendit, sed omnium, quæ præcipiuntur, gnarus, in mortem filij pia crudelitate festinat. Similia habet Chrysost. hom. 28. ad populum, vbi de eodem Abrahamo ait. Nihil iste iustus cogitauit ebrius desiderio, nihil enim aliud intuebatur, nisi quomodo mandatum impleret, &c.

Ostendit hoc præ omnibus passiuum illud, *fiat*, beatissimæ Virginis matris, quod prōptum, paratumque animum denotat ad obsequendum, ita vt nihil prorsus voluntatis, aut actionis videatur habere, imo totus ad obsequendum, & patiendum sit pronus, nam sicut dixit Basilius hom. 26. de mart. Mamāte ad illa verba Christi Seruatoris: *Oues meæ vocem meam audiunt.* Audiunt, non disputant, hoc est, non sunt inobedientes, non contendunt, imo sicut gemmæ auribus fœminarum appenduntur, ita & obedientiæ vniones vniuntur maxime auditui, vt idem prorsus sit audire præcepta, & eis obedire. Vnde teste Lypomano verbum, *Samaa*, & audire significat, & obedire, etenim in vero obediente inter audire, & obedire nihil interest, vnde in Exodo dicitur, *Omnia quæ locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes.* Alia litera habet, *Faciemus, audiemus.* Caiet. vero iuxta Hebraicum dicit, *audiemus*, at vero nostra vulgata expositi, vt solet, verbū illud, *audiemus*, per illud s. *faciemus*,

Gen.22. n.2. *Gen.18. n.10.* *Ioan.11. n.23.* *Luc.1. n.38.* *Ioan.10. n.16.* *Exo.24. n.7.*

nam

nam opera sapientis, sicut dixit Philo nihil differunt á diuinis eloquijs, & aures vere obedientium adornantur gemmis obedientię: Qua de re videndus Bernard. ser. de obedientia vbi ait. Audi quid Dominus de simplici populo protestetur. *In auditu auris obediuit mihi*, vt videlicet ostenderit vno, eodemque momento processisse, & imperantis imperium, & obsequium obedientis.

Psal.17. n.45.

Videndus idē Bern. ser. de S. Martino, vbi obedientiā sanctorū Angelorū prosequitur, dum in nostrum ministerium, tanta illorum nobilitate veluti indignum mittuntur; ait enim ipsos spiritus tam sublimes audi *omnes esse administratorios, & in ministeriū missi dignantissimum*, vt ne indignum dicā: minime tamen puto reperies in scripturis aliquando quenquam illorū, vel contradixisse mittenti, vel erga ipsos tam inferiores se, propter quos in ministerium mittebantur, saltem tenuiter fuisse commotū, & exempla sunt obedientiæ, si diligenter attendas eos, sane acceptabiliora, quo in materia digniori, quanto enim, & nobilior est, qui iubetur, & ignobilius quod præcipitur tanto dignior, & illustrior obedientia, nobilitatem enim suam ab ignobili subiecto participat, & pulchritudinem ab auditione, & tacitur nitate.

Hebr.1. n.14.

Læuor in gemma tersa quædam pollitura est absque tumore, aut scabritie, & denotat morigeram animā & subiectam, absque difficultate, impedimentoue vllo se se mouente ad ea, quæ illi iniungūtur. Summus olim Sacerdos toto corpore pretiosis, & elegantibus vestibus indutus, solis pedibus discalceatis, sanctuarium ingrediebatur; cuius rei rationem affert. Greg. Nyssen de vita Moysis vbi ait. Induto, vestitoque, Sacerdoti nudum calceamentum imponitur, ne tardior ad currēdum sit, aut vix mobilis pedes secum attrahens animalium mortuorū, nam impedimento calcei fuerunt Moysi cum ad ardentem rubū accederet &c. Iungendaque sunt hoc loco quę habet Dionysius Areop. de cælesti Hierarch. c. 15. ponderat enim cur sancti Angeli, & alati, & discalceati pingantur. Pennatos, inquit, sanctorū Angelorum pedes Theologia finxit, penna enim declarat celeritatem, nuditas vero, & calceorum priuatio id, quod solutum, ac liberum &c. Ad hoc igitur denotandum discalceatus proponebatur summus sacerdos, tanquam celer & expeditus ad exequenda prę cepta Dei. In cuius confirmationem videndus Bernard. ser. de virt. obed. & de grad eius ad med. vbi ait. *Velociter currit sermo Dei*, & velocē desiderat sequentem. Vides cum quanta velocitate currit ille, qui dicit. *Viam mandatorum tuorum cucurri.* Fidelis obediens nescit moras, fugit crastinū, ignorat tarditatem, præcipientē, parat oculos visui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes; totumque se colligit, vt imperantis colligat voluntatem &c.

Exod.3 *Psal.147. n.4.* *Psal.118. n.32.*

Vide Dominum festinanter præcipientem, & hominē festinanter obedientem. *Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere; & festinanter descendit, & excepit eum gaudens.* Animaduertisti quia, & festināter descenderit, & gaudēter exceperit. Audisti obedientiā: audi & obediētiæ remunerationē: *Quia salus huic domui facta est.* Nōne legisti quod filijs Israel præcipitur vt *Agnum comedant festināter?* Festinanter quippe veri Agni comestio signatur implenda, quia verba illa, quæ per legem dedit, quæ per semetipsum præbens exhibuit, quæ per ecclesię præpositos tradenda reliquit, veloci sunt obedientia consummāda. Et tu ergo cum voluntatem cordi, simplicitatē operi, hilaritatem vultui coniunxeris; adde velocitatem, vt sis

Luc.19. n.5. *Exod.12. n.11.*

Exod.28

iuxta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacob.1. n.19.

iuxta Apostolũ Iacobum, *Velox ad audiendum, & ad implendum velocior* Sic Bernard cit. loco.

Ezec.1. n.14.

Hinc est quod de obedientibus Dei ministris quos Seraphinos vocat Ezechiel, dixit volasse instar fulguris coruscantis. *Animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis*; hoc enim videtur dixisse Propheta, vt incredibilem obedientiæ celeritatem in exequendis diuinis mãdatis denotaret; licet enim fulgura celeriter accendantur, semper tamen aliqua temporis mora interponitur, qua ignis posit materiã superare, & inflãmare, at coruscare possunt vno, eodemque temporis puncto per vniuersam aeris regionem. Parum igitur visum est prophetæ ad denotandã seraphinorũ obedientiam, si diceret eos instar fulgurum procedere, nisi insuper addidisset, particulam coruscantis, vt sic exponeret velocitatẽ, qua illico perueniunt, quó mittuntur, nihil enim intercedit inter missionem, & executionem, ac obedientiam.

4 e.Rg.4 n.29

Notãdus hic venit locus ille cuius iã superius meminimus, quando Eliseus misit Giezi ad suscitãdũ filiũ Sunamitidis, voluit enim propheta pretium hospitij matri soluere quamcitissime restituto filio mortuo, sicut notauit Ambros. lib. de Abraham c. 5. ad med. vbi ita habet. Eliseus defuncti pignoris resuscitatione donata, resoluit hospitij pensionem, misit ergo Giezi, qui baculum deferret Domini, & præceptoris sui, & dixit illi: *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade, si occurrerit tibi homo, nõ salutes eum, & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi*, quod Lyranus sic explicat. Non commisceas cum eo verba te ab itinere impedientia, & per talem modum loquitur Saluator. *Neminem per viam salutaueritis.* Clarius vero ad nostrum institutũ dixit Ambros. lib de 42. mansionibus filiorum Israel.

Luc.10. .4.

Opus Dei præproperam etiã festinationẽ exigit: *Maledictus*, inquit propheta, *qui facit opus Dei negligenter*, & lib 7. in Luc. c. 10. ait. Eliseus seruo mandauit ne per viam aliquem salutaret festinatò enim iubebat contendere, ne cõfabulatione alicuius obuij mãdato deflecteretur è munere. Ergo non salutationis officium aufertur, sed obstaculum impediendę deuotionis aboletur, vt quando diuina mandantur, paulisper sequestrentur humana. Pulchra est salutatio, sed eo pulchrior, quo præceptorũ maturior executio diuinorum, quæ per moram sæpe traxit offensam. Ideo autem, & honesta prohibentur, ne solẽnis gratia obrepat officij, & impediat ministeriũ, cui mora culpa sit. Sic ille, quibus habet similia Aug. ser 42. de sanctis, & ser. 206. vbi citata verba Christi sic explicat. Hoc ita dixit. *Neminem per viam salutaueritis*, tanquam diceret, omnia permittatis, dum quod iniunctum est, peragatis. Plura habet Gregor. hom. 17. in Euang. & Euthym. ad dictum c. 10. Luc.

Ierem.48. n.10.

Erat Niniue ciuitas magna, itinere triũ dierum, Ionæ 3. Vbi Hebraica veritas habet: Erat Niniue ciuitas magna Deo. Chald. vero, Erat Niniue ciuitas magna coram Domino. i. vastissima, sic enim dictũ Hebraismum explicãt grauiores interpretes Pagnin. Brix. & Vatabl. de cuius magnitudine præter id, quod scriptura habet, eã .s. triũ dierũ spatio vix quemquã posse perambulare; qua de re videndus Strabo lib. 2. suæ geographiæ pag. 171. & lib. 16 pag. 534. M. Anton. Moret. variar. lec. 6. c. 17, accuratius Diodorus Siculus lib. 1 & 3. qui describens eam asserit constare ex stadijs 480. id est, 60. milliarijs, quæ quindecim perficiunt leucas Lusitanas in ambitu, longitudinem vero fuisse 140. stadiorum, id est, quatuor leucarum cum dimidia. Latitudinem vero 90. stadiorum, id est, trium leucarum sex stadijs minus. Sunt qui velint eam per ambitum habuisse viginti leucas Hispanas attamen satis, superque erat ea magnitudo, quam docuit Diodor. Siculus, vt peragrari vix posset trium dierum spatio ab homine prædicante per vicos, plateas, & fora, vt satis credendus sit fecisse is, qui singulis diebus peragrasset quinque prædicãdo, & clamando ob deflexus viarum. Hoc posito dubiũ est. Vtrum cæperit Ionas prima die, qua ingressus est vrbem in primis tãtum quinque leucis quæ statim occurrunt ingredienti vrbem prædicare, quæ tertia pars erat lõgitudinis vrbis, an vero vniuersam ciuitatem, quæ vix tribus diebus poterat peragrari, vna, & eadem die percurrerit? Scio hac in re probabiliorẽ, & accomodatiorem esse expositionẽ, quam Hieron. 2. loco affert; quod .s. in tertia tantũ parte vrbis Ionas prima die prædicauerit, & inde ad reliquos confestim prędicationis verbũ veluti per internuntios peruenerit. Verum illa nobis inseruit pro præsenti instituto, quam idem Hieronym. præter Theophyl affert, quod Ionas præcepti memor, & superioris naufragij nõ oblitus, viã triũ dierũ, vnius diei festinatione, cõpleuit, enim vero si timor pedibus alas addit; & alatã vidimus obediẽtiã, vt quãcitissime iussa cõpleat, vnde tã velox cucurrit Propheta.

Ionæ. 3. n.3.

Luc. 3. 2.2.

Luc. in c. 3. dicitur *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto:* nõ aperit tamẽ sacer tex. quod iam verbum fuerit Ioãni intimatũ? Cęteroqui subditur & venit in omnẽ regionem Iordanis: fortasis ita disponente, & dictante diuino spiritu, vt tam promptam in Ioanne nobis describeret obedientiam, qui etiam antequam sermo Dei ad illum factus compleretur, ipse iam properauerit, & venerit ad ripas Iordanis, quò præcipiebatur venire.

Nouerat hanc in obtẽperando diligentiam sanctus Abraham, qui licet nocte cõsurgens properauerit ad locũ sacrificij, quo ire præceperat Deus, quia tamen, & senili grauitate, & comitatus impedimento aliquantulum, & plusquã in votis habebat, detinebatur, oculis accelerauit, & præuenit quãcitissime ad locũ peruenire, quó pedibus pro voluntate non poterat, sic enim habet sacer tex. *Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul*, vbi Ambrosius lib. 1. de Abraham ait: Solicite explorat qui properat implere, quanuis senilem studio accelerat gradum, tamen hoc serum putãs, præcedebat oculis. Vigebant singulorum officia membrorum, licet senilia mẽbra non possent vigere. Solet hebetari visus senum, vt etiam propinqua non facile conspiciant; hic non solũ vidit locum, sed etiam longe positus aspexit. Sic ille ostendit, quomodo visu præuenerit Abraham pedes quibus non poterat tam celeriter ad optatum, ac præceptum locum peruenire; visuque, & animo velociter accesserit, quia tarde videbatur illi corpore accedere. Videndus Cyrillus de incarnat. vnig c. 13. vbi loquens de Seraphinis, qui erant in arca, *versis vultibus in propitiatorium*, ait. Conuersa in propitiatorium, & penè nutui Dominico oculum intendentia, ad Dei enim voluntatem tantum respicit sancta multitudo. Sic ille describit perfectã obediẽtiã, quæ maxime cernitur in eo, quod attentis oculis præueniat etiã Dei iussa, vel saltẽ paratã se exhibeat, & promptam ad exequendum se ostentet.

Gen.22. n.4.

Exo. 25. n.20.

Hoc etiam docuit Ambrosius ser. 14. in Psalm. 118. ibi *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine*, vbi põderat Deũ dixisse apud Isai. *Quem mittam, & quis ibit nobis?* Et Isai respondentem: *Ecce ego mitte me.* Inquirit ergo. Cur Deus vniuersorum Dominus non illico iussit

Isai.6. n.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

serit Prophetam, nec suo dominio vsus fuerit, sed expectauerit vt Prophe-
ta se Deo obtulerit Vtique, ait seruu
lo suo poterat imperare, quē dignum,
qui mitteretur, inuenerat. sed maluit
cum spōtaneę oblationis nō fraudare
mercede, qui, vt ipse se offerret præsto
latus est, & quanuis eius sciret affectū
expectavit tamen vocē, vt cumularet
gratiam. Sic Ambros cui necessario
addēdus Bernard. ser. de S. Martino
prope finem, quando moribundus sese
obtulit Deo, ne vicinus morti frau
daretur mercede illius obedientiæ, ad
quam vita peruenire non poterat, di-
cens. Domine si adhuc populo tuo
sum necessarius, non recuso laborem.
Ait ergo Bernardus: O vere sanctam
animam! O obedientiam singularem:
bonum certamen certasti, cursum cō
summasti, fidem seruasti, de reliquo
supereſt tibi corona iustitiæ, quā red
det tibi Dominus hodie. Adhuc dicis
non recuso laborem, fiat voluntas tua.
Obtulisti plane Isaac, vnicum illum,
quem diligis, quod in te est, iugulasti:
immolasti singulare gaudium tuū pia
deuotione, paratus redire iterum in
pericula, innouare certamina, denuo
subire laborem, prolongare tentatio-
nem, deinde differri adhuc ab illa tā-
ta felicitate: postremo (quod maxi-
mum est) á Christo tuo peregrinari
diutius, si modo ipse voluisset. Nec
sane dubium, quin ampliorem gratiā
mereatur qui paratum se exhibet etiā
ante mandatum, quam qui obedire
satagit post mandatum. Magna quidē
obedientia vestra sancti Angeli, sed
quod dicere audeam, pace vestra, nes-
cio, an inueniatur in vobis quisquam
paratus in tale aliquando ministeriū
mitti in quo necesse habeat non vi-
dere faciem Patris Magnum es Petre
quod Dominum secuturus omnia re
liquisti, sed audiui te in monte dicē-
tē: *Bonum est nos hic esse.* Non est hoc: si
adhuc populo tuo sum necessarius.

Matt. 14.

Paratum cor tuum Martine, siue ma-
nere in corpore, siue dissolui, & esse
cum Christo. id quidē longe amplius
per omnem animum, viuere quoque
non renuis. In quo enim alio non o-
bedire potuerat, qui in hoc tanto ar-
ticulo tam deuote clamabat. Fiat vo-
luntas tua. Videndus idem Bernard.
serm. 62. in Cantic. vbi docet nullate-
nus scrutanda diuina præcepta, sed
captiuandum intellectum, & offerē-
dam voluntatem. Sufficit nobis scire,
quia sic Deus voluit, & hæc est bona
scrutatio, sicut altera quæuis mala:
formidolosa scrutatio maiestatis, at
voluntatis tam tuta, quam pia. Qua
de re videndus Hieron. tom. 1. epist ad
Rust. de forma bene viuendi, & tom.
4. in Reg. Monach. c. 10. vbi de anti
quis subditis sic ait. Subditi antea co-
nabantur iussa implere, quam forent
emissa, & quibusdam quodammodo
indicijs nitebantur prophetare de vo-
luntate mandantis. Et Gregor. lib. 2.
in lib. Reg c. 4. ait. Vera obedientia
neque præceptorum intentionē dis
cutit, nec præcepta discernit, nescit
iudicare quisquis perfecte didicit o-
bedire, præceptum in hoc pensari de-
bet, quod maioris est. Videndus item
Bernardus serm. de cōuers. Pauli, vbi
ponderat id, quod ille dixit: *Quid me vis facere?* O verbum breue, inquit
Bernardus, sed efficax, sed dignū om
ni acceptione, quam pauci inueniū-
tur in hac perfecta obedientiæ forma,
qui suam ita abiecerint voluntatem,
vt neque cor ipsum proprium habeāt,
quod etiam dixit Cassian. lib. 4. de
instit. cænob. Cum veros obedientes
crucifixos appellat, qui enim crucifi-
xus est neque ambulat quò vult, ne-
que facit quod vult, sed ab alio mo
ueatur necesse est.

Act. 9. n. 6.

Probatus in vnione color est ex
Plinio exaluminatus candor absque
vlla obscuritatis nubecula, sed summa
puritas, ac splendor, quod melius dixit

Bernard. in rem nostram dicto serm.
de obed. his verbis. Tertius gradus est
hilarite obedire; serenitas in vultu,
dulcedo in sermonibus, multū colo-
rant obedientiā obsequentis. Vnde &
Gentilis ille Poeta ait sic. Super om-
nia vultus accessere boni: quis enim
locus obedientiæ vbi tristitiæ cernitur
ægritudo? Ostendunt plerūque volū-
tatē animi signa exteriora, & difficile
est vt vultū nō mutēt qui mutāt vo-
luntatem: nubilosa corporis compo-
sitio. & facies tenebris obfuscata, tri-
stitiæ deuotionem recessisse signifi-
cant. Respice Dauid ante arcā Do-
mini hilariter psaltantem, & quam sa-
pienter superbientis fœminæ repri
mit indignationem. *Ludam*, inquit, *&*
vilior ero in conspectu Domini. Cernis i
gitur quam necessaria, & conueniens
sit hilaritas in obedientiæ executio-
ne? Quis imperat libenter tristitiam
edanti? Si vis ergo perfectus esse hi
lariter, & cū magna vultus alacritate
suscipe iubētis imperiū, vt voluntati
cordis, simplicitati operis, vultis hila
ritatem adiungas. Sic Bernard.

2. Reg 6 n. 42.

Quod si pulchritudinem huius gē
mæ velis conspicere? Audi Salomo
nem in illius commendationē, nā vbi
nos habemus Cant 7. *Quā pulchra, &*
quam decora, paraphrasis Chald. habet
Quā pulcher es coetus Israel tēpore quo ti
portas super te iugū regni mei, quę verba
summā denotāt pulchritudinē in sub-
iectione colli ad portandū iugū obe-
dientiæ, & quia res magnę potius pē-
sari quam eloqui possunt, quia tanta
obedrentiæ lux, & pulchritudo inex
plicabilis prorsus est, ex fœditate in
obedientię veluti ex vmbra illam pos-
sumus indagare, etenim Eusеb. Emiss.
ho n. 2. ad monachos explicans illu.n
locum Isai. *Quare ieiunauimus, & non*
aspexisti, humiliauimus animas nostras, &
nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur
voluntas vestra, quę verba ad inobediē-
tes detorquens ait. Videmus per ino-

Cant. 7. n. 6.

Isai 58. n. 3.

bedientiam animarū, opera nō respi-
ci, ieiunia nō audiri, vota non suscipi.
Ire post voluntates propriastā perni
ciosum est, vt hoc Dominus iam post
modum iratus pro damnatione pec-
cati irroget dicens: *Dimisi illos secundū*
desideria cordis illorum. Obedientia in
iunioribus adhuc necessitas, in senio-
ribus vero dignitas. Sic Eusеb. inobe-
dientes describit, qui etiam figurātur
in eo quod Plin. cit. dixit, conchas. s.
aliquando abortiri speciē quandā in-
flatā sine corpore, quā vocāt physem
mata qua de re cit. Eusеb. ita ait Euē-
nit huiusmodi animabus quod do
mui quæ supra arenam ædificata est,
hæc enim parabola maxime ab ino-
bedientes respici; omnis qui audit ver-
ba hęc, & non facit ea, *Similabitur vi-*
ro stulto qui ædificauit domum suam supra
arenam, venerunt flumina, &c. Cum in
fluxerint stillicidia passionum, cum
flauerint venti illi, vtique qui in ae-
re isto volitant parati ad Christi a
ream ventilandum, sicuti inuene
rint paleas, quas ad ludibrium suum
rapiant, atque dispergant, tunc ir
ruent in domum illam, qnæ sine o-
bedientiæ fundamento ædificata est,
& fiet ruina illius magna. Aues ipsę
diligunt nidos suos, amant feræ lo-
ca in quibus nutritæ sunt, amant cu-
bilia, & pascua, & tu intellectu prę-
ditus ita sensu alienus effic eris, vt
præferas Dei beneficijs voluntates
vel intentiones tuas. Hęc Eusebius
contra inobedientes quorū inflatio
nem externam sine veritate bene de-
ducit, ex eo quod cælestem rorē non
percipiunt, nec in vtilitatē animę cō
uertunt, ideoque illis dicitur, *Audiunt*
verba, & non faciunt.

Psal. 20. n. 3.

Matth. 7. n. 27.

Fecit quidē *Saul holocausta Domino &*
pacifica, & vt patet hęc non obtulit si
altari, vt tum temporis vsitatum e
rat, & tamen in sacro textu dicitur:
Ædificauit Saul altare Domino, tunc que
primum cępit ædificare altare Domino Cur

1 Reg. 13 n. 9.

Sup. c. 14 n. 35.

Universidad de Deusto
Biblioteca

igitur hoc secundo loco dicitur primo constructum altare cum iam superius constet á Saule fuisse ædificatum, quod etiam aduertit Lyran. & Hieron. ibi in quæst: Hæbr. dicens: ædificasse antea legitur altare Domino? Huic quæstioni respondet Hugo Card. & Glossa. Et habetur 3. q. 3 c. Sacerdos, quæ sic habet: Ædificauit altare Domino, quia obedienter, & recte. Superius vero cum increpatus est à Samuele nõ dicitur ædificasse Domino, quia inobedienter ædificauit. Vbi vides altare contra obedientiam Deo debitam fabricatum sic reputari ac si non fuisset, ea enim, quæ inobedienter operantur, etiamsi in obsequium Dei videantur cedere, externam tantum speciem, & fallacem apparentiam continent, corpore vero, & rei veritate prorsus carent, sicut physemmata illa, vel potius falsæ gẽmæ, & abortiuæ.

Libet etiam hoc in loco meminisse inobedientes illos, qui vel reuerentia ducti, vel pudore humili adacti, vel gratitudinis vi compulsi se non tam promptos diuinis præceptis exhibuerunt, ita tamen, vt dũ se contrahũt, vel humilitate, vel pudore, vel gratitudine in illustriores euadunt gemmas veræ aliàs obedientiæ. Petrũ igitur ab honore se excusantẽ cũ Dominus veluti seruus illi vellet pedes lauare, vocat ibi Cyrillus reuerenter obedientem, neque ipse omnino recusauit, vt iterũ iubenti Domino statim non cederet, sed dixit: *Domine tu mihi lauas pedes?* Vbi Rupert. ait: Tu, quem confessus sum Christum Filium Dei viui, Rex Regum, Dominus dominãtium, vestimenta tua posuisti, aquam infudisti, vt pedes mihi laues cæno procumbens? Expauit de Domino, & magistro suo magna, de se vero humilia sentiẽs, siquidem adhuc nõ plene cognouerat magistri sui disciplinam. f. quod in schola eius ille maior, qui humilior esset, &c. sed statim vbi audiuit dicentem Dominum: *Si non lauero te, non habebis partem mecum*; vide apertã concham, vt obedientiæ gemma non iam rore tantum cælesti, sed aqua etiam missa in peluim, tota perfunderetur, & in illustrẽ, ac perfectã magnitudinẽ euaderet, nam dicit ei Simon Petrus. *Domine non tãtum pedes meos, sed & manus, & caput.* Vbi Rupertus acute aduertit Simonis nomen, quod obedientem significat, sic vero habet. Hoc obedienter, secundum nomen suum bene locutus est Simon, Simon namque interpretatur obediens. Bene ergo, non vt pauloante dixit Euãgelista: *Dicit ei Petrus*, sed *dicit ei Simon Petrus, &c.* Ille igitur, qui præ reuerẽtia aliquam inobedientiæ speciẽ initio visus est habuisse, in verum tandẽ, & perfectum obedientem sis, potius profecit.

Recusauit item & Hierem. propheticum munus sibi á Deo iniunctum, cum dixit: *Nescio loqui, quia puer ego sum*, & quia hæc detrectatio similis fortasse posset videri illi alteri, quam in Moyse superius reprobauimus. D. Hieronymus hanc præ illa laudat, & nobiliorem, ac pudore decoratam ostendit ibi dicens. Detestatur officium, quod pro ætate non potest sustinere, cadẽ verecundia, qua & Moysis tenuis, & gracilis vocis esse se dicit, sed ille quasi magnæ robustæque ætatis corripitur, huic pueritia datur venia, quę verecundia, & pudore decoratur. Sic Hieron in recusatione prophetæ pulchritudinem obediẽtiæ inuenit, quæ maximo decore perficitur, cum externa verecundia, & pudore interna animi submissi illustratur.

Cæcis illis duobus, quibus Christus seruator visum restituit communatus est dicens: *Videte ne quis sciat*; at ipsi exeuntes statim contra præceptum, beneficium, & salutem euulgarunt. Pollet quis iuxta externam apparentiam inobedientiæ crimen inurere, gratam tamen hanc illorũ inobedientiã asserũt Chrysost. hom. 33. in Matth. Hieron. Beda. & Theophylact. ibi qui omnes illos excusant, ex eo quia non euulgarunt beneficium, tãne obedirent, quam vt gratos se profiterentur, solet autem, & gratitudo simili defectui occurrere, eumque excusare. Vnde Tertull. lib. 4. contra Marci. c. 39. obseruat gratum illum leprosum à Christo sanatum iussum cum alijs Sacerdotes conuenire, minime ad illos peruenisse, neque mun⁹ à lege perscriptũ detulisse, gratũ tamẽ se præbẽdo superiori ratione obediẽtem extitisse Intellexerat, inquit Tertull. veram se Deo omnipotenti oblationem, gratiarum s. actionem, apud verũ templũ, & verũ Pontificem eius Christum facere debere. Sic Tertull. Hi igitur inobedientes, vt maiorem obedientiam profiterentur, aliqua ex parte, vel visi sunt recusare præcepta sibi iniuncta vel se ipsos excusare præ humilitate: sic aliquando contingit ijs, qui vt longius prosiliant retrocedunt, & qui vt altius ascendentes contingant, se prius colligunt, deprimũt, & deijciunt.

Si denique pondus margaritæ huius expendere velis, nam ex eodem Plinio inter margaritas maior illa æstimatio est, quibus pondus grauius, quapropter pluris fieri solent occidentales margaritæ, quam oriẽtales. Grauitas huius gemmæ in primis pensari debet ex illius fundamẽto, quod magni ponderis, & momenti est, nempe ex charitate, quod prosequitur Mart. Delrio lec. 20. de Dei præsentia in opere suo Mariano, patetque ex Basil. in regulis defuse explicatis q. 5. vbi ostendit effectum dilectionis esse mandatorum obseruationem, idque probat ex testimonio Christi: *Si diligitis me, mandata mea seruate.* Et ratio huius rei est, quia non potest non grauissimum esse pondus illius virtutis, quæ ita adhæret Dei voluntati, vt suã, omniumque cęterorũ voluntatem & placitum facile cõtemnat; quò Deo in omnibus placeat, & obsequatur. Interrogetur aliquis artifex, cui Princeps opus construendum locauit, cur tali modo, & nõ alio cõmodiori, elegãtioriq; faciat, quo faceret haud dubie, si sibi suoque faceret arbitratu, statim ille respõdebit, sic iussisse operis conductorẽ, nec par esse, vt alteri ille placere curet, quam Principi, qui & optime persoluet promissum præmium, & ipse promissis stare intendit: sic & obediens cum Deum præ omnibus diligat, eidem tantum placere studet & in omnibus obsequi, quod dixit Tertull. lib. de Orat. c. 4. vbi ait. Artificiũ promerendi obsequiũ est, obsequi vero disciplina, morigera subiectio est.

Hoc ipsum possumus comprobare ex Dauide duobus in locis ab eodem Basil. annotatis, primo cũ dixit: *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua*, & est sensus. Cuncta mihi hominum (præ tuis ó Deus) iudicia, dictaue nihil mihi esse videbantur nisi nænia, nugationes ineptiæ, & mera mendacia: ideo præ tuis præceptis illa omnino despiciebam. Altero vero loco ait: *Loquebar de testimonijs tuis in conspectu Regum, & non confundebar*: quia videlicet non curabam illis placere, sed tibi: non metuebam illis mea improbari, sed tibi. Quanta hæc liberta est! non curare quid homines sint dicturi, quanta felicitas, quanta grauitas virtutis amore Dei ferri, tanquam pondere illo ab Aug asignato, quo feratur obediẽs anima quocunque tandem mittatur, tãtoque celerius obsequatur, quanto plus dilexerit eũ, tãto libẽtius, quanto ardentior fuerit charitas, tanto denique nobilius, quanto amabilius,

Ioan.13. n.8.
Hierem. 1.n.6.
Exod.4. n.10.
Luc.17. n.10.
Leuit.14 n.10.
Matth.9. n.30.
Psal.118. n.85.
Sup.46.
Ioan.14. n.15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam vt cit. ait Basil. non ibi dura necessitate seruitur, vbi diligitur quod iubetur.

Petri. 1. n. 22. Vnde lux affertur Petro cum dicit: *Animas vestras castificantes in obedientia charitatis*; quo in loco Græcus textus potius habet, *in obedientia veritatis*. Syriacaque lectio, & versio Clarij, & Vatabl. ait: *Qui animas vestras purificastis obediendo veritati*. Occum. *Præparantes vos ipsos ad obedientiam veritatis per spiritum*. Noster igitur interpres potius reddidit, *obedientiam charitatis*; quia ea sola meretur verum, & absolutum nomen obediētiæ, quæ fit ex charitate, eamque pro fundamento habet, non timorem, qua de re videndus Bernardus tractatu de præcepto, & dispensatione cap 9. vbi nostram vulgatam lectionem secutus ait. Perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur, neque cōtenta angustijs professionis largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne, quod iniungitur spontanea, vigore liberalis, alacrisque animi, modum non considerans in infinitam libertatem extēditur. Hęc est illa, de qua signanter Apostolus Petrus: *Castificantes*, inquit, *corda vestra in obedientia charitatis*. Pulchrē ipsam per hoc sequestrans ab illa inerti, & seruili obedientia, quodammodo nec charitati prompta, sed obnoxia necessitati. Hæc iusti illius, cui *lex posita non est*, propria est: non quod, vel ille perfectus viuere debeat sine lege; sed quia non sit sub lege: minime quippe est contentus voto suæ cuiusque professionis, quam superat animi deuotione; eisdem pene D. Bernardi verbis vtitur Petrus Blesens. epist. 131.

Timot. 1. n. 9.

Cum igitur obedientiæ margarita pondus amoris sequatur, illoque feratur in omnibus, quæ illi iniunguntur, fieri non potest, quin pretiosissima sit, quippe quæ ex pōdere æstimatur. Sed adhuc notandum restat pondus hoc secundum veram æstimationem esse censendum, nam falsa longe aliter de rebus iudicat, ac ipsæ in se sunt, qua de re conqueritur. D. Bernard. serm. 4. de aduentu dicens. Aurum, & argentum nonne terra est rubra, & alba, quam solus error hominū facit, aut magis reputat pretiosam? Et de terrenis etiam gemmis ante Bernard. dixit Chrysost. ser. 2. super vidi Dominum: non hominum iudicium rectum, & verum, nō modo opinio decipiens, & cum errore rerum pretium, vel augere, vel minuere potest. Quid enim sunt vniones, qui iam etiam ad vultus hominū ornandos adhibentur, nisi concharū excrementa? Gemmæ autem quid sunt nisi lapides? &c.

Si igitur in ferendo iudicio de rērum pretio, & pondere, tam facile hallucinantur hominum mentes, stādum profecto est iudicio, & sententia sapientiæ diuinæ, quæ in essendo, & in iudicando, ac dicendo prima veritas est, & sapiētia, nam teste D. Bernard. serm. de verbis Apostoli, *Non est regnum* Dei, *&c.* Est sapiens, cui quæque res sapiunt prout sunt.

Videamus igitur iudicium Filij Dei de obedientia, vt illius æstimationem, valorem & pondus percipiamus, de illo nāque dixit Ber. ser. 46. in Cantic. Tantus obedientiæ amator, vt mori, quam non obedire maluerit; cui addere possumus, prius voluisse obedire, quā nasceretur, postea voluisse obedire, quam moreretur: prœuenit siquidem obedientia mortem, superfuit itidem, & vitæ obsequium. Sub Ethnico principe enumerante populos sibi subiectos nascitur Christus Dominus, & ad illius præceptū implendum grauidam Angelorum Reginā sponsus Ioseph adducit, vt cū illa profiteretur Bethlem: *Eo quod esset de domo, & familia Dauid*, id, quod factum

Luc. 2. n. 5.

est vo-

est volente & annuente Deo infante, qui nomina suorum habet scripta in cælis, quasi parum iudicauerit si se per totam vitam obsequentem præberet, & non etiam ante vitam humanorum principum decretis pareret adhuc in vtero Matris, qui Patri obediens iam tunc aderat. Voluit itē, & post mortem obediens apparere, nam sicut notauit Bernar. serm. in feria 4. hebdomadæ pennosæ ante medium. Ex eo voluit Christus *inclinato capite tradere spiritum*, vt se obedientem vsque ad mortē crucis profiteretur: sed addimus, inclinato capite spiritum emisisse, vt etiam post mortem obedientiam testaretur, qui subditus dicitur á Paulo *post subiecta sibi omnia in cælo*. Imo & D. Augustinus enarratione 1. in Psal. 68. explicans illud Pauli Philipp. 2. *Factus obediens vsque ad mortem*, ait: adde super mortem. Longior siquidem fuit obedientia, quam vita.

Ioan. 19. n. 30.

1. Cor. 15. n 28.

Id ego deduco ex Eccles. vbi ait: *Si ceciderit lignum ad Austrū, aut ad Aquilonem, ibi erit*; quem locum Hieron; ac Latini omnes interpretes explicāt de statu in quo quis moritur quod in eo iugiter permanere debeat, vt interim de animabus purgandis in igne purgatorio sermo non sit. Cum ergo in eo statu, in quo quis moritur, deinceps videatur semper permanere; voluit Christus Dominus inclinato capite pro obedientiæ typo animam efflare, vt sic obediēs, etiam post mortē perpetuo haberetur, longiusque protracta esset obedientia quam vita. Vide igitur quanti fecerit Christus Dominus obedientiā, cui se, & ante ortū commisit, & post mortē etiā annuens tradidit, dum in symbolū illius inclinato capite emisit spiritum.

Eccles. 11. n. 3.

Sed adhuc mihi videtur latere aliquid in eo, quod D. Bernard. dixit de grad. humilitatis c. 2. Pro obedientia, non dubitauit mori, & lib. ad milites tem-

pli c. 13. Ne obedientiā perderet, perdidit vitam; existimo enim id plane significare pluris fecisse Christum Seruatorem obedientiam, quam vitam, & illam huic præponderare, quod ad præsens argumentum maxime facit, idque vt explicē notandum propono D. Thom. 1. p. q. 20. art. 4. vbi quærit, vtrum Deus semper diligat meliora, & docet Christum, vitamque illius sanctissimam multo meliorem esse quam totum genus humanum, atque etiam vniuersitatem creaturarum, ac proinde esse quid amabilius, magisque Christum, quà homo est, dilectū esse á Deo, quam sint bona vniuersitatis creaturarum: etenim non solū illi contulit præclariora dona, quam sint bona vniuersitatis creaturarum, sed etiam bona omnia creaturarum, tam naturalia, quam supernaturalia in laudem, & honorem Christi Domini, tanquam in finem ordinauit, iuxta illud ad Hebræos: *Propter quem omnia, & per quem omnia.* Hoc supposito, inquirit D. Thom Cur Deus pro nobis omnibus tradiderit Christum si meliora plus diligit, videtur namque plus nos dilexisse, quam Christum: cui quæstioni præter solutionem, quam Sanctus Doctor affert, ea nobis in præsentiarum placet, quam ibi Molin. affert. s. Christū offerēdo atq; ad breue tempus vitam corporalem pro salute generis humani amittendo, maius bonum honestum tam præclaro humilitatis, obedientiæ, & charitatis opere sibi voluisse, & comparasse, quam sit bonum vitæ, quod ad breue tempus amisit. Etenim licet homo liberalis, ac magnificus sua bona in aliorum vtilitatem diffundat, maius tamen est bonum honestum liberalitatis, & magnificentiæ, quod sibi vult, & acquirit, quā sint bona, quæ in aliorū commodum impertitur, vnde etsi alios diligat, in quos liberalitatem, &

Hebr. 21 n. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

munificentiam exercet & tamẽ plus diligit bonum illud honestum virtutis sibi comparando. Neque obest 1 aliquis obijciat per mortem Christi humanitatem desijsse, & non fuisse verbo vnitam; nam quantum bonum fuisset humanitatem in triduo vnitã Verbo extitisse, tantum bonum honestum, meritorium, ac laude dignum extitit ex morte perpessa ob Patris obedientiam, & ex voluntate carendi prædicta vnione pro implendo præcepto Patris, & pro remedio generis humani, vnde sibi tam præclarã laudem comparauit, maxime cum alioqui eodem triduo partes humanitatis, nempe anima, & corpus, Verbo permanserint copulatæ, qua de re plura dici solent à Theologis 3 p. q. 1. art. 2. sed ex dictis constat quanta sit grauitas & quã multũ sit onus, & pretiũ præclari istius vnionis, obedientiæ .s. quandoquidem, & vitæ Dei hominis videtur præponderasse, & prælatũ illi fuisse á sapientia Patris, cui quæque res sapiunt prout sunt.

Hinc intelliges id, quod tradunt Theologi, maxime D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 5. ad 5. actiones s. parui momenti, si ex voto obedientiæ fiant, magni fieri à Deo, magni item ponderis & meriti esse, & reputari, & præponderare alijs operibus secundum se excellentioribus, quæ tamen sine obedientia fiunt, quia vt S. Doctor ait, nihil maius potest homo Deo dare, quã quod propriã voluntatẽ propter ipsum subijciat alterius voluntati. Et articulo 8 late probat votum obediẽtiæ esse præcipuum inter tria vota Religionis, & D. Gregor. vltimo moral. c 12. notauit *meliorem dici obedientiam quam victimas*, ait enim per victimas aliena caro, per obedientiã propria voluntas mactatur, & lib. 4. in 1 Reg. c 4.. ad illa verba Prouerb. *Vir obediens loquetur victorias*, ait Cæteris quidem virtutibus dæmones impugnamus, per obedientiam vincimus. Victores ergo sunt, qui obediunt; quia dum voluntatem suam alijs perfectè subijciunt, ipsis lapsis per inobedientiam Angelis dominantur. Plura hac de re habet ibi cap. 2. & 35 moral. c. 12. & Ephræm de virtutibus & vitijs Tit. de obedientia ait. Qui obtinet obedientiam, magnam possessionem obtinet, magnasque sibi diuitias accumulauit: & de virtute cap. 2. ait In obedientia sanctorum vita illustris est, & magnifica, Moyses enim seruus Domini, etsi doctrina Ietro non erat imbutus, veruntamen illi se subiecit, atque seruiuit. Iesus Naue filius perfecta sua obedientia tantum donum promeruit, vt Moysis successor fieret, & Samuel per obedientiam, quã Heli Sacerdoti præstitit, dignus habitus est qui vocem Dei audiret. Eliseus huius adminiculo, pallium, & gratiam sui accepit magistri. Ipse quoque Deus Verbum incarnatum vitam in humilitate, & obedientia traduxit, sicut nos docet Euang. dicens: *Erat subditus illis*; super quæ verba D. Bernard. hom. 1. ad finem ait Quis, quibus? Deus, hominibus. Mirare vtrumlibet, & elige quid amplius mireris, siue Filij benignissimam dignationem, siue Matris excellentissimam dignitatem: vtrinque stupor, vtrinque miraculum, & quod Deus fæminæ obtemperet, humilitas absque exemplo: & quod Deo fæmina principetur, sublimitas sine socio. Disce homo obedire, discat terra subdi, discat puluis obtemperare. Deus se humiliat, & tu te exaltas? Deus se hominibus subdit, & tu dominari gestiẽs hominibus, tuo te præponis Auctori? Si hominis, ò homo imitari dedignaris exemplum, certe non erit tibi indignũ sequi Auctorem tuum.

Videdus idẽ Ephrẽm citat⁹ c 6. vbi ex oppositio ostendit obediẽtiæ pretiũ licens. Dum sub obẽdientia versamur ne opera inobedientiæ agamus, ne ad

nos

1. *Reg.* 15. *n.* 22.

Prou. 21. *n.* 28.

Exod. 3

Deut. 34

1. *Reg.* 3

4. *Reg.* 2.

Luc. 2.

4. *Reg.* 1. nos patiamur quemadmodum passus est Giezi minister prophetę Eliśei Vbi alludit ad casum Giezi; qui munera ab Eliseo recusata, & oblata á Naamã Syro lepra curato, occultè, perfideque contra voluntatẽ prophetę postulauit, & accepit, furtumque suum, mẽdacio addito, occultare studuit: nam suæ inobedientiæ, & mendacij iustas pœnas luit, & lepra, quæ Naaman Syro adhæserat, mox ipsum infecit, & semini eius vsque in sempiternum hęreditario contigit, vt sciret quanto pluris facienda esset obedientiæ gemma, quam omnia, quæá Syro concessa illi possent obuenire, quod expendens Chrysost. ser de Naaman Syro à propheta curato, ait Vno in tempore duplex virtus ostenditur & geminata potestas prophetam sanctissimũ demonstrat, curatur Naaman Syrus, & lepra Giezi perfunditur seruus. Syro fides, id est obdientia, attulit gloriam, & seruo perfidia intulit pœnam Ille de Syria veniens, quod desiderauit, accepit: hic de prophetæ domo exiens plagã sibi de perfidia acquisiuit. Naaman curatur & gaudet Giezi vulneratur, & defletur alius suis redditur sanus: alius cunctis ostenditur maculatus: alius exemplum virtutis s. obedientiæ ostendit: alius meritum fallacię demonstrauit. Curatur fide, qui fuerat maculatus, & maculatur perfidia qui fuerat sanus. Inde salus nascitur, hinc metus: inde gloria petitur, hinc fraudis molestia formidatur Vt his exemplis, & fidei pretiũ, & perfidiæ supplicium cunctis gentibus monstraretur. Sic ille.

Quod si huius gemmæ fulgorem contemplari velis, nõ aliunde melius probatum volo, quam ex eo quod dæmones obedientiam adeo detestãtur, vt illa longè, latéque fugentur. Iussit Deus Isaiã lamentare destructionem ciuitatum Moab, easque enumerans super quamlibet singularem assumit planctum, & quia confidebant in dæmonijs, idolis, excelsisque suis, dicit minime idola inuenturos, quando ea quærerent pro auxilio. *Laborauit Moab super excelsis suis*, id est, in ædificandis excelsis aut in ascẽdẽdo ad illa, *ingredietur ad sãcta sua, vt obsecret* & nõ valebit seu nõ pręualebit, nec audietur, quia s. victi, fugatiq; recesserũt dęmones. Huius igitur fugę, abcessꝰ, & victorię causam si roges, videtur propheta præmisisse cum ait: *Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit*, id est, Deus ventrem, & omnia interiora mouit quasi citharędus cum pulsat citharã contra Moab prophetando, & hoc facto fugantur dæmones, & idola non respondent, vnde nec prævalent qui ad illa accurrunt, vt pro auxilio deprecẽtur. Quid ergo cithara, aut citharædꝰ ad rẽ præsentẽ? Per citharã intelligit Eucherius obedientiam quia fides, seu chordę nõ se mouent vt sonent sed mouentur ad arbitriũ pulsantis, & aer conceptus in interioribus exit ad pulsationem. Vnde iam patet mens prophetæ, taliſque est. Ita mecũ egit Spiritus sanctus, & me excitauit contra Moab, & verba exierunt ad motum, nutũ, & imperiũ eius, proindeque mea hac obediẽtia fugati sunt omnino dæmones, & illic nullum repererę auxiliũ idola colentes, dum pro remedio illa conueniebant. Qua in re videtur propheta alludere ad illud 1. Reg. 16. vbi dicitur, *Quandocũque spiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharã, & percutiebat manu sua &c.* vbi Beda ait Quid quod cithara tantæ fuisset virtutis, vt spiritus pelleret immũdos? Sed figura erat Christi obedientis, qui dæmonis sic frangerat audaciam Idemque adnuertit Angelom. in hunc locum.

1. *Reg.* 16. *n.* 23.

Isai. 16. *n.* 11.

Constat igitur Isai. representasse virum obedientem, & Deo per omnia ita obsequentem, vt ad illius tactum, & iussum statim moueretur, sonaret, & loqueretur: huiusmodi autem ob-

sequium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequiu,& obedientia fugiunt maxime dæmones, illi⁹ siquidé splédorẽ maxime detestantes & nullatenus sustinẽtes procul abscedunt. Hoc ipsum videre est Luc. in cap. 10. vbi reuersi sunt 70. discipuli cum gaudio dicentes: *Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo*, id est, super alia mirabilia, quæ edidimus, vnum maxime videtur excellere, quod, scilicet, dæmonia virtute sancti nominis tui fugata sint, & de hoc sũmopere gaudemus. Dixit Iesus, *In hoc*, scilicet præcipue, *nolite gaudere, quia & spiritus vobis subijciuntur*, vt sit sensus Non prohibeo de hoc gaudere, & de hac potestate vobis concessa in nomine meo lætari, sed præcipue de alio gaudendum vobis est, est enim vsitatus hic loquendi modus in Scriptura 1. Reg. 8. *Non te abiecerunt, sed me*, id est, non te præcipue. Et Matth. 10. *Non estis vos qui loquimini, sed spiritus Patris vestri*, id est, non tam vos estis. Sensus igitur prædicti loci est: *Gaudete quod nomina vestra scripta sunt in cælis*, hoc enim præcipuũ est, & causa expellendi dæmones. Sed rogabis in quonam istiusmodi causa, & virtus dæmones expellendi sita sit: Hoc opus, & labor sit. Multi multa hoc in loco dicunt, quorum impugnatio nostra modo non interest, proindeque tantum dicendum, quid nobis videatur oportunius Etenim hic loquendi modus Christi Domini videtur ad militiam pertinere, & ad obedientiã Iudaicam, quæ tunc maxime vigebat, quando Christus Dominus hoc dixit: hoc secundum patet ex descriptione, cuius meminit Luc. in cap. 2. Quando iuxta edictum Augusti Cæsaris descriptus est vniuersus Orbis Primum ostendo ex libro Numer. vbi præcepit Deus Moysi in deserto, vt omnes iuuenes á viginti annis, & supra irent se obedientiam præstituros ducibus, & mox ipsorum nomina scribuntur. *Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes, & domos suas, & nomina singulorum à vigesimo anno, & supra, omnium fortium ex Israel.* Hebraicé pro, *tollite*, habetur *leuate*, & ita transfert Oleaster à verbo, *Nasa*, subleuauit, sustulit; nam, vt ait Abulens. in cap. 6. Exod. Mos erat iurantis leuare manum, quod nos postea latius expendemus. Leuabatur igitur manus, & in ea nomen scriptum, seu nomina, quando plura erant. Iubet igitur Deus scribi nomina subditorum, & obedientiam profiteri, hoc enim erat scribi. vt patet ex dicto loco Euangelij Luc. in cap. 2. Præcepit autem hoc Deus quia sic superandi erant hostes, & fugandi dæmones Chananæorum.

His igitur præmissis, iam videtur constare quid significent illa verba: *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælis*, id est. in libro militiæ cælestis, & diuini obsequij, cui vos omnino subiecistis, & per omnia subdidistis, huiusmodi enim professione, & obedientia, facile dæmonia superabitis, & illa vobis subijcientur, qui tam promptè, & strictè diuino imperio vos subiecistis. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.* Athanasius in Psalm 28. dicit significari hoc in loco dæmones ijs nominibus, qui prosternuntur obedientia militari, & cælesti. Et Titus Bostren. ac Euthym. ita interpretantur illud Psal. *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem*, & reddunt rationem petitam ex principio eiusdem Psalmi. *Qui habitat in adiutorio Altissimi*, id est, qui se illi subdit, & obtẽperat, in protectione, id est, obediẽtia, & hac ratione omnis obediens loquetur victorias, sicut dixit Salomõ, & fugabit dæmonẽ, lõge, lateque

Luc. 10.

1 Reg. 8. nu. 7.

Mat. 10. nu. 20.

Num. 1. n. 2.

Prou. 21. n. 28.

propulsan-

Prou. 11. n. 15.

propulsando, nam miles obediens terror est hostium, sicut dixit Tucidides lib. 5 & Casian. collat. 1. c. 20. in fine vbi affert locum ex cap. 11. Prouerb. vbi nos habemus: *Qui cauet laqueos securus erit*, ipse vero citat secũdum 70. *Odit tutelæ, & cautionis vim malignus.* Explicans vero addit: quæ de seniorum verbis procedit, vbi loquitur de obedientia, quo sensu etiam loquutus est Doroth serm 5. cum ait: Maxime offensus est diabolus huiusmodi pædagogus & curatoribus. Ex his igitur lux iam redditur citato loco, *qui habitat in adiutorio*, protectione, & tutela altissimi, & eius militiæ, ac obedientiæ nomen dedit, super aspidem, & basiliscum ambulabit, & conculcabit dæmones, ac fugabit qui tenebris assueti lucem, & splendorem obedientiæ sustinere minime valent, qui etiã per inobedientiam multos aggredi, & superare solent. Qua de re videndus Casian. collat. 2. cap. 11. vbi ait Nullo alio vitio tam præcipitem diabolus monachum protrahit, ac perducit ad mortẽ, quam cum eum neglectis consilijs seniorum, in suo iudicio persuaserit, ac definitionem, doctrina ue considere, & concludit dicendo. Ideo semper seniorũ summa diligẽtia sunt sectanda vestigia. atque ad eos cuncta, quæ in nostris cordibus oriuntur, sublato confusionis velamine, deferenda. Sic ille.

Notandũ insuper est ex eodẽ Plin. quod in mari mollis est vnio, exemptus protinus durescit, qua in re admonemur mirabilem vicissitudinem, & indicibilẽ conuersionem, quã diuina operatur gratia in anima, quæ é mũdi fluctibus, ac tumultibus ad claustra Religionis extrahitur, licet enim in mari sæculi sub parentibus, maioribus, prælatis, ac principibus diuinum excipiat anima rorem, quo gemma obedientiæ efformetur, adhuc tamen in mundi commotionibus, & agitationibus nõ concretæ, neque duratæ sunt, sed teneræ adhuc, & debiles: at vbi diuino inspirante numine, de mari sæculi, sic enim mare interpretantur ventis vndique agitatum Orig. hom. 4 in Matth. & hom. 6. in diuersis, Hilar. Canon. 7. & 14. in Hieron Isai. 18. Ezechiel. 26. Zach. 10. Greg. hom. 24. in Euang. Aug. 13 confess. c. 17 & 20 de ciuit. c. 15 & in Psal. 39. Clemens Alex. 5. stromat. Cyrill. Alex. lib. 3. in Ioan. Vbi primum igitur ad quietem Religionis prædictæ gemmæ é mari sæculi extrahuntur, cælestis eas fortitudo tenet, & robur quoddam plane admirabile. Hoc vt sortiretur Paula sub nomine gemmæ inferendæ cunis Iesu in præsepio ipsius, monet Hieron in epist. ad Lætam de instit. Paulæ vbi ait. Postquã ablactaueris eam cũ Isaac, & vestieris cum Samuele, redde pretiosissimam gemmam cubiculo Mariæ, & cunis Iesu vagientis impone, nutriatur in monasterio, sit inter virginum choros &c. viuat angelicé sine carne.

Ecce extractam gemmam é mari sæculi cubiculo Reginę Angelorum & cunis Christi infantis pro ornamẽto appositam. Sed quoniam meminit iblactationis Isac & vestiti Samuelis, videtur nobis adductis his exemplis voluisse Hieron extractionem è mari sæculi, quã prosequimur, adumbrare. Refert igitur sacer tex. de Isac. *Creuit puer, & ablactatus est; fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius:* vbi glossa interlinealis ait, in die ablactationis, intelligitur profectus mẽtis, quando ſ anima relictis infantiæ escis, & puerilibus mundi cibis, in perfectiorem ascendit alimoniam, & relictis ephebis ad grandiorem statũ transcendit. Clarius hoc dixit Aug q 50. in Genes. his verbis Merito quæritur, cur Abraham nec in die, quo natus est ei filius, nec die, quo circuncisus est, sed die, quo ablactatus est

Gen. 21. n 8.

epulum

Universidad de Deusto
Biblioteca

epulum fecerit, quod nisi ad aliquam spiritualem significationē referatur, nulla solutio quæstionis est tum s. esse debere magnum gaudium spirituale ætatis, quādo fuerit factus homo nouus spiritualis i. nō talis, qualē dixit Apostolus. *Lac vobis potum dedi, non escā, nondum enim poteratis; sed nec adhuc potestis, adhuc enim estis carnales.* Similia habet Ambros. lib. 1. de Abrah. c. 7. Fit itaque conuiuiū in ablactatione Isac, & in extractione illius à mundi illecebris, & à separatione terrenarū rerum, in qua figurabatur extractio animæ à rebus sæculi: quod clarius videre etiā est in ablactatione Samuelis, de qua dicitur. *Mansit mulier, & lactauit filium suū donec amoueret eum à lacte, & adduxit eum secum postquam ablactauerat:* Vbi Raban. in Glos. ait. Non vult Anna puerum duci ad domum Dei antequā ablactetur, quia Ecclesia nullū ad sacerdotiū prouehit, dum lactis infantię particeps est, non solidi cibi, & intelligentiæ spiritalis capax. Vbi vides ablactationem significare extractionem à mundi fluctibus ad perfectiorem statū ecclesiastici ordinis, & religiosæ obseruantiæ; quod etiam prosequitur Chrysost. hom. 21. in epist. ad Ephes. vbi ait. Disce quid fecerit illa, mox illum subduxit, atque obtulit in templo, non dicebat. Expectabo donec crescat puer, vt rebus mundanis vtatur, vt paululū puerili ætate immutetur, sed relictis his omnibus, vnum dūtaxat intendit, quomodo statim ab ipsis vitæ exordijs spiritualem imaginculam Deo fingendam offerret. Quid enim est aliud subducere, quam a sæculi mari extrahere obedientem Samuelem, vt in templo Dei adolescat & veluti gemma obdurescat?

1. Cor. 3. n. 2.

1. Reg. 1. n. 23.

Captiua fœmina aliena ab Israelis nobilitate, & genere iubetur non solum peregrinam vestem, quam é patria asportauit, deponere, sed etiam capillos, & vngues, vt extracto illo tam externo, quam naturali cultu, segregata iam censeretur à turbine & mari sęculi, qua ratione etiam, & Religiosis fœminis primo statim ingressu capilli abscinduntur, & sæculares vestes exuuntur. Quod etiam non vtcumq; adumbratum videtur in ferculo illo, & lectulo, quem fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani. Vbi aduertendum est Libanum, quia extra sortem erat Israel, licet illi finitimus, populū significari alienum, Gentilem, & veluti in mari sæculi natū, idque ratione altissimarum arborum, quæ ibi in magnam longitudinem efferebantur, vnde Dauid dixit: *Vidi impium super exaltatum, & eleuatum super cedros Libani,* & Amos dixit: *Ego exterminaui Amorrhæum à facie eorum: cuius altitudo cedrorū altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus.* Qui igitur in Libano natalibus fixi radicibus steriles cedri sunt, & inutiles, inde abcissæ, & á suo natali situ extractæ, ex quo nullum iam trahunt alimentum, & succum, & ramorum luxuria spoliatæ, quam à suo genio, atque natura acceperunt, si dolentur, & aptentur, ita vt pene nullum sit vestigium antiquę formæ, & ruditatis Dei lectricæ, & reclinatorio aptissime inseruiūt, vnde tres Patres apud Theod. ad cit. locum Cant. dicunt: ex his qui ex improba radice excisi fuerāt, ferculum sibi fecit ipse Christus: similia sunt quæ habet Nyssen. orat. 7. in Cant.

Cant. 3. n. 9.

Psal. 36. n. 35. Amos. 2. n. 9.

Est autem huiusmodi excisio lignorum de Libano, abnegatio sæcularis vitæ, vt docet Basil. in regulis fusioribus interrog. 6. Est summa rerum omniū vitæ superioris obliuio, atque á suis voluptatibus recessio, & hoc sane indicatum est cum sponsæ dicitur *Veni de Libano sponsa mea, Veni de Libano: Veni coronaberis.* Clarius Dauid eidem iubet vt obliuiscatur populum suum, & domum patris sui: quo sensu non incongrue, nec vulgariter venit intel-

Cant. 4. n. 8.

Deut. 21. n. 12.

Psal. 44. n. 11.

ligendus

ligendus locus ille Ezechielis: *Quando nata es, in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutē, nec sale salita.* Vbi cōqueritur Deus de impijs Hebræorū moribus quibus imitabantur gentiles, & eorū factibus, cæno, & luto adhærebāt, nō aliter ac infans, qui adhuc habet vmbilicū, per quem à matre trahitur alimentum, nec extractus est à maternis viscerib⁹, nec oblitus antiquæ necessitudinis, & familiaritatis, paternæque ac maternæ conuersationis, proindeque talis anima inepta est, quæ ad connubia veniat cęlestis spōsi, nuptialibusq; excolatur, & exornetur compositionibus, nisi prius excitetur, & extrahatur ab illo impuro volutabro, mundeturque abeo, quod ex vtero traxit, abscindatur vmbilicus, neque quicquā aut habeat, aut speret á matre Cethæa sicut, & illi fecit Deus, quæ describitur ab eodem propheta, cum dicitur.

Ezec. 16. n 4.

Sup. n. 8.

Expandi amictum meum super te, qui erat matrimonij ritus, aut futuri connubij sponsio, sicut Ruth dixit Booz: *Expāde pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es,* sic enim exponit Rabbi Dauid. *Et iurauí tibi,* sicut sponsus iurare solet sponsæ se eam ducturum, *Et ingressus sum pactum tecū, & facta es mihi.* s. vxor, *Et laui te aqua* gratiæ. s. meæ, *Et vestiui te discoloribus &c.* Nunc etiam innotescet cur Deꝰ in cedros radicatas in mundi huius Libano desæuire dicatur, & cum ingenti fragore fulmen vibrare, quo. s. & illas á radicibus euellat, ornamentisque natiuis expoliet, & ad honestum, & religiosum cultum traducat, sic enim videtur intelligendum illud. *Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani, & comminuet eas tanquam vitulum Libani,* vbi Basil. Euthym. Niceph. Nyssen, hom. 14. in Cant. & Theod. rem deducunt ad vitulū, quem Moyses contriuit. Quemadmodum igitur ex aureo vitulo conflatili, quem pro

Ruth. c. 3. n. 9.

Psal 28. n. 5.

Exod. 32. n. 20.

Deo coluerunt Hebræi potuit vas aliquod sacrum deposita priori forma, efformari, & conflari, sic ex prophano mundi tractu, corde, & animo potest veluti conflari, & commutari aureū cor, & extrahi pretiosissima gemma placitura maxime diuino sponso, sic enim hūc locum exponit Sanctius in c. 3. Cant.

Sed planior sensus erit si aduertamus in Hebræo haberi. *Iar Kidim,* hoc est exilire eas faciet, & sane Symmach. & quinta editio legūt, *Saltare eas faciet,* vel fecit, vox enim Dei vocantis, & comminantis efficacissima est ad conuellendas cedros, & radicatas extrahendas, ita vt veluti exultantes, & saltantes ad transplantationē veniant è Libano gentilitatis, in domū Libani Salomonis, claustra s. Religionis, quorum illa fuit figura. Quod adhuc illustrari potest ex Malac. cū dicitur: *Et egrediemini, & salietis sicut vituli de armēto,* cęterū ad hoc vt ex illis fiat lectica, & lectulus Salomonis debent extrahi á gentilitate, & Libano mundi, & á mari sæculi, tunc enim cedent in ornamentum, & obsequium diuini sponsi.

Malac. 4. n. 2.

Solent agricolæ, & topiarij arbores, & virgulta, quæ in arido solo enascuntur, in aliud melius, & vberius transferre, vt altius surgant, fructus afferant, & in magnam euadant altitudinē, sic & contingere solet ijs, qui in mūdo orti, & nutriti in Religionis claustra transferuntur, felicius enim, & vberius surgunt, citiusque vberes proferūt fructus, quod videtur dixisse Dauid ijs verbis *Plātati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebunt,* vbi Theod. ait. Hi, qui arboribus his cōparati sunt, agricolam quidem habent Deum, viridarium vero diuinū templum Et in quantum profectum ex crescant ostendit Euseb. Emiss. hom. 5 ad Monachos vbi inter alia sic ait. Intelligamus quantum nobis Dominus

Psal. 91. n. 14.

pia

Universidad de Deusto
Biblioteca

pia vocatione cõtulerit numeremus, (si possumus) ex illo tempore ex quo hic (si in Religione) conuersari videmur quanta lucri fecerimus, de quantis fraudibus, de quantis adulterijs rapinis, periurijs, sacrilegijs liberati simus, & tunc videbimus quantum etiam de præsentibus beneficijs Domino debeamus; si nunc in sæculo essemus, quid aliud ageremus quam volueremur in malis nostris. Nescio ad quæ lucra velimus in sæculo viuere, nam hic grande putetur damnum non quotidie aliquid acquiri, illic grandis questus esse putandus est, vel acquisita non perdere: interdum de rebus paruissimis excitamur, & inter hæc quomodo exultat aduersarius noster quando nos videt ad hoc maxima contempsisse, vt in minimis deformius vinceremur. Intra muros positi vix resistimus, in sæculo exposi ti quid faciemus? Qualiter stare poterunt in colluctantium tempestatũ impetu, qui tã grauiter colluctantur in portu? Sic ille ostendit, & profectũ plantarum extractarum de sæculo, & improbat earum conditionem, quę in melius minime euadunt, etiam post quam transplantatæ fuerint.

Sed considerandum est quomodo extracta arbusta, & virgulta ad transplantationem denudantur luxurianti bus ramis, & superfluis pampinis, vt felicius, fæcundiusque germinent, quod accurate obseruandum est in extractione à sæculo, & transplantatione ad Religionem, quod prosequitur Rupertus lib. 1. in Numeros. c. 28. ad cap. 8. dicti lib. Numer. vbi de extractionem Leuitarũ à sæculari statu ad ecclesiasticũ ita dicitur. *Tolle Leuitas, & purificabis eos iuxta hunc ritum, aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes, pillos carnis suæ.* Ait ergo Rupert. Pilli carnis sunt vitæ veteris cogitationes, quas sic à mẽte incidimus vt de amissione earum nullo dolore

Num. 8. n. 6.

fatigemur. Pilli carnis sunt qpælibet superflua humanæ corruptionis Læuita nãque assumptus vocatur. Oportet ergo Leuitas omnes pillos carnis radere, quia is qui in obsequijs diuinis assumitur debet ante Dei oculos cunctis carnis cogitationibus mundus apparere &c. quibus similia. prorsus habet Greg lib. 5. Moral c. 24.

Est optimus pro hoc argumẽto locus in Exodo vbi dicẽte Pharaone ad Moysen: *Ite, & sacrificate Deo vestro in terra hac*, respondit, Moyses. *Non potest ita fieri: abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro? quod si mactauerimus ea qua colunt Ægyptij corã eis lapidibus nos obruẽt. Viam trium dierũ pergemus in solitudinem, & sacrificabimus Domino Deo nostro.* Illud igitur notandum est ex Strabone in Glossa, Lyrano & Caiet. quod Ægyptij abominabantur oues, & eas adorabant propter Iouem Hammonem, qui habens caput arietinum pingebatur, item bouem colebant Ægyptij, qui consecratus erat api, sicut vacca Isidi. Abominabantur igitur oues & bouẽs Ægyptij, quia hæc adorabant, vnde & eius generis animalium cædem, siue ad esum, siue ad sacrificia abominabantur Ægyptij.

Exod. 8. n. 25.

Hoc igitur suppositio aduertendum est id præcipue à nobis velle Deũ sibi immolari, iugulari, & comburi, quod Ægyptij huius sęculi adorant, qua de re videndus Augustinus q. 95. in Genes. ad c. 46. vbi per pecora irrationabilem vitam intelligit, & explicat id, quod facer textus habet dicto cap *Detestantur Ægyptij omnes pastores ouium.* Sic ergo habet Augustinus. Iusta seruitus, iusta dominatio cum pecora homini seruiunt, & ipse pecoribus dominatur, vnde Genes. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrã, & habebit potestatem piscium maris, & volatilium cæli, & omnium pecorum quæ sunt super terram*; vbi insinuatur rationem

Gen. 43. n. vlt.

de bere

debere dominari irrationabili vitæ. Sic Augustinus, qui etiam videndus est q. 28. in Exod. vbi explicat etiam modum sacrificandi Deo res omnes, quas Ægyptij adorant, sic enim habet Sic sacrificia Israelitarum abominationes sunt Ægyptijs, sicut iniquis vita iustorũ, &c. Cũ igitur ijs rebus dominetur Religiosi, quæ dominantur Ægyptijs & ea Deo mactẽt, litẽt, & offerãt, quæ mũdi cultores adorãt, quales profectó sunt diuitiæ, voluptates & honores, id sane, si fiat in cõspectu eorundẽ, & in oculis Ægyptiorũ, ægrè quidem ferent eo quod videant idola sua & falsos Deos suos à Religiosis viris conculcari, & conteri.

Vel etiam poteris, si velis cũ Gregorio Moral. c. 16. interpretari dictũ locum, ille enim sic habet: quid stultius in mundo, quam mentem verbis ostendere, nihil callida machinatione simulare, nullas iniurijs contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quærere, possessa relinquere, rapienti non resistere, percutienti maxillam alteram præbere? Vnde bene huius mundi dilectoribus ille egregius Dei sapiens dixit. *Abominationes ipsorum immolabimus Deo nostro?* Oues quippe Ægyptij edere dedignantur, sed quod abominantur Ægyptij, hoc Israelitæ Deo offerunt, quia simplicitatem conscientiæ, quam iniusti velut infimam, abiectamque despiciunt, iusti in virtutis sacrificium vertunt, & excellẽtes, ac recti puritatem, ac mansuetudinem Deo immolant, quam abominantur reprobi, & fatuitatem putant. Sic Gregorius ostendit, quomodo venerentur mundi cultores ea, quæ Religiosi vere abominantur, & reprobant, imo illarum abiectionem Deo immolant, & se ipsos, in eis deferendis, immolantes offerunt. Sed adhuc non omittendus Rupertus lib. 1. in Exod. cap. 34. vbi rem luculenter pertractat dicens. Grauis Ægyptiorum detestatio, & eorum, qui vere adoratores vnius Dei esse cupiunt, pulchra instructio. Primo sciẽdum, quia de nullo hic pecore agitur, quod vel abominandum, vel colẽdum sit Ægyptijs, vt Domino Deo vero mactetur, aut immoletur; nam per Prophetam ipse loquitur. *Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis dicens. Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus.* Quæ nam ergo sunt abominationes Ægyptiorum, nisi fides, & omnes animi virtutes? Vel quæ colunt Ægyptij; nisi omnia vitia? Abominabilis namque est superbis humilitas, & iniustis vniuersa iustitia, dixit autem Scriptura. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum, &c.* E contrario tumidam ceruicem, & cor crassum Ægyptij colunt: sed enim hæc primitus mactare debet verus Israel, & tunc demum spiritum contribulatum, & cor offerre contritum, atque humiliatum, vt legitimum, & rite ordinatum fit sacrificium. Igitur abominationes Ægyptiorum, vel veritatem, & sanctitatem immolabimus, & ea, quæ colunt Ægyptij. s. omnem falsitatem, omnemque prauitatem, vnum verum Deum colendo in nobismetipsis immolabimus? Sed omnes, qui hoc ordine volũt immolare, persecutionem patiuntur. Ait ergo: *Quod si mactauerimus ea, quæ colunt Ægyptij coram eis, lapidibus nos obruent*; quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas lucis ad tenebras? qæ conuentio Christi ad Belial? Similia sunt quæ habet Bernardus serm. 1 in Vigilia Natiuit. ad finem cum ait: abominationes Ægyptiorum immola Deo tuo, &c.

Ieremi. 7.

2. Cor. 6.

Ne igitur viri Religiosi à munda-

I nis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis prohibeantur, aut molestiam patiantur, dum coram oculis eorum immolant Deos eorum, procul ab illis recedendum est, & conficienda via in desertum Religionis, hæc enim est extractio ab aqua, & mari huius sæculi, ad cuius fugam, & abstractionem columbæ pennas precabatur Dauid dicens: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam*? Quæ verba Hebraismũ continent, vehemens desiderium denotans, & sensum habet. O vtinã, qualis etiam reperitur Cant. 8. *Quis mihi det te fratrem meum*: & apud Hierem. *Quis dabit capiti meo aquam*? vehementer igitur desiderabat Dauid pennas ad volatum, & vt mundum desereret, promittens sibi inde securitatem, & requiem, nam sicut dixit Ambrosius ad dicta verba lib. de fuga sæculi: vbi ergo volatus, ibi requies; videndusque erit Theodoret. quæst. 1. in Leuit. vbi alludens ad sacrificium Abrahæ, de quo dicitur, aues minime diuisisse: & ad præceptum Leuitici de non secandis, aut diuidendis auibus ait. Quemadmodum Patriarcha volatilia non diuisit, ita nec legislator ea iubet diuidi, nam qui volant Deũ ex toto corde diligentes, non partiuntur animum, collocantes illum tum in terrenis, tum in cælestibus, sed totum sursum ferunt. Quibus verbis docet Theodoretus, quonam pacto deserere debeamus Ægyptum, & euolare in desertum, in cuius figuram loquens Moyses ad Pharaonem de exitu Israel de Ægypto dixit illi: *Cuncti greges pergent nobiscum, non remanebit ex eis vngula.* Auis enim, vel minima vnguicula detineri potest, ne auolet, & cum tota sit extra laqueum, tota tamen detinetur.

Psal 54. *n* 7.

Cant. 8. *n.* 1.

Ierem. 9. *n.* 1.

Leuit. 1. *n.* 17.

Exod. 10. *n.* 26.

Quo pacto autem fieri debeat huiusmodi extractio, & separatio exponit Origenes homil. 14. in Numer. ad illa verba cap. 30. vbi nos legimus: *Si quis virorum votum Domino vouerit*, legit ipse cum 70. *Homo, homo quicumque vouerit votum Domino, aut iurauerit, non profanabit verbum suum*, ait ergo Origenes. Quæ est ista repetendi nominis causã, quasi non sufficeret dixisse, homo qui votum vouerit Domino? Quid ergo, quod ait, homo, homo, & quid sibi velit gẽminata hominis appellatio non mihi silentio prætereundum videtur. Homo interior, & exterior Deo est offerendus. Scio diuersa vota in Scripturis referri. Anna vouit Deo fructum ventris sui, alij vitulos, Nazaræus semetipsum deuouit Deo, quod est super omne votum, nam filiũ offerre, vel filiam, aut pecus, aut prædiũ, hoc totum extra nos est; semetipsum Deo offerre, hoc perfectius, & eminẽtius omnib⁹ votis, quod qui facit, imitator est Christi, qui dedit homini terram, post hæc semetipsum dedit. Si te voueris, imitandus tibi est vitulus, quem nõ licet humanis operibus deseruire, nihil facere, quod ad homines, & ad præsentem pertineat vitam, sed quidquid ad animam pertinet, & ad diuini cultus obseruantiam. Sic Orig. explicat quo pacto Religiosis viris egrediendum sit de Ægypto, & Domino debeant immolare ea, quæ colunt, & venerantur Ægyptij.

Num 30. *n.* 3.

Suffragatur huic doctrinæ D. Dionysius Areop. de diuinis nominibus c. 4. p. 1. vbi ait. Nos toti extra nos simꝰ, totique Dei fiamus, præstat enim Dei esse, quam nostros, &c. Et sane hoc videtur esse egredi vere de Ægypto. s. in nobis ipsis minime remanere quoad appetitus, & desideria, sed à parte inferiori extrahi, à concupiscentia separari, & ad Deum eleuari, & sanctificari. Vnde Ierem. 1. vbi nostra vulgata habet. *Antequam exires de ventre sanctificaui te*, paraphr. Chaldaic. habet: *Separaui, seu segregaui te,*

Ierem. 1. *n.* 5.

& illud

Num. 6. *n.* 2.

Et illud Numer. 6. *Vir, siue mulier cum fecerint votum vt sanctificentur.* 70. habent: *Quicunque magnè vouerit.* Alij ex Hebræo: *Cum mirificauerit vouendo votum.* Pagninus pro re nostra legit. *Vir siue mulier cum separauerint se vouendo, &c.* Votorum enim emissio, & Religionis professio, egressio de Ægypto est, sanctificatio, mirificatio, & separatio quædam, qua verbis nostris, veluti gladio attingente vsque ad diuisionem animæ, intellectum, & voluntatem à brutali sensu, & appetitu separamus, vt facti veluti extra nos ipsos, ad Deum euolemus, & illi adhærentes vnus veluti spiritus cum eo fiamus, iuxta doctrinam Pauli.

1. *Cor.* 6. *n.* 17.

Tollere iussit olim Deus Isaacum per manus parentis, & dum tollit, extrahit, & dum defert, offert, & sacrificat, non tamen iugulat, nec comburit, sicut bene notauit D. Bernardus super *Ecce nos reliquimus omnia*, vbi hoc expendit dicens. Olim Abraham dictum est. *Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & offer mihi eũ in holocaustũ*, labor fictus est in præcepto, oblatus siquidẽ Isaac sanctificatus est, nõ mactatus & tu igitur si vocẽ Dei audieris intus in animo & dicatur tibi vt offeras Isaac, tuũ quodcũque est gaudiũ immoles Deo (interpretatur enim Isaac gaudiũ, seu risus) fideliter, & constãter obedire nõ timeas, nimirũ, etsi rẽ grandẽ tibi dicit Propheta, facere debes. & obtẽperandum ei per omnia, etiãsi oportuerit propriũ Isaac iugulari, nunc autẽ quidquid affectio propria iudicet, securus esto: nõ Isaac, sed aries morietur, nõ peribit tibi lætitia sed cõtumacia, cuius vtique cornua vepribus hærẽt. Age ergo qui relinquere vniuersa disponis: te quoq; inter relinquẽda numerare memento imo vero maxime, & principaliter abnegare temetipsum, si deliberas sequi eũ, qui exinaniuit propter te semetipsum. Sic Bernar ostendit quo pacto relinquẽda sit Ægyptus, & deserẽdus mundus

Veniteque hoc in loco notandum quod in veteribus illis holocaustis ex Dei præscripto seruabatur, nempe, vt cæteris igni absumptis, sola pellis ederet Sacerdoti Leuit 7. Religiosum statum veluti sacrificium esse probat Aug. lib. 10. de ciuit. c. 6. statim post initiũ, vbi ait. Homo Dei nomine cõsecratus, ac deuotus, in quantũ mundo moritur, vt Deo viuat, sacrificium est, quinimo & D. Th. 2. 2. q. 186. art. 7. ostẽdit Religionis statũ nihil aliud esse quã holocaustũ. Si autẽ velis & Sacerdotẽ huius holocausti inspicere, audi Greg. 9. Moral. c. 31. cum ait Nos ipsos sacrificium Deo offerimus, cum vitã nostram diuino cultui dedicamus. Si ergo in holocaustis cætera Deo in odorem suauitatis cremabantur, & sola pellis Sacerdoti offerenti remanebat: in hoc etiam holocausto, & separatione diuino igni, & amore omnia interiora cõburenda sunt, & diuino numini ac gloriæ consecranda, præter hanc exteriorem hominis speciẽ, quæ eadem perseuerat, quandoquidẽ mutari nequit, sicut interius omnia immutantur.

Leuit. 7. *n.* 8.

Quæ olim animalia, vt ab aquis diluuij saluarentur, ingressa sunt arcam Noe, eadem prorsus remanserunt & egressa sunt, quæ fuerant ingressa, atqui ab aquis terrenæ cõuersationis extracti in superiorem, & perfectiorem vitã assumuntur, & transformantur, alij prorsus euadunt moribus, & vitæ ratione, ac instituto, vt iam nõ ij qui antea erãt, sed alij õnino videãtur, vnde & nomina multoties mutãt; qua de re videndus Chrysost. tom. 5. hom 3. de pœnit. post initium vbi ait: Arca quidẽ animalia susc epit, & animalia conseruauit, Ecclesia vero (& maxime Religio) animalia suscipiẽs, eadẽ transformauit, vtputa accipiter illuc introiuit, & accipiter exiuit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

introiuit hic quis accipiter columba exit, introiuit lupus, & ouis egredi tur ; leo introiuit , & exit agnus non transmutata natura, sed malitia exclusa, &c.

Fieri autem debet hæc extractio libentissimo animo, tum ex parte extrahentis, tum ex parte extracti, & quod ad primum attinet, videndus est Anastasius Nicænus quæst. 35. in Scripturam, vbi quærit cur Deus non prohibuerit Iephte sacrificare filiam, sicut Abrahamo prohibuit sacrificare filium, & respondet ideo non prohibuisse, quia & pater voti compos, & victor memor promissi de offerenda quacunque re, quæ illi primū obuiam venisset, statim atque vidit filiā scidit vestimenta sua, & ait: *Heu me filia mea, &c.* Deinde etiam, & filia certior reddita de voto dixit etiam patri: *Hoc solum mihi præsta, dimitte me, vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis.* Pater itaque lamentatus vestem dis rupit, quod tum temporis signum erat summi mæroris, & filia per mōtes lachrymata est, vt si lachrymæ vtriusque colligerentur ignem holocausti fere extinguerent, huiusmodi igitur oblatio Deo maxime displicet, ait itaque dictus Anastasius. Neque pater erat dignus beneficio Abrahæ post illam de voto pœnitentiam, & vestium dilacerationem, & lamentationem, neque filia Isaaci vita post impium luctum, & duorum mensiū eiulationem, vt quæ iudicauerit hoc sacrificium esse quauis calamitate grauius, hoc autem permisit Deus eos, qui tunc erant, & qui postea futuri erant, erudiens, citra moram, & cum fide, & gaudio implere promissum. Sic ille ostendit sacrificium de nobis Deo offerendum esse non quasi vi extortum, sed sponte oblatum, & quomodo extractio de mari sæculi nullatenus sit violenter

Iud. 11. n. 35.

facienda, sed libentissimo animo exequenda cum hilarem sui datorem diligat Deus, qui diligit & suarum facultatum largitorem.

Pro qua etiam doctrina facit quod Iosue olim percepta fraude Gabaonitarum, dixit illis. *Sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cædens, aquasque comportans in domum Dei mei.* Posset quis statim inquirere quænam maledictio ista fuerit seruiendi in domo Domini, quando pro benedictione Isaac dixit filio Esau quod seruum Iacobi illum constituerit, extitit autem benedictio, quod Esau typum Christi veneraturus erat in fratre. Insuper & Dauid dixit: *Elegi abiectus esse in domo Dei mei, &c.* Qui igitur fieri potuit vt pro maledictione imposuerit Iosue Gabaonitis felicem seruiendi Deo sortem? Rem detulit Augustinus citatus in Glossa, ad Religiosos, quorū ij figurantur in Gabaonitis, qui Dei Religionem nō profitebātur nisi fraude, & veluti vi coacti, & pro redimenda vita, etenim nulla prorsus ratione Chananæi tolerari poterant ab Israelitis, nisi Religionem puram, sacrumque Dei cultum susciperent, & vere profiterentur, vt igitur Iosue, & ius iurandum seruaret, quod iurauerat Gabaonitis, & præceptum Dei minime violaret; eos Dei seruitio obstringit, iam vero qui non sponte, & voluntaria lætitia, ac gaudio Religioni se committit, & cultui Dei se dedit, quasi sub maledicto est, quasi enim pœnam sustineat, iugum Religionis portat, & Religiosus sine Religione est.

Iosue. 9. n. 23.

Gen. 27. n. 37.

Hildebertus Turon. Archiepiscop. epist. 23. certiorem facit Abbatem de fugitiuo Monacho, asseritque eum Monachum sine Monacho inuenisse, ait enim. Confrater & filius vester exijt in regionem longinquam, vbi eum sine Monacho inuentum,

ad conuentum monui redire Monachorum. Sic ille extra conuentum inuenit, quem vtinam nunquam in conuentu aliquo reperiamus, Religiosum f. sine Religioso, aut sine Religione, qui fere illi sunt qui vi compelluntur, & extrahuntur à mari cum secum deferūt cōmotum mare, & ipsdem appetituum commotionibus & fluctibus agitentur quibus in mari sęculi cōmouebantur, proinde immundos adhuc in mūdo versari potius dicentur, quam ab illo extractos esse.

Debent itaque voluntarie egredi è mundi pelago, & ingredi Religionis nauē, imo & portū, & ingressum, qui hanc vitā amplexari desiderant, illud præ oculis habētes, quod Deus dixit Abrahamo egressum præcipiens, *Egredere de terra tua*, Hebraice, *lech lecha*. i vade tibi, qui datiuus, licet pleonasmū plerūq; cōtineat sic exponitur à Caiet. hæc phrasis significat quod ad ipsius Abrahæ vtilitatē præcipiebatur ille egressus quid enim vtilius potest esse homini quam è mundo egressus? Gen. 41. olim ad Regis imperiū eductū de carcere Iosephū totonderūt, ac veste mutata, obtulerūt ei; hoc ipsum ēgredientibus de sæculo fit capite tōso, nouū habitū, in signū noui hominis imponūt quasi qui e carcere egrediātur, & profecto id asseruit Tertul. qua solet grauitate verborū lib ad martyras cap. 2. vbi sanctos Martyres qui in carceres conijciebātur alloquens, ait Cætera æque animi impedimēta vsq; ad limē carceris deduxerūt, vos quousque, & parētes vestri? Exinde segregati estis ab ipso mūdo, quanto magis à sæculo, rebusq; eius, nec hoc vos cōsternet quod segregati estis á mūdo, si enim cogitemus ipsum magis mundū carcerē esse, exijsse vosé carcere, quā in carcerē introisse, intelligemus Maiores tenebras habet mūdus, quæ hominū præcordia excæcant. Grauiores catenas induit mūdus, quæ ipsas animas hominū cōstringunt Peiores immūdicias expirat mundus, libidines hominū. Plures postremo mundus reos continet: iudicia denique non Proconsulis, sed Dei sustinet, quo vos benedicti de carcere in custodiariū: si forte trāslatos existimetis. Habet tenebras, sed lumē estis ipsi, habet vincula, sed vos soluti Deo estis Christianus etiā extra carcerē sæculo renunciauit in carcere autem, etiam carceri Nihil interest vbi sitis in sæculo, qui extra sæculum estis & si aliqua amisistis vitæ gaudia, negotiatio est aliquid amittere, vt maiora lucretis. Sic ille carcerem proponit in mundo, & ostendit etiam carceres Christianis custodias potius esse, & longe nobiliorem harum esse conditionem quam sit mundi, á quo illi qui educitur, ac si ē carcere exoluerētur, capilli cum Iosephorondentur, vt summo Regi Regum in summa libertate seruus offeratur, & intra claustra inclusus, ac parietibus detentus extra carcerem versatur, & summa libertate filiorum Dei perfruetur.

Gen. 12. n 1.

Gen. 41. n. 14.

Insuper & in signum supremæ cōditionis, quam sortiuntur sic extracti à sæculo & ad Dei obsequium translati, capitibus coronati incedunt, quasi iam certi, & securi de triumpho, præmio, & corona reportanda, vtque tantam dignitatem contemplantes quid indignum illa operari renuant, & vereantur; qua de re videdus Chrysostomus tom. 1. homil. de Iosephi continentia, vbi ait. In mundanis certaminibus post victoriam coronæ, in Christi autem stadijs, ante victoriam coronæ quare autem coronatos in agonē mittit nos Christ⁹? Vt metū incutiat aduersarijs. sensusq; nostros erigat, vt ad honorē à Deo nobis datū spectantes nihil indignū Dño loquamur, vel faciamus Nā si Rex aliquis purpura amict⁹, coronaq; caput ornat⁹, & vict⁹ naturę affectionib⁹ indignū

Universidad de Deusto
Biblioteca

quiddã Regia maiestate fecerit, mox vt in Regiam stolam aspexerit emẽ dat se, operamque dat ne posthac à fædis vincatur cupiditatibus, & tu quoque indutus Christum visa turpis animæ concupiscentia, ad diuinam statim stolam respice, meliorque statim eris, &c. Sic Chrysostomus prosequitur cur Religiosi coronas in capitibus deferant, externum insuper vestitum commutent, & loco peregrino ac à mundo alieno vtantur, vt etiam vtantur hoc mundo tanquam non vtantur, & in carne viuentes, nõ sint in carne, sicut dixit Augustinus serm. 4. de verbis Apost. vbi etiam addit. Noli remanere in te, transcende te, in illo te pone, qui fecit te. Domestici igitur Dei fiunt per habitus susceptionem, & aduenæ, ac peregrini sæculo, quibus tamen ager emitur pretio sanguinis Christi, vt magnam portionem per mortem sæculi habere agnoscant; qua de re videndus Ambrosius serm. 51. de Iuda, vbi inter alia ait Pretio Dominici sanguinis ager figuli comparatur, vt iam inde Christus, & viuos sanguinis sui passione redimat, & mortuos pretiosa passione suscipiat; illius figuli, qui hominem plasmauit, ager Christi sanguine emptus est peregrinis, qui erant sine domo, sine patria, & toto orbe exules iactabantur Christi sanguine prouidetur, vt quibus non est in mundo possessio, ijs in Christo sit sepultura. Istos autem peregrinos quos esse dicimus, nisi deuotissimos Christianos qui renuntiantes sæculo, & nihil possidentes in mundo, in Christi sanguine requiescunt? Christianus enim, qui mũdum non possidet, hic totum possidet Saluatorem, qui se à carnalibus vitijs tanquam peregrinum, & alienum custodierit, is Christi requiem mereatur; hæc Ambrosius, quæ totidem verbis transtulit Augustinus tom. 10. serm. 128. de tempore, qui etiam est de Iuda Iscarioth.

Ecce vt potuimus extractionem gemmæ pretiosissimæ obedientiæ à mari sæculi, descripsimus, quod forte symbolice prætulit Moyses, qui ex fluuij vndis educt⁹ ad magnã postea, & sublimem virtutem peruenit, & Exod. 15. vt ibi in Cantico vidimus, depingitur Israelis libertas, atque felicitas post maris traiectum, in quam sententiam notandum venit id quod obseruat Alcaçar in c. 21. Apoc. n. 22. not. 33. templũ s. fuisse ostensum Ezechieli. c. 48. extra ciuitatem, eadem fere distantia, qua templũ sancti Laurentij á Madrito distat, cum tamen in cælesti Hierosolyma templum intra vrbis mœnia constructum, quod idem auctor multis fuerat prosequutus in c. 3. n. 12 not. 2. Asserit igitur, hoc ideo fuisse ostensum prophetæ, vt denotaretur singularis perfectio, quam Deus in nouo testamento quærit à fidelibus, & maxime Religiosis, vt. s. se ipsos abnegent, & à se egrediantur, seque derelinquant, & sæculũ, & ad Deum quærendũ prodeant, est siquidẽ sponsus animarum nostrarum candidus, & rubicundus, ac si ita dicere liceret; erubescit videri inter turbas, & in foris, ac plateis. Cant. 3. dicitur *Surgã, & circuibo ciuitatẽ per vicos, & plateas.* Amb. lib. de Isac, & anima c. 5. versans hunc locũ ait. Fortasse ideo nõ inuenit, quia in foro quæsiuit, vbi lites sũt, in plateis vbi nũdinæ rerũ venalium &c. Cant. 3. postquã per vicos, & plateas quæsiuit spõsa dilectũ suũ, nec inuenit ait. *Paululũ cum pertrãsissem eos, inueni quẽ diligit anima mea*; vbi Gilbert. serm. 7. apud Bernard. Quod præterimus non respicimus, non attingimus, sed contemnimus, nec inutilis hæc pertransitio, paululum enim cum pertransisset, inuenit dilectum, trahebat illã vlterius amor dilecti, nec vacuum sinebat esse ex otio conferre cum illis, ferebatur impetu seruientis amoris, nãque per-

Cant. 5. n. 2.

Cant. 3. n. 4.

transisse se perhibet, quasi auiditate, & desiderio supergrediens quidquid dici poterat pertransiuit, & quod potuit ab illis dici, & quod potuit in illis conspici, quid inde pertranseat illos, quorum & scientiæ est numerus, & naturæ modus Reliqui omnes pertransibiles sunt, solus ipse pertransiri non potest, denique dicit Eccles. 24. *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, &c.* Transite, inquit, ad me, non pertransite. Sic ille ostendit quomodo pertransire debeamus quæcunque nos detinere possunt, & si occupare non possint, quomodo excedere debeamus, quæ infra nos esse debent, vt Deo & coniũgamur, & perfruamur.

Eccl. 24. n. 26.

Inseruit præsenti argumento Ambrosius epist. 6. vbi aduertit Deum olim Sacerdotes à populo separasse, atque etiam postea ipsum Moysen iussisse intrare in nubem, populũ autẽ deorsum stare, & remanere. Vides ait ille, diuisiones? Nihil in Sacerdotibus plebeum requirit, nihil populare, nihil commune cum studio, atque vsu, & moribus inconditæ multitudinis, sobriam à turbis grauitatem, seriam vitam, singulare pondus? Quomodo enim potest obseruari á populo, qui nihil habet secretum â populo, dispar á multitudine? Superegrediamur igitur plebeas opiniones, & strata quædã gregalis conuersationis, &c Vbi per dictam separationem diuinitus factã ostendit adumbratam fuisse præsentem, de qua nobis est sermo, per quam extrahi, & separari debet á communi conuersatione, & familiaritate terrena, qui in cælestem debet trãsire consuetudinem, vt cælestis gemma cuadat.

Exo. 24. n. 2.

Suffragatur etiam præsenti argumento Phylo lib de Cherubim, vbi aduertit, Abrahamum egressum è domo sua vt Domino filium immolaret, sicut illi fuerat præceptum, accepisse ignem, & gladium, nõ ad iugulandũ, & concidendum tantum filium, sed ad mysticũ insuper sacrificium, in quo rescindere debebat discretionis gladio quidquid terrenum apud se reperiret, & comburere igni diuinæ charitatis quidquid superfluum, aut nimis adhærens illi esset. Accipit, inquit ille, ignem, & gladium resecare, ac exurere quidquid mortale habebat, cupiens vt expedita cogitatione sublimis ad Deum euolaret.

Extracta igitur anima à fluctibus sæculi, & separata à mari negotiorum, & á salo terrenæ voluptatis indurari debet contra mollia, & delectabilia, vt perfecta margarita euadat, nam sicut dixit Euseb. Emissen hom. 4. de Epiph. Venire ad Eremũ summa perfectio est, non perfecte in Eremo viuere, summa damnatio est. Induratus igitur debet esse animus in egressu, deinde etiam, & multo magis in progressu. Pro egressu celebris est ille locus apud Hieron. epist. ad Heliod. post principiũ in tom. 1. vbi ait. Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine, & scissis vestibus vbera, quibus te nutrierat, mater ostẽdat, licet in limine pater iaceat: percalcatũ perge patrem, siccis oculis ad vexillũ Christi euola, solum pietatis genus est in hac re esse crudele. Nõ est nobis ferreum pectus, nec dura pręcordia, non ex silice natos hyrcanæ nutriere tygrides, & nos per ista transiuimus. Nunc tibi blandis vidua soror hæret lacertis, nunc illi, cum quibus adoleuisti, vernulę aiũt. Cui nos seruituros relinquis? dicãt si volunt, & grãmatici: in te omnis domus inclinata recũbit. Facile rumpit hæc vincula amor Dei & gehennæ timor. Similia habet. Eusebius Emissen. hom. 8. ad monachos cum ait. Propter amorẽ Domini nostri ad relinquẽdos dulces affectus, & cara pignora fortissimi fuimus, iucundissimos pijssimorum vultus parentum quasi odissemus, ita fugimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bellum quodam modo pietati ipsi induximus, & nunc ad declinandas negligentias, ad expugnanda leuissima vitia infirmi, ac desides quod nunc in minoribus cedimus, peruitia nostra ipsi nos accusamus. Docemus enim quod quidquid nunc agimus non impossibilitatis est, sed teporis, respicimus ad fidem illam, feruoréque, quo cæpimus, & ad ornandum conuersationis nostræ vsum, saltem de primordijs nostris sumamus exemplum. Si periculosum est non quotidie aliquid addidisse, quãto periculosius est etiam ab initijs recessisse? &c. Videndus itẽ Cassian. collat 14. c. 3. vbi explicat illud Hierem. *Ecce constitui te super regna, vt euellas, &c.* & ad rem præsentẽ congrue aptat. Duplici, inquit, nobis labore fundandum est in expellendis vitijs, in virtutibus acquirendis. Et hoc non nostra capimus coniectura, sed illius sententia perdocemur, qui solus opificij sui vires, rationẽque cognouit. Ecce, inquit, constituite hodie super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. In expulsione enim noxiarum rerum quatuor esse necessaria designauit, i. euellere, destruere, disperdere, dissipare; in perficiendis vero virtutibus, & his, quę ad institutionem pertinent acquirendis, ædificare tantummodo, atque plãtare. Vnde liquido patet, difficilius euelli; ac destrui corporis, animique passiones, quam spirituales extrui, ædificarique virtutes? Similia habet lib. 4. instit. c. 43. Et Aug. serm. 47. de diuersis vbi ait. Præpone omnibus voluntatẽ Dei; disce amare te, non amando te. Quid de illo dicitur? Reuersus est ad se ipsum (.f. prodigus) si ergo reuersus ad se, exierat a se; quia ceciderat a se & exierat à se, redit prius ad se, vt redeat in illo vnde ciderat á se, sicut enim cadendo à se remansit in se, sic redeũdo ad se, non debet remanere in se ne iterum exeat à se. Redit ad se, & pergit ad Patrem, vbi tutissime seruat se, subducat se sibi, vt hæreat Deo, &c. Videnda sunt hac de re quæ habet Hieron. epist ad Rustic. de forma bene viuendi. & epist. ad Celantiam, ex quibus aperte constabit qua animi fortitudine, & resolutione extrahenda sit á sęculo ea anima, quæ se Deo consecrare nititur, aliter siquidem ad veram duritiem perfectæ gemmæ minime perueniet, nisi sæculi vndas, & mollitudinem tota deliberatione deserat, & relinquat.

Ierem. 1. n. 20.

ANNOTAT. VI

Proponitur excellentia paupertatis.

TErtio loco occurrit paupertatis gemma nihil omnino terrenum expetens aut expectans, sed de cælo tantum, ad quod proinde aperto ore anhelat, hæc enim est vera paupertas, etiam in medijs copijs, & diuitijs, qua de re videndus Chrysostomus concione 2. de Lazaro vbi à contraria opinione diuitem, & pauperem ostendit, sed pauperem vere diuitem probat, aitque. Nec dives ille est, qui multis opibus circunuallatus est, sed qui non eget multis: nec is pauper est, qui nihil possidet, sed qui multa concupiscit. Ab hoc discite hunc esse finem paupertatis, & opulentiæ; si quem videris multa concupiscentem, existimato illum omnium esse pauperrimum, etiamsi possideat omnium opes. Rursus si quem videris non multis egentem, illum omnibus opulentiorem esse dicito, &c. & sane qui Deo vacat, Deum possidet, & sibi acquirit; quid amplius desiderat, cuiue in diuitijs cedet? Dixit hoc Hieronymus citata epist.

epist. ad Heliod. his verbis. Affatim dives est, qui cum Christo pauper est. Aduerte frater non tibi licet de tuis quicquam habere rebus, omnis qui non renunciauerit cunctis, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet, & tu amplas porticus, & ingentia tectorum spatia metiris? Hæreditatem expectans sæculi cohæres Christi esse non poteris. *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia*, tu autem perfectum te fere pollicitus es, perfectus autem seruus Christi nihil præter Christum habet, aut si quid præter Christum habet, perfectus nõ est. & si perfectus non est, cum se perfectum fore Deo pollicitus sit, ante mentitus est; *os* autem, *quod mentitur occidit animam.* Igitur vt concludam: si perfectus es, cur bona paterna desideras? Dominum fefellisti si perfectus nõ es. Vociferatur ille iæpe: *Si quis vult venire post me abneget semetipsum*, & ego onustus auro arbitror me Christum sequi? &c,

Matt. 19. n. 21.

Sap. 11. n. 11.

Matt. 16. n. 24.

Nihil igitur terrenũ expetit gemma paupertatis, sed solo cælesti rore pascitur, nutritur, augetur, & perficitur, solique Deo adhæret, à quo solo dependet, & cui tantum subordinatur, in quã sententiã dixit Bern. epist. 100. Non paupertas virtus reputatur, sed paupertatis amor &c. Et Cæsarius Arelatensis hom. 27. ait: habendi amor nisi ad integrum resecetur, ardentior est in paruis, & plus torquetur in minimis: & nisi ex toto corde, & affectu pauper sis paupertas ipsa non virtus, sed miseria iudicanda est, & hom. 29. ait. Nõ satis prodest quod á nobis qualescunque facultates excusimus, quando ipsæ in nobis residen cupiditates, inde est quod interdum de rebus paruissimis excitamur, & pro vilium rerum appetitu grauissimas contentiones mouemus. Hoc quare? quia licet reliquerimus in rebus exteriori-

bus bona, adhuc in cordibus mala interiora retinemus. Et inter hæc quo modo exultat aduersarius noster quãdo nos videt ad hoc maxima contempsisse, vt in minimis deformius vinceremur? Apostolus non dixit, aurũ, vel argentum radix est omnium malorum, sed magis cupiditas diuitiarũ & non solum diuites, sed qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueũ, ac tentationem, &c.

Comprobatur autem inæstimabile pretium istius vnionis ex eo, quod dixit Aug. tom. 4. lib. 83. quæst. q. 36. Venenum charitatis est spes adipiscẽdarum, aut detinendarũ rerum temporalium: augmentum eius est cupiditatis diminutio: perfectio vero nulla cupiditas. Hæc Aug. Si ergo charitas formã cæterarum virtutum est, eisque pretium tribuit, & valorem communicat, proculdubio grãdis erit paupertatis æstimatio, quæ perfectam continet charitatẽ, cum nihil de terra velit, tota cælo inhiet: qua de re vidẽdus D. Th. cum explicat illud Matth. 19. *Si vis perfectus esse vade, & vende omnia quæ habes*; sic enim ait. Notanda sunt ista verba; non ait: vade, & manduca omnia, quæ habes, sed vade, & vende; non ait aliqua, sicut Ananias, & Saphira, sed omnia; & pulchre subiungit: quæ habes; illa enim habemus, quæ iuste possidemus. Illa ergo, quæ iuste possidentur, vendenda sunt, quæ vero iniuste, eroganda. Genad. de Eccles. dog. ait. Bonũ est facultates cũ dispẽsatione pauperibus erogare, melius est pro intentione sequendi Dominum insimul donare, & absolutum solicitudine egere cum Christo, &c. quæ ibi videnda sunt. Facit. Greg. 2. Moral. c. 27. cum ait voluntariã paupertatem inchoare perfectionem, & accingere hominem ad culmen perfectionis.

Matt. 19. n. 12.

Sed iam diuitias paupertatis prosequamur, priorque in dicendo sit

Chrysost.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chryſoſt. lib.3. cont. vitup. vitæ Monaſt. vbi ait. In omnibus philoſophemur, & nihil nobis inopia lædere poterit, quin clariores reddet, & omnibus diuitibus copioſiores, quid enim Elia pauperius, ſed propterea omnes diuites vincebat, quoniam pauper hic erat, ipſam vero paupertatē ex mentis opulentia elegit, quoniam enim omnem pecuniarū copiā animi ſui magnitudine eſſe putauit inferiorē, nec philoſophia ſua dignam, ideo tantam pauperiem amplexatus eſt &c.

Hoc in loco meminiſſe fas eſt eius quod refert Plutarchus in Orat. de fortuna. Alex. Vbi refert ipſum Macedoniæ Regē dono miſiſſe Xenocrati philoſopho quinquaginta talēta auri, quæ philoſophus animo tanto auro longe ſuperiori contempſit, tunc ait Plutarc. Xenocratem laudamus quōd dono miſſa ab Alexandro ſibi quinquaginta talenta auri non acceperit, dantem non laudamus, an non quia à largiente, ſed potius á non accipiente contemni pecuniam putamus; Plus enim eſt data contemnere, quam ex poſſeſsis elargiri. Sed illud in noſtra perfecta paupertate mirandū, & commendandum, quod licet philoſophus data deſpexerit, nihil amiſit, ſed qui pauper erat, pauper remanſit, at in Chriſtiana paupertate qui diues erat, pauper remanet, longeque perfectius eſt poſſeſſa relinquere, nihilque ſibi penitus reſeruare, quam oblata nolle, & in diutina paupertate remanere Videndus idem Plutarc. in vita Phocionis vbi ait. Alexandrū dono miſiſſe Phocioni ex Aſia centū talenta. His Athenas deportatis, quæſiuit ex miniſtris eius Phocion qua de cauſa in multis Athenienſibus tantum munus ſibi ſoli Alexander largiretur? Vbi reſponderunt illi, quōd te exiſtimat vnum virum bonum & honeſtū. Ergo ſinat me, inquit. Phocion, talis vt habear, & ſim. Ita reportata ex Athenis pecunia eſt, oſtenditq, Græcis ille locupletiorem tantā ſummam dante eſſe, nō indigentem eius. Sic Plutarc. oſtendit in paupere Græco gentili diuitias egeſtatis quādoquidem illa tātum contentus, tantam ſummam reſpuit, & remiſit, longe alacriori animo reiecturus, ſi verum paupertatis pretiū percepiſſet, quo æternę diuitiæ comparantur, quas neque fures efodiunt, nec furantur, neque tinea demolitur, neque tempus conſumit.

Obſeruat pro hac ſententia D Aug ſer. 28. de verbis Apoſtoli doſt principid, quod Petrus reſpondit Claudo petenti ab eo eleemoſynam *Argentum, & aurum non eſt mihi*, Iuſte, inquit Aug. ſequebatur, vt largiretur ſigna, qui opes contepſerat. Quid hac paupertate ditius? Quid hac virtute pauperius? Argentū, & aurū nō habet qui argentū nō habet? Eloquiū vehemens, eloquiū igne purgatū, qui aurū nō habet, fidē habet. Videam⁹ quidamplius coruſcet, virtus, an aurum, quod ita eſt in abſcōdito, vt illud videatur prouidens hominibus natura damnaſſe, nec expoſuiſſe rem ſucceſſurā oculis cupidorū? Atque vt adiuuaretur paupertas difficultate perēdarum diuitiarum, cum labore facit quæri, quod noluerat inueniri. Ad poſſeſsionem eius non omnes idonei, ad contēptum eius omnes idonei; nemo ergo non poteſt inter eos reputari, qui diſperſerunt, tribueruntque pauperibus, iuſtitia eorū manet in æternū. Nemo non inter eos reputari poteſt qui bene voluerit per fugaciū rerum deſpectū placere Deo. Magnæ felicitatis eſt conditio Chriſtianorum, quibus claritudo regni in paupertate poſita eſt. Poſsidere quod cū labore requiritur, pauco rū eſt; contēnere uod cū fructu contēnas, omnium eſt. Felicitas ergo magna Chriſtianorū, quibus datū eſt, vt paupertatē faciant pretium regni cælorū. Nō tibi diſpliceat paupertas

Act.3. n.6.

tua, nihil ea poteſt ditius inueniri. Vis noſſe quam locuples ſit? Cęlum emit, quibus theſauris conferri poſsit, quod videmus paupertati indultum? Vt ad regnū cælorū veniret diues poſſeſsione ſua obtinere poſsit? Nunc obtinet vt contemptus peruenìat. Aurum, & argentum nō eſt mihi, ſed pro his quid habet? *In nomine Ieſu Chriſti ambula* De effectibus pretia rerū ęſtimantur. Qui aurum donabant, implebant pauperis ventrē, maius onus pedibus debilibus futurū, ſolabātur infirmitatē, ſanitatē reddere non valebant, ille autem qui aurum non poſſedit, ſanitatem dedit, Deo diues eſt, inops auri. Surge, & ambula. Hoc plane non in marſupio, ſed in animo tenebatur. Pauperem hominem expauit infirmitas, æqua lege, & æqua potentia reges, captiuoſque cō ſtringens. Non potuit ſuſtinere iuſsionem pauperis regibus dominans. Debilitas, quā ei inuexerat natiuitas, vi pauperis iubentis excluſa eſt. Vidēdus Anſelmus cum tractat illud. 2. Corinth. *Tanquam nihil habentes*, &c. vbi ait. Eſtote tāquā nihil habentes. i. mundi deſpectu cuncta, quæ habetis pro nihilo ducētes, & tali cogitatione ſitis omnia veſtra poſsidentes: quia tunc mens veſtra non tenebitur in infimis, &c.

2. Cor. 6.

Quoniam vero incidimus in ſupremam, & eleuatam paupertatem, diuitemque egeſtatem probauimus; inofficioſum nō erit ſi expendamus quanto cum honore pauper vita functus efferatur, nobiliori vtique comitatu deductus, quam vlli diuitum, & potentum vnquam contigerit, ſic enim rem proſequitur D. Chryſoſt. ad illa verba: *Factum eſt vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinū Abrahæ*. Portabatur, inquit ille, ne ſaltem ambulans laboraret: portabatur ab Angelis, non ſuffecerat ad portandum pauperem vnus Angelus? Sed propterea plures veniunt, vt quorum lætitiæ faciant, gaudet vnuſquiſque Angelorum tantum onus tangere, libenter talibus oneribus prægrauatur, &c.

Luc.16. n 22.

Mirum quidem viſum eſt Ruperto quod ejectis menſis numulariorum, & flagellatis venditoribus, qui tēplum profanabant, his, qui colūbas vēdebāt nō ſolū parcens, ſed veluti reueritus dixerit Chriſtus Dominus. *Auferte iſta hinc*, quod totum ex eo factum eſſe arbitratur, quia paupertatis ęſtimator in tantum ei deferendum putauit, vt in medio furore, & ira ei pepercerit, ſic enim habet Rupert. lib. 3. in Ioan. c. 3. ad illa verba; his, qui columbas vendebāt, dixit: *Auferte iſta hinc* &c. Hoc valde notandum eſt, quod in medio feruore diſtrictionis, in ipſa flāma zeli ardentis, dum ſine cura Sacerdotum mercimonia proijcit, omnes ejecit de templo, oues, & boues, & mēſas ſubuertit, pauperibus (ſ. his qui columbas vendebant: non enim diuites, ſed pauperes eiuſmodi auiculas vendere ſolēt;) pauperibus ergo parcit, vt non exturbet columbas, quas vēdebāt, quas cum exturbatę euolaſſent, ipſi conſequi non poſſent, & aliquando damno affecti angerentur; ſic ille oſtendit quanti verus rerum æſtimator faciat paupertatis gemmā, cui pepercit præ æſtimatione, & decore dictæ virtutis.

Quod ſi gemmę ex pondere æſtimantur, quantum, & quam graue ſit paupertatis ex eo innoteſcit, quod notauit Aug. ſer. 35 de verb. Dom. ſecūdū Luc. ſtatim poſt principium, vbi ponderat id, quod Chriſtus Dominus de pauperibus dixit. *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Ait ergo Aug. Minimi ergo qui ſūt Chriſti? hi illi ſunt, qui omnia ſua demiſerūt, & ſecuti ſūt eū, & quidquid habuerunt, pauperibus diſtribuerunt, vt Deo ſine ſæculari compede expediti ſeruirent, & ab oneribus mūdi liberatos velut

Matth. 25. n. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pennatos sursum humeros tolleret. Hi sunt minimi Appende minimos istos & graue pondus inuenies. Sic argute perpendit Aug pondus paupertatis ex æstimatione diuitiarũ relicta, eo enim grauior redditur paupertas, quo leuior censetur ex demissis,& expeditior ex pluribus quæ pro Deo reliquit, vt agilior,& leuior ad cælum euoler.

Mirũ sane est quod plures Angeli ad deducendum vnum pauperẽ conuenerint, cum ad quodlibet quantumuis graue onus deferendum vnus satis sit Angelus, sed tantum paupertatis onus multos prægrauare potest, & onerare, multique proinde congregantur, vt nobis paupertatis pondus indicent.

Acute notauit Chrysolog. Christũ Seruatorẽ dixisse adolescenti,imo,& omnibus ad perfectiora tendentibus vt venderent quæ possidebãt, quasi voluerit eos inferiora demittere vt superiora acquirerent, sicut siquis ferrũ, aut æs reiiceret, vt aurum, aut gẽmas conquireret, sic enim habet ser. 22. Nõ potest dominari omnibus, nisi qui proprijs nõ tenetur, deiectæ mentis est qui familiaris rei meminit cum vocatur ad Regnũ: iacens animus plebeius numulũ thesauris regalibus ãteponit, pauper sensus paruis incubans perdit magna & inhians tẽporalibus deserit sempiterna. Vendite quæ possidetis. Homo tali monitu Christus te ditare voluit, non nudare: manere tibi tua voluit, non perire, perpetuari, non vacuari sacculos imperauit: iussit te transferre,nõ perdere. Quo in loco videtur Chrysol alludisse ad illud quod alias dixit Christus Seruator de homine quærẽte bonas margaritas; etenim inuenta vna pretiosa vendidit omnia bona sua,& emit eam; sic igitur vt nobis acquiramus paupertatem præcipit Deus vendere quæcunque pretiosa videntur, vt pretiosiorem margaritã nobis comparemus, cuius tantũ pretium, & pondus est, vt posita in altera bilancis parte, alterã ad suprema eleuet, sicut euenire solet quando grauius pondus imponitur.

Facit in hanc sententiam locus ille vbi Christus Dominus ait *Regnũ cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*, enim vero qui rapere aliquid cõstituit vacuas manus habeat necesse est, alioqui si in eis aliquid habeat frustra nitetur comprehendere, quod bene explicat Chrysost. hom. 53. in Ioan. vbi ait Quid significat vim patitur regnum cælorum? Nisi opus est multa, angusta est via, robusta anima opus est, & generosa: raptores præoccupare admittuntur, desperge quæ habes in manibus, quousque enim præsentia seruas, illa rapere non poteris &c. Et Aug. ser. 223. de tempore ait. Dimitte terrena, & accipies cælestia. Et D. Prosp. lib 2. de vita contempl. c. 16. ait. Qui vult Deum possidere renuntiet mundo, vt sit illi Deus beata possessio, Deus cum dicit, *Filijs Leui non dabitis partẽ inter fratres suos, ego Dominus portio eorũ*, satis ostendit quod ij, qui terrenæ hæreditatis cõtẽpserint portionem, Deũ spiritaliter merẽtur possidere, vel ab illo possideri eo solo perfrui, atq; illi adhærere inseperabiliter cõcupiscũt Quid vltra quærit, cui omnia su° Cõditor fit, aut quid ei suffi cit, cui ipse nõ sufficit? Itẽ quid potest esse felicius, cui efficitur suus Cõditor sensus, & hęreditas eius dignatur esse ipsa Diuinitas? Videdus Chrysolog. ser. 28. vbi sic incipit. Virtutibus cognata paupertas terrena, ut disciplina comprobat cælestis. Athleta ad luctamẽ nudus accedit, confligit cum fluctibus nauta nudus, miles in acie non nisi expeditus assistit: qui tendit ad philosophiam totũ, quod in rebus est, ante contemnit. Est ergo virtutibus cognata paupertas: & si paupertas virtutũ parens, virtutum socia sic

Matt.ii. n.12.

habetur,

habetur, sapere cõuenit quare Christ° ad virtutis officiũ sic pauperes elegit. Petrus,& Andreas, Iacobus,& Ioãnes germanitas combinata, imo cõgeminata paupertas in Apostolorũ principes eligũtur, pauperes censu, loco humiles, viles arte, obscuri vita, labore communes, addicti vigilijs, fluctibus mancipati, negati honoribus, iniurijs grati, sed in istis quantum vilis mundanus videbatur aspectus, pretiosas tantum animas Dei intuitus tunc videbat: viles arte, sed simplicitate pretiosi; obscuri vita, sed vitæ merito perlucentes,&c. quibus ostendit pretiosa fuisse fundamenta Apostolorum, imo pretiosas paupertatis gemmas elegisse Dominum in fundamẽta suæ Ecclesiæ, vt angulari lapidi, probato, electo, & pretioso Christo Iesu corresponderent, ille enim angularis lapis fuit, cui superpositi fuerunt pretiosi isti pauperes, electi tamen, & probati à Summo Artifice.

Pro qua re videndus est optimus locus apud Rupert. lib.1. in lib. Reg c.5. ad illa verba. *Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem*, vbi ait in Hebræo haberi. *Domini sunt afflicti terræ*, sic ergo habet. Afflictos terræ Hebræi & pauperes spiritu, & humiles corde intelligunt, super quos Dominum orbem posuisse dicunt, quia eorum meritis terram stare autumant: cui consonat Euangelica veritas pauperes spiritu in fundamento beatitudinis collocans, dum octo enumerat beatitudines,& sic incipit. *Beati pauperes spiritu.* Vbi vides Deum, qui in suis ædificijs pretiosa in fundamẽtis collocat, vt patet ex Isaia. In fundamentum suæ Ecclesia,& vt cæteros lapides portarent, elegisse pauperes homines, magni in eis faciens paupertatem,& ostendẽs nobis illius pretium,& pondus,& æstimationem.

Matt.5. n 3.

Isai. 28. n.18.

Notãdus venit hoc in loco Theod. q.53 in Exod. vbi ex illis verbis. *Non apparebis in conspectu Domini Dei tui vacuus*, ostendit pauperes, & egenos locupletiores Deo offerre oblationes, quam diuites, qui sola terrena Deo offerunt, imo vero inde monet pauperes vberiores virtutum fructus debere proponere Deo, ex eo, quod diuitijs temporalibus careant. Nec omittenda quæ habet Bernard. epist. 103. cum ait. Volo te esse amicum pauperum, magis autem imitatorẽ Ille gradus proficientium est, hic perfectorũ. Amicitia pauperum Regum amicos cõstituit, amor paupertatis Reges, *quoniam ipsorum est regnum cælorum. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula.* Vides, quia magna dignitas sancta paupertas sit, vt non modo patrocinium ipsa sibi non quærat, sed & ferat indigentibus, quale est hoc absque interuentu cuiuspiam Angelorum, vel hominum, sola diuinæ gratiæ confidentia accedere per temetipsum ad vultum gratiæ, capessere summam rerum, attingere totius magnificentiæ culmen? Et epist. 208. ad Regem Siciliæ. Susc ipe pauperes tanquam aduenas, & peregrinos, veruntamen ciues Sanctorum, & domesticos Dei; parum dixi, ciues; Reges sunt, ipsorum est enim Regnũ cælorum iure, & merito paupertatis. Videndus idem Bernar. 4. de considerat. vbi aduertit quod cæteris virtutibus in futurum proponantur,& promittantur bona, saturabuntur, vocabuntur: at paupertati, inquit, non tam promittitur, quam datur Regnũ cælorum, cum dicitur, *quoniam ipsorum est regnum cælorum*; & serm de villico iniquitatis, paupertatẽ appellat bona pauperum, quibus in officio continẽtur, sicut diuitum bona sunt diuitiæ, ne eos paupertatis molestia frangat. Eleganter vero deducit nobilitatem paupertatis ex eo, quod illius nomenclaturã sibi Deus assũpserit. Pro qua

Luc.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re recolendum est id, quod Nazian. in laudem pacis aduertit Orat. 14 quod s. *pax Dei* dicatur à Paulo, deinde vero & *Deus* dicatur *pacis*, imo vero & ipse dicatur pax, tot enim titulis sibi pacem vendicauit Deus, vt eã nobis maxime inculcaret, deinde, & illud addo, quod obseruauit August tract. 7 8. & 9. in 1. epist. Ioan. non posse s amplius charitatem, & dilectionem commendari, quam quod Deus charitas, & dilectio diceretur Ex quib⁹ illud colligo, quod si in summam cõmendationem pacis Deus dicitur pax; & in laudẽ dilectionis Apostolus Ioannes ait *Deus charitas est*. Nil profecto amplius in cõmendationem paupertatis dici potuit, quam si Deus pauper, aut paupertas Dei diceretur. Sic ergo habet Bernardus epist. 23. Nobilis reuera titulus paupertatis, quam ipse Deus ore commendans prophetico ait: *Ego sum vir videns paupertatem meam*. Super omnes regios thesauros hic vos titulus nobilitat amplius, & reddit illustres. Scio me ex Scriptura commemorasse superius non esse laudandum hominem in vita sua, verum quomodo me possum cohibere á laude illius, qui post aurum non abijt, & spera re contempsit in pecuniæ thesauris? de quali nimirum Scriptura sic loquitur: *Quis est hic & laudabimus eum fecit enim mirabilia in vita sua?* Cur denique dignus meis laudibus non erit, quem sui quoque nominis Deus laude dignatur dicente Dauid: *Pauper, & inops laudabunt nomen tuum*. Plura habet epistola 24. vbi ait: Pauperiem æquo animo ferre virtus patientiæ est: sponte appetere sapientiæ laus est. Laudatur denique, & admirabilis prædicatur, *qui post aurũ nõ abijt*: qui vero & abiecit, plus nihil merebitur? &c. Et serm. 21. in Cantic. ait: quod ab vnigenito, vt ipse loquitur dictum est: *Si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum*, idem omnibus quoque eius fratribus dimittẽtibus omnia addit esse cõmune, quibus omnia non solũ adijciũtur, sed etiam subijciuntur, si modo terrenis rebus spoliati, ac super illas altius elati fuerint.

Philip. 4. n. 7.
Sup. n. 9.
Ephes. 2. n. 14.
Threm. 3. n. 1.
Eccles. 31.
Psal. 73. v. 21.

Videndus etiam Nazianz. in Apolog. vbi paupertatem diuitias suas appellat, quæ ipsum non gloriantem solum, sed arrogantem faciunt, & Orat. 24. Magnas illas diuitias, ait, hoc est inopiam, &c. Pulchra item sunt quæ habet Hieron. tum epist. ad Saluinã, tũ epist. ad Celant. & Ambros. epist. 10. vbi inter alia ait. Cum regnũ Dei pauperũ sit, quid esse locupletius potest? Et sermone 10. post multa, quæ hac de re habet, sic scribit. Vsque adeo nuda virtus apta est cælo, vt quamuis iustus, quamuis sanctus aurum, vel diuitias possidens non possit esse perfectus, talem voluit Deus adolescentem illum cui dixit, *Vade, vẽde, &c.* ad paradisum redire qualis Adam fuerat de paradisi sublimitate deiectus. Nudus enim Adam incola paradisi fuit, & serm 89. in fine ait. Est sanctis viris semper dives ipsa paupertas. Vnde credo hos beatos hanc Ecclesiam non minus orationibus, quam impendijs fabricasse. Totam substantiam in huius fabricaturam operis expenderunt, & ipsis certe nihil deest, ipsa plane est, sicut diximus, dives, locupleſque paupertas, quæ expendit omnia, sed hæc à Deo benedicta est, sicut illa vidua, de qua dixit Dominus in Euãg. *Mulier hæc vidua pauper plus quam omnes misit*. Videndus Chromat. Episc. Aquilienſ. concion. de octo beatitudinibus tom. 2. biblioth. cum ponderat verba illa. *Beati pauperes spiritu*, sic vero habet. Apostolus in paupertate diuitias inesse ostendit cælestes, dicens: *Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes*. Vnde Petrus *Argẽtum, & aurum*

Marc. 12. n. 43.
Matth. 5. n. 3.
2. Cor. 6. n. 10.

non est mihi, quod autem habeo, &c. O vere beata paupertas, quæ cum nihil de mundi facultate habeat, tantum de cælo largitur. Non dat quidem argẽtum, vel aurum sed quod plus est diuitijs omnibus, reddit corporis sanitatem. Imaginem Cæsaris in nũmo, quam daret, non habuit, sed Christi imaginẽ in homine reformauit. Videndus Chrysolog. serm. 26. ad finem, cum ait. Elias, & Eliseus dum declinant ad viduarũ vacuas, & inopes mãsiones, copiosé quod viduis deerat, suppleuerunt, qua de re D. Aug. li. 50. homil. homil. 18. post principium ait. Nunquid Deus defecerat pascere seruum suum Eliam? Nonne illi, quia deerant homines, alites ministrabãt? Nonne illi panem offerebat coruus mane, & ad vesperam carnes? Ostendit ergo Deus qui cum voluerit, quomodo voluerit, pascere seruos suos potest, & tamen vt posset cum Religiosa vidua pascere, fecit eum egere. Egestas animæ sanctæ in abundantiã versa est animæ Religiosæ. Non poterat Elias de misericordia Dei dare sibi, quod lagunculæ dedit? Videtis nempe, & manifestum est, quod aliquãdo serui Dei, ideo non habent, vt probẽtur, qui habent: qui erat in Elia vt præciperet, ipse erat in vidua, vt obediret. Vade inquit, mihi prius fac de egestate tua, non deficient diuitiæ tuæ. Patrimonium viduæ modicum erat farinæ, & modicum olei. Hoc modicum non defecit. Quid felicius hac paupertate? Similia sunt quæ habet Hilarius in Psal. 118. Ambrosius epist. 82. Cyprian. de habitu virg. Chrysost. hom. in illud. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas.* Aug serm. 23. de verbis Apostoli. Hieron in Ps. 111. vers. 5. vbi ait. Habẽt & sancti vnde faciant eleemosynas, cum nihil habeant, &c.

Et in hanc sententiam quærit Cæsarius Arelat homil. 1. Cur Deus pauperes in hoc mundo reliquerit, imo vero quod magis miradum est, quod sicut suam nobiscum assistentiã promittit omnibus diebus vsque ad consummationẽ sæculi, sic etiam quasi pro magno beneficio pauperes semper affuturos promittit. *Non deerũt pauperes in terra habitationis vestræ*, imo & ipse Christus Seruator. *Pauperes semper habebitis vobiscum*, quasi secundum post Deum bonum in terra, paupertas sit, sed ille ideo asserit factum, vt diues temporalium rerum vere ditaretur per pauperes earundem rerum. Ego puto, inquit ille, charissimi, quia ita Deus noster pauperes in hoc mundo esse permiserit, vt in pauperibus diuitum fidem probaret: vel in pauperum misericordia diuitibus misereretur, vt benevolum locupletem etiam inopia aliena ditaret, & opulentior quisque ingẽtia de egente lucra reciperet, & mirifico, summoque commercio, dum inopi misericordia temporali largitate confertur, inde æternus thesaurus compensetur. Intolerabilis dolor erit si inde quisq; causas mortis incurrat, vnde vitæ gaudia comparare potuisset. Noli ergo despicere diuitem, qui cũ sibi pauper sit, facere te diuitem potest. Sic ille.

Deut. 15. n. 18.

Venit autem hoc in loco obseruandus obscurus, sed elegantissimus locus apud Hieron. tom. 1. epist. ad Pammach vbi loquens de eleemosynis eiusdẽ Pãmach & de studio eandem largiẽdi ait Munerari⁹ pauperũ, & egentium candidatus: quæ postrema verba forentia sunt & Romana, etenim qui munus aliquod in Republica ambiebant, candidati dicebantur, quorum conditionẽ accurate, & graphice describit Tert. lib. de pænit. c. 11. his verbis. Sed illos, qui ambitu obeunt capessendi magistratus neque pudet neque piget incõmodis animæ & corporis nec incõmodis tantũ, ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rúm & contumeliis omnibus eniti in causa votorum suorum, quas non ignobilitates vestium affectant? Qui non atria nocturnis, & crudis salutationibus occupant, ad omnem occursum maioris cuiusque decrescentes; nullis conuiuijs celebres, nullis comessationibus congreges, sed exules à libertatis, & lætitiæ fælicitate. Sic ille miseram candidatorum conditionem, qui per comitia ire solebant candidati suadendo, rogando, submittendo se omnibus, & nudato etiam corpore, cicatrices ostendendo, & munera largiendo, vnde Cicero pro Muræna ait. Nec candidatis ista benignitas adimēda est, quæ libertatem magis significat, quā largitionem.

Hinc igitur pertrāslationem aliarum quoque rerum petitores dicuntur candidati, vt apud Quintill. Candidatus eloquentiæ, qui eam postulat, & procurat, & à Plin. in panegy. Candidatus gloriæ, & immortalitatis; & Lactant. nos immortalitatis candidatos dixit; & Tertull lib. de Orat. c. 3. ait. Angelorum si meruimus candidati Vbi Pamell. Quippe qui alioqui ad Angelorum honorem, quem (vt candidati apud Romanos cōsulatus) petimus peruenire non possimus, nisi mereamur; quo pacto etiam Rhenanus interpretatur illud apud eundem Tertull. lib. 2. cont. Marc Candidatus æternitatis, ac restitutionis candidatos. Simili etiam phrasi á contrario sensu dixit Tertullianus lib. de corona militis: candidatis diaboli. Et lib de fuga in persecutione: candidatus timoris.

Hoc igitur suppositō, clarius iā innotesceat quid Hieron. intendat, cum Pammachium egenorum candidatu vocat; etenim sicut apud Romanos qui munus Reip. affectabat, munerib⁹ omnes sibi deuincire, & conciliare nitebatur, vt ei suffragium tribuerent, & ad honores illustriores, pinguiorēque fortunam extollerent, ita Pammachius quasi candidatus ad egenos accedebat, imo & adibat, & illis veluti munera tribuens, abundantiorem largitionem, & largiorem substantiā affectabat, & dando præstolabatur, ac illis sese to um demittēns, & decrescens maius ab illis sperans incrementum, minora libenter concedebat.

Quod si vis pauperum candidatum contemplari, tibi ante oculos adsit Abraham, de quo dicitur: *Cum vidisset Abraham tres viros, cucurrit in occursum eorum, & adorauit in terram, & dixit. Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore: ponamque buccellam panis, & confortetur cor vestrum, postea transibitis.* Gen. 18. n. 2. Quæ omnia candidatum redolent, proponunt, & exponunt. Vnde & ea sic explicat Chrysostomus homil. 41. in Genes. dicens. Dicere, *Domine*, est captantium beneuolentiam: dicere autem *si inuenī gratiam in oculis tuis*, hoc est admirabile. Beneficium, inquit, das, non accipis. Verē enim huiusmodi res hospitalitas est, qua magis accipit, quam dat, qui illam prompte, & alacriter exercet. Et vide quomodo prædicit mensæ tenuitatem, imo lautitias. Vidisti quomodo varijs vtitur modis, precibus vincere prætereūtes, & gestibus, & verbis, & operibus attrahere eos volens. Primum enim adorauit, deinde Dominos vocat: postea dicit quæ illis exhibturus sit, extenuans ers, & nihili eas vocans, &c. quæ ibi videnda sunt pro hac re. Vbi etiam ostendit Abraham non cognouisse eos, qui aderant, esse Angelos in habitu, & forma hominum, sed existimasse peregrinos, & pauperes, quibus velut candidatus submisse loquebatur, quasi ab eis sperās

& postulans suffragium, & voti emissionem ad veros honores, & diuitias comparandas.

Hoc etiam videre est in consobrino dicti Abrahami, qui cum vespere sedēs in foribus ciuitatis vidisset duos etiam Angelos in forma, ac habitu virorum surrexit, & obuiam eis processit; adorauitque pronus in terram, & dixit: *Obsecro Domine declinate in domum patris vestri, & compulit illos oppido, vt diuerterent ad eum.* Gen. 19. n. 2. Vbi Marius in rem nostram ait, Angeli quasi coacti domum Loth ingrediuntur, vt charitas ipsius tentata, & probata remuneraretur, & ostenderent quantum esset hospitalitatis bonum &c. Hi itaque egenorum candidati constitutum, & ratum habebant quantū honoris & diuitiarum ipsa paupertas apud se retineat, quam proinde tantopere reuerebantur, cui obsequia præstabant, cui suas diuitias largiebātur, alijs profecto verioribus, & largioribus cumulandas & recompensandas, quæ terrenarum valorem, & pondus longe superarent.

Hinc est quod Clemens Alex. 7. stromat. loquens de iusto, & sapiente viro ait. Maxime quidem diues, ex eo, quod nihil concupiscat, vt qui paucis egeat, & cuinsuis boni magnis abundet copijs. Et 2. pædagogi diuitias paupertatis commēdans ait. Verę diuitiæ sunt paupertas, &c. non æquum est studium suum ponere in eis rebus quæ volenti licet ex foro eme re. Videndus Nazianz. Orat. 30. vbi de Cratete Philosopho refert, qui relictis omnibus possessionibus editū locum cōscendit, & inde clamauit. Crates Cratetem libertate donauit, quē locum differte tractat Chrysost. lib. 2. cont. vituperat. vitæ monast. Similia habet Greg. 3 dialog c. 14. vbi ait Isaac quondā tali fuisse animo, vt cū multę possessiones pro monasterij vsu offerrentur, nunquam induci potuisset vt eas admitteret, quoniam, vt ille ait, sic metueret paupertatis suæ securitatē perdere, vt auari solent perituras diuitias custodire. Denique magnos spiritus paupertatis in despiciēdis diuitijs ex eo possum⁹ probare, quod maius quidpiam sit opes contemnere, quam easdem distribuere, & elargiri. Vnde D. Thom. 3. p q. 7, art. 2. ostendit in Christo Domino fuisse liberalitatem in summo gradu ex eo potius, quod diuitias contempserit, quam ex eo quod easdem concesserit, illud enim maiorem animi magnificentiā declarat, qua etiam de re videndus August. epist. 34. ad Paulinum, vbi docet cauendam elationem in huiusmodi contemptu, solet siquidem obrepere elatio, & superbia magnificis, & supremis operationibus, qualis plane est despicere diuitias, & paupertatem omnibus præponere, quæ quidem omnibus præponderat, & antecellit.

Neque vero potuit melius nobis constare pondus istius gemmæ, quam prosequimur, quam ex eo, quod è cælis videtur Filium Dei in carne detulisse, id enim non vtcūque, sed aperte videtur ostendere illud Isaiæ, vbi idē Verbum incarnatum ait. *Spiritus Domini super me, euangelizare pauperibus misit me.* Isai. 6. n. 2. Nam hunc locum iuxta literæ corticem de populo Hebræorum prolatum; de semetipso viuæ vocis oraculo interpretari dignatus est ipse Christus Dominus, qui suam exorsus est doctrinam a pauperum commendatione, & consolatione in monte, sicut notauit Tertullianus lib. 4. contra Marc. cap. 14. vbi ait Igitur qui a consolatione pauperum exorsus est, statim se illum repræsentare gestiunt, quem demonstrauerat per Isaiam. *Spiritus Domini super me &c* vbi etiam videndi sunt D. Hieron & Euseb Cæsar. demonstrat. lib. 3 c. 1. & lib. 9. c. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hinc etiam est quod ad quærendum,& adorandum Christum infantem positum in præsepio, & pannis inuolutum,pro signo pastoribus datur ipsa paupertas,sub qua latebat pretiosissimus thesaurus,qua de re videndus D.Bernardus serm. 4. in Natiuitate Domini. Voluit enim Filius Dei, vt certo sciremus nullibi certiores posse esse diuitias æternitatis,quã sub ea paupertate; vsque adeo siquidem diues est,& pretiosa paupertas.

Solent homines probari auro,diuitijs,& honoribus,sed longe certius,efficacius & melius de illis periculum fit per inopiam,& egestatẽ, hæc enim veram iustitiam & virtutem ostendit, & probat. Dixit Plinius ex doctorum Prouerbio: Lydius lapis facit de auro,quod aurum facit de homine.Melius vtique diceret, quod aurum possessum facit de homine, melius facit contemptum. Sed quia Plinius ignorauit hoc,nos Deus docuit per Isaiã cum ait: *Ecce excoxi te, sed non quasi argentum,elegi te in camino paupertatis*, vbi D.Hieron. lib.16 in Isai cap.57.legit: *Probaui te in camino paupertatis*. Et sane Hebr. *bachar*, purificare est. Aitque Hieron. non solum diuitiæ, sed paupertas probat hominem, & Lazarus probatus est pauper,qui egestatem simul,debilitatemque sustinuit, &c. in eo autem quod dicitur *excoxi te*, &c. videtur fieri allusio ad caminum ignis ardentis,in quem tres pueri missi laudabant Dominum. Paupertate enim decocti iusti, probantur maxime si Deum laudant; iniqui siquidẽ incendio illius flagrant, & in fumum resoluuntur, illi cum aurum terrenũ non habeant,velut aurum obrizum,& perpurgatum remanẽt; isti, qui auro, & argento abundant, sicut scoria resoluuntur,& sicut æs, & ferrum absumuntur. Et illis poterit inculcari illud: *Argentum tuum versum est in scoriã*. Et apud Ierem. cum præcoxissetexamen argenti sordidi, subdit diuinum Oraculum: *Omnes isti Principes declinãtes,ambulantes fraudulenter æs, & ferrum vniuersi corrupti sunt, argentum reprobum vocate eos.*

*Isai.*48. *n.*10.

Isai. 1. *n.*22. *Ierom.* 6

Vnde etiam Chrysost.homil.40.in Matth. confert pueros in fornace ignis ardentis probatos, & laudantes Deum cum pauperibus æquo animo sustinentibus ignem paupertatis, quo à Domino examinantur. Sic vero inter alia ait.Consideremus nouũ quiddam,atque inopinatum, hominem in fornace psallentem, in igne gratias agentem,hominem extremæ inopiæ colligatum,& plurimam tamen Deo gloriam, laudesque referentem. Illis siquidem pueris inueniuntur æquales quotquot paupertatem cum gratiarum actione patiuntur: est enim terribilior pauperies igne,& grauius vrere consueuit,&c.

Threnorũ in cap. 3. dicitur. *Recordare paupertatis meæ*.Pagninus ex Heb. legit: *Afflictionis meæ, planctus mei absinthijs*,in Hebr.est: *Recordare instabilitatis meæ*.Paraphrastes Chald. legit: *Recordare acerbitatis meæ*: quidigitur tot nominibus paupertas redditur, & explicatur à sacris interpretibus cũ vnica res sit?Nisi quia harum omnium rerũ effectus in vna paupertate reperiuntur; & cũ vnica sit, multiplex existit in examinando, & probando virtutẽ, iustitiam, & rectitudinem hominis. Est enim summa afflictio,& veluti ab sinthium amara,& ad amaritudinem redigens.Est instabilis,& nullibi consistere diu permittit, sed vbique, & hostiatim cursitare facit quærens victum,ac remedium,quia ergo multipliciter cruciat, multipliciter etiam probat, & examinat.

Thren. 3. *n.*19.

Prosequitur hoc Chrysolog. ser.26. ad finem cum ita scribit. Tu pauper commissam tibi dispensationem nõ paruam paupertatis existimes, si patienter feras,si ingratus non sis; si sis,

vel in ipsa necessitate sobrius, & frugalis si danti agas gratias, non danti non ingeras blasphemas iniurias: si tantum quæras,quantum dat misericordia, non quantum cupiditas importuna compellit. Sic ille ostendit quotuplex probatio in paupertate fit. Cui suffragatur Euseb Emissen. hom. 4. ad Monachos, cum recte expendit qualiter paupertas non in multis tãtum, & magnis, sed in paruis etiam, & paucis animum cuiusque examinet; sic ergo habet. Nihil habere interdum res necessitatis est, nihil vero cupere,res virtutis; & ideo hunc sibi specialiter modum Religiosus debet imponere,vt tantum habeat, quantũ necessitas posit,non quantum cupiditas concupiscit: habendi amor nisi ad integrum resecetur, ardentior est in paruis, & plus torquetur in minimis;& nisi ex corde, atq; affectu pauper sis,paupertas ipsa non virtus, sed miseria iudicanda est. Et homil. 5 in eandem sententiam dixit. Interdum de rebus paruissimis excitamur,& inter hæc quomodo exultat aduersarius noster,quando nos videt ad hoc maxima contempsisse, vt in minimis deformius vinceremur,&c. Quibus nihil pulchrius dici potuit, quandoquidem eò res deuenit, vt probatio paupertatis non iam de auro, & argento, sed de vitro,de luteo vase, & de rebus nullius fere momenti admodum periculosa sit.

Probatissimã itaque gemmã paupertatis hucusque prosecuti sumus, quæ in imis huius sæculi locis aperto, hianteque ore,imo multis aliquãdo patentibus plagis, solum rorem de cælo expectat & proinde ad pauperes consolandos, & docendos, descendit Filius Dei veluti matutinus ros,& ante luciferũ genitus: quid mirum igitur si talis euaserit gemma paupertas, cũ tali enutrita fuerit rore,& primos nascentis Solis radios exceperit.

Ex his igitur quæ tam multis diximus iam constat quonam rore cælesti decidente doctrinæ cælestis, & supernaturalis gratiæ in animis nostris efformentur virtutes,quę bona enascantur,quæ margaritæ producantur & quæ gemmæ concrescant. Nescio quem malum genium in mendaciloqua poesi finxit in aureum imbrem conuersum. Fraudis artificem euentus prodidit. Aureus imber virginem grauidauit,sed vitiauit, & dehonestauit. Noster hic aureus, cælestis,s. imber, de quo Moyses in præsenti virginem animam fæcundat, & replet, imo & corruptam animam virginem reddit, & castam exhibet. Potuit quidem improbus,& inhonestus nymbus ire per medios satellites, & turrim aheneam permeare: non potest (proh dolor!) cælestis hæc pluuia, & diuinus ros doctrinæ, & gratiæ chalybem humani pectoris, & cordis peruadere? Vah! quanta est duricies humani pectoris, quis te rigor, quod frigus, (ò homo) sic obfirmat, & indurat? Etiamsi solido constares adamante,ros tamen iste hirci emissarij, & agni,qui tollit peccata mundi, copioso imbre,& sãguine permistus deberet hanc duritiem tepefacere,emollire,& perrumpere. Vtinam tandem rigor emolliscat,frigus incalescat,liquescat ferrum,cedat creatura Creatori,& terra cælum expectet, ab illoque irrigata fæcundetur & fructus afferat dignos,qui summo Cultori proponantur.

Iouem pluuium Gentiles certo ritu propitiabant,alij ex Nummæ præscripto Elicium certo carmine illice deuocabant. Nos cælestem pluuiam sine vllis susurris,aut in cãtaminibus, sola expectatione desiderio,voto,auiditate & postulatione pellicere,& propitiare possumus. Cæterum dum audis rorem, memineris te debere esse vellus. Vellus carni adhæret, sine car-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis tamē sensu, dolore aut vulnere detondetur; instar huius nos degentes in carne carnalis contagionis, & sāguinis infectionis expertes prorsus esse debemus. Velleris item solida mollities, sic aquæ meatū præbet, vt nusquā discindatur; & integre recipiat permeantem. Sic in nobis (faxit Deus Opt. Max.) patulus, & bibulus Dei amor, leuis, & mollis humilitas, sed solida castimonia & sanctitas inuiolata Nam sicut dixit Phylo lib. de profugis; reuera sapientiam ætherea Deus superne instillat generosis, & cupidis mentibus.

Ros iste vellera amat, vtinā perpauca non inueniat, quia plerique sunt induti jubas, setas, vellos, & pellos ferarū nulli, aut perpauci ouiū agnorumue vellera, plerique superbi, arrogantes, iubas leonum quatiunt. Lurcones, & gaueones nō sunt agni lanientes sed Epicurei de grege porci setosi. Bile tumidi, iracundi, & intractabiles sunt visi sæui, ac villosi. Rapaces, immisericordes & qui ex alienis iueū modis sua quęrunt cōmoda, vllantiū luporū villos ostētant Qui palpum alijs obtrudunt, & gloriantur cū simplices circūuenerint, vafram gestant sub pectore vulpē. Qui liuore meliorū contabescunt, & clancularijs delationibus, detractionibusque absentes, vt loligine, vel sepiæ succo aspergunt, rabidæ, & atrę canis pilos gestant. Ros cælestis, supernaq; pluuia doctrinæ, & gratię hos canium, vulpiūque pilos fugiunt, in luporū, vel vrsorū villos nō descendūt; porcorū setas & leonū iubas penitus horrēt, & execrantur. Fugiamus & nos hosce detestandos mores induamus mansuetudinē, acquiramus animi candorē, remis, velisque in vellera nitamur cōmutari, quo in nos cælestis ros descēdat, nos perfundat, & repleat.

Gedeon rorem velleris in conchā expresit. Vbi Hugo Victor. in elucidat ad lib. Iudicum per Gedeonem Christum Dominū intelligit Iam vero in Hieroglyphicis concha symbolū amoris est. Vnde Genriles, vt constat apud Festū lib. 3. Cypriam illam amoris matrem ex concha produxerunt. Vultis igitur vt Christus in vos rorem hunc exprimat, vt abundet? Conchas imitamini, vt amore cælesti præparati orientis Solis iubar, & radium excipiatis, illæ enim hiant, & sepandiculant vt matutino rore illapso, margarito fœcundentur.

Quod si ad velleris tenuitatem, & mansuetudinē non peruenias, ros ille, qui primo in vellus descendit, secundo etiam terram perfudit, quæ squallens in circuitu velleris iacebat: proinde *Consolamini, consolamini populę meus dicit Dominus. Loquimini ad cor Hierusalem.* Non in solum iam vellus, sed etiam in tetram ros, stillæ, ac pluuiæ descendunt. Nemo proinde mœstus decedat, nemo diffidat, aut desperet: etiamsi vellera non simus, arida tamē terra sumus, quæ celestem expectat, & amat imbrem, vt læta reddatur, speciem induat, germen producat, & fructus proferat Fluit iste ros semper, vt Elizei oleum quandiu vasa reperit vacua, in quæ influat proinde qui aridi, & siticulosi sum⁹ veniam⁹ ad aquas, expectemus vt rorē, & opportunā pluuiam eloquia Dei, & excipiamus cælestem imbrem, quo irrigati fœcundemur. Audiamus loquentem Moysem, excipiamus pluuiam a nubibus Prophetarum, & Prædicatorum descendentem. Aperiatur huic rori os nostrū, & inclinemus aures nostras in verba eorum, imo in verba Dei, atq; adeo clamemus præ desiderio dicentes: *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustitam*, & gratiam, vt terra nostra germinet herbas, flores, & fructus producat.

Isai. 40. n. 1.

4. Reg. 2. n. 6.

ANNO-

ANNOTAT. VII.

Quam pernitiosum sit otium virtutibus.

LIbuit ad calcem huius de virtutibus tractatus id prosequi, quod Plinius loco citato aduertit, vnionum. s colorem indulgētia mutari, quod profecto indicat virtutum habitus esse in actus debere explicare, & extendere, ne omnino sopiantur, & pereant, amissa gratia, si fuerint infusi vel si acquisiti otio prorsus delitescant, & emoriatur. De otiosis quidem eleganter dixit Seneca illos mortem ipsam præuenire, ac prorsus mortuos esse, antequam moriantur; sic enim habet epist. 61. Viuit is qui se vtitur, qui vero latitant, & torpent, sic in domo sunt, quomodo in conditiuo. Horum licet in limine nomen inscribas, mortem suam antecesserunt. &c. quibus in verbis videtur Gentilis Philosophus attigisse ex parte eam superiorem philosophiam, cuius meminit Iob cum dixit: *Homo nascitur ad laborem sicut auis ad volatum.* Vbi Gregor 6. moralium c. 7 ait. Ad laborem quippe nascitur homo, quia nimirum is, qui accepta est præditus ratione, cōsiderat quod valde sibi sit impossibile, vt hæc peregrinationis suæ tempora sine gemitu euadat; vnde bene Paulus cum tribulationes suas discipulis enumeraret, adiunxit. *Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus*, quasi diceret ad hoc positi sumus in hoc mundo, vt operemur, & nequaquam otiemur. Vbi notandum venit id, quod dixit Ber. ser. ad illa verba: *Beatus homo, qui inuenit sapientiā.* Cum legatur, inquit, Adam in loco voluptatis ab initio posit⁹, vt operaretur, quis sanū sapiens filios eius in loc⁹ afflictionis ad feriandum positos arbitretur? &c. Aut igitur insanus reputabitur, qui otium fuerit sectatus? aut se filium Adæ negabit, dum illius conditionem detrectat

Iob. 5. n. 7.

1. Thessal 2.

Hinc est quod Christus Dominus omnibus in vniuersum dixit. *Si quis vult venire post me &c.* Vbi Chrysost. homil. 56. acute aduertit Christū nequaquam dixisse: si quis vult stare, quia regnum cælorum non stantibus, & otiosis concederetur, sed ambulantibus, gradientibus, proficientibus, ac tendentibus ad ea, quæ anteriora, & perfectiora sunt, quos Paulus *Sectatores bonorum operum* appellauit; vbi vox Græca *Æmulatorem* potius significat, vt vertit Hieronym. Ambrol & Aug cuius vocis energiam magni facit Chrysost. cum ait Vides vt non simpliciter à nobis opera virtutū exigantur? Additur nempe *Sectatorem*, hoc est magna cum alacritate, atque ingenti studio, & animo virtutis opera capessentem, qua in re vehementia quædā adsit necesse est omnino laudabilis &c. Etenim Apostolus quasi parum fuerit populum, aut hominem Christianū bonis operibus esse intentum, & occupatum, requirit adhuc æmulationem, vehementiam exigit, & veluti concertationem admonet, ne vlla prorsus incuria, aut negligentia adsit.

Matth. 16. n. 24.

Tit. 2.

Hinc etiam est quod Ieremias ait *Nolite stare recordamini procul Domini, & Hierusalem ascendat super cor vestrum.* Vbi Hugo Cardinal. de progressu in itinere perfectionis explicat, ad quā maxime iuuat si ob oculos nobis proponamus Hierusalem cælestem, in cuius itinere nullatenus sistendum, aut cessandum est, sed iugiter progrediendum, & ambulandum in sequela Christi, qui *vobis reliquit exemplum, vt sequamur vestigia eius*, sicut dixit Petrus: sunt autē hæc vestigia impressa non in puluere tantum, sed in sanguine, sicut ibi aduertit Lorin. cui nos

Iere. 51. n. 50.

1. Petr. 2. n. 21.

potius

Universidad de Deusto
Biblioteca

potius dicimus in puluere, & in sanguine impressa esse. In pulvere quidem, id est, in laboribus, & pressuris, hoc enim significat puluis in sacris, & profanis literis petita metaphora â luctatorum puluere, vt videre est quando luctabatur Iacob cum Angelo. Hebraic. puluerizabatur vir, nam abaq. significat puluerem, seu terram, vnde verbum abaq quod ibi habetur. De profanis extant palæstræ Romanæ, & Græcanicæ monumenta, ibi enim luctantes se inuicem puluere aspergebant, vt facilius & firmius inuicem prehensos se tenerent, qua de re multa in Hieronymi Mercurialis Gymnasticis, & Petri Fabri agonysticis, & repetita nonnulla apud Martinum Roam lib. 6. singulo. cap. vltimo, vbi locum istum ad hunc morem refert, licet alio posset deduci cum Del Rio ibi. Hinc coronæ sine labore, pugna, lucta, & certamine dicebantur sine puluere palmæ, vt patet apud Horatium.

Genes. 32. n. 18.

Quis circum pagos, & circum compita pugnas
Magna coronari contemnat Olympia? cui spes,
Cui sit conditio dulcis sine puluere palmæ.

Vbi Budæus, sine puluere interpretatur, sine certamine, & Pausanias appellauit eos, qui sine certamine, & aduersario palmam assequebantur, sine puluere.

In puluere igitur certaminis, laboris, & pugnæ nobis reliquit impressa vestigia Christus Dominus, quæ sequamur, insuper, & in sanguine; plagę enim Christi Seruatoris luculęta sunt vestigia, non pedum duntaxat, verum etiam manuum, & lateris, & nulla compendiosiora ad inuestigandũ, inueniẽdumque Christum, perueniendumq; ad illius gloriam, quam impressa ista vestigia, eo vsque enim progrediendum est, imo & pugnãdum, ac decertandum, donec ad illũ perueniẽdum, tantum abest vt in otio, & desidia torpentes stemus. Vnde Tertull. in scorpiaco c. 12. legit dictum locum Petri: *vt adsequamini.*

Sed forte conquerentem audire videor Christum Dominũ de languentibus, otiantibus, & torpentibus, qui relicta vestigia in nostram deductionem, & doctrinam, non solum nõ obseruant vt imitentur, & gradiantur, sed nec videnda patiuntur remanere, & extare; quibus proinde per Ieremiam dicit. *Facta est mihi hæreditas mea sicut leo in sylua, ideo odiui eam.* Nam teste Epiphanio in Physiol. c. 1. Ælian. lib. 11. cap. 30. Plut. lib. de animalium temperat. Isidor lib 1. orig. c. 2. Dionys. c. 1. de cælest. hierarch. Nazianz. in carm. de virtut. Glycas in annalibus, quos Gõsalus Ponce citat addictũ locum Epiphan. Leo propria vestigia, ne inueniatur, cauda delet, & tegit. vnde citatus Nazianz. ait,

Ieremi. 12. n. 8.

Sæpe mihi rursus de lectuum subdolus hostis
Virtutis, vitijque adimens, mea lumina fallit
Vt fera signa pedum, quæ si quis callida turbat
Huc venatorem virtutis ladat vt arte.

Sic igitur desides, ignaui, & otio tantum indulgentes, quæ reliquit Christus vestigia, sequenda, & imitãda, ne quis in vmbra quietis delitietur, ipsi reddunt infecta, penitusque inuestigabilia, & incognita, quibus per ironiam, & allusionem ad Christi vestigia perpetuo consistentib⁹ ait D. Saluianus lib. 6. de prouidentia. Videlicet vestigia Saluatoris sequimur in Circis: vestigia Saluatoris sequimur in theatris: tale s. nobis Christus reliquit exemplum, quem fleuisse legimus, risisse non legimus. Sic ille, cui suffragatur Aug. ser. 2. de sancto Stephano ex oppositio dum docet B. Stephanum passionis Christi vestigia secutum patiendo, sustinendo. Videndus Cyprian. lib. de bono patientiæ cũ

Fleuit Christus Luc. 19. 41. Ioan. 11. 35. Heb. 5. 7.

Act. 7. n. 59.

ait.

ait Ipse (s. Christus) salutis nostrę via, qui Christum vestigijs salutaribus sequimur, per Christi exempla gradiamur Et D. Bern. ser. ex paruulis ait. Omnes volunt ad te venire, pauci tamẽ post te, vellent enim glorificari tecum, sed non compati tecũ; vellent gloriam tecum, sed abhorrent humilitatem passionis tuæ, esse beati cupiunt, labores autem perpeti recusant &c. Melius proinde sanctus Iob ait. *Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea:* vbi ex Hebr. proprie: *Apprehendit pes meus illius gressum*, magnamque emphasim habet. Quanuis enim verbũ originale dicatur de manibus, quæ aliquid apprehendunt, & tenẽt firmiter, & tenaciter, trẽssertur tamẽ ad pedes, qui firmiter inhærẽt, necà via deflectunt, etiamsi impellãtur á turbine, alióue vim inferente. Vbi etiam notanda venit versio illa, quam affert Caiet. quæ ab alio exposa, a nobis amplectenda est. Existimat ergo legi posse *in beare tuo vidit pes meus*: cuius lectionis sensus ad nostrum institutum erit (de litera enim alias iudicandum erit) nequaquam pes meus lassabitur, aut aberrabit, seu dimouebitur in te sequendo, & vestigijs tuis perpetuo inhærendo; imo si alati aliquando visi sunt pedes, nunc mei oculati profecto erunt, neq; dormitabũt, aut dormiẽt, cũ videant beatitudinẽ, quã promisisti sequentibus te, & palmã, ac brauiũ, quod proposuisti gradiẽtibus, imo currentibus, & decertãtibus in stadio hui⁹ vię, & vitæ. Minime itaque deflectent, cum attentos habeant oculos; insistent igitur vestigijs tuis, neq; tanto proposito exemplo; & oblato præmio, consistent immobiles.

Iob. 23. n. 11.

Similis profecto est locus ille Psal. vbi Dauid ita precatur: *Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea*: vbi eleganter Hieron. *Sustenta gressus meos in callibus tuis, & non labentur vestigia mea*: & sane Hebræum thamoch infinitiui pro imperatiuo, significat sustentare, quod etiam verbum positum est Exod. 17. cum sermo est de sustentatione manuum Moysis. Quia vero maxima perfectio est firmos habere pedes, & sustentatos in via Dei, proinde vulgatus noster, vt puto, dixit, *Perfice gressus meos in semitis tuis*, quod symbolum placuit Cælestino Papæ. 2. item Honorio. 3. & Greg. 10. teste Alphonso Ciaccon.

Psal. 16. n. 5.

Exod. 17. n. 12.

Venit autem hoc in loco maxime obseruanda expositio D. Th. qui pro nostro argumento existimat habitus ab actibus generatos remanere in nobis veluti vestigia, quæ proinde debẽt confirmari, & exerceri actibus ipsis repetitis, veluti gressibus impressis ne aboleantur, & penitus extinguantur, prõindeque sensus est: perfice, & sustenta gressus, seu actus meos secundũ præcepta tua, ne moueantur, labantur, & deleantur vestigia, & habitus, quorum conseruatio, & perseuerantia pendet maxime ab exercitio, nam otio, & desidia facile pereunt. Vnde Hierony. tom. 1. epist. ad Demet ait. Neque tibi sufficit á malis esse otiosã, si otiosa fueris à bonis. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Blandimur nobis si malis fructibus non grauemur, qui damnandi sumus, si à bonis steriles mansemus: Sic abscindet Pater omnem palmitem non ferentem fructum in Filio; & qui acceptum talentum in sudario abscondit, quasi inutilis seruus, & nequam damatur á Domino, nec minuisse solum, sed non auxisse damnabile est. Sic Hiorony. damnabilem ostendit, imo, & damnatam probat otiositatẽ, & desidiam, & sane pretiosæ margaritæ non inueniuntur, nisi à negociatoribus, & quærentibus eas multo cum labore, & diligentia.

Luc. 19. n. 20.

Olim apud Romanos teste Gellio lib. 4. c. 12. si quis agrum suum passus

fuerat

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerat sordescere eumque indiligenter curabat, ac neque arauerat, neque purgauerat, siue quis arborem suam, vineamque habuerat derelictui, non id sine pœna fuit. sic & in Christiana Republica,& in cętu fidelium, si quis plantas virtutum desinat sordescere & per otium, ac negligentiã yluescere, non iam vtinutilis tantum seruus, sed etiam vt nequam plectendus erit, vt & desidi seruo dicitur. *Serue male, & piger*, vbi particula. &, sicut aliàs solet esse, causalis videtur ac si diceret; male, quia piger. & sane eo in loco sola desidia, & pigritia obijcitur, & exprobratur. *Matth. 25.n.26.*

Apud Athenienses etiã teste Plutarc in vita Solonis morte mulctabatur otiositas: apud Christianos vero longe sæuiori, duriori, ac diuturniori morte damnantur otiosi,& ab eis longe, lateque proinde relegandum est otium, vnde Hieronym. tom.1. epist ad Rust. de forma bene viuendi ait Ægyptiorum monasteria hunc morẽ tenent, vt nullum absque operis labore suscipiant, non tam propter victus necessitatẽ, quam propter animæ salutem &c. Victus corporis labore comparatur, & homines non nisi sudore vultus sui vescuntur pane suo, si standum esset supplicio à Deo nobis impositio, animæ item cibus, & alimonia ab operatione maxime pendet, vnde, & salus, ac vita spiritus necessariam cõnectionẽ habet cum corporis exercitamento, & operationem, ideoque Hieronym. epist. ad Demet. ait. Nec idcirco tibi ab opere cessandum est, quia, Deo propitio, nulla re indiges, sed ideo cum omnibus laborandum est, vt per occasionẽ operis nihil aliud cogites, nisi quod ad Domini pertinet seruitutẽ. Quamuis omnem censum tuũ in pauperes distribuas, nihil apud Christum erit pretiosius nisi quod manibus tuis ipsa confeceris, & epist. ad Paulin. Semper aliquid operis faci-

to, vt te diabolus inueniat occupatum, non enim facile capitur à diabolo, qui bono vacat exercitio. Videndus Bern. ad fratres de monte Dei, vbi non solũ eos monet ad vitandum, & fugiendũ otium, sed docet insuper quibus in rebus ad illud fugandum occupari debeant, dicens. Quæris quid agas, vel in quo te occupes? primum extra quotidianum orationum sacrificium, vel lectionis studium quotidianæ discussioni conscientiæ, emendationi, morum compositioni, sua dici pars neganda non est: deinde operandum est aliquid manibus, quod iniungitur nõ tam quod animum delectando ad horam detineat, quam quod spiritualibus studijs delectationem conseruet, & nutriat, in quo remittatur ad horã animus, non resoluatur, &c. Videndus item ser. 63. in Cant. vbi ostendit, diabolum præstolari tempus, quo otio aliquo: etiam modico distentam animam videt, vt illam aggrediatur, & impugnet. Si semel, inquit, spiritu dormitante peruaserit, descenderit in viscera cordis &c. quibus similia habet lib 2. de consideral. cum ait. Recte sapiens testatur: *Sapientiam scribe in otio*, cauendum & in otio otium est. Fugienda otiositas mater nugarũ, noucrca virtutum &c. suffragatur Greg. homil. 35. in Euang cum ait Quietis tempore ad victoris animum redit &c. *Eccles.38.*

Fallor nisi ad incutiendum otiosis metum,& languentibus, ac voluentibus se in desidia, ingerendum timorẽ, proponuntur nobis tot inflictę plagæ quiescentibus, ac voluptati indulgentibus. Dormienti Sauli inter milites, ac in medio exercitu hasta eripitur, inermis, ac morti obnoxius redditur, aut saltem defensione propria tunc priuatur. His bosset Saulis filio dormienti meridie super stratum suum caput á ceruicibus reuulsum est. Ioas Rex Iuda in suo lectulo magnis lan- *1.Reg.4. n.7.* *2.Paralip. 24.n.21.*

goribus

goribus impeditus nihil tale cogitãs, aut præcauens à proprijs seruis interfectus est. Holofernem multo vino, somnoque sopitum,& sepultum in ipso regio throno iugulatum legimus: & Balthasarem ex lautissimo conuiuio in crapulam resolutum, ab hostibus subito irruẽtibus occisum; quin etiam & sponsum reliquisse, & pertransijsse sponsam in lectulo iacentem comperimus, pulsanti enim dixit: *Expoliaui me tunica mea, laui pedes meos, &c.* Sed cum tandem surrexit vt aperiret, ille declinauerat, atque transierat, vbi ad nostrum argumentum Theodor. ait. Quantum detrimentum pigritia pariat, & quantum laboris afferat hinc perdiscamus, dum enim excusat se sponsa, nec statim ianuã vult aperire, cogitur paulo post nõ solum ad ianuam vsque progredi sed ciuitatẽ percurrere,& plateas circuire, atq; in custodes incidere, á quibus etiã vulnera accipit, & vix sponsum inuenit exoptatũ; quod si statim vocanti paruisset, hæc omnia incommoda euitasset. Sic ille ostendit, & quantum detrimenti sustineat otiositas,& quantum bonum amittat, & in hoc cernitur duplex malum. *2.Par.24 n.25.* *Iudit.13. n.10.* *Dan.5. n.20.* *Cant.5. n.3.*

Hinc est quod Hieron. tom.1. epist ad Heliodor. quæ est prima statim post principium, ait. Quid facis in paterna domo delicate miles? Vbi vallum? Vbi fossa? Ecce de cælo tuba canit: ecce cũ nubibus debellaturus orbem Imperator armatus egreditur. Ecce bis acutus gladius ex Regis ore procedens, obuia quæque metit: & tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de vmbra egrederis ad Solem? Corpus assuetum tunicis, loricæ onus non fert; caput opertum lineo, galeam recusat: mollem otio manum, durus exasperat capulus. Insidiatur in occulto, sicut leo, vt rapiat pauperem, & tu frondosæ arboris tectus vmbraculo, molles somnos futurus præda carpis? Inde me persequitur luxuria, inde auaritia conatur irrumpere, inde venter meus vult mihi Dominus esse pro Christo,&c.

Est optimus in hanc sententiam locus apud Hieronym. Ezech. in cap. 30. ad illa verba: *Interficiam, siue dispergam multitudinem Mempheos*, (sic enim ille legit.) Pro Mempheos, inquit, In Hebr. habetur. *No*, quam supra ijdem, 70. Diospolim transtulerunt, quæ interpretatur requies; multi enim sunt, qui quærunt requiem, & iacere volunt super lectos eburneos, & comedere agnos lactentes Hos igitur disperdet Dominus, qui diligunt requiem,& otium sectantur, qui dormiunt in lectis eburneis & nihil omnino operantur Addit deinde Hieron. Heliopoleos. Hebr. *On*, dicitur, quod interpretatur dolor. Non igitur omittendum est, quod, *No*, interpretatur requies, &, on, dicitur dolor. Vnde si literam inuertas, & pro, no. id est, requie, legas *On*, inuenies dolorem, angoremue, & pressuram; tam parum siquidem distat otium á dolore, & pressura, vt si ex vno latere, ad quod otiosus iaces re inuertas ad aliud plenum doloribus,& tormẽtis æternis, euigilans te inuenies, & qui in delitijs otiaris, forsan ad tormenta, & dolores deduceris. *Ezec.30. n.14.*

Videndus erit Chrysost hom.35. in Act. Apostol. vbi late ostendit, omnia ab otio damnum accipere, & profligari, & ideo nobis Deum indidisse necessitatem operandi. Similiaque habet Bernard. serm.3. de Nat. Domini in fine, vbi ostendit, quiescentes,& somno correptos non vidisse Orientem solem in Bethleem, nec audiuisse cantantes,& vocantes Angelos: deinde argumentatur pro vigilia,& operatione ex eo, quod placeant Angelis ij, qui pro rebus tẽporalibus, sibi tamẽ ex officio iniũctis, vigilant, & laborant, vt ipse ostendit in pa-

 storibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat.4.n.18. & 21.

storibus custodiētibus gregem suum, & posset insuper probare in Rege Angelorum, qui videns duos fratres mittentes rete in mare, secundum officiū suum (erant enim piscatores) videns insuper duos alios reficientes retia sua ad se vocauit sic occupatos & tali occupatione bene affectos, vt Ecclesiæ suæ præficeret, & ministerio Euāgelij addiceret, ac ab officio piscandi pisces, ad homines capiēdos euheret. Ait ergo Bern. Quā multi nobiles secundū carnē, quā multi potētes, quam multi sapiētes huiꝰ sæculi hora illa (.s. Natiuitatis) in stratis mollibꝰ quiescebāt, & nemo eorū dignus habitus est nouā videre lucem, scire magnum illud gaudium, Angelos audire cantantes, *Gloria in excelsis Deo.* Agnoscāt igitur homines, quia qui in labore hominum non sunt, visitari ab Angelis non merentur. Agnoscant quam placeat supernis ciuibus labor, quandoquidem & eos, qui pro victu corporis, corporali vrgente necessitate, laborant, suo dignantur alloquio, & alloquio tam felici. Nimirum humanam in eis agnoscunt ordinationem, qua constituit Deus, vt in sudore vultus sui vescatur Adam pane suo. Quibꝰ

Gen.3. n.19.

vltimis verbis ostendit Bernardus extra conditionem, & constitutionem hominum degere illos, qui panem otiose comedunt, & cum labori, ac sudori á Deo addicti sint, crapula otiati, & ebrietate grauati delitiantur, diuinam detrectantes sententiam, sed diuinum, & æternum incurrentes supplicium.

Neque vero inefficax erit argumentum pro vitanda otiositate, si illam timendam, & relegandam in Angelis ostenderimus, inde enim facile comprobabitur, quanto magis reiicienda sit á filijs Adæ, qui laboresab ipso hæreditarunt. Obseruandus proinde erit locus apud Bernardum serm. 4 de verbis Isai. Vidi Dominum, statim in principio, obseruat enim dixisse Prophetam. *Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri.* Ait ergo. Quid sibi volunt alæ istę fratres? Ergo ne etiam cum hyems transierit, & sedebit Rex super soliū, volandū adhuc erit, & ipsi Seraphim, vt possint diuersis occurrere necessitatibus? at absit. Ad quid ergo tunc alę? Veruntamen scio beate Isaia, quia Propheta es tu, & spiritum eius habes, qui abundantia pietatis, & merita supplicum excedit, & vota. Salua mihi sit illa tam amata stabilitas. Credo autem sic in statione immutabilitatem, sic & in volatu alacritatem promitti, ne videlicet insensibilis quædam, & quasi lapidea stabilitas æstimetur. Vide flammam quasi volantem, & stantem simul, nec miraberis iam Seraphim stantes volare, stare volantes. Sic Bernardus docuit in sanctis Angelis stabilitatē nequaquam otiosam esse censendam, qui pariter volabant amando, & stabant permanendo; præmiserat autem idē Bernardus superiori serm. 3. ad finem de ijsdem Seraphinis stantibus. Stant plane Seraphim, quia charitas nunquam excidit, stant attoniti, & suspēsi in contemplatione Sedentis in throno, stant in æterna incommutabilitate, & æternitate incommutabili, &c. Tam multipliciter igitur stationem Angelorum explicat Bernardus, ne quis eos stantes pariter, & otiantes putaret, qui perpetua operatione occupati sunt, & tam bene afficiuntur erga operantes homines. Quo in loco obseruanda venit, quam mundus subnotat, Religiosorum vacatio, & otiositas, vt ipsi falso putant, cum tamen Religiosi viri perpetuo sint occupati in negotio negotiorum, sicut bene dixit Bernardus de vita solitaria, vbi ita habet de otio. Nomen tā suspectum, & vanum, & molle rei tam certæ, tam sanctæ, tam seueræ imponendum

Isai.6. n.2.

nendum non est. Otiosum non est vacare Deo imo negotium negotiorum omnium hoc est. Similia sunt quæ habet serm. 85. in Cantic. & in eandem sententiam deducenda sunt, quæ habet Nazianzenus epist. 2 ad Eudoxium Rhetorem. Imbecillus inquit, cum sis, non es otiose, (vt ita dicam) otiosus; phylosopharis enim, & quod Diogenem olim febricitantē, inque febrili calore tolerantem dixisse ferunt, hoc & ipse visendum exhibes, tum in corpore, tum in animo, &c. Etenim prudentes Religiosi, & virtute præditi viri tunc magis animo sunt occupati, tunc plura agunt, tunc nobiliora sectantur, tunc superiora negotiantur, cum á negotijs corporis vacant, & otiantur; sciunt quippe quantum officiat virtutibus otium, & desidia, qua de re videndus est Phylo lib. de sacrificio Abelis, vbi ita habet. Labor bellum cum voluptate gerit perpetuum, hic omnis virtutis, ac felicitatis initium est, & sine hoc nihil honestum inter mortales inuenies. Opta tibi bonum quodlibet, inuenies eius possessionem labore comparari, & confirmari. Similia sunt quæ habet lib 1. de vita Moysis, cum exponit locum Exodi in cap. 3. de rubo ardenti, & in lib. de fortitudine, cum quærit, cur de lege veteri ad bellum non cogerentur, qui vel vineam plantauerint, vel fundum de nouo comparauerint, vel domum ædificauerint; denique ait Qui labori præferunt otium, non solum germinibus officiunt, sed & fructibus, è contra vero qui otium, vt noxium fugiunt, & ad laborem se applicant, velut generosarum plantarum cultores continua cura præcelsas stirpes virtutum educunt in æthera immortales, virentesque, perpetuum ferentes immortalitatis fructum.

Ex quibus iam patet quam dependentiam, & connexionem virtutes habeant ab operatione, & exercitio, & quomodo ne gemmæ virtutum colorem indulgentia mutent, & otio perdant, iugiter debeamus operari, & in virtutum exercitio versari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TEXTVS.

Num. 3. *Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam Deo nostro.*

EXPOSITIO LITERALIS.

HIc est finis proemij huius Cantici, sicut aduertit Vatablus,& Caietanus,sensusque est. Ideo confidenter opto,& hortor verba mea sic recipi, ac taliter fructificare, quia Omnipotēs Deus per gratiam suam, & voluntate sua hoc potest conferre, atque vt cōferat enixe precor;proinde& vos mecum ipsum laudate, ac magnificate,subest enim ei cum voluerit posse, *qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam sint, & omnia quæcunque vult, facit in cælo,& in terra.* Tritum sane apud sacros Vates res omnes ad laudādum Deum conuocare, vnde Dauid Psalm. 148. cælestes spiritus,homines & quidquid cæli ambitu continetur ad Dei laudes decantandas inuitat, laudandique verbum tredecies vsurpat ob tredecim diuinitatis proprietates,quæ Exod. 34. commendantur. Cæterum illud maxime aduertendum cum Chrysost. tom 5. homil. cū præsbyter esset designatus ad med. in eundem Psalmum, quod cum cæli, terræque incolæ omnes prouocentur ad laudes Dei proferendas, vnus tantum peccator nec inuitatur, nec auditur. Nam Dauid ait. *Laudate Dominum de cælis. Laudate eum omnes Angeli. Laudate eum Sol, & Luna,&c.* Ait ergo Chrysost. Omnem populum cælestē complectitur, nunc vbi vides peccatorem? Et quomodo dixerit aliquis, in cælo videre possum? Ergo age in terram descendamus, ad alterā chori partem transeuntes, nec hic rursus videbis peccatorem. *Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyssi, bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes & volucres pennatæ.* Haud frustra, vertētur dum hæc loquor, intersilui,quia & mentis cogitatio metu cōfusa est,ad amaras vsque lachrymas grauemque eiulatum perducta. Quid enim obsecro posset esse miserabilius? Scorpij, serpentes, ac dracones inuitātur ad laudandum eum,a quo conditi sunt. Solus peccator ab hac sacra chorea submotus est, idque iure optimo,&c.

Sap. 12. n.18. Rom 4. n. 17.

Vatablus explicat. Quando nomē Domini prædico,vel celebro,magnificate interim Deum nostrum (intellige) in cordibus vestris, iuxta illud Psalm. *Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum.* Confitemini illi quod magnus sit,ac potēs: eius vires,ac potentiam multis in rebus experti extollite. Glossa interlinealis ait. Virtutes, & magnalia Dei cantabo. Proinde,& vos,quos ad audiendum conuocaui, mecum eūdem Deum, eiusque magnificentiā inuocate. Antonius à Fons. in suis ad Caiet. annotat ait. Nomen Domini inuocare, est Dei maiestatem colere, & laudare, illique religiose seruire.

Psal.33. n. 4.

Hinc intelliges illud Genes.4. Tēpore Enos esse inceptum inuocare in nomine Domini, hoc enim perinde est,ac si dixisset. Hactenus per Cainitarum impietatem factum erat, vt nomen Domini,id est Maiestas Dei,veraque Religio parum coleretur, nunc

vero cum Dominus ipsi Seth daret liberos cæpit in his restaurari verus Dei cultus hactenus collapsus.

Postquam igitur Moyses inuitauit cælum,& terram ad audienda ea, quæ iam iam loquebatur, & in tantum profutura pollicebatur, inculcat modo,& infert duo, quæ maxime conducunt, vt vtilis sit docentis doctrina. Primum, inuocationem Dei, à quo veluti à Patre luminum, *Omne datum optimum, & omne donum perfectum.* Secundum, Dei magnitudinis,& omnipotentię Diuinę cognitonem,& exaltationem.

ANNOTATIO. VNICA.

Inuocandus Deus, eiusque auxilium postulandum, vt quæ apprehendimus perficiantur.

DOcet hic locus implorandum esse Diuinum auxilium ab ijs, qui de rebus diuinis agere constituunt, & instruere populū curant. Cum enim doctrina Euangelica cælestis sit ros,qui de cælo descendit, inuocādus vtique erit cæli Dominus, eiusque implorandū præsidiū alioqui magister,qui frætus humana & fragili sciētia,ad docendū accesserit, nihil efficiet,neq; discipuli proficiēt, quod prosequitur Naziā. Orat. de statu Episc. Vbi sic incipit. Cum præsentem linguæ considero morbum,nec non eos, qui in vno die sapientes euadunt, Theologosque electione creatos, quibus solū velle sufficit,vt docti existant, supernam desidero sapientiam,ac stationem, secundum Hieremiæ verba, quæro nouissimam,& vt cum me ipso solo conuersari possim. Quam difficulter quis se ipsum aut Philosophia longa instruit. & paulisper anima generosum,ac lucidū ab humili,& tenebris commixto depurat,inde Deum fortiatur propitium! sed priusquam illam quantū necesse est,assequatur, & satis purgetur tā auribus,quā mēte, nequaquā tutū esse scio,vt vel animarum curam suscipiat,aut veræ Theologiæ se ingenerat. Audimus Deū;cū Moysi legem tradere vellet, plures ad montem euocasse, ex quibus Aaron vnus erat cum filijs duobus sacerdotibus, Moyses vero ascendit, ac in nubes intrat, cum Deoque congreditur. Scio Ozam percussum, quod solam arcam attingere fuerat ausus, cū à iumentis distraheretur, nam licet illā saluasset, ipse tamen perijt. Sed,& hoc noui, quod multis nec vilia templi tangere tutum erat, ac propterea aliorum,& externorum opera indigebant. Quomodo ergo me audacter diuinis ingererem sermonibus? Quādoquidem desiderium tale nequaquā laudabile est, conatus vero terribilis, ac non decet, vt vnusquisque primo se expurget, deinde cum puro conuersetur. Si non velimus Petri instar Iesum á nauicula expellere,tanquam minime eo digni. Proinde postquā sermone Theologum purgauimus, age aliquid quoque, vel breuiter de Deo disseramus,ipsi Patri, & Filio, & Spiritui sancto, de quibus sermo est confidentes. Opto autem,vt mihi Salomonis illud contingat, vt nihil imbecillitate mea proprium de Deo cogitem,vel dicam. Cum enim dicit, *Omnium sum stultissimus, & prudentia hominis in me non est.* Hoc non ideo dicit quod insipientiam suam cognoscat, quo pacto enim hoc fieri posset, cum sapientiam præ cunctis rebus a lijs à Deo petierit, illamque sit consecutus? Sed quod nequaquam prudentiam habeat propriam, sed Diuinam, & perfectiori sit instructus. Sed & Paulus. *Viuo,* inquit, *ego, iam non ego, sed viuit in me Christus.* Verum illud de se non tanquam penitus mortuo

2. Reg.6. n.7.

Galat.i, n.20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit, sed quod meliorem, quam plures alij vitam viuat, ac vitam adeptus sit permanentem, & quæ nulla morte posit finiri. Sic Nazianz. ostēdit, se fretum Dei auxilio de Deo locuturum, alioqui audācissimum censendum, qui diuinas res humana fretus potentia & eloquentia proferret.

Instituti quidem erant tres pueri in omni Chaldæorum scientia, sed quia hæc parum proderat addit facer text. *Pueris autem his dedit Deus scientiā, & disciplinam in omni libro, & sapientia.* Dan. 1. n. 17. Vbi Theodor. orat. 1. ait. Non enim Chaldæorum institutio intelligentes eos fecit verum diuina gratia, intelligentia, & sapientia. Hinc docemur Auctorem omnium rerum Deū nullam ætatis rationem habere, &c. sed pro nostro argumento instruimur veram scientiam, & intelligentiam potius à Deo esse comparandam precibus, quam acquirendam laboribus, frustra enim sapiens euadere nitetur, qui veram sapientiam non adierit

Hinc est, quod loquens de se ipso quando voluit Regi & somnium, & interpretationem enarrare, ait Propheta Daniel. *Ingressus domum suā Ananiæ, & Misaeli, & Azariæ socijs suis indicauit negotium, vt quærerent misericordiam à facie Dei cæli super Sacramento isto.* Dan. 2. n. 17. Vbi Theod ait Diuinus Daniel cum ad inquirendum somnium exiguum sibi tempus dari petijsset, non incassum illud in ratiocinando, sed in precibus, ac supplicationibus consumpsit, haud se solo fretus, sed similibus quoque sui æqualibus ad communiter supplicandum ascitis, neque eum spes fefellit, &c. *Tunc Danieli,* ait facer text. *mysterium per visionem nocte revelatum est, & benedixit Daniel Deum cæli, qui dat sapientiam sapientibus, & scientiā intelligentibus disciplinam.* Sup. n. 18. Vbi Theod ait. Decet perpetuum, ac sempiternū Deum celebrare sapientiæ, & intelligentiæ fontem, qui sapiētiam, ac prudentiam suppeditat, quam tamē haud temerē impertitur, sed ijs, qui illius cognoscendi studio tenētur, reuelatque eis, quib⁹ visum est ea, quæ nusquam apparent &c. Sic ille ostendit à Deo postulandam scientiam, & doctrinam ad vera, & præclara docenda, cū Deus supernus fons sit, vnde pluuia, & ros veniunt, & proinde, qui illo nituntur, & ab illo consequuntur possunt vera & apta loqui. Quod si Pater ad primam vocem filij substantiā illicò dedit, qua in sui perniciem abusurus erat, diffidendum vtique minime est, Deum concessurum sapientiā ei qui postulauerit in aliorum vtilitatem, & profectum.

Celebrem affert quæstionem Hieronym. epist. ad Damasc. de visione Isai. in cap. 6. ad finem, quam ab Hebræo suo ventilatam, & discussam asserit, quisnam s. melius fecerit, vtrū Moyses qui à Deo missus dixit. *Precor Domine non sum dignus;* & rursus: *Mitte quem missurus es.* Isai. 6. n. 8. An vero Isaias qui cū non fuisset electus á Deo vltro se illi obtulit dicēs: *Ecce ego mitte me.* Et postquam attulit ea quæ pro parte Moysis à quopiam offerebātur, ait. Qui assertor est Isaiæ dicebat, Prophetā non tam sui merito, quam misericordiæ Dei confisum postquam á Seraphim audierat. *Ecce tetigit hoc labia tua, & abstuli iniquitates tuas,* Isai. 6. n. 7. otio noluisse torpere, sed vltro in ministerium Dei se obtulisse. Sic ille ostendit confidētiam Isaiæ cum humilitate Moysi, ille enim à Deo purgatus, & edoctus se ad munus docēdi ingerit, quod Moyses, quia nōdum illi constabat de Sapientia á Deo impertita, recusabat, modo tamē á Deo instructus, & quod in posterum edoceretur confisus præsens Canticum aggressus est, & ad illius doctrinam percipiendam auditores conuocauit, mox vero profitetur hoc in loco, se inuocaturum Deū,

qui fons est totius eloquentiæ, ne ipsi tandem vis dicendi, & copia desit, nam, cum Deus potentes inuitet, id sane est vt præbeat, & largiatur, proinde que inuocantibus minime deficiet, pro qua re videndus Nazianz. Orat 3. ad illud Isai. *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, emite, & bibite.* Isai. 55. n. 1. Sic ergo habet Nazianzen. O celeritas misericordiæ, ò quæ facilitas commutationis, solum volueris, & bonum hoc emptum erit; nā Deus alacritatem ipsam pro magna acceptat commendatione, sitit sitientes, potum præbet bibere volentibus, benigne confert beneficētiam, cum invocatur, &c. Iure ergo, & confidenter magna dicturum se pollicetur, qui in corde suo statuerat Deum inuocare pro ijs, quæ adhuc dicturus erat.

Quo in loco & commendanda occurrit fiducia Sanctorum hominum, dum toti Deo innituntur, & plus confidentiæ in illius largitione habent, quam in semetipsis & vitanda propria notitia, & scientia, si Deo non adhæreat. Dixit Christus Dominus discipulis suis. *Vnus vestrum me traditurus est, singuli vero cæperunt quærere. Nunquid ego sum Domine?* Mat. 27. n. 25. Vbi interrogatio frustranea videbatur, cum quisque satis sibi innotesceret, & agnosceret, minime traditurum magistrum; cæterum magis credunt ac fidunt magistri notitię, & scientiæ quam propriæ, & illi qui omnia nouit se ipsos committūt, ab eo quærunt illud etiam, de quo sibi admodum certi videbantur, quod notauit D. Hieron Matth 26. cū ait. Plus credunt magistro, quam sibi, pertimiscentes fragilitatem suam tristes interrogant de peccato, cuius conscientiam non habebant; magistrum interrogāt etiam de sibi notis, & omnino prospectis, inuocaturi profecto ipsum quando locuturi essent de ignotis, ac captum suum superantibus. Non facilis solutio erit, si quis roget, cur sancti Euangelistæ, qui defectus aliorum solēt occultare, cum proprios facile prodant, vt alibi ostendimus, omnes in hoc conuenerint quod Petri negationem detestandam scribāt, cum potius, vt videtur, illam præterire possent ac deberent. Alij aliò rem deferunt, nobis nunc satisfacit Chrysost. hom 82. in Ioan. tom. 3. cum ait. Cur Euangelistæ omnes in hoc concordarunt? Non vt discipulum accusarent, sed erudirent quantum malū sit non omnia Deo committere, sed sibi ipsi confidere; promisit Petrus minime negaturū, imo cum magistro, & in carcerem, & in mortem ire, si hoc in illo nixus polliceretur, procul dubio cum illo iret, nec deficeret, sed quia de se promisit, apud se cecidit. Promisit multa quidem de sua doctrina Moyses duobus superioribus carminibus, sed ne de se polliceri videretur, aut inconsulto Domino, locuturū quis arbitraretur, ipsum inuocandum, & deprecandum asserit, imo coadiutores sibi postulat auditores.



Universidad de Deusto
Biblioteca

TEXTVS.

Num.4.

Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus, & rectus.

EXPOSITIO LITERALIS.

VT maiorem ostendat Iudæorum, malitiam proponit Dei in omnibus perfectionem, vtpote qui perfectus in se, & in omnibus operibus suis sit. Seu potius aperit hoc in loco Moyses magnificentiam, quam vt auditores Deo darent, luctatus est, vt si confiteantur magnum, ac fortem esse, & eius opera perfecta, nihil in eo claudicare, nihil impar esse; quidquid facit ratione plenum, ac iudicio esse, & æquitate, ac iustitia præditum, & iniquo iudicio neminem opprimere; siue ergo indefenso Iudæorum populũ afflixit, siue cum impios populos internecioni dedit, terris atque vrbibus eorum auersis, vtrũque cũ iudicio, & æquissima ratione fecit; fidelis item, cui tuto creditur, quique pacta, & fœdera minime violauit, cum in eo nõ sit iniquitas, etiãsi quandoque administrandi ratio nonnihil iniquitatis habere imprudentibus videatur, tamẽ ille iustus, & rectus est. Et dũ hęc prædicanda docet de Deo, os simul obstruit, & occlũdit Iudęorũ, si forte nequitiã suã excusare intenderent. Etenim si quãdo Iudæi prætexerãt excusationem dicendo: peccauimus, quia Deus defectibiles, & peccabiles nos creauit; hoc exploditur, dũ asseritur: *Dei perfecta sunt opera:* Non ergo te ipsum peccatorẽ creauit, & peccato infectum, *Qui vidit omnia, quæ fecit, & erant valde bona, & hominem fecit rectum,* & non ipsum constituit peccatorem, sed ipse propria voluntate se peccatorem effecit. *Deus enim mortem non fecit.* Sap. 1.n. 13. quod Theologi Scholastici de peccato interpretãtur, atq; etiam de morte corporali, quatenus malum nostrum est, negant à Deo primo, & principaliter intentam D. Thom. 1.p.q.49 art.2. & 22.q.19.art.1. & eadem 2.2.q 164.ar.1.ad 5. & de potentia q.1.art.6.ad 11. quæ est doctrina Concil. Arausic. 2.can.2. dicentis: Iniustitiam Deo dare conuincitur qui mortem, quæ est pæna peccati, sine peccato, quod est meritum mortis, ad nos transisse dicit, quo fit mortẽ per peccatum, vt eius meritum in posteros Adæ manasse Rom.15.n.2. & cap 10.n 15. Deus ergo iustus est, peccato quisque perit suo, ipse, quẽ morte dignũ videt, seoccidit; creãdo nõ istituit hominẽ mortalẽ, iudicãdo punit peccatorẽ. Sic ibi. Quod si nobis obijcias Eccles. locum cap.11.n.14. *Bona & mala, vita & mors à Deo sunt.* Et illud Isai. 65.n.7. *Ego Dominus faciens pacẽ, & creãs malum.* Audi quid pro vtroque loco dicat Augustinus de prædestinatione Dei c. 4.tom. 7. pro peccatis tuis malũ tribuo, quod mereris, & apud me iustum bellũ, tibi malũ; huiusmodi ergo malũ creat Deus, quod per se sibi fit iustũ, & ex homine fit homini malum, vt bellum victis est malum, vincentibus bonum, inde mors iusta ex iudice iusto, mala autem ex misero peccatore: ignis quoque lignis, &

Sap.1.n.13.

Eccl.11. n.14.

Isai.65. n.7.

Genes 1. n.31. Eccl.7. n.30.

stipulis

stipulis est nociuus, auro, argentoque pacifico, hæc excoquit, & purriora reddit, illa inflammat. Plura habet c. 5 & 13. de ciuit. c. 12.

Quoniam vero diceret etiam quis cum a Deo punitur: Deus iniuste me punit, hoc etiam excluditur, dum dicitur, quod omnes viæ Dei iustę sunt. Et ne quis tandem causaretur, Deum non stetisse promissis, & proinde cõmeruisse, vt homo transgrederetur etiam Dei legem, & pactum initum infringeret; dicitur quod fidelis sit, & in quo iniustitia non cadat, proindeque neque iniquus esse possit, neque punitus populus de Deo iustè conqueri.

Vox igitur *Tsur*, quæ hoc in locò habetur, fortem significat, & robustũ, & aliquando rupem, aut petram, vt Prouerb. 31. *Viam serpentis super, Esur.* i *petram*, Iob 18. *Nunc propter te derelinquetur terra, & transferetur sur.* i. *saxum, aut munitio, de loco suo*, & Isai 51. & sæpe alibi, & aliquãdo veluti Dei attributa significat, vt postea dicam n.18. in ordine ad fortitudinem, & firmitatem, & hoc loco significat firmam in dicẽdo, & operando firmitatem, & stabilitatem, quæ nec prẹmio, nec prece flectatur. *Dei (rupis) perfecta opera.* Tygur *Opus petræ illius solidum est, quoniam omnes viæ eius sunt iudicia.* Onkel. *Fortis est, perfectaque sunt opera illius.* Septuaginta. *Deus vera opera eius*, hoc est (sicut exponit Cyrillus) irreprehensibiles, & integræ & culpæ omnis expertes sunt eius prouidentię rationes: integer est, nihil ex eius operibus reprehendi potest. Theodoret. *Deus verax, opera eius, & omnes viæ eius iudicia.*

Sed vt hoc ex fonte Hebræo exponamus aduertendum est, *Thamim*, vocari in Hebræo quę sibi ita æquantur, & coniuncta sunt, vt neutrum altero excedatur, aut distinctũ sit. Vnde si duæ tabulæ ita compactæ sint, vt altera superet, non dicuntur, *Thamim*, Iuxta hunc igitur loquendi modum opera Dei dicuntur, & sunt perfecta, quia in ijs, neque potentia excedit æquitatem neque æquitas excedit potentiam, sed paria sunt opera eius, & perfecta, vnde Tertul. lib. de anima cap. 10. ait. Tantus est artifex in minimis, quãtus in maximis, nam sicut dixit Aug. 23. contra Faust. c. 5. Ars diuina in omnibus sibi similis est, quia in suo quæq; genere perficiendo vbique perfecta est, singula enim etiã minima, & quæ nobis vidẽtur abiecta, quandam sui generis habent perfectionem, & ad perfectionem totius Vniuersi non parum conferunt, sicut ibi docet Augustinus, & in eis potentia æquitati, & entitati cuiuslibet rei perfecte respondet. Quod etiam dixit Tertull. contra Marcion. Bonitas Dei operata est mũdum, iustitia modulata est, quasi normas, & regulas faciendi posuit in omnibus, quandam seruans harum viam, & compositionem.

Vel etiam potest esse sensus. Omnia opera eius ad amussim rationis, iudicij iustitiæ, & æquitatis producta sunt, & hunc sensum magis aperiunt sequentia verba, *& omnes viæ eius iudicium*, seu vt ex Hebræo legunt Pagn. Caietan. Tygur & alij, *Quoniam omnes viæ eius iudicia*, quod exponit Vatabl. æqua, i. sunt iusta, & æqua; etenim sicut aduertit Caiet. ratio redditur cur perfecta sint, & dicantur opera Dei, ex hoc s. quod omnes viæ eius sint iudicium, hoc est rationabiles sunt, nõ declinantes à iure. Ex hoc (inquit Caiet.) quod omnes viæ Dei, quibus regit mundum, iudicium sunt (hoc est iure innituntur) manifeste sequitur quod nihil imperfectionis admiscetur diuinæ operationi. Similia habet Agell. Vnde Salustianus lib. 1. de prouidentia post principium ait. Ira Deũ in futurum iudicaturum affirmemus, vt tamen semper etiam in hoc sęculo

iudicasse

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicasse doceamus. Dū enim semper gubernat Deus, semper iudicat, quia gubernatio ipsa est iudiciū, &c quæ prosequitur in hanc sententiam, quam concludit dicens. Si regit, hoc ipso quod regit, iudicat; quia regimē esse non poterit, nisi fuerit iugiter in Rectore iudicium.

Neque vero poterunt non esse perfecta opera Dei, quando summo iudicio, seu perfecta intellectione, veluti arte dirigente, facta sunt, quo sensu per Verbum á Ioan. dicuntur omnia facta, & sibi in eo complacere dicit Pater, prout illum interpretatur Rupertus lib. 1 in Ioan cap. 14. Quia omnia opera per illud facta inuenit perfecta, sic enim intelligit illa verba. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Quando, vel quomodo in isto mihi bene cōplacui? Tūc vtique quando in isto principio cælū & terrā creauit, quando in isto omnia fecit, tunc mihi in eo complacuit, teste Scriptura, cum dicit. *Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus lucem quod esset bona.* Dixit Deus fiat hoc, vel illud, factūque est ita, & vidit Deus quod esset bonum Itemq; *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Sic in isto mihi complacui, meo ipse iudicio comprobatus, quod operarius & architectus essem bonus, & utilis Nec dubitet auditor beneuolus hunc Filium dilectum, illud esse Verbū, per quod omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Sic Ruper. ostendit omnia Dei opera bona, & perfecta fuisse à Deo, quia per Verbum, per intellectū, cognitionem, & iudicium suū omnia condidit, vnde & in Verbo sibi complacet, tāquā in eo per quod perfectus artifex, & conditor probatus est. Vnde Ambr. serm. 14. in Psal. 118 ad illa verba: *Viuifica me secundum Verbum tuum*, recte admonet, vt quicūque perfecte operari velim⁹, Deum imitemur, quiper Verbum suū suæ intellectionis partum, & suæ cognitionis adæquatum terminū operatur, vt nos etiam per intellectum, rationem & iudicium operemur. Tu, inquit, imitator esto Dei; quomodo imitator? Nunquid cælū potes facere, aut terrā, aut mare? Nō vtique, sed vt omnia per verbū facias, nihil sine verbo, omnia cū ratione, nihil sine ratione, &c. Etenim is, qui iuxta normam rationis, & secundum iudiciū operatur perfecte operatur, vnde & perfecta dicūtur hoc in loco opera Dei, quia secundum iudicium sunt facta.

Oleaster vero hoc in loco dicta verba intelligit de opere perfecto, quoniam impleuit Deus quod Patribus promiserat siquidē iam ad ostiū promissæ terræ aderant, etenim videtur Moyses hoc in loco Iudeos arguere ex eo quod De⁹ promissis steterit, & cōpleuerit omnia, quę promiserat, ipsi vero fœdus initū cū Deo fregerāt, neq; deinceps pactum seruaturi erant,

Verū licet negandū non sit, Moysen in præsenti voluisse arguere Iudæos, obijciendo illis perfectionē Dei in operibus suis, haud quaquam opus erat vniuersa Dei opera ad hoc vnū reducere, imo ex cæteris collectiue sumptis hoc vnū opus deducere, qui enim ineepta opera sua nō relinquit, neq; imperfecta demittit, & fidelis vsquequaque est in promissis suis, opus etiā introducendi populū in promissam terram nequaquā relicturus erat inchoatū, incompletū, & imperfectū.

Perfectionem igitur in Dei operibus postea latius tractaturi, illud hoc in loco inquirimus, quidnam nomine viarū, & iudiciorum Dei intelligendū sit? Etenim viæ Dei in Scriptura præcepta dicūtur, vt patet ex Ps. 85. *Deduc me Domine in via tua*, (& Psal. 118. dicitur semita mandatorū,) *& ingrediar in veritate tua.* i. in via vera, & fideli, quę nō fallat, ac decipiat ambulātē; & Psalm. 17. *Deus meus impolluta via eius,*

Ioan. 1. *n.* 3. *Matth.* 3. *n.* 11. *&c.* 17. *n.* 5.

Genes. 1. *n* 4.

Sup. n. 31.

Psal. 118. *n.* 10.

Psal. 85. *n.* 10.

eius, & per expositionem, *Eloquia Domini igne examinata*, vbi Agell. ait. Via Domini præcepta, & oracula sunt, & via; non quod ille per eam ambulet, sed quod ea nobis ostendat, per quæ ipsi ambulare, & secundum quæ viuere debeamus; & in hoc sensu id, quod statim additur, *Deus fidelis, & absque vlla iniquitate*: ad legem Dei firmam, & fidelem optime potest reduci, & in hoc sensu dicitur Iob. 23. *Viam eius custodiui, & non declinaui ex ea.*

Iob. 23. *n.* 11.

Via etiam significat mores & consuetudinem Dei, sicut nonnulli accipiunt illud Psalm. *Vt cognoscamus in terra viam tuam*, vnde Agell. in illud Psalm. 17. *Deus meus impolluta via eius*, ait. Potest via Dei eius mores, atque consuetudo accipi: quæcunque facit iustissima sunt, nihil iniustitiæ, nihil reprehensionis habent, vt dixit Moyses in Cantico, *Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius indicia*, quod enim ibi dixit perfecta, idē hic dixit impolluta, iustissima sunt, neque vllam reprehensionem capiunt. Sic ille. Potuit autem Moyses hoc testimonium asserere de vijs Dei, vtpote cui notę factæ sunt, & apertę, prout dicitur in Psalm. *Notas fecit vias suas Moysi.* Vel etiā viæ Domini possunt dici ordines ab ipso præscripti in gubernandis hominibus, quo sensu aliqui, inter quos est Agell. intelligunt illud Psalm. *Docebo iniquos vias tuas.* & Chrysost. interpretatur illud Isai. c. 2. *& annuntiabit vobis viam suam.* viam, inquit, cōsueuit scriptura accipere pro Dei mandatis.

Pſal. 66. *n.* 2:

Pſal. 17. *n.* 31.

Pſal. 102. *n.* 7.

Pſal. 50. *n.* 14.

Vel etiam Dei operationes dicuntur viæ eius, primo, quia sicut per viā venitur ad terminū, & via est notior, quam terminus, ita Deus, qui secundum se nobis ignotus prorsus est, per operationes suas nobis innotescit, & istæ operationes, quæ in Deo sunt viæ, iudicia sunt, quia quidquid agit iustum est, vnde Hieronym. ad illud Iob. *In vijs tuis splendebit lumen*, ait. Viæ tuæ, actus tui boni erunt, &c. Vel alio modo operationes Dei dicuntur viæ eius, quia in nobis idem modus loquēdi est, vocamus enim operationes nostras vias, quia sicut homo per viā procedit, ita operatio est processus noster, quia tota vita nostra extenditur per operationes, ita Abul. hic q. 2. in principio.

Iob. 22. *n.* 28.

Iudicia, i causæ cognitio, & perueſtigatio, & deniq; illud totū, quod in nobis præcedit antequā feram⁹ iudiciū; nā iudicādi, & iudicij vox cōplectitur quidquid in iudicio, & foro fit, litis tractationē, criminationē, defēsionē, discussionem, & ita in Deo plenam, & perfectissimam cognitionem indicat hæc vox, & multiplicata iudicia dicuntur hoc in loco respectu plurium obiectorum, sicut etiam plures distingunt Theologi scientias in Deo, cum vnica, & simplicissima sit; de omnibus igitur illis obiectis plenā omnino habet cognitionem Deus, ac si omnes illorum rationes corā eo veluti iudice ostensæ, & comprobatæ essent, & ideo Moyses voluit significare Deū omnia summo iurę facere pro iudicio, non pro voluntate.

Deus fidelis. Pagnin. ex Hebræo, *fortis*, seu Deus *stabilis, & non est iniquitas.* Nam hæc vox *fidelis*, firmitatē, & stabilitatem significat, inde fidelis domus ædificatur nunquam ruitura. 1. Reg. 2. 35. *Ædificabo ei domum fidelem.* Similiter & cap. 25. n. 28. & 2. Reg. 7. n. 16. & 3. Reg 11. n. 38. Aquæ item fideles, quæ non deficiunt, & perennes. Isai. 33. n. 16. & cap. 22. n 23. *Figam illum paxillum in loco fideli*, & cap. 55. n. 3. *Misericordias Dauid fideles*; & Act. c. 13. n. 54. *Sancta Dauid fidelia*, & Christus Dominus *Sacerdos fidelis*, Hebr. 2. n. 17. cū allusione ad 2 Reg. 1. *Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem.* Regnum enim, & Sacerdotium Christi ex stirpe Dauid in æternum. Tygur. *Deus verax*, Hebr in abstracto, *& veracitas, & non iniquitas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Varabl. in promissionibus; quo etiam sensu exponit Hieron. in cap. 55. Isai. & iuxta illud Psalm. 144. *Fidelis Deus in omnibus verbis suis* atque illud Deut. *Ipse Deus fortis, & fidelis custodiens pactū, & misericordiam diligentibus se,* & Psalm. 32. in eodem sensu dicitur. *Rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide,* vbi per verbum Domini eius decreta intelligunt Hebræi, quæ recta sunt, & absque vlla iniquitate, & apud Oseam. *In tribubus Israel ostendi fidem,* vbi Hierony. ait. Verba mea non esse inania rebus ostendam; quo etiā sensu multi intelligunt illud, quod de Filio Dei dixit Ioan. *Plenum gratiæ, & veritatis,* de promissis enim impletis intelligit D. Th. Lyran. & Carthus. Fidelis itaque veracem significat passim in scriptura vt Daniel 2. n. 45. Apocal. 1. n. 5. Apocal 3. n. 14. Timoth. 1 c. 1. n 15 &c. 3 n. 1 & c. 4 n. 9. & 2. Timoth. 2. n. 11. ad Tit. 3 n. 8.

Psal. 144. n. 13. *Deus. 7. n. 9.* *Psal. 23. n. 4.* *Ose. e. 5. n. 9.* *Ioan. 1. n. 14.*

Quia igitur nomē, *El,* cōmune erat Deo vero, & falsis Dijs, ideo Moyses declarat conditiones veri Dei, quod s. fidelis sit, & ab eo aliena omnis fallacia, & iniquitas, cum tamen falsi Dij mendaces, & iniqui essent.

Iustus, & rectus. Pro explicatione horum verborum notandum est, quod sicut in nobis duplex iustitia reperitur, vt patet apud Arist. 5. Ethic c. 1. vna generalis, vt significat omnē virtutem, vel potius collectionem omnium virtutum, altera vero specialis, vt significat certam speciem virtutis; ita etiam de Deo iustitia ijsdem modis dici potest generali namque ratione dicitur Deus iustus, quia in omnibus facit, quod decet, quo pacto iustitia Dei esse dicitur veluti generalis virtus, per quam in omnibus operatur quod æquum est, & bonum, & hoc modo nō proprie distinguitur iustitia à misericordia, & reliquis virtutibus in cōmuni, & generali, quandoquidem sub ea omnes continentur, & de Deo secundum istum modum dicto iusto, potest intelligi illud. *Solus præstans, solus iustus, & omnipotens,* &c. & illud Annæ secundū. 70. *Non est sanctus sicut Dominus, & non est iustus sicut Deus noster, & non est sanctus præter te.*

2. *Macab. 1. n. 25.* 1. *Reg. 2. n. 2.*

At vero specialis iustitia significat in Deo speciale attributum, & virtutē, per quam reddit vnicuique quod illi debetur, suppositā tamē promissione, & pacto, iuxta illud Aug. in Psal. 83. Vnde tibi debet Deus? Quid illi dedisti? Debitorem ipse se fecit, nonaccipiendo, sed promittendo, & ser. 16. de verbis Apostoli. Debitor nobis factus est Deus, non aliquid accipiendo, sed quod ei placuit promittendo, quod etiam dixit Fulgent. in proemio lib. ad Monim. & prosequitur optime Chrysol. ser. 25. ad finem, Cypri. lib. de opere eleemos. in fine, Chrysost. tom. 2. hom. 3. in Matth. Dicitur etiā iustus, sicut exposuit idem Chrysost. tom. 6. hom. 5. de Anna citata verba: *Non est iustus sicut Deus noster,* dicens. Etenim irreprehensibile iudiciū eius, & incorrupta, infalibilisque sentētia. Hæc autē Dei iustitia habet quidquid perfectionis est in cōmutatiua, & distributiua, vt modo supponimus. Hoc igitur in loco Deus iustus dicitur à generali iustitia, quę omnē virtutem comprehendit, hoc enim indicat nomen, *Rectus,* quod sane necessariū erat, quomodo enim posset esse iustus, id est, bonus, nisi rectus esset, cum neque etiam iustus, id est, iudex esse posset, nisi bonus esset? Quod dixit Paulus. *Nunquid iniquus est Deus, qui infert iram? Absit. Quomodo ergo iudicabit?* quasi dicat. Si iniquus esset, & nō rectus, iudicare nequaquā posset, nam qui iudex esse debet, & iustus itidem esse debet; & apud lib. Iob. *Viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas, opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorū restituet eis, vere enim Deus non condemnabit frustra, nec omni-*

Rom. 3. n. 5.

Iob. 34. n. 10.

potens

potens subuertet iudicium. Deus igitur, qui fidelis iudex est, bonus etiam, iustus, & rectus est, quod raro inuenitur in ijs, qui fortes, potentesque sunt, nā sicut notauit hoc in loco Caiet. Rarus fortis, qui vel non iniquus sit aut fallax, qui ius suum vnicuique reddat; qui in omnibus rectitudinē seruet. Quia vero hæc omnia clarius patebunt ex appositis annotationibus, ad eas progrediamur.

ANNOTAT. I.

De perfectione operum Domini.

QVia hoc in loco perfecta asseruntur opera Dei, adeoque perfecta sunt, vt nos minime sufficiamus ad illorum commendationem, cum omnem nostram laudem excedant, quod bene aduerti Chrysostomus homilia 5. in Gen. in med. ad illa citata verba: *Vid. Deus quod esset bonum,* vbi ait: nam quia humana natura imbecillis, & opera Dei digna laudare non sufficit diuina Scriptura acceptam ab ipso Opifice laudem nos docet. Igitur quando discis, quod & ipsi Conditori creaturæ probantur, & bonæ apparēt habiturus quidem es, quod maiorem in modum admireris, nihil tamen ad laudem, & encomium ampliusafferre poteris. Talem enim sortitus es Dominum, qui talia facit, quæ a nobis neque laudari satis possunt. Quomodo enim vnquā opus Dei pro dignitate laudare posset humana natura?

Posset statim quis obijcere eas omnes imperfectiones, quæ in plerisque creaturarum reperiuntur non nullæ siquidem earum sunt imperfectæ, quod in materia prima cernere est, qua deterior nulla res potest esse, vt probari solet ex August. 12. confes. cap. 7. cum ait. Duo fecisti Domine, alterum prope te, id est, naturam Angelicam, alterum prope nihil, id est, materiam primam: vnum, quo superior tu esses, alterū, quo inferius nihil esset. Patet hoc etiam in rebus creatis, in quibus nulla reperitur species, qua Deus nō possit aliā nobiliorē producere, & in vniuersū nihil datur ita quantitate amplum, adeo gradu intensum, sic specifica dignitate excellens, quo non possit Deus infinite progrediendo aliud maius, ac perfectius efficere, vt docet D. Thom. 1. p. q. 25. art. 6. & 2. cont. Gent. c. 26. & D. Bonauent. in 1. d. 44. q. 1. vbi Capr. d. 44. q vlt. art. 2. & d 35. q. 2 & probari solet apud Phylosoph. ad 3. lib. Phys. c. 8.

Cum ergo illæ res, quæ adhuc produci possunt perfectiores, iam productas superent, hæ respectu illarum imperfectæ censendæ sunt. Hoc tamen facilem habet solutionem, si aduertamus, vnūquodq; in sua specie, & quantum ad suū substantiale perfectū esse; nā species rerū ex trita doctrina, consistunt in indiuisibili, seque habent, vt numeri, in quibus, quæcunque vnitatis additio, subtractioue variat speciem; quinarius enim, si ei noua accedat vnitas, iam non quinarius, sed senarius remanet, si detrahatur vnitas, non quinarius, sed quaternarius erit. Vnde etiam nec dabiles sunt sub eodem genere duæ species pares inter se dignitate, sicut nec duo numeri, quorum vnus alterum non superet. Habet itaque vnaquæque species omnimodam suā perfectionē consistentē in indiuisibili, & proinde perfecta producta est à Deo, vnde materia prima, quia cōsistit in dicta imperfectione, perfecta est imperfecte, ideoq; Phylosophi dicūt hoc vniuersū, quod nūc est, fieri nullaten⁹ posse elegantius, aut melius secundum substantialem rerum perfectionem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ augeri nequit, nec secundum ordinem, & dispositionem partium mũdi, & aliorum, quæ in eo sunt, quem ordinem vsque adeo bonũ existimamus, vt meliorem esse posse, atque huic mundo conueniẽtiorem, & decentiorem minime putemus. Neque itẽ potuit hoc vniuersum esse perfectius in regimine, & gubernatione, quæ optima, & præstãtissima est. Præterea secundũ proportionẽ, conueniẽtiã, atque aptitudinẽ partium mundi inter se, & cũ ipso mundo non potuit mundus esse perfectior. Ad extremũ respectu eius finis, propter quẽ mundus á Deo factus est, perfectus cẽsendus est, quandoquidem eius comparatione aliter mũdus fieri melior nec potuit, nec debuit. Vnde Bernardus serm. 3. in die Pentecost. post principium ait. Tria in magno huius mũdi opere cogitare debemus, videlicet, quid sit, quomodo sit, & ad quid sit constitutus. Et in esse quidem rerum inæstimabilis potentia cõmendatur, quod tã multa, tã magna, tã multipliciter, tam magnifice sunt creata. Sane in modo ipso sapientia singularis elucet, quod hæc quidem sursum, hęc vero deorsum, hæc in medio ordinatissime sint locata. Si vero ad quid factus sit mediteris, occurrit tam vtilis benignitas, tam benigna vtilitas, quæ etiã ingratissimos quosque multitudine, & magnitudine beneficiorũ possit obruere, & cætera, quæ prosequitur in hanc sententiam.

Quod si nobis obijcias defectus naturales, & monstra, quæ maximæ imperfectiones sunt: dicimus hæc ordinata essa, vt cælestiũ rerũ indeficiens bonitas, inuiolabilis ordo, & illibata pulchritudo appareat, & ad mũdi absolutionem ita necessum esse, vt omnibus numeris sit absolutus. Si insuper opponas mala culpę, & pænę, hæc quidem bona sunt, dum per illa iustitiæ diuinę fit satis, dum ad cautionẽ emẽdationem, & correctionem inseruiũt. Mala vero culpæ, etsi simpliciter mala sint, tanta est Dei bonitas sapientia, & potentia, vt ea ad aliquod bonum, vel ordinentur, vel proficiãt, ab illo quidem præuisa, permissa, non tamen facta, aut prædefinita, quod latius explicare non est huius loci. Etenim, aut Deus condonat peccata, & ostẽdit bonitatem, aut vindicat, & probat iustitiam, aut ad correctionem cæteros, imo ipsos peccantes prouocat, & demonstrat misericordiam. Quã de re videndus Euseb. Cæsar. lib. 3. de præparat. c. vlt. Aug. lib. 1. de ciuit. c. 8 & seq. & lib. 11. cap. 18. vbi ait. Neque Deus vllum non dico Angelorum, sed vel hominũ crearet, quẽ malum futurum esse præsciisset, nisi pariter nosset quibus eos bonorũ vsibus commodaret, atque ita ordinem sæculorum tanquam pulcherrimum carmen, etiam ex quibusdam quasi antithetis honestaret: antitheta enim quæ appellantur in ornamentis elocutionis sunt decentissima, quæ Latine appellantur oppositа, vel quod expressius dicitur, contra posita.

Poterit etiam quis hoc loco obijcere cum Hieron. ad illa verba Eccles. *Vanitas vanitatum & omnia vanitas*, quod ipse sanctus Doctor obijcit. Si cuncta quæ fecit Deus sunt valde bona, quomodo omnia vanitas, & non solum vanitas, verum etiam vanitas vanitatum, vt sicut in Cãtico Canticorũ inter omnia carmina excellens carmen ostenditur, ita in vanitate vanitatũ, vanitatis magnitudo monstretur? Insuper si omnia vanitas vanitatum; quomodo Dei perfecta sunt opera? Vt ergo ille respondeat obiectioni prẽmittit in hũc modum. Legimus in Exod. glorificatum vultum Moysi in tantum, vt filij Israel in eum aspicere non possent, quam gloriã Paulus Apostolus ad comparationem Euangelicæ gloriæ

Eccles. 1 n. 2.

riæ dicit esse non gloriam, *Nam nec glorificatum est*, inquit, *quod glorificatum fuit in hac parte propter excellentem gloriam.* Possumus igitur & nos in hunc modum, cælum, terrã, maria, & omnia, quæ in hoc circulo continentur, bona quidem per se dicere, sed ad Deum comparata, esse pro nihilo, & quomodo si igniculum lucernæ videns, contentus essem eius lumine; & postea, orto sole non cernerem, quod lucebat, stellarũ quoque lumina iubare viderem solis abscondi, ita aspiciẽs elementa, & rerum multiplicem varietatem, admiror quidem operum magnitudinem, recogitans autẽ omnia pertransire, & mundum suo fine senescere, solumque Deum illud semper esse, quod fuerit, compellor dicere, non semel, sed bis, *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Sic Hieron. ostendit quomodo omnia vana, & imperfecta iure censeantur, si perfectissimo Deo comparentur, cum tamen in suo genere perfecta sint. Videndus itẽ hoc in loco erit Chrysost. homil. 7. post med. vbi ait. Fecit Deus Cete magna. Deinde additur: Et vidit Deus quod bona. Hic temeritatem omnia absque ratione blaterantium comprimit. Nam vt nullus dicere possit, cuius gratia Cete facta sunt? Quam nobis vtilitatem cõferunt? Quasi Deum ob suum opificium accusans? Nã si cordatus esses, posses etiam ex horũ creatione, & potentiam Dei, & ineffabilem misericordiam addiscere. Potentiam quidem, quia sermone, & præcepto ex aquis talia animantia produci fecit: misericordiam autem, quia vt ea produxit, propriam eis regionem attribuit, innauigãbilẽ maris partem illis decernens, ita vt nemini possent nocere, sed versentur in mari, & sui spectaculo supereminentem opificis potentiam doceant, nullumque humano generi damnum inferant. An paruam putas misericordiæ partem geminam tibi vtilitatem hinc exoriri? Etenim sapere volentes ad Dei notitiam introducunt, & admirari faciunt misericordię eius magnitudinem, quod ab eorum nocumentis humanum genus liberauit. Neque ob nostram dumtaxat vtilitatem ea omnia facta sunt, sed ob immensam ipsius Dei magnificentiam, vt magis Creatoris prædicetur potẽtia. Sic ille. Similiaque habet Procop. ibidem in hunc modum. Quædam animalia à Deo formata sunt, vt inseruiant homini: quædam vt nos inducant in speculationem, & contemplationem miraculosæ mundi creationis: quædam vt nos timore percellant quodam; ne metu omni vacui negligentia obtorpeamus, &c. neque omittendus Ambrosius 5. Hexamer. cap. 5. vbi de maioribus piscibus ait. Sunt qui inuicem se deuorent, & sua carne pascantur: minor apud illos esca maioris est. Rursus ipse maior á validiori inuaditur, & fit esca alterius prædator alicui. Aut quia ad vsum hominum dati sunt, in signum quoque facti sunt, vt in hĩs nostrorum morum vitia videremus, & caueremus exẽpla, ne quis potior inferiorem inuaderet, daturus in se potentiori exemplum iniuriæ. Itaque qui alterum lædit, sibi laqueum parat, in quem ipse incidat, &c. Hic etiã occurrit solutio, cur Deus noxias creauerit, & produxerit iussu suo herbas, neque enim credendum est primo telluris partu solas prodijsse benefi cas, & humanis vsibus aptas plantarũ, herbarumque species, simul enim ingratæ, molestæ, noxiæ, virulentæque productę sunt. Hoc tamen certum est nullam, etiã cicutã, idque genus alias quauis occulta virtute sua carere, qua proinde mortalibus nulla sit non vtilis, ac necessaria, nam vt recte notauit Procop. non sunt omnino noxia, sed vim medicam retinent.

2. Cor. 3. n. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed si omnia Dei opera sunt perfecta, adhuc poterit illud opponi, quod apud Tertul. lib. 6. de spectaculis c. 2. aliqui prætendebant dicentes. omnia à Deo instituta, & bona, & homini tributa proindeque eis sine discrimine vti posse, & licita, quæ ex eis constabant, quia bonum sortita fuerant Auctorem, sapiens enim argumentatrix sibi videtur ignorantia humana, præsertim cum aliquid de gaudijs, & fructibus sæculi metuit amittere, sicut ibi ait Tertullianus, qui obiectioni respondens ait. Non ergo hoc solum respiciendum est, quo omnia sunt instituta, sed à quo conuersa. Ita enim apparebit cuius vi sint instituta, si appareat cuius non sint. Multum interest inter corruptelam, & integritatem, quia multum est inter institutorem, & interpolatorem. Cæterum omnes species malorum, quæ etiam ethnici indubitate, & prohibent, & defendunt, ex operibus Dei constant. Vis homicidium ferro, veneno, magicis deuinctionibus perfici; tam ferrum Dei res est, quam herbæ, quam Angeli, nunquid tamen in hominis necem Auctor ista prouidit? At quin omnem homicidij speciē vno, & principali præcepto interemit: *Non occides*. Proinde aurū, æs, argentum, ebur, lignum, & quæcūque fabricandis idolis materia captatur, quis in sæculo posuit nisi sæculi Auctor Deus? Nunquid tamen, vt hæc aduersus ipsum adorentur? At quin summa offensio penes illū idolatria est. Quid nō Dei est quod Deū offendit? Sed cū offendit, Dei esse desijt, & cū desijt, offendit. Ipse homo omniū flagitiorum Auctor, non tātum opus Dei, verum etiam imago est: & tamē & corpore, & spiritu desciuit de suo institutore. Neque enim oculos ad concupiscentias sumpsimus, neq; linguam ad maliloquiū, &c. quæ prosequitur, quibus ostendit, Dei ōperibus non decere abuti, neque ex eo, quod abutamur, aliquā illis imperfectionis notam inurere, sed potius nobis maximum nocumentum inferre, & grauissimam culpam incurrere, dum res ab Optimo creatore productas in mala patranda assumimus contra volūtatem, & præceptum benignissimi Creatoris.

Quid tamen est, quod cum perfecta sint omnia Dei opera, & irreprehēsibilia, solus homo hanc veritatē negare videtur, dum minime contentus sua sorte, & medo, quo à Deo cōditus est, se meliorē reddere conatur pingendo se, renouādo, & se aliū reddendo, quā à Deo creatus est, in maximā Creatoris cōtumeliā? Quod prosequitur Tertul. lib. de cultu fœminarū c. 5. vbi contra transfigurationē facierū, & vultuū, ac specierū trāsmutationē: de quo abusu tam multa apud nostros. nostra hac tempestate cernimus, ita ait. In Deū delinquunt, quæ cutem medicaminibus vngunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt. Displicet illis nimirum plastica Dei: in ipsis redarguunt, reprehendunt Artificem omnium, reprehendunt enim cum emendant, cum adijciunt, vtique ab aduersario artifice sumentes additamenta ista, id est, diabolo. Nam quis corpus monstraret mutare, nisi qui & hominis spiritum malitia trāsfigurauit? Ille indubitatē huiusmodi ingenia concinnauit, vt in nobis quodammodo manus Deo inferret. Quod nascitur, opus Dei est: ergo quod fingitur, diaboli negotium est. Diuino operi Sathanæ ingenia superducere, quam sceleſtū est? Serui nostri ab inimicis nostris nihil mutuātur, milites ab hoste Imperatoris sui nihil cōcupiscūt: de aduersario enim eius, in cuius manu sit, aliquid vsui postulare trāsgressio est. Christianus á malo illo adiuuabitur? Nescio an hoc ei nomē perseueret, &c. 6. eiusdē libri sic habet. Dominus ait. *Quis vestrum potest capillum atrum ex albo facere, aut album ex atro?* Hæ, quæ reuincunt Deū Ecce, inquiunt, pro albo vel atro flauum facimus gratiæ faciliorem, quamuis, & atrū ex albo conantur facere, quas pœnituit ad senectā vsque vixisse. Proh temeritatē! Erubescit ætas exoptata votis furtū confitetur, adolescētia, in qua delinquimus suspiratur, absit à sapientię filiabus stultitia tāta. Senectus enim cū plus occultari studuerit, plus detegetur. Hæc est ęternitas nostra, de capitis iuuentute, & cap 7. Mirū quod contra Domini pręcepta contēditur, ad mensuram neminem sibi adijcere posse pronunciatū est. Vos plane adijcitis si non pudet enormitatis, pudeat inquinamēti. Ne exuuias alieni capitis, forsitan immundi, forsan nocentis, & gehēnæ destinati, sancto, & Christiano capiti suppares. Deus vos velari iubet, credo ne quarundam capita videantur. Atque vtinam miserrimus ego in illo die Christianæ exultationis, vel inter calcanea vestra caput eleuem, videre an cum ceruſſa, & purpurisso, & croco, & in illo ambitu capitis resurgatis: an taliter expictam Angeli in nubila subleuent obuiam Christo. Hodie vos Deus tales videat, quales tunc videbit &c. quæ ibi prosequitur contra eas, quæ Dei opera mentiuntur, dum perficere volunt, & cum Dei perfecta sint opera, imperfecta potius reddunt.

Videndus hac de re erit Clemens Alex 3 pædag c. 11. vbi inter alia ait ante med. Alienorum capillorum appositiones sunt omnino reijciendæ, & externas comas capiti adhibere est maxime impium, quæ mortuis pilis cranium induunt, cui enim manum imponit præsbyter? Cui autem benedicit? Non mulieri, quæ est ornata, sed alienis capillis, & per ipsos alij capiti, & post multa addit. Est autem absurdum eos, qui facti sunt ad Dei imaginem, & similitudinem tanquam archetypum exemplar contemnentes, externum ornatum inducere, improbum humanum artificium, Dei artificio præferentes &c.

Quantūcunque tamen laboret humanum ingenium, & artificium, firmum opus Dei stat, nec illi addi potest quidquam, cuius perfecta sunt opera, vnde, & quæ addut mulieres, seu homines (proh dolor!) se ornantes, fictitium prorsus, fabulosum, & depictū est, ideoque Nazianz. in carmine ad Virginem huiusmodi ornatum appellauit artem efficiendi vivas tabulas, non vero viuos vultus, verasue pulchritudines. Et D. Ambros. lib. 1 de virg. postquam multa hac de re dixit, tande ait. Emitur hæc species, an habetur? Quantūcunque enim aliunde ematur, & addatur, vera non habetur, etiāsi videatur. Vnde Clemens Alex. subnotat huiusce modi subornantes & pulchritudinem fucatis coloribus ementientes quod quidē in causa est, vt inspectores citius & facilius defect⁹, quos superaddito ornatu tegere nituntur deprehendant. Sic enim habet 2. pędag. cap. 12. Apelles pictor cum vidisset quendā ex suis discipulis pinxisse Helenam multo auro ornatam. O adolescēs, inquit, cū nō posses pingere pulchrā, pinxisti diuitē. Tales sūt Helenę quę nūc sūt mulieres, nō verē pulchræ, sed multis fictæ, & ornatę diuitijs. Bene Paulus earum ornatum iure abesse iubet; si enim sunt pulchrę, sufficit natura, non contendat ars cōtra naturam, hoc est fraus, minime litiget cum veritate; sin autem sunt natura turpes, ex ijs. quæ sibi applicant, quod non habent, arguunt.

Suffragatur Nazian. cum elegāter appellat afeitam istam, & fucatā pulchritudinem, deformitatem potius, & fœditatem, sic enim habet Orat. 19. Natiua pulchritudine destituta ad

Matt. 5. n. 36.

Matth. 6. n. 27.

1. Tim. 2. n. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

colores confugiunt, atque tanquam in theatris se ostentant ob venustatem inuenustæ, atque ob fæditatem deformiores. Multa in hac sententia habet Cyprian de disciplina, & habitu virg vbi post medium ait. Non metuis ne artifex tuus te nõ agnoscat increpans vigore censoris, & iudicis, & dicat; opus hoc meũ non est, nec hæc imago nostra est, cutem falso medicamine pollũisti, crinem adultero colore mutasti, expugnata est mendacio facies, figura corrupta est, vultus alienus est, Deum videre non poteris. cum oculi tibi non sint, quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit. Illum tu sectata es, rutilos atque depictos oculos serpentis imitata es, de inimico tuo cõpta, cum illo pariter arsura. Sic ille arguit eas, quę oblitæ verborum nostri tex. *Dei perfecta sunt opera*, adulterant opus Dei non perficientes quidẽ, sed inficientes, non in melius reddentes, sed in peius deprauantes, vnde Hieronym epist 89. quæ est ad Virginem Demet. ait. Dignum est, vt imago Dei splendeat, & inde pulchra inde sit compta, alioquin adultera est, & â diuino aliena coniungio anima, si vllis alijs monilibus acquieſcit ornari, nisi illis, quæ de thesauris sponsi per sancti Spiritus pignus accepit. &c. quibus ostendit ineptã esse diuino consortio, quæ opus Dei adulterando perficere nititur, cum tamẽ perfecta sint opera Dei. Proindeque, & illi placent qui Dei opus conseruant, & exhibent. nõ qui adulterant, & deprauant, ideoque illi placens Iob proponitur simplex, & rectus vbi Orig. Verus, non pictus & apud Isaiam cap 17. n 10. *Naghama aim* i non picti, nec fucati Deo iucundi & perpulchri sunt, at hypocritę, qui formosi videri volũt, amantq; meretricularum more videri, placere que hominibus externo apparatu, & fucata virtutum specie Matth. 6. 2. Deo iniucundi, deformes, abominabilesque videntur. *Matth. 6. n. 2.*

Sed hoc in loco operæ pretium erit si postquam perfectionem operũ Dei in naturalibus ostendimus, id etiam in supernaturalibus ostendamus, statimque se offert gratia lumen gloriæ, beatissima virgo Mater, & mysterium incarnationis, quorum de perfectione potius ad scholasticos pertinet, quam ad nos. Sed in gratiæ infusione id pro præsenti instituto obseruandum erit, quod eleganter aduertit D. Bonauẽt. tom. 6. in diætis salutis tit. de pœnit. & eius part. n. 5. probat enim, integrã Deo à nobis faciendam confessionẽ, quia integram indulgentiam, & perfectam condonat Deus, suã largiendo gratiam sic enim habet. Deus est Rex nobis, & in mensa Regia poni debent panes integri, non fragmenta. Deus enim non consuevit dimidiare veniã. Ideo totum hominem sanum fecit in sabbato, vt dicitur apud Ioan Et sicut magni mercatores in grosso nõ obolatam, non denariatam vendunt, sicut pauperes mercatores: præcęteris quia mercatura Dei. s. gratia. & venia est, res indiuisibilis, cum ipse sit summus mercator: ista duo erunt indiuisibilia instar margaritæ, vel alterius lapidis pretiosi. qui totus emitur, vel totus dimittitur. Sic Seraphicus Doctor opus iustificationis. & diuinæ gratiæ perfectum in Deo probat. *Ioan 7. n. 23.*

Hinc est quod Christus Dominus homines facto sanabat, & animo, & corpore, hinc quod Concilium Trid. sess. 14. c. 5 dimidiatam prohibet confessionem; magna siquidem offensio, & contumelia videtur irrogari perfectissimæ indulgentiæ, & gratiæ si Deo dimidiate fiat confessio, cuius perfecta & integra est remissio peccati sicut & perfecta illius sunt opera, vnde quia integrè, & perfectè peccata sua confessus fuerat Dauid, perfectam prædicat indulgentiam sibi à Deo factam, cum ait. *Dirupisti vincula mea, Psal. 115. n. 7.*

tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo, vbi Euthym. intelligit Dauidem gratias Deo reddere propter demissa omnia peccata, quo pacto etiam Hierony. exponit. legit tamẽ, *Dissoluisti vincula mea*; Nostra vero vulgata melius rem aperit, significat enim non dissoluta tantũ, sed distupta, confracta, & dissipata, quasi dicat. nõ tantum aperuisti aliqua ex parte, vt in vinculis hominũ contingere solet, quorum veluti vnum aperitur, & vna tantum pars dissoluitur, qua vinctus tenetur, non tamen confringitur. cæteris vinculis integris remanentibus, quibus adhuc vel idem homo, vel alius vinciri, & concatenari possit at tu dirupisti vincula mea, & omnino in posterum confregisti, vt si forte ego merear concatenari, aliunde, vel denuo quærenda sit catena, cum tu me liberando a prima, eam omnino diruperis & confregeris.

Pro qua re notandum est, quod olim quando quis in vincula conijciebatur, & postea de illius innocentia constabat, non tantum vincula & catenas euadebat solutus sed insuper eadem vincula confringebantur, & disrumpebantur, ne deinceps possent inseruire ad comprehendendum, & ligandum aliquem, qua de re est optimus locus apud Iosephũ lib. 5. de bello Iudaico c. 12. alias 1. vbi de se ipso vincto, & per Vespasianum soluto sic ait. Recordatus Vespasianus signa, & alia (multa enim sibi contigerãt imperium præmonstrantia) & Iosephi dicta, quibus eum, Nerone viuo, ausus fuerat appellare Imperatorem admirabatur virum, quem adhuc habebat in vinculis: aduocatoque Mutiano cum amicis, & Rectoribus aliis, primum quã strenuus fuisset Iosephus, quantumque propter eum laborasset exponit, deinde vaticinationes eius, quas ipse quidem timoris causa suspicaretur esse figmenta, tempus autẽ iustas fuisse, & rerum exitus probasset, vocatumque ad se Iosephum olui iubet, hoc autem facto, alij quidem rectores ex ea gratia, quam alienigenæ retulissent, præclara etiam de se speranda esse arbitrabantur. Titus vero qui cum Patre aderat. Iustũ est, inquit, Pater vna cum ferro, etiã probro Iosephum solui erit enim tãquam nec in initio vinctus sit si non dissoluerimus, sed inciderimus catenas Namque id agi solet in his, qui nõ recte fuerunt vincti. Eadem Vespasiano placebant, & quidam interueniens securi catenas abrupit. Ægesippus autem, qui velut interpres Iosephi extitit, idẽ ait. & subinfert. Addidit Titus vt frangerentur potius, quam soluerentur catenæ, quod si frangerentur, ita esset, ac si non esset ligatus.

Cum igitur peccatum mortale catena sit, quæ ligat, comprehendit, & concatenat miserum peccatorem tãfortiter, & indissolubiliter, vt sola Dei sapientia, & potentia soluere possit, statim atque peccatorẽ pœnitet, confitetur, & indulgentiam precatur, nõ tam soluit Deus vincula, & catenas, quã disrumpit, dissipat & confringit. Olim non disrumpebantur catenæ illis qui ob vere cõmissas culpas detinebantur; modo tamen misericors Deus, cuius perfecta sunt opera, perfectam largitur remissionem, ita vt non soluat tantum vincula, sed dissoluat, & disrumpat, & in eum statum reducat pœnitentem peccatorem, qui innocentiæ videatur respondere, cũ non operiat, aut radat peccata, sicut hallucinati dicunt Hæretici. sed dimittat & penitus disrumpat; sicut fatetur Dauid, cum ait: *Dissoluisti*, sed melius, *Dirupisti vincula mea*.

Videre hoc est in illo victo à diabolo, de quo Christus Dominus ait. *Cum fortior illo superuenerit vniuersa eius arma, in quibus confidebat, & Luc. 11. n. 22.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

spolia eius distribuit, vbi Haimo asserit vniuersa arma diaboli esse peccata, quibus nos vincit,& deuincit,hæc autem Deus omnino aufert, & abijcit, perfecte siquidem sanat, & iustificat, cum perfecta illius sint opera. Vnde Aug lib de vera,& falsa pœnit.ait. Impiũ est sperare à Deo dimidiatam veniam & hominem, quem sanat, perfecte sanat.

Probat hoc Ephrẽm tract de pœnit. vbi insanabile Dauidis vulnus ità sanatum asserit,vt neque cicatricem retinuerit vulneris Illud autem aduertendum est, plerosque, scilicet, ex Patribus asserere,sanato vulnere peccati,adhuc cicatricem superesse, sicut videre est in Athanasio libro de blasphemia in Spiritũ sanctũ. Basil. hom de pœnit & germano eius fratre Gregor. Nyssen. Orat. non esse dolendum ob eorum obitum, qui in fide discesserunt. Chrysost. homil. 41. in Act. Apost. Cyrill. Orat. in sanct. lauac Orig. homil.8. in Leuit. Hieron. epist. ad Rust.& habetur in Cap. totum, & ibi Glossa in verbo cicatrices de pœnitentia distinct. 3. Cicatrices igitur intelliguntur peccatorum reliquiæ, quæ à Doctoribus scholasticis, atque Summistis appellantur prauæ illæ dispositiones relictæ in anima ex præcedentibus actibus peccaminosis, ita D. Thom. 3. p. q. 86. art. 5. D. Antonin. 3. par. tit. 14. cap. 16. Scot. in 4. dist. 15. quæst. 1. art. 5. Basol. ibi dist. 14. q. 2. art 1 & Catecis. Rom ex Concil. Trid. Hæ igitur prauæ dispositiones aliquando remanent sublato peccato,quia peccata nõ sunt, quãuis ex peccato sint, & ad peccatũ inclinẽt;perfecta enim à Deo iustificatio omnia peccata disrũpit, & vincula omnino dissoluit,nõ tamẽ vsque quaque verũ est huiusmodi cicatrices remanere,quin etiã aliquando à Deo auferantur,sicut docet D. Thom. loc. cit ad 1. Quod,inquit,cõtingit quãdo Deus tanta commotione conuertit cor hominis, vt subito consequatur perfectam sanitatem spiritualem animæ, non solũ remissa culpa, sed etiã sublatis omnibus peccati reliquijs,sicut patet in Magdalena,atque ita accidisse in Dauide,dubitandum nõ est. Tollit igitur Deus aliquando ita peccata,vt nec cicatricem, nec vestigiũ aliquod in nobis relinquat, quanquã semper ita auferat peccata,vt nullum prorsus remaneat, & ita perfectum est opus iustificationis, quod prosequitur Chrysost. tom. 5. homil. 18. ad populũ,& hom. 3. de pœnit. post med. vbi ita habet. Sic Deus delet peccata,vt neque eorum vestigiũ maneat. In corporibus quidem non est ita: sed quanqnam millies conetur medicus, tametsi vulneri medicinas addat,vulnus quidem euanescit; sæpeque in facie vulneratus quisque vulnus quidem curauit, cicatrix vero remanet vulneris argumentum, faciei deformitatem habens atque si abolere cõtendat,mille medicus modis, nequit: repugnat enim sibi naturæ infirmitas, artis, & medicinarum imbecillitas, Deus autem cum deleuerit peccata, sic delet, vt neque cicatrix, neque cicatricis supersit indicium, non vestigium quodquam, sed & cum sanitate decorem elargitur. Post pœnæ liberationem, & iustitiam inserit, atque peccantem coæqualem facit non peccanti, &c. quæ prosequitur in hãc sententiam pro qua multus est idem Chrysost tom 1. proœmio primo in Isaiam ad medium. Quibus similia habet Gregor lib.9.Epistolar. epist.39. & Chrysol.serm. 3. de prodigo, vbi ait. Pater curat filij vulnera, ne filio cicatricem, nœuum filio ne relinquat.

Hinc intelliges,cur ex ignobiliori opere liceat comprobare & colligere superius,& nobilius in Deo, etenim is, cuius perfecta sunt opera, semper

perfectiora intendit,eaque de illo intelligenda sunt, quando imperfectiora exercet. Reuera maius, & perfectius opus fuit Virginem Filium Dei concipere in vtero suo, quam sterilẽ Elisabet, & annis prouectam Ioannẽ concipere, & tamen ex minori hoc opere maius confirmat dicens: *Ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filiũ in senectute sua,&c. quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Videtur namque inefficax ratio argumentãdi ex eo,quod facilius,& minus est ad colligendum id,quod perfectius; hac tamen colligẽdi forma vsus est Christus Dominus,nam cum allatus esset ante illum paralyticus, ijs, qui circũstabant,dixit: *Quid est facilius dicere;dimittuntur tibi peccata;ac dicere: Surge, & ambula? Vt autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum,& vade in domum tuam:* vbi á minori argumentatus est, nam remittere peccata, & iustificare peccatorẽ maius opus est, quam sanare paralyticum, vel creare cælos, & terrã, immo & quod amplius est, quã dare gloriam sanctis, quia gloria datur ijs,qui eam iam merentur, gratia vero datur sine meritis,& sanare paralyticum, si pertinebat ad ostendendam potestatem remittendi peccata, cum finis nobilior sit ijs, quæ conducunt ad finem, constat remissionem peccatorum magnificentius Dei opus extitisse. Et hoc etiam argumentandi modo vsus est Ambros. lib. de ijs, qui mysterijs initiantur cap. 9. vt probet Eucharistiæ fidem ex eis, quæ longe inferiora sunt, mirabilibus, quæ in Eucharistia reperiuntur. Ratio igitur huius rei est, quia Dei maiestas, & bonitas cum intendat magna facere potius,quam parua & cum Dei perfecta sint opera, si minora facit, & imperfectiora exequitur, maiora vtique, & perfectiora operabitur.

Luc.1. n.36.

Matth.9. n.5.

Est etiam Deus perfectus iuxta illud, *Estote perfecti sicut & Pater vester cælestis perfectus est*, quod recte Franciscus Lucas explicat dicens. Neminem á dilectione vestra excludatis: non hunc ametis redamantem vos, aut volentem benefacere vobis, illum vero oderitis odio prosequentem vos, aut contemperitis à quo compendij nihil speretis (imperfectus enim, ac mutilus amor ille sit) sed omnes amor vester complectatur, omnes diligite, sicut Pater vester perfectus est,omnes diligit, omnibus benefacit, in omnes diffundit bonitatem suam ita,vt etiã cum hominum malitia, & ingratitudine certet, quanuis á nemine ipse emolumenti quidquam expectet, & pauci, vel redament beneficum. Sic ille describit Dei perfectionem in dilectione sua, & charitate, cuius longitudinem, latitudinemque eleganter explicat Greg. 10. Moral. c. 6.

Matth.5 n.48.

Est etiã perfectus Deꝰ in benefaciẽdo hominibꝰ, suntque beneficia illius perfecta,vnde nõ solũ internũ robur, sed externũ quoque decus respiciũt, & perficiunt illum in quẽ conferuntur. Apud Amos in cap. 7. proponitur Deus stans super murũ litum, pulchrum (nimirum aspectu, beneque formatum) & in manu eius trulla cementarij) sua enim manu, atque potentia, decorem, & robur sui populi tuebatur Deus quasi parietem quendam calce superinducens) sic vero habet Hieron. Trulla cementarij, qua solent superinduci parietes, & non solum pulchritudinem accipere, sed & fortitudinem contra iniuriam imbrium. Subditur vero statim totius visionis expositio: *Ecce ego ponam* (i. deponam) *trullam in medio populi mei, & non adijciam vltra superinducere.* Super inducit Deus quod ferme colabebatur,& ruebat, & erectum instruit,sunt enim Dei perfecta opera, & quæ, vel malitia sua, vel temporũ decursu, vel

Amos.7. n.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inimicorum incursu corruũt, vel deficiunt, perficit & in integrũ reducit, vnde Iob, cuius caro consumpta erat à supplicijs, reuertitur ad dies adolescentiæ suæ, & Naaman diuinitus mundatus à lepra, restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mundatus est. Videndus hac de re Philo lib. de sacrif. Abel. & Cain. longe à princ. vbi ait. Testamentum Dei figurate dicuntur eius gratiæ, nec est fas, vt ille quicquam imperfectum largiatur Itaque integra, absolutaque sunt dona Ingeniti omnia, &c. Optima sunt quæ habet Ambros. in Psalm. 1. cum explicat illa verba: *Fructum suum dabit in tempore suo*, vbi ita habet Ligna terrena fructum non dare, sed ferre dicuntur. Sed lignum vitæ, ac sapientiæ dat fructum, hoc est largitur & donat. Rursus illud occurrit. Si lignũ est sapientiæ, cur in tempore dabit, & non semper? Ne forte graue sit nobis hoc sentire de Christo; sed tu, qui legisti, quia dispensatorem fidelem, & prudentem constituet Dominus super familiam suã, vt det illis in tempore tritici mensuram. In tempore vtique, non semper. Turbari vtique non debes. Potest sapientia semper fructum dare, sed quia sapientia est, debet sapienter dare, dispensare prudenter. Tunc debet semper dare quando nos plenam mensuram possumus accipere, nunc non possumus in hoc sæculo sustinere, nouit sapientia quibus & quãdo dare debeat, quæ nec folium amittit ligni sui, &c. quibus ostendit Ambros. Dei perfectionem in beneficijs conferendis, & occurrit obiectionibus, quæ Dei largitati possunt opponi, dum cum possit semper benefacere, in tempore tantũ facit, & cum omnibus, aliquibus tantum cõcedit & cum omnia omnibus, *Vni dat quinque talenta, alij duo, alij vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem*, quod perfectissimam benefaciendi rationem in Deo probat.

Iob.33. n.25.

4.Reg.5. n.14.

Psalm.1. n.3.

Luc.12. n.42.

Matth. 25 n.15.

Probat insuper, & perfectissimam operandi rationem in Deo id, quod sponsa in commendationem sponsi sui ait. *Manus eius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis.* Per manus autem intelligi opera notissimum est, vt videri potest apud Ambros. de virg. 3. Aug. epist. 119. Greg. in 1. Reg. 16. & 21. Moral. c. 7. & 22. Moral. c. 10. & hom. 13. in Ezech. Hieronym. in c. 2. Sophon. & Matth. 8. & epist 70. & passim alibi. Hę igitur manus dicuntur tornatiles, quia nihil illis ad perfectionem defuit, sicut testatur de Filio Dei vox populi Marc. 7. *Bene*, (id est, optime, more Hebr.) *Omnia facit*; vnde Diuinitatem eius Iudæi credere tenebantur, vt ipse met apud Ioan. testatur. *Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere, si autem facio, & mihi non vultis credere, operibus credite: vt cognoscatis, & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre.* Etenim qui torno operatur, facilius, citius, atque perfectius operatur, sic & Deus homo solo nutu, voluntate, imperio interdũ, & taciturnus, nã natura Cõditoris sui tacitũ nutũ sentiens prompte obtemperabat. Ipse nanque erat, & est antiquus, & primæuus tornator, qui tornauit cælum, & terrã, & sphericos Solis, & Lunæ, cæterorumque planetarum orbes, ac corpora, torno suo .i. imperio velocissimo; vbi notanda venit Hebr. lectio apud Vatabl. *Manus eius, vt orbes aurei*, quasi dicat (exponit Vatabl.) opera Domini sunt perfectissima. Etenim veteres, ea, quę perfecta erant, orbiculata, seu circularia dicebant, imo, & non solum Deum, cuius etiam principij, finisque nusquam apparentis ratione habita ex hieroglyfico circuli Ægyptij intelligebant, quod etiam ad Persas, Turcasque deuenit; sed etiam ipsam perfectionem indicabant circulo, quod figurarum ea sit vndequaque perfecta, vt videre est apud Valerian. lib. 39. tit. de circu-

Cant.5. n.14.

Marc.7. n.37.

Ioan.10. n.37.

lo, &

lo, & Arist. 1. Ethic. c. 13. vnde, & Dionysius Areop. lib. de Diuin. nomin. c. 4. definiens diuinum amorẽ dixit, esse circulum, qui initium in bono habuit, & in bonum tandem desinit. Aureæ vero dicuntur propter summã sapientiam, quia Deus in operationibus suis procedit. Cumque manuum Dei sint perfectissima opera, Philo ille Cyprius satis accommode hæc verba retulit ad opus passionis Christi Domini. Tunc enim, inquit ille, Christi manus tornatiles aureæ factæ sunt, cũ eas pro salute nostra crudelissimis clauis confixas in vitæ ligno extendit quæ quidem ob diuinissimam puritatem & innocentiam, admirandaque opera, iure aureæ etiam prædicantur. Plenæ vero Tharsis secundum 70 dicuntur propter gentium ad se cõuertendarum plenitudinẽ, Tharsis enim conuersio gaudij interpretatur. Cum enim Iesus in cruce manus suas extendit, tunc ad ipsum summa cum lætitia se conuertit Ecclesia dicens. *In velamento alarum tuarum sperabo*, manus enim suas sponsus extendit velut auis ad protegendos pullos suos à rapacitate bestiarũ, & ne diutius ab ingluuie dæmonũ immanissimorũ deuoraremur Sic ille, cui nos accinẽtes dicim⁹ recte dici man⁹ Christi Dñi tornatiles aureæ, cum perfectissimum opus nostræ Redemptionis absoluit, vnde, & veluti de cõpleto, & orbiculato opere dixit. *Consumatum est.*

Psal.60. n.5.

Ioan.19. n.30.

Cum igitur perfecta sint opera Dei, debemus, & nos quam maxime poterimus eniti, vt perfecti simus in operibus nostris ad imitationem diuini Parentis, qui totus perfectus est: illud deinde præ oculis habentes, ne imperfectionibus nostris imperfectum reddamus Dei opus. Pro explicatione igitur nostræ perfectionis aduertendum est, illam dici à Paulo secundum caritatem, sic enim habet. *Super omnia autem hæc caritatem habete, quod est vinculum perfectionis*, vnde, & Ioan in 1. sua Epist. ait. *Deus caritas est, & qui manet in caritate in Deo manet, & Deus in eo.* Nam sicut dixit Aug. in Psalm. 31. quod credit homo, fidei est, quod operatur, caritatis, &c quæ prosequitur ostendens caritatem esse principium perfecte operandi, sicut fides principium cognoscendi, quod etiã docuit scitis illis verbis lib 3. cõfes c 9. Amor meus pondus meum illo feror quocũque feror, quibus coniungenda sunt quæ habet Areop. in Eccleasiast. hierarc. c 1. & Cyrill. Alexan. c. 14. Ioan. Explicans autem magis Aug lib de doct Christ. c. 22. in quo consistat hæc perfectio, ait. Tunc optimus est homo, cum tota vita sua pergit in incommutabilem vitam, & toto affectu inhæret illi, quibus similia habet lib. 10. confes c. 20. vnde iam intelliget cur perfectionẽ collocauerit Christus in relictione temporalium, quando adolescenti dixit. *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes.* Etenim spes adipiscendarum, aut retinendarũ rerum temporalium venenum caritatis est, sicut dixit Aug. lib. 83. quæst. q. 36. pluraque hac de re habet Greg. lib. 2. Moral. c. 27. Aug. lib. 7. de ciuit. c. 4. Hieron. epist. ad Demet. & passim alibi.

1.Ioan.4. n.8.

Matth. 19.n.21.

Si vero perfectio nostra consideratur in obseruatione mãdatorum, sanè Greg. hom. 27. in Euang. omne mandatum de sola dilectione esse concludit, & omnia præcepta esse vnum in radice dilectionis; maximeque hoc in loco obseruandum venit id, quod aduertit Chrysost. hom. 8 in epist. ad Coloss. ante medium vbi dixit dilectionem esse vinculum perfectionis, quo anima Deo concatenatur, & perfectissimo bono adhæret, vt inde perpetuam fortiatur perfectionem, sic enim habet Nõ dixit Paulus Vertex, sed quod maius est, vinculum. hoc enim est magis necessarium, nam ver-

tex

Universidad de Deusto
Biblioteca

tex quidem est intentio perfectionis: vinculum autem est complexus, & comprehensio eorum, quæ perfectionem efficiunt tanquam radix Hinc est quod Bernard. ser. 2. in Cant imperfectum ostendit fuisse amorem Petri, quia nō adhæsit Deo per amorem, sed timore mortis succubuit, & ab illo separatus est, cum tamen fortis sit vt mors, dilectio Et ser. 1. de omnibus sanctis post mediū corrigit amorem, quo Adamus vxorem prosequebatur, dicens. Videamus nunc quantum diligas Euam. Vidit Dominus igneum tenens gladium in vltionem præuaricationis; oppone te discrimini propter illam, & dic. Domine mulier infirmior est, mulier seducta est: mea est iniquitas, meum peccatum: in me solum vindicta procedat. Sed nō loquitur sic, *Mulier*, inquit, *quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* O peruersitas! pœnam pro ea susc̃ipere refugis, & culpam admittere non recusasti? Quomodo, proh dolor, omnia confudisti, pernicioſe miseri cors, vbi seruus esse debueras, & pernicioſus crudelis, vbi misericordiam impēdere oportebat? Nam delinquere propter illam, nullo modo; satisfacere vero pro ea, libenti animo debuisti. Sic enim oportet fieri fratres, vt nunquā propter alium homo peccet, quod est iustitiæ; & libenter aliena peccata portet, quod est misericordię, &c. Imperfectus itaque deprehensus est amor, quia statim destitit ab officio, vera autem dilectio vinculum est, quo tenetur quis, & retinetur in officio. Si autem amor sit erga Deum, vinculū perfectionis est; caritas enim animā Deo alligat, & cōiungit, in qua coniunctione, & dilectione perfectio nostra cōspicitur. Vnde itelliges illud Matth. 5. *Estote perfecti sicut & Pater vester perfectus est*, vbi, & perfectio proponitur, & filiatio Dei assignatur; quibus verbis adiungenda sunt illa ex. 1. Ioan. *Omnis qui diligit, ex Deo natus est.* Etenim perfectio nostra in filiatione Dei consistit, filiatio vero in eo, quod diligamus Deum & proximum, sicut bene, licet obscure, notauit D. Aug. ad cit. loc. Ioan. Clarius vero Caiet. dum dixit, dilectionē esse veluti formam constitutiuā filiorum Dei. Vbi statim illud sese offert difficile, & obscurum, cur s. amor constituat filios Dei, non vero scientia, & intelligentia, cum tamen hæc videatur in nobis exprimere diuinam similitudinem, quæ ad rationem filiationis pertinet, ea siquidem sola cognoscimus, quorum expressam habemus imaginem in nobis, vt modo ex Philosophia supponimus apud lib. 3. de anima c. 8 q. 3. vnde in Theologia Filius Dei proprerea dicitur, & est verbum, quia procedit, vt expressa imago, & similitudo ex vi suæ processionis Qua de re videndus Suar lib. 9. Trinit. c. 1. & 2. Et Spiritus Sanctus non est filius, neque dicitur, cum tamen partus sit diuini amoris. Quid igitur est quod diligētes Deum, filij Dei dicuntur, ij vero, qui non diligunt, non sunt perfecti, neque filij Dei, addit vero Aug. quanuis Basilicas intrent, quanuis propheriam adepti sint, filij Dei nō sunt, imo quāuis baptismum, & sacrosanctam Eucharistiam recipiant. Ratio igitur esse videtur, quia potest quis sacramenta accipere, & tamen malus esse, amare vero nequit in malitia permanendo, quo optime notasse videtur Chrysost. hom. 71. in Ioan post medium, vbi ponderat præceptum de caritate, & dilectione traditum fuisse á Christo Domino, cum iam discessissēt Iudas, imo, & Ioanes id notasse videtur quādo dixit. *Cum accepisset ille buccellam, exiit continuo, & cum exijsset dixit Iesus, mādatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem,* Hæc autem, inquit Chysost. post proditoris abitum verba fecit, cum tamen præsente Iuda primum sacrifi-

Tan. 8. n. 6.

Gens. 3. n. 12.

Matth. 5. n. 28.

1. Ioan. 4. n. 7.

Ioan. 13. n. 3.

cium corporis, & sanguinis Christi sit celebratum, imo & cum ipse proditor, sicut probabilior fert sententia, corpus & sanguinem Christi cōmunicauerit, neque defuerit sacrificio, qui defuit amoris præcepto, potuit enim falsō communicare, amare non potuit. Hinc est quod dilectio sit veluti forma assimilatiua Deitatis, sicut & similitudo paterna in filijs, licet enim per scientiam, notitiam, aliasue virtutes similes Deo reddantur homines, id sane est veluti per repręsentationem mortuam, non tamen per imitationem viuam, at repręsentatio, vel in mortuo corpore reperiri potuit, charitas vero, non nisi in viuo, Deus autē viuos voluit habere filios, & sibi similes in perfectione dilectionis.

Pulchrē quidem dictum est ab illo Legato Teutonorū, de quo Plin. lib. 35. c. 4. post medium. Cum in Romano foro proposita esset illa pastoris senis cū baculo imago, interrogaretur que quanti eum æstimaret: sibi donari nolle talem viuum, uerumque. Cæterum negandum non est quod quāuis ea imago exprimeret pastorem, pastor verus non fuerit, sed pastoris statua, neque enim sola repræsentatio sufficiebat ad constituendum verum pastorem, vnde qui generationem definiunt, eam dicunt esse processionē viuentis á principio vitæ coniuncto, idque per modum similitudinis, neque enim generasse dicetur qui similem sibi effinxit statuam; maxime vero, qui viuentem efformauit, quanuis sibi dissimilem in indiuiduo, vnde Philo lib. plantat. Noe statim post principium explicans ea verba: *Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ*, ait Necessum est, vt qui eum recipit, emittentis imaginem referat, mortua namque potest esse imago, charitas vero, quæ per dilectionē Deū imitatur, mortua esse nequit; & Hilar. can. 2. sup. Matth. Dignitas originis in operum consistit exemplis, nūquā vero homines propius ad Dei similitudinem accedunt, quam cum benefici sunt amatores, & imitantur Deū, cuius perfecta sunt opera in perfectione diligendi, & benefaciendi, sicut prosequitur Philo lib. de creat. princ. & lib. de Iud.

Cōsistit igitur tota nostra perfectio in dilectione, quā ita Deū diligimus, vt in eo, & propter eum proximū etiā diligamus, pro qua re illud aduertendum est, quod quādo omniū Creator quamlibet rem sigillatim producebat eam in singulari approbabat, deinde vero videns cuncta quæ fecerat, omnia iterum commendauit, in qua duplici approbatione illud insinuare videtur, se minime contentum si creaturæ absolutam tantum habeant bonitatem i. secundum speciē, & naturā suā, sed insuper velle, vt relatiuā habeant bonitatem, in ordine s. ad cæteras creaturas. Nam sicut dixit Aug. lib. de bono viduitatis c. 6. habent oculi in corpore magnū honorem, sed minorem haberēt si soli essent, & alia minoris honoris mēbra nō essent, in cælo ipso sua luce Sol, Lunā superat, sed nō vituperat; stella ab stella differt in gloria nō dissidet in superbia. Ideo fecit Deus omnia, & ecce valde bona; nō tantū bona, sed etiā valde bona, nō ob aliud nisi quia omnia. Nam & per singula opera dicebatur: vidit Deus quia bonum est. Vbi autē omnia nominata sunt; additum est, valde: meliora enim quædam singula: sed meliora simul omnia, quā quælibet singula. Sic Aug. cui annectendus Leo Papa ser. 10. de Quadrages. post p. cum ait. Cum omnes, & singuli quique fideliū, vnū ideque Dei templū sint, sicut perfectū hoc in vniuersis, ita perfectū debet esse in singulis: quia etsi nō eadē est membrorū omniū pulchritudo nec intenta varietate partiū, meri-

Gen. 2. n. 7.

Gen. 1. n. 12. & 31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

torũ potest esse parilitas: communionẽ tamen obtinet decoris connexio charitatis, in sancto enim amore consortes, etiãsi non ijsdẽ vtuntur gratiæ beneficijs, gaudent tamen inuicẽ bonis suis, & non potest ab eis extraneũ esse quod diligunt, quia incremento ditescunt proprio, qui profectu ditãtur alieno. In hac dilectissimi, vnitate Sanctorum, vbi idem amatur, idẽ diligitur, idemque sentitur, nec superbis locus est, nec inuidis, nec auaris: & quidquid est illud, quod aut vanitas gloriatur, aut ira sæuit, aut luxuria lasciuit, non in Christi fœdere, sed in diaboli parte censetur, longeque a sedibus pietatis excluditur Qua de re videndus D. Thom. 2.2. q. 184. art. 2. vbi bene perfectionem charitatis pertractat in resp. ad 3. dicens: potest & circa dilectionẽ proximi duplex perfectio attendi sicut & circa dilectionem Dei, vna quidem, sine qua charitas esse non potest, vt, scilicet, homo nihil habeat in affectu, quod sit contrarium dilectioni proximi: alia autem sine qua charitas inueniri potest, quæ quidem attenditur tripliciter, primo quidem secundum extensionẽ dilectionis, vt saliquis non solũ diligat amicos, & notos, sed etiam extraneos, & vlterius inimicos. Hoc enim vt dicit S. Aug. in Enchiridio c. 73. est perfectorũ filiorũ Dei; secundo secũdum intensionem, quæ ostenditur ex his, quæ homo propter proximũ contemnit, vt .s. homo contemnat non solum exteriora bona propter proximum, sed etiam afflictiones corporales & vlterius mortem secundum illud Ioan. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Tertio quantum ad effectum dilectionis, vt .s. homo pro proximis impendat non solum temporalia beneficia, sed etiam spiritualia, &c. Et nihil magis intendat quã aliorum bonum, vtilitatem, profectũ. Vnde Clemens Alex. Orat. ad gentes ait. Multi in vnam cogi dilectionem festinemus, beneficio affecti prosequamur vnionem. Quę est autẽ ex multis vnio? Cum ex vocum multitudine, & dispersione diuinã ceperit harmoniã, sit vnus concentus, vnum chori ducem sequens, & magistrum verbũ. Similia habet 1. pædagogi c. 12. & cap. 13. ad finem vbi ait. Christianorũ vita, quam nunc instituimus, est quidã conuentus, ac congregatio rationaliũ actionũ, &c. Commendat sponsus hãc suorum fidelium charitatem Cant. 4. cum alloquitur Ecclesiam suam dicens. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Vbi in rem præsentem Theodoret, ait. Per malum punicum charitas intelligitur, quandoquidem sub vno eiusdem mali cortice multa sunt grana, ita mutuo inter se conseruata, vt se vicissim non comprimant, nisi aliqua putredo in medio nascatur, &c. Hoc sane ad modum placet sponso si talem charitatis compagem, & vnionem videat sub vna fide, & professione. Optima sunt quæ in hanc sententiam habet Fulgent. in prolog. lib. ad Monim. Ex quibus iam patet quomodo imitari debeamus in perfecto opere dilectionis Deum, cuius perfectissima sunt opera, qui enim Deum imitatus fuerit in præcipuo opere, facile imitabitur in cæteris, prout potuerit. Denique pro perfectione Dei in operibus suis, videnda sunt quæ diximus ad Canticum Moysis text. 2. annotat. 4. ad finem, vbi per præsentem locum cum Bernardo exposuimus. Videndusque erit Chrysostomus tom. 6. hom. de Anna, quæ est prima post medium illius.

Ioan. 15. n. 13.

ANNOTAT. II.

Fidelis Deus, tum dicendo, tum promittendo, proinde in vtroque illi adhærendum.

FIdelis hoc in loco deduci videtur à fide, quã Cicero 1. offic. sic definit. Fides est dictorũ, cõuentorumque cõstantia, & veritas, quo sensu apud Terentium dicitur. Sed ijs quas semper in te intellexi sitas fide, & taciturnitate. Hinc dare fidem dicimus aliquid promittere; & Virgil. Accipe, daque fidem; & Isai. in hoc sensu dixit de Filio Dei in carne. *Erit fides cinctorium renum eius*, nã cũ Christus Dominus fidẽ virtutẽ Theologicã nõ habuerit, vt videri potest apud D. Tho 3. p. q. 7 art. 3. sensus erit. Accingetur fide. i. fidelitate, quia promissis stabit, & veritatẽ loquetur; quo etiã sensu Lyran. & alij intelligunt illũd Trenorũ. *Multa est fides tua* i. fidelitas tua in adimplendis promissis, & vere loquẽdo, vel etiã multa est fides quã de te habemus, quæ inde ortũ habet, quod fidelissimus sis in verbis, ac promissis.

Isai. 11. n. 5.

Tren. 3. n. 23.

Hãc igitur Dei fidelitatẽ, & veracitatem confitentur sancti Angeli, siue iusti, de quibus Dauid. *Confiteãtur cæli mirabilia tua Domine, & veritatem tuã in Ecclesia Sanctorum*, vbi Theodor. habet. Æquũ est, vt cælestes illæ virtutes mirabilia tua confiteãtur, neque mirabilia tantũmodo, verũ etiã veritatem, & fidem. Similia sunt quæ habet idem Theod ad illa verba Psal. *Thronus eius sicut Sol, &c. & testis in cælo fidelis.* Vltima enim verba sic explicat. Horũ omniũ quę superius promissa sunt, est testis in cælo fidelis, ipse nimirũ Deus, qui ea promisit, & cõpleuit, qui etiam veritatis Deus dicitur ab eodẽ Psalmista, vnde Abac. *Si moram fecerit, expecta eũ, quia veniens veniet, & non tardabit.* i. citissime, ac certissime veniet. Hinc est quod Paulus ait. *Neque tentemus Christum, sicut quidã eorũ tentauerũt, & à serpentibus perierunt*: vbi Apostolus loquitur de diffidentia Israelitarum in deserto, tunc vero addit. *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana*: vbi si quæras, quænam tentatio sit præter humanam, seu quæ tentatio sit humana, D. August. lib. quæst. noui testam. q. 52. tom. 4. ait, quod tentatio hoc in loco idem est quod diffidentia, & proinde sensus Pauli est. Quando diffidendum vobis erit, sit vestra diffidentia de hominibus, qui incerti, infideles, ac mendaces esse solent, nõ vero de Christo, qui Deus, & homo est, proinde fidelis, & absque vlla iniquitate, in quo gentes sperauerunt, & qui ideo dicitur Deus spei, qui gaudio replet omnes, qui illi fidunt, & in eo sperant, cum nullatenus deficere, aut mentiri possit.

Psal. 88. n. 5.

Psal. 88. n. 37.

Psal. 30. n. 6.

Abac. 2. n. 3.

1. Cor. 10. n. 9.

Rom. 15. n. 12.

Sup. n. 13.

Conquestus olim Hierem. de Deo, quasi in verbis ipsius defectus aliquis posset reperiri, ait: *Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium*; ac si dicat Propheta, sicut eum ibi exponit Brix. Quare eris mihi instar putei aquam falso promittentis, & instar aquarum instabilium, quę non semper fluũt? Ionatas (f. Chaldæus) sic vertit. *Non sit mihi verbum tuum in mendaciũ, & quasi scaturigo aquarum, cuius aqua deficiunt. Promisisti ergo te facturum me murũ æneum, & ego ad hoc nihil promoui: tantũ malorũ vim in me irritaui.* Sugillãti igitur Dei verba falsitatis, sic statim respõndet diuinum oraculum. *Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam stabis: et si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris: conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos*

Cap. 15. n. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vbi idem Brix. sic in præsens argumentum rem conficit. Quoniã Propheta peccauerat per prima verba animi commotionem ostendens, redarguitur hic à Domino. Si reuersus fueris, hoc est, si pœnituerit te huius incredulitatis tuæ, qua etiam verbum meum fugillas: & pro virili tua conatus fueris ad te reducere populum rebellem, & ex impijs facere iustos, eris quasi os meum, & quod tibi promisi, præstabo, & quidquid dixeris, ratum, ac firmum erit, ac si ego dixissem, conuertentur ipsi ad te, hoc est, cupient amicitiam contrahere tecum: Sic ille ostendit os Dei, eiusque verba nullum prorsus pati posse veritatis defectũ, imo instar diuiniores esse homines veraces, & qui veritatem sectantur.

Quod si velis huius fidelitatis in Deo rationem altius rimari, inuenies, quod cum aliquis falsum asserit, & mendacium affirmat, id vel propter ignorantiã veritatis contingit, aut propter malitiã, quia. s. aliquẽ decipere vult qui ita loquitur; at tam ignorantia, quã malitia repugnant Deo, ergo & falsitas etiam repugnabit. Assumptum probo, quia de ratione primæ veritatis est, quod sit summe sapiens, & summe bona; hæc enim duo attributa includuntur in cõceptu intrinseco, & ratione primæ veritatis, vt plane cõstat, & alibi probatum suppono: summæ vero sapientiæ aperta sũt omnia, & nuda; proindeque falli non potest, summa vero bonitas fallere nequit; aut decipere, neque ex malitia, neque ex ignorantia. Insuper etiam hoc probatur, quia eodem modo cõpetit Deo immutabilitas, & veracitas, vt mox dicemus, sed Deus de potentia absoluta mutari non potest, igitur neque per eandem potest recedere à sua veracitate qui fidelis est, & absque vlla iniquitate. Multa hac de re habet noster Scalante lib. 5. de quant. relat. &c. sacræ Script. c. 7. vbi satis erudite pugnat pro veracitate Dei. Videndus Plutarchus in tract. de Iside, & Osiride, vbi ait. Nihil, vel maius hominem accipere, vel dignius dare munus homini Deũ posse veritate; reliqua enim videtur Deo largiri non tanquam tibi propria, & peculiaria, & Ælian. lib. 12. de varia historia tradit Pythagoram affirmasse res duas hominibus longe pulcherrimas datas diuinitus, cũ Deorum immortaliũ operibus cõparãdis; veritatem, & beneficentiam Respondisse quoq; Demosthenẽ refert Alex. Tyr. ser. 8. Simile Deo habere homines benigna facere, veritatem diligere: idẽque Pythagoras teste Hieron. in 3. apolog. aduersus Ruff. aiebat veritatem post Deũ colendam; & sanct. Nicolaus Oresm. trac. de monet. mutat c. 13. ait Antiquitus in monetis excudi imaginẽ Dei, & crucis ad probandam verã monetã, & falsam, quasi hoc nõ potuerit melio cõprobari, quã apposita effigie Dei fidelis, qui solus excludit omnem falsitatem, & veritatem impertiri potest.

Cum ergo fidelis & verax sit Deus in dicendo, & promittendo adeo, vt cæteros Dei titulos hic videatur excedere, & ipsemet Deus potius de veritate velit laudari, quam de qualibet alia re, vnde Dauid dixit: *Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo, super misericordia tua, & veritate tua, quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum*: quorum verborum sensum sic elicit Agell. Laudabo te de misericordia, & veritate, quod eloquium tuum supra omne nomẽ magnificaueris, & euexeris. i. omnia alia tua nomina, & laudes quę tibi inre debentur, & tribuũtur extuleris, at de fide promissorum tuorum, quod ea fidelissime serues, magis quã de vlla alia laude celebrari volueris, cum omne nomen, omnem famam quæ de te

Psal. 137. n. 3.

prædicari potest, tuo eloquio, ac promissis fidelibus vincas, & superes.

Ioan. 5. n. 21.

Ãt poterit quis subijcere hoc in loco id, quod Christus Dominus dixerit: *Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum*, etenim Christus Deus erat; proinde, si illius testimoniũ ratum, verũque nõ est, neque ipse verax, & fidelis est. Miratur quidem hoc dictũ Christi Seruatoris Aug. ser. 43. de verbis Domini secundum Ioan. in principio, & ait. Quomodo ergo non est verũ testimonium veritatis, nonne ipse est qui dixit: *Ego sum via, veritas, & vita*? Cui ergo credendum est, si veritati nõ est credendum? Profecto enim non vult credere nisi falsitati, qui nõ elegit credere veritati. Et Greg. 29. moral. c. 6. Quis est veritas nisi ille, qui dixit: *Ego sum via, veritas? &c.* Soluit igitur Aug. difficultatem in hunc modum. Dictum est hoc secundum ipsos, vt sic intelligas, & his verbis hunc sensum concipias: *Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum*, id est, sicut putatis: ille enim nouerat verum esse de se testimonium suum, sed propter infirmos propter incredulos propter non intelligentes, Sol lucernas quærebat: fulgorem quippe Solis lippitudo eorum ferre non poterat, ideo quæsitus est Ioann. qui testimonium perhiberet veritati. Sic Aug. nodum soluit, cuius clarior solutio erit, in priori tamen fundata, si ponamus sensum prædictorum verborum esse: si testimonium, quod de me perhibeo nullo alio argumento, aut testimonio probo, quam exterioribus verbis, & humana ratione, aut auctoritate tãtum modo, quę apparet, nullatenus fide dignũ est, nec verũ cẽsendũ, licet á parte rei verũ sit. Cæterũ nõ ego meo humano, exterioriquenitor testimonio, sed diuino, operibus nẽpe, & diuinitatis argumentis, ac signis corroborato. Ita fere Ambros. lib. 5. de fide c. 5. Athanas. Orat. cont gregal. Sabell. Cyrill. Alex. lib. 2. in Ioan. c. 147. & Chrysost. hom. 39.

Ioan. 14. n. 6.

Veritatẽ itaque suam, quam Deus tanti facit, voluit publica testificatione ratam haberi, quando in limine, & ingressu Promissæ terræ iussit prægrandes erigi lapides, eosque leuigare, & ædificare altare, ac super eo holocausta Domino offerre, vt cõstat ex c. 27. Deut. vbi Oleast. ait. Hoc ideo iussit, vt testaretur huiusmodi Scriptura, se iam illis promissa impleßse, restare vero, vt ipsi etiam promissis starent, non colendo alium Deum.

Deut. 27 n. 4. & seq.

Quinimo, & quod Deus in vno testamento promisit, in alio impletum videri, & comprobari voluit, vnde Abac. dixit: *In medio annorum viuifica illud.* 70. habent: *In medio duorum animalium*, quem locum de duobus testamentis intelligunt ij, quorum, supresso nomine, meminit ibi Hieron. vt sit sensus. Cognoscens verus, & probaberis fidelis quando ea, quæ in vno testamento promisisti, in altero adimpleta deprehenderint homines, & inter vtrumque cohærentiam aduerterint, quæ omnia tuam infallibilem veritatem magnopere testãtur.

Abac. 3. n. 1.

Quod etiam ex eo confirmatũ volumus, quod libri, in quibus Dei verba continentur, vetus, nouumque testamentum dicuntur, idque non alia ratione factum esse videtur, quam vt intelligeremus firmissima, veracissima, ac fidelissima verba Dei, qualia prorsus sunt verba testatoris. de quibus in iure habetur esse fidelissima, vnde etiam D. August. lib. de vnit. Eccles. c. 11. tom. 7. colligit verbis extremis dictis à Christo Dño, necessario esse præstandã integrã fidẽ, quia nouissima verba erãt hominis moriẽtis, sic vero habet. Cũ nouissima verba hominis moriẽtis audiuntur ituri ad inferos, nemo eũ dicit esse menti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum, & impius iudicatur hæres, qui forte illa contempserit. Quomodo ergo effugiemus iram Dei, si vel non credentes, vel contemnentes repulerimus verba nouissima, & vnici Filij Dei, & Domini nostri, ac Saluatoris ituri in cælum, & inde prospecturi? Sic Augustin⁹ nouissima verba Christi morientis & testatoris fidelissima, vel saltem ex hoc capite probat, imo & omnia Dei verba quæ in vtroque testamento continentur fidelissima comprobantur, cum ideo testamenta dicantur.

Psal. 44. n. 2.

Hæc est ratio, cur Propheta diuino afflatus numine, & Dei verba proferens dixerit: *Lingua mea calamus scribæ*, seu *Stylus*, vt dixit Simmachus *Scriptoris* sicut legit Cyprian. lib. 2. cont. Iud. c. 29. seu *Notarij*. Vult ergo Propheta verba sua, vel potius Dei ore Vatis prolata nequaquam vana esse, mendacia, & in aerem desinentia, sicut plerunque esse solent hominum dicta, sed esse veluti perpetua monumenta, & verba in ære exarata, quibus summa fides apud homines habetur, vt sit sensus. Non volabunt nec euanescent; imo quod ego loquor cum sit à Deo inspiratum; & ego veluti calamus ad depingendos caracteres Deo dictante inseruiam, tam diuturnum erit, ac si scriberem in plumbi lamina, vel celte sculperem in silice, vel stylo scriptoris publici, vel notarij vterer: quod acute videtur attigisse August. cum ibi ait. Quod lingua dicitur sonat, & tangit, quod scribitur manet.

Sunt itaque Dei verba veluti perpetua monumenta, quibus inconcussa adhibenda est fides; quæ etiam fuit ratio, cur Dei verba paucissima nobis proponantur, vt in maiori pretio habeantur, maiorque illis adhibeatur fides, id in singulis personis sic ostenditur; etenim Diuinus Pater ad intra in tota æternitate præter vnum Verbum, & bonum, & quo nullum aliud verbum æque bonum nec dicit, nec nouit dicere, quod eructat Psal. 44 n. 2. vt ibi August. Hieron. & Ambros. de benedictionibus Patriarch. cap. 11. Gregor. 33. moral. 3. & quando promissum verbum compleuit, illud idē mittens ad extra incarnatum, visibile abbreuiauit quoad fieri potuit, sicut aduertit Ambros. in cap. 9. ad Roman. & Hieron. in cap. 10. atque hoc fuit compēdium, summa, & epilogus longissimæ orationis, quam instaurationem, seu recapitulationem vocat Paulus Ephes. 1. n. 10. & Hæb. 1. n. 2. iuxta expositionem Hieron. Chrysost. & Theophylact. quod etiam prosequitur eleganter Bernard. serm. 1. de circuncisione, cum ponderat Dei verbum abbreuiatum in carne, adhuc in circuncisione plus abbreuiatum fuisse. Filius item etsi Dei Verbum, Deique sapientia nihil ad intra loquens, ac dicens, silenti jamicus probatur cū quietum silentium omnia tenerent Sap. 18. n 14. oritur. Silens in dilectione sua quę multa ministrare solet verba; *Silebit in dilectione sua*, Sophon. 3. 17. Vatablus: *Tacitus erit in dilectione sua.* Tacet insuper longissimo triginta annorum spatio, & pro quolibet velut decennio tribus tantum loquitur annis, tacet insuper coram Principe Sacerdotum, Matth. 26. n 63. Imo neq; ab Herode interrogatus vllum respōdit verbum Luc. 23. n. 9. multis impetitus iniurijs, & falsis obiectis criminibus sine voce adest verbum Marc. 14 n. 61. instar ouis, agniue Isai. 53. n. 7. Tertia denique persona Act. 2. n. 20. Linguarum pluuias é cælo emittens, efficiensque vt in ore discipulorum omnia genera nascerentur linguarum, veriusque ac melius prębens linguas, quam aues illæ aureæ, quas deorum linguas antiqui vocabant, de quibus Rhodig. lib. 13. cap. 5. Videtur quidem é linguis, linguas tantum iudicas, nec incongrue cum digitus Dei

dicatur

dicatur Luc. 11. n. 10. qui spiritus Dei dicitur, Matth. 11. n. 28. hoc totum illi iudicare videtur Deum velle verba sua plurimi fieri solent, siquidem homines quæ rara sunt prætiosa habere Hæc etiam fuit ratio cur verba Dei dicantur videri, potius quam audiri, quod notauit Phylo libro de migratione Abrami parum post principiū, ad illa verba Exod. *Hæc dices filijs Israel: Vos vidistis quod de cælo locutus sum vobis* dicens. Cum mortalium voces auditus sensu iudicentur, Dei verba lucis modo videri ex diuinis oraculis discimus. Dicunt enim, quod *totus populus videbat vocem*, non audiebat, quia non erat hic aer plectro linguæ percussus sed splendor virtutis lucidissimus à rationali fonte nihil differens, quod & alijubi significatur hoc modo Vos vidistis quod é cælo locutus sum ad vos, non dixit audistis,, propter eandem causam, &c. magis vero rem aperies li de decalogo post principiū, ait. Tunc vos è medio flammæ superne ruentis horrendum insonuit diserta & articulata iuxta communē captum auditorij tam manifeste se ingerens, vt videre magis quam audire se putarent, sicut in lege ipsa scriptum legitur his verbis: vniuersus populus videbat vocem apertissime. Humana enim vox auditu, diuina visu percipitur? Quare? Quia quæcunque Deus dixit non verba sunt, sed opera, quorum iudicium non tam est penes aures, quam penes oculos, &c Cum igitur sensus visus inter omnes accommodatissimus sit testis veritatis, quemadmodum notauit idē Phylo in libro de confusione linguarum, vnde in bene constituta Repub. lege cautum est, ne quis audita dicat pro testimonio; & Plautus in torculento dixit. Pluris est oculatus testis vnus, quam auriti decem; & Galen. lib. 14. de vsu partium c. 3 ita habet. Sēsuum aliorum certissimus est visus, vt qui

Exod. 20. n. 18.

maxima & plurima eorum quæ corporibus insunt discernat, s. colorem, magnitudinem, situm, & positionem, quæ nullus alius sensus ita facile percipere potest; denique apud Horat. in arte Poet. sic habetur.

Segnius irritant animos demissa per aures
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus
Et ipse sibi tradit spectator.

Hinc, inquam, est quod certissima Dei verba certissimum testem sibi delegere, vt potius dicantur videri, quam audire, quia certissima sunt, & certissimum secum deferunt effectū, cum nullū patiantur defectum, quod dixit Tertul lib de resurrect. carnis. c. 21. his verbis. Puto Deo nec liuorem, nec dolum, nec inconstantiam, nec lenocinium ascribi posse, per quæ fere promulgatio maiorū cauillatur, &c.

Facit pro commendanda huiusmodi fidelitate in Dei promissis id quod statim addit Moyses in præsenti, dum iustum appellat Deum postquā asseruit fidelem; nam sicut notauit Maldonat. in cap. 5. Baruc. n. 2. Iustus in scriptura multoties est qui facit quod promittit, & iustitia idem est quod veritas; quia sicut iustus est qui à recto non deflectit, ita & veritas in dicendo conformitas est cum veritate intellecta. Iniustitia igitur Deus liberauit, & eripuit homines, quia promissis stetit, & veritatē seruauit, quod videtur dixisse Isai. *Et dicent in illa die. Ecce Deus noster iste, expectauimus eum, & saluauit nos*; vbi pronomen, iste, magnam mihi videtur habere epitasim: importat enim comparationē quandam cum alijs, siue hominibus, siue gentium Dijs, qui cum magna interdum promittant, nihil tamen præstant, quorum cogitationis fideles nō sunt quique expectantes in ipsis saluare nequeunt, iste tamen Deus nō sic: *Expectauimus eum, & saluauit nos. Iste Deus, sustinuimus eum, exultabimus, & lætabimur in salutari eius.* Et in eundem

Isai. 25. n. 9.

sensum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exod.15. n.2.

sensum, eodéque modo cecinit Moyses demerso Pharaone iisdem fluctibus, qui ad facilem, & securam viam se aperuerant filijs Israel: *Iste Deus meus, & glorificabo eum, Deus Patris mei, &c.*

Cum ergo Deus verax, fidelis, & iustus sit illi fidendum est, & immobiliter adhærendum, ita vt spem nostram, seu fiduciam in nullo alio liceat collocare. Nouerat Dauid quãta fides fidelissimo Deo habenda esset, & qua mente illi soli credendũ quando dixit, fidem suam protestatus. *Credidi propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis.* Quid igitur locutus est Dauid postquã credidit? Illud vtiq, quod subiungit: *Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax:* quamuis afflictus essem nimis in excessu meo, id est, in fuga mea, vel festinatione mea, vt est in Hebr. cum fugiens Saulem de mea patria exirem, hoc enim significat excessus, sicut quãdo Moyses, & Elias visi in maiestate, *dicebant excessum eius*, id est, loquebãtur de exitu eius à vita, vnde in Græco est exodos. i exitus; in mea igitur fuga dicebam, *Omnis homo mendax*, in Hebr. habetur, & ita legit Hieron. *Omnis homo mendacium*: tantum abest, vt homo sit fidelis, quod potius mendacium est. Theodotion: Omnis homo deficit. Vbi Chrysost. nõ ad verborum mendacium referendũ putat, sed ad defectum rerum, cum spem, & opinionem vt plurimum fallant, proinde non est fidendum rei infirmissimæ, sunt enim *vani filij hominum, & mendaces filij hominum.* Sensus ergo est: Ego non pono spem meam in homine, cum vanissimus, & infidelissimus sit, vnde quando secundũ humanum arbitratum, & hominum iudicium penitus de me, deque rebus meis actum esse videtur, tantum abest, vt ego diffidam diuinæ promissioni mihi à Deo inculcatæ circa meã libertatem, vt potius iam veluti de re obtenta possim illi gratias agere, nam eo in loco calicem pro portione, quæ alicui obtingit, accipiendum esse puto iuxta illud Psalm. *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei.* Quando igitur Dauid ait. *Calicem salutaris accipiam*, significat: partem, ac regnum mihi diuinitus concessum, vel etiam in media tempestate, & persecutione mihi videor re vera iam iam accipere; & proinde mihi maxime incumbere Deum datorem laudare inuocando eius nomen. Alij hoc in loco nec abs re nostra interpretantur, Cõuiuialem, ac lætum calicem eleuabo simul commemorans salutem mihi á Deo datam, & proinde laudes recensebo, quem calicem salutaris appellabant, & veluti indicem, ac testem diuinæ opis, & salutis acceptæ. Quia vero solent ij, quiá periculis eruuntur post naufragium adimplere emissa vota, ego potius antequam labores penitus euadam iam de votorum adimpletione agam; adeo enim certus sum de euasione, & prosperitate futura, cum de Dei promissis nullatenus dubitem, imo potius dirupta iam vincula mihi videar videre: *Dirupisti vincula mea, &c.* Ecce qualiter fideret Dauid fideli Deo cum mendaces dicat omnes homines, vanos, & fallaces, & proinde eis nullatenus confidendum. Hæc est ratio cur idem Dauid attentos voluerit auditores suos Psal. 77. n. 7. *Vt ponant in Deo spem suam, & mandata eius exquirant: ne fiant sicut Patres eorum generatio praua, & exasperans generatio, quæ non direxit cor suum*, intellectum, & voluntatem, vt recta & inconcussa fide in Deum tẽderet. *Et nõ est creditus cũ Deo spiritus eius.* Chal. & Hieron. *Non credidit Deo spiritꝰ eius.* Tygur. & Vatab. *Nũquã vere credidit Deo.* Fælix Brixian & Guar. *Nõ fuit fidelis cũ Deo.* i. nõ firmiter illi fide, & fiducia adhęsit, cũ tamen

Psal.115. n.1.

Luc. 9. n.31.

Psal.61. n.10.

Psal.15. n.5.

Psal.77. n.7.

ipsi fidelissimus sit, & appareat ac se communicet illis, *Qui fidem habent in illum* Sap. 1. n. 2. vbi Tygur. & Vatab. legunt: *Ijs qui non diffidunt ipsi exhibet se.* Et Anton. Abbas 1. Melissæ ser. 1. *Ijs qui illi non diffidunt, apparet.*

Vnde patet cur Hierem. dixerit. *Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum*, cæteri enim præter Deum, vt plurimum, mali sunt sperantibus in eis, ideoque Bernard. aduertit prophetam dixisse plures esse qui sperent in Deo, quam qui Deum quærant, sic enim habet ser 9 in Psal. 90 Sane & ipsam numeri discretionẽ diligenter aduerte, quod sperantes quidem in eum pluraliter dixerit, quod hoc videatur commune multorum, quærere vero eum singulariter: Quod singularis sit puritatis, singularis gratiæ, singularis perfectionis, nõ domo nihil sperare nisi à Deo, sed nihil quærere nisi eum; quod si bonus illis, quanto magis isti? Cæterum si quæritur ratio cur plures sint, qui Deo fidentes illi adhæreant sperãdo, & se totos illi credendo, quam qui eum toto animo quærant; mihi sane ea videtur esse quod maior sit veritas rerum in essendo, quam hominum veritas in dicendo, proindeque facilius rerũ veritas, ac bonitas, quantumuis fragilis, & caduca sit, homines detineri potest, ne toto animo ad Deũ quærendũ ferãtur, quã hominũ veritas in dicendo, ne Dei veracitati, ac fidelitati credendo se illi totos committant, & in illum sperẽt. Cum enim Deus fidelis sit, & absque vlla iniquitate, homines vero infideles, vani, fallaces, & pleni iniquitate, nullam illis fidem adhibentes se totos fideli, ac vero Deo credunt: pauci vero sunt, qui se Deo quærendo applicẽt. Semper tamen verum est nulli alteri rei præter Deum vere, & meritò fidendũ esse in terra, quod optime prosequitur Philo lib. de Abraham prope finẽ vbi ad illa verba Genes. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* ita habet. In sacris literis huius viri elogium extat testatũ reddito Moysi oraculo, quo dicitur, quód Deo credidit: id vt dictu est breuissimum, ita factu maximũ, cui enim præter eum credendum est? Principatibus ne, an glorijs, honoribꝰ diuitijs, nobilitati, sanitati, integritati sensuum, robori, pulchritudiniue corporis? Atqui principatus omnis est lubricus, innumeris insidiatoribus obnoxius. Quòd si quando confirmatur, id fit non sine multis acceptis, & illatis calamitatibus. Nihilo stabiliores sunt honores, & gloriæ, incertissima possessio, pendens à moribus, rumoribusque leuiũ, & improborum hominũ, quæ si quando perseuerat, nihil tamen vero bonum in se continet. At diuitiæ, generisque nobilitas etiam deterrimis obueniunt, sed fac solis bonis hæc contingere, maiorũ, & fortunæ ista laus est, non ipsorum, qui habent: ac nec corporis quidẽ dotibus efferri æquum est, quibus nos alia animalia superant. Quis enim homo fortior, aut robustior tauro inter ficures, inter feras leone? Quis præditus acutiore visu quã accipiter, aut aquila? Quis auditu tam felix, quam asinus tardissimus animalium? Quis odoratu cane sagacior, quẽ aiunt rei venatoriæ periti vestigantem longinquos lepusculos improuisum in eos irruere, nam hoc genus canum venaticorum vtitur oculorum vice naribus. Sanitatem quoq; plurima bruta tuentur egregie. Quod autem ad pulchritudinis certamen attinet etiam inanimata quædam mihi videntur vincere posse formositates virorum, ac mulierum, simulachra, statuæ, picturæ, & vniuersum fictorũ, pictorumque opera eximia, quæ apud Græcos, atque barbaros sunt in pretio & dedicantur inter præcipuos ornatus vrbium. Solum igitur certum, firmumque

C. 15. n. 6.

mumque bonum est fides, qua Deo creditur, vitæ solatium, bonæ spei supplementum, depulsiuum calamitatum, felicitatum conciliatiuum, superstitionis ablegatio, pietatis assertio, prosperitatis hæreditas, profectus in bonis omnibus fultus vniuersorum autore, qui potest omnia, vult tantum optima. Videndus idem Philo lib. 2. legis allegoriarum post medium cum ponderat eadem verba: *Credidit Abrahã Deo &c.* sic enim ait. Optimum fuerit Deo credere, non incertis cogitationibus coniecturisque fallacibus. Abraham ille Deo credidit, & reputatum est illi ad iustitiam, quod si credemus proprijs cogitationibus, ædificabimus, exornabimusque ciuitatem corrumpentis veritatem intellectus. Quamobrem experrectus qui somniauerat, inuenit quod omnes motus processusque insipientis sint mera in somnia nihil veritatis habentia. Nam ipse intellectus somnium esse conuincitur: quia certissimum est Deo credere, & fallitur qui credit vanis cogitationibus. Sic ille. Et Bernard. loco supra citato, vbi ad illa verba, tu es Domine spes mea, sic ait. Hæc mihi vna omnium promissionũ causa, hæc tota ratio meæ expectationis: sperent in alijs alij, forte hic in scientia literarum, hic in astutia sæculi, ille in nobilitate, ille in dignitate, ille in qualibet alia vanitate confidat, speret qui vult in incerto diuitiarum, ego vero ne ipsa quidẽ nisi abs te victui necessaria spero, nimirum verbo tuo confidens, in quo abieci omnia Matth. 6. *Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & omnia adijcientur vobis.* Nempe *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor*; Si mihi præmia promittuntur per te obtinenda sperabo, *Si exurgant aduersum me prælia*, si sæuiat mundus, si fremat malignus, *Si ipsa caro aduersum spiritum concupiscat*, in te ego sperabo. Vt quid si hæc sapimus, vt quid cunctamur abijcere omnino spes miseras, vanas, inutiles, seductorias, & huic vni tam solidæ, tam perfectæ, tam beatæ spei tota deuotione animi, toto feruore spiritus inhærere? Si quid illi impossibile, si quid, vel difficile est, quære aliud, in quo speres. Quis sperauit in eo, & confusus est? Facilius est cælum, & terram transire, quã verbum eius euacuari. Sic Bernard. ostendit Dei fidelitatem, quam noster text. commendat, dicens. Deus fidelis, &c.

Matt. 6. n. 33. Psal. 9. n. 34. Psal. 26. n. 3. Galat. 5. n. 17.

Quia vero Dauid talem, ac tantam nouerat Dei fidelitatẽ eum appellat Deum veritatis, cui animam, vitamque suam securius committeret, quã sibimet; certus vtique quod potens, & verax sit tale depositum seruare, & reddere, ait ergo. *In manus tuas Domine commendo spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis*, Græc. & Hebr. habetur *commendabo*, sed futuro vti pro præsenti satis familiare Hebræis est ad designandam perseuerantiam rei, de qua agitur, quamquam vero hoc in loco eandem sententiam efficiat, hoc amplius quidẽ habet, nam certum animum, firmam, fixamque sententiã significat, vt sit sensus. Ita sum certus de tua veritate, & fidelitate, vt animã meam in manus tuas deponam, nam verbum, commendo, hoc in loco figuratiuum est, & allusiuum ad commendationẽ depositi, vt patet ex verbo græco, vnde Tertul. verba illa Christi. *In manus tuas commendo spiritum meum.* lib. cont. Praxeam c. 25 legit. In manibus tuis depono spiritũ meũ; quod sane rem nostram confirmat, & mentem prophetæ aperit Sed adhuc in verbo, cõmendo, idem possumus considerare ex eo quod Petrus ait. *Hi, qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli Creatori commendant animas suas in benefactis*, vbi Apost. quasi interpretem prophetæ agens, quem ille dixit Deũ veritatis, dicit fidelem creatorem, seu

Luc. 23. n. 46.

Matt. 24 n. 35. Psal. 30.

1. Pet. c. 4.

fidelem

fidelẽ Deum cum Moys. in præsenti, apud quem Dauid confidentius, quã apud se, deponit animam suam, securus vtique, & certus quia veritas Dei nullatenus in discrimẽ venire potest.

Posset fortasis cuiquam videri absurdum, & pene ridiculum quod iusserit Deus, vt tubis canerent sacerdotes ad dejciendos Hiericuntinos muros, sed mirari amplius posset id quod facer tex. ibi refert in hunc modum. *Igitur omni populo vociferante, & clangẽtibus tubis, postquã in aures multitudinis vox, sonitusque increpuit, muri illico corruerunt*: E Græco sic ad verbum. *Cum audisset vocem tubarum vlulabat omnis populus vlulatu magno, & vehementi, ceciditq; murus* Heb vero ad verbũ. *Vlulabat populus cũ canerent buccinis. Nã simul atq; audiuit populus vocem buccinæ vlulauit populus clamore ingenti.* Constat igitur ex sacro tex. populum postquam audiuit clangentes tubas sacerdotũ magnum clamorem edidisse; vbi notanda venit firma fides, & inconcussa spes Israelitarũ, qui Dei verbo de casu murorũ ad vocem tubarum clangentiũ, ita crediderunt, vt ante partam victoriã, iam eam celebrauerint acclamationibus, certo certius credentes nullatenus posse deficere fidelem Deũ, sic enim eleganter locum exponit Masius cum ait. Hic populi prædicãda fides est, quæ ipsa muros prosternit, teste Apost. Hebr. 11. nisi enim firma fide apud animũ suum ille statuisset Deum quod promiserat plene effecturum, haud quaquã profecto tam læta acclamatione, tanquã nõ sperans, atq; expectans, sed in manu victoriam habens, cecinisset triumphũ, priusquam labentem murum vidisset. Ostendit autem idem Masius quod inusitati rerum euentus vocem eripere solent, & spiritũ intercludere, sed Deus voluit Israelitas naturã vincere, & supra naturã credere, ac celebrare quasi iã vidissent id, quod nõdum cernebãt, profitentes se tantã fidem fideli Deo habere, vt non iam dubitationi, sed nec etiã expectationi locus superesset.

Iosue. 6. n. 6. Ibid. n. 20.

Hebr. 11. n. 30.

Hæc est ratio cur Petrus in sua Canonica, & Paulus ad Rom. dixerint secuti 70. *Qui crediderit in eum* (s. Deum) *non confundetur.* Quod desumpum est ex Isai. vbi nos legimus, *Qui crediderit, non festinet.* Vbi, non festinet, idẽ est atque nõ confundatur, nec erubescat; ea enim est vis Hebreæ dictionis desumpta metaphora à consuetudine erubescentium, qui solent festinare, & se quam primũ ab astantiũ consortio veluti currendo proripere, & abducere, quod nos Lusitanè, & Hispane dicimus, *Correrse*, obseruãda est enim regula frequens Scripturæ secundum quam actiones, quæ signa sunt affectuũ animi, pro ipsis actionibus vsurpãtur, vt percutere femur, tollere, cõplodere, aut cõserere manũ aliquid indicant, quasi naturali signo latens in animo. Cũ ergo cõfusionẽ, atq; ruborẽ sequatur fuga, qui enim pudefiunt, neque sustinere possunt, neque subire audent aliorum oculos, quare quam possunt ocissime festinant subducere se ab hominum conspectu. Hinc fit, vt festinatio pro cõfusione, & pudore sumatur, & ita noster Vulgatus apud Isai. figurate locutus est dũ dixit, *non festinet*: Principes vero Apostolorũ, & 70. proprie locuti sunt dicẽtes, *non confundetur.* Est igitur sensus; non festinabit, nec curret, aut confundetur, qui fidelissimo Deo se credit, & committit, nullus enim defectus potest reperiri in iustissima regula, nulla falsitas in fidelissimo Deo, nullum mendacium in veracissimo Domino. In quam sententiã videdus erit Chrysost. lib 1. de prouid post m. vbi ita habet. Fidelẽ, ac Religiosũ virũ adeo cõstãter, & firmiter promissa Dei tenere cõuenit, vt quãtũlibet effectus cõtrarios aspiciat, ne sic quidẽ perturbetur, neq; desperet euentũ. Intuere

1. Pet. 2. n 6. Rom. 9. n. 33. Isai. 28. n. 16.

denique

Universidad de Deusto
Biblioteca

denique fidelis Abraham cuiusmodi pollicitationem acceperit, & qualia facere sit iussus. Nam promissio quidem erat ex Isaac implendum esse orbem vniuersum, iussio autē hunc ipsum Isaac immolare. vrgebat, ex quo orbis totus erat implendus. Quid igitur? Istud ne tanta dissonantia & repugnantia esset præcepti, & promissi, in nullo penitus turbatus est, neque hæsitauit, neque aliquid huiusmodi loquutus est Quid est hoc? Alia promisit Deus, alia facere iubet? Quomodo hoc erit excisa radice? Fefellit me igitur, atque delusit? Nihil prorsus locut⁹ est, sed ne cogitauit quidem. Et merito sane, cum enim Deus aliquid pollicitus fuerit, etiamsi millia sunt quæ pollicitationem huiusmodi obtundant, atque intercipiant, turbari minime conuenit, aut de fine dubitare. Hoc enim maxime Dei potentiam commendat, dum in rebus ambiguis finem certum, atque exitum reperit, & cætera, quæ in eandem sententiam prosequitur.

Leuit. 14. n. 3.

Pro quare notandus venit hoc in loco D. Th. 1. 2. q. 102. art. 5. ad. 7. vbi asserit, per ritum legis leprosum non emundari à macula lepræ, sed ostendi mundatum, & hoc significare verba sacri text. cum de sacerdote sic ait. Cum inuenerint lepram esse mūdatam, præcipiet ei, qui purificatur, &c. Infert igitur Sanctus Doctor iam lepram esse mundatam, dici tamen purificari lepram in quantum iudicio sacerdotis leprosus restituebatur consortio hominum, & cultui diuino; tunc addit: Contingebat tamen quandoque, vt diuino miraculo per ritum legis corporalis mūdaretur lepra: quando sacerdos decipiebatur in iudicio, quæ doctrina maxime consideranda est, nam si forte humanum sacerdotis iudicium, cui Deus commiserat sententiam ferre de sanitate lepræ, & alios securos, & certiores reddere de sanitate, & abolitione lepræ deceptum falleretur, ne contingeret quem decipi, & leprosum pro mundato, ac sano admittere, Deus miraculose operando sanabat leprosū, ne is, qui Dei ministro fidebat, tanquam fidelia, & vera loquenti leprosum pro sanato admitteret, ac proinde cōfunderetur, is enim error in Deum refunderetur, & ideo illius veritas deceptioni occurrit, ne qui Dei ministro confidit, confunderetur.

Facit in hanc sententiā quod Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos dicens. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite: secundum vero opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt.* Super quæ verba videndus erit Aug. lib. 4. de doct. Christ. c. 27. vbi aduertit, Deum nullatenus permisisse, vt Pharisæi falsam inculcarent doctrinam, quanquam permiserit vt nequissimā vitam degerent, cum enim eorum cathreda, & magisterium, nomen, & titulū Dei subierit, æquum imo necessariū erat, vt veritate stabilitum, & radicatum firmaretur; sic enim habet. Audiuntur vtiliter qui etiā vtiliter nō agunt: sua enim quærere student, sed sua docere non audent; de loco s. superiore sedis ecclesiasticæ, quem sana doctrina constituit. Propter quod ipse Dominus priusquam de talibus, quod commemorauit diceret, præmisit: super cathedram Moysi sederunt. Illa ergo cathedra, non eorum, sed Moysi, cogebat eos bona dicere, etiam nō bona faciendo. Agebant ergo sua in vita sua: docere autem sua, cathedra illos non permittebat aliena. Multis itaque prosunt dicendo quæ non faciunt, &c.

Matth. 23. n. 1. & seq.

Nec libet hoc in loco præterire verba illa Christi seruatoris ad Iudæos Ioan. 8. *Quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis*, quorum verborū

Ioan. 8. n. 37.

sensus explicari debet petita metaphora vasis iam pleni, quod liquorē amplius capere nequeat, aut ita stricti, & angusti, vt copiā superinfusam non recipiat. Ita in Iudæis ob eorum plenitudinem, id est, quia pleni erant, & refecti malitia, & peccatis, quibus coangustatus intellectus, & oppressus incredulitate, sermonē Christi purū, sanctum, & diuinum minime capiebant. imo potius Christi sermo in eis locum minime inueniebat; vbi Chrysost hom. 53 ad med. aduertit, nō dixisse Christum Dominū. *Non capitis sermonem meum, sed meus sermo non capit in vobis*; vt indicaret sermonis, & doctrinæ ipsius magnitudinem. Longe tamen aliter interpretatur hunc locum August. serm. 35 de verbis Apost. ad med. Vim enim facit in verbo capiendi, vt perceptus sermo percipiat animum, comprehendat affectiones, desideria colligat, & alliget: causa autē istius apprehensionis prouenit ex eo, quod fidem adhibeamus dictis, & verbis Christi veri Dei nos alloquentis. Sic ergo habet Augustinus Dicit Iudæis Dominus, *Sermo meus non capit in vobis*; ergo in his capit, in quibus inuenit quod capiat, in his enim inuenit quod capiat sermo, qui capit, quos Deus pollicendo non decipit, &c. etenim cum Deus veracissimus sit, eos capit verbis suis, qui illi fidem præbent, & diuinis pollicitationibus firmiter adhærent. Vnde concludit Augustinus sermonem dicendo. Pereat contristatio, vbi tanta est consolatio, detergatur luctus ex animo, vbi habitat, qui non fallit promissor. Sic Augustinus infert summopere lætandum esse, & gaudendum Christianis, qui veracissimo, & fidelissimo Deo fidunt, etenim sicut falli non potest, quia veritas, ita etiam minime fallere potest, quia verax. Hinc est quod Tertul. lib de hab. mulieb. statim in principio asserit, propterea non inueniri in terris, qui omni contempto ornatu, & deposito cultu lugubrem pœnitentiæ habitum induant, quod diuinis promissionibus non assentiuntur, nec Dei verbis integram fidem astruunt, sic enim ille exorditur dict. lib. Si tanta in terris moraretur fides, quanta merces eius expectatur in cælis, nulla omnino vestrum, soror es dilectissimæ, ex quo Deum viuū cognouisset, & de sua id est, fœminæ conditione didicisset; lætiorem habitum, ne dicā gloriosiorem appetisset, vt non magis in sordibus ageret, & scalorem potius affectaret, & ipsam se circumferens suam lugentem, & pœnitentem, quo plenius id, quod de Eua trahit (ignominiam dico primi delicti, & inuidiam perditionis humanæ) omnis satisfactionis habitu expiaret, &c. Plorandum autem maxime est quod homines tam cito creduli suasionibus serpentis fallacis, & quotidie fallentis, veritati Dei inconcussæ, tarde, aut vix assentiantur, & ex propria falsitate, Dei verba pensantes, illis minime adhæreant.

Est optimus, sed obscurus, pro nostro argumento locus apud Isaiam cum ita habet: *In quo qui Benedictus super terram, benedicetur in Deo amen, & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen*: quo in loco, vt multa omittamus, aduertendum est, Diuinum Oraculum dixisse numero præcedenti. Dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis, & interficiet te Dominus Deus. id est, vos eritis in iuramentum execratorium, quia Diuina fide, & Religione relicta, idola venerati estis, ita vt electi mei, & fideles illud dicant; si fallor, aut si mentior, talia mihi eueniant, qualia Iudæis, qui relicto, vel contempto Deo, ad idola transfugerunt. Nunc ergo contraria

Isai. 65. n. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de electis, fidelibusque seruis, qui Deo crediderunt, & in illo cõfisi sunt, prædicit adducendum nempe illorum nomen, quodcunque illud sit, siue dilectus, siue Christianus in benedictionem in hunc, aut similem modũ ita me Deus amet, aut ita mihi benefaciat Deus, sicut amauit, aut benefecit dilectis suis, aut Christianis, qui soli Deo adhæserunt, & in illum sperarunt, totam fiduciam in eo collocantes, & ita mihi contingat, sicut contingit fidelibus, qui fideli Deo omnino credunt, quod magis confirmat illa vox, Amen, vt sit sensus: Contingat mihi quod fidelibus contingit ab ipso Deo amen, id est, veritatis, vel fidelitatis, seu à vero, & fideli Deo: aut largiatur mihi Deus fidelis, verus, seu veritatis Deus id, quod largitus est dilecto populo suo, qui ex eo, quod illi credidit, & se illi commisit, pleraque bona, & polli cita assecutus est, sic enim Deus suorum fidem remunerare solet, qua ipsi Dei fidelitatem testantur tanquã sigillo, quemadmodum disertis verbis docuit Ioannes Baptista loquens de fidelibus, & dicens: *Qui accipit eius testimonium* (scilicet Christi) *signauit quia Deus verax est*, id est, ipsa fide, veluti quodam sigillo Deum esse veracem & fidelem testatus est; est enim hic locus similis profecto illi apud eundem Euang. vbi Christus Dominus dixit de semetipso: *Hunc Pater signauit Deus*, seu vt Græce habetur, *sigillauit*, quo in loco Chrysost. hom. 43. & Euthym explicant, quia Pater signo suo, id est, testimonio, tam voce, quam miraculis edito, ab alijs hominibus secreuit, & quasi nota distinxit, sigilloque Filiũ suum esse demonstrauit, vt patet apud Matth. & Ioan. Ad hũc itaque modum fideles Deo adhærẽdo, & credendo, fide sua, & securitate, qua se Deo loquenti, aut pollicenti committunt, illius veracitatem signant, & proinde digni sunt qui bonis omnibus a Deo repleantur, & in iuramentum deprecatorium ab hominibus assumantur postulantes, vt ea ipsis eueniant, quæ Deus fidelis, & verax fidelibus suis elargiri solet, qua de re plura diximus ad cap. 15. Exod. text. 3. & 4. annotat. 3.

Ioan. 3. n. 33.

Ex dictis elicimus omni prorsus carere excusatione eos, qui alteri rei præter Deum credunt, & adhærent, etenim Deus fidelis est, & absque vlla iniquitate, cætera omnia infidelia, & mendacia sunt. *Suauis*, quidem, *est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo*, vbi per panem intelligo turpem huius vitæ consolationem, seu voluptatem cum Hieronym. in c. 30. Isai Greg. 15. Moral. cap. 5. & 23. moral. c 26. & 27. Vel panis proceres significat, & Principes viros cũ Hieron. Isai. 28. & designat inanis gloriæ fauorem cum Greg. 1. Reg. 17. & 15. moral. c. 5. Sed cum famelicus homo huiuscemodi pane vescitur, os eius calculo repletur, quo & dentes franguntur, & dolore afficitur, nec alitur aut sustentatur, sunt enim hæc omnia panis mẽdacij, imo ipsem mẽdaciũ.

Prou. 20. n. 19.

Oseę 4. ait Deus: *Audite verbũ Domini filij Israel, quia iudicium Domino cũ habitatoribus terræ: non est enim veritas, & nõ est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt*. Vbi videtur alludere Propheta ad id, quod contigit diluuij tempore, quando aquæ inundauerunt super terram, & nihil præter aquam videre erat, sic igitur mẽdacia inundauerunt super terram, vt nihil præter mendaciũ videri posset: insensibilia enim mẽtiuntur, *Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum*; & ipsummet mendacium, & iniquitas sibi mentitur, *Mentita est iniquitas sibi*, & denique hoc velut flumen decurrit super terram, imo *& in fiti currit*, iuxta 70. nam Hebr. habetur, *voluerunt mendacium*.

Ose. 4. n. 1. & 2.

Gen. 7. n. 10.

Abac. 3. n. 17.

Psal. 26. n. 12.

Psal. 61. n. 5.

Vnde quia homines secũdum mores sui sæculi viuunt, & iuxta id, quod maxime vsitatum est, *Docuerunt linguam suam loqui mendacium*, siue, *didicit lingua eorum loqui mendacium*, vbi Hieron. ait consuetudinem hanc veluti in naturam iam transijsse hominum, qua in re illud maxime deplorandum est, quod officium, & morem diaboli induunt, dum mentiũtur, vnde Christus ait: *Diabolus in veritate nõ stetit, quia non est veritas in eo, cũ loquitur mendaciũ ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius*. Vbi D. Chrysost. homil. 53. in Ioan. ait. Ille primus mendacium peperit inquiens Genes. 3. *In quacũque die comederitis aperientur vobis oculi*. Mẽdacio ergo primo vsus est diabolus, homines non tanquam proprio, sed alieno vtuntur, ille proprio.

Hierem. 9. n. 5.

Ioan. 8. n. 44.

Gen. 3. n. 5.

Ezech. 29. inuehitur Deus in Regem Ægypti, quod ipse promiserit subuenire Israelitis, & occasio illis fuerit deficiendi á Deo, & confidentiam, ac spem suam collocandi in Rege Ægypti, qui eis fuit baculus arundineus, erat autẽ baculus arundineus in Prouerbio, idque de homine dicebatur, qui cũ prodesse vellet, nocebat, sicut baculus arundineus; qui dum eo nitimur, fractus manum perforat; quæ metaphora ab Isai. declaratur. *Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum, super Ægyptum: cui si innixus fuerit homo intrabit in manũ eius, & perforabit eam*. Sic Pharao Rex Ægypti omnibus, qui confidunt in eo; eodem modo habetur 4. Reg. 18. Cũ igitur Iudæi auxilio tuo vti voluerunt, & se tibi fidebant, confractus es; & cum exercitus Pharaonis ex Ægypto in Iudæorum auxiliũ egressus esset, siue metu, siue á Chaldæis profligatus in Ægyptũ rediit, vt Hierem. prædixit; ait ergo Deus per Ezech.

Ezec. 29. n. 3.

Isai. 36. n. 6.

4. Reg. 18 n. 21.

Hierem. 37. n. 4.

Hierem. 37. n. 7.

Ezec. 29. n. 6.

Pro eo, quod fuisti baculus arundineus, quia apprehenderunt te manu, & confractus es, propterea ego adducam super te gladium, &c. neque erunt vltra domui Israel in confidentia docentes iniquitatem, vt fugiant, & sequantur eos. & sciant quia ego Dominus Deus. Vbi Hieronymus recte aduertit diuinum Oraculum exprobrasse tum Ægyptijs tum Iudæis, quod vanum auxilium quæsierint ab alio, quam á Deo, quod agnoscere tenebantur, tum qui postulabant, nempe Iudæi, tum qui pollicebantur, nempe Ægyptij: illi ne postularent, aut præstolarentur a alio, quã à Deo; isti ne promitterent, quod solus Deus fidelis poterat conferre, cuius, scilicet, baculus consolatur sperantes in se, qui solidus est, & virga contra serpentes. Ait ergo Hieron. Omnis causa pænarum est, quod frustra domui Israel promisit auxilium, & fuit ei virga, vel baculus arũdineus, vacuus, & inanis, nihil in se habens plenitudinis; quia non poterat dicere, nos autem de plenitudine eius accepimus, cũ Scriptura præceperit. *Non apparebis in conspectu Domini Dei tui vacuus, aut inanis*, quod autem non debeamus ab Ægypto auxilium postulare, & alibi Scriptura testatur. *Væ eis, qui descendunt in Ægyptum*. Vt autem sciamus qui sit baculus arundineus, super quo Israel confidere non debeat, ex contrario baculo, & virga Domini intelligere poterimus, de qua ad Dominum Dauid. *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt*; hanc virgam habuit Aaron; qui dracones Ægyptios deuorauit. Causa iræ Dei contra Ægyptum illa est, quod populum Dei suo deceperit auxilio, ne speraret in Domino, & illũ ad iracũdiam prouocarit. Sic Hieron. ostendit quomodo á Deo puniantur, qui mẽdaces homines á Deo puniantur, qui mẽdaces homines quærũt, quique per mendaciũ homines fallunt, cũ solus Deus fidelis sit. Vnde iratus Deꝰ quod Iudæi ab Ægy

Exo. 23. n. 15.

Isai. 31. n. 1.

Psal. 22. n. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptijs auxilium petierint, eos in potestatem Chaldæorum tradidit, vt constat ex Hierem. & Isai.

Hiere.2. n.18. & 36. Isai.36. n.6 Ose.7. n.11.

Hoc insuper probat quærimonia illa Dei de decem tribubus apud Oseam, vbi sic ait: *Factus est Ephraim sicut columba seducta*; quibus in verbis diuinum Oraculum carpit stultitiã, & vecordiã Ephraim, quod omnino similis sit colũbæ seductæ, siue stultæ: etenim cum multa habeat columba, quæ Scriptura laudat, vt quod celerrime volet, quod felle, & amaritudine careat, quod limpidas quærat, & amet aquas, quod eadauerum pastum refugiat, hoc vnum detestandum habet, quod facile seducitur, & decepta in posterum minime cauet, nam sicut notarũt Euthym. & Theophylact in c 10. Matth. Columbæ etsi pullis orbentur, nihilominus ad eosdem redeunt Dominos, & easdem repetunt domos, ex quo possumus intelligere illud Matth. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*, nam sicut bene notauit Ribera ad cit. loc. Oseæ sensus est vt immemores simus iniuriarum, & placidi ad eos reuertamur, à quibus læsi, vexatique fueramus Habet hoc etiam columba, quod sicut volatu velocissima, sic corde tardissima sit, nec aucupem retia tendentem, aut videre, aut vitare curat, sed laqueos, & fallaciam, ac deceptionem veluti sponte quærat, & incurrat Conqueritur proinde Deus de decem tribubus, quæ cum sæpe expertæ fuerint in vanum spem suam collocasse in circumuicinis gentibus, & se illis credidisse, ad illas tamen sæpius accurrebant, veluti stultæ, & deceptæ columbæ, relicti vero, & fideli Deo, quod illi ingratissimum erat. Ferit autem hic locus secundum tropologiam, eos qui Ægyptum conueniunt, rationes excogitando, ambiẽdo, adulãdo, amicitias, & fauores Ægypti captando, largitionibus vtẽdo, & nullum non lapidem mouendo, vt humana ratione consequantur, quod expetunt, ne Deo debeant illius assecutionem, sed Ægypto: qua quidẽ in re, & Dei maiestati, & fidelitati non minimum detractum intelligant, iuxta illud infidelissimi Achas, qui dixit: *Non petam, & non tentabo Dominũ*, vbi iuxta Hieron. verti potest: *Non petam, & non exaltabo Dominum*: sciebat Rex, ait Hieron. quod si signum peteret, accepturus esset, & glorificaretur Dominus, quod quasi idolorũ cultor refugit. Ex qua sententia infidelis sane est in Deum fidelissimũ, qui ipsum non conuenit, nec postulat, aut expectat ab eo, quod Ægyptus fallax non potest concedere, & stultus pariter est, vt columba exeors, qui fidem alteri præbet, præterquã fideli Deo. Sed non impune euadent, nam cum profecti fuerint ad postulandum auxilium: *Expandet super eos Deus rete suum, & deficiet vt eo auxilio, quod petunt, capiantur*; quod Dominus per Isai. minatur dicens: *Væ qui ambulatis, vt descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Ægypti: & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Ægypti in ignominiam.* Sic enim consueuit fidelis Dominus, & iustus iuste punire eos, qui infidelem adeũt Ægyptum, & illius falsitati decepti credunt.

Isai.7. n.12.

Isai.19. n.8.

Isai.30. n.2.

Est autem maxime deplorandum in huiusmodi colũbis seductis, quod sæpe, ac sæpius deceptæ, adhuc tamen deceptiones quærunt, & fallacias amant, quod summæ stultitię argumentum est, cordato enim viro sat est prima seductio, vt secundam vitet, & ad verum, fidelem, & omnis prorsus deceptionis expertem Deum, veluti ad sacram anchoram fugiat; quod præclare dixit Nazianz.

Mat.10. n.16.

epist.ad

epist ad Bosporium Coloniæ his verbis Iam secundo à vobis supplantatus sum, ac seductus Quod si hoc merito facis odoretur Dominus odorem bonæ vestræ fragrantiæ; si vero iniuste, ignoscat Dominus. Ita enim consentaneũ est, vt de vobis loquar: quãdoquidẽ præceptum nobis est, vt iniuria affecti patiẽtes simus. Veruntamen quemadmodum vos vestræ sententiæ potestatem habetis, ita & ego meæ. Iam non amplius grauis vobis erit molestus ille Gregorius, fecedam ad Deum, qui solus sincerus, & fraudis expers. Cohibebo me ipsum. Ista me ipsum admonui. Bis enim ad eũdem offendere lapidem brutis dumtaxat animantibus paræmia tribuit. Sic ille ostendit stultitiam seductæ columbæ, quæ deserto fideli Deo, ad Ægyptum pro remedio, & auxilio confugit, quæque sæpe decepta, sæpius deceptionem quærit, & lapidem, cui sæpe impingat, & in quo tandem confringatur repetit, relicto firmo lapide, immobili, & inconcusso, qui proinde deficere nullatenus potest. Ideoque Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 17. ait. Spes in Deũ firma turris est, non modo rerum grauium, & acerbarum depulsionem pollicens, verum ne præsentibus quidem illis animum perturbare sinens, nam qui à rebus humanis sese exemit, ac spe cælesti suspensum animum habet, non modo id consequitur, vt rebus molestis, & grauibus quamprimum liberetur: verum ne præsentibus quidem illis, in tumultu, ac perturbatione versetur, vt qui sacræ illius anchoræ expectatione recordetur, & erigatur, &c. Videndus item Basilius admonit. ad filium spiritualem vbi ait. Spem, quæ Deo nititur, ea etiam, quæ non videntur, certa, & præsentia iam reddere: tantum abest vt fallere possit. Per patiẽtiam, inquit, expectatur futurorum bonorum spes, & quod non videtur, quasi quod videtur, amplectitur, &c Facit etiam pro hoc argumento, id quod Deus exprobrat iis, qui Ægypto huius mundi fidũt apud Oseam, cũ dicit. *Ferietis fædus cum mendacio*, sic enim ibi plerique codices legunt, & Hierony. explicans ait. Ferietis fædus nequaquam cum Deo, sed cum mendacio, & Rupert. affirmat, cum dicitur: Ferietis fædus subaudiendum esse cũ mendacio. Sensus ergo est: Agite, ferite fædus cum mendacio, id est, confidite mendacijs vestrorum Prophetarum, qui à fideli Deo defecistis, & à prima recessistis Veritate. Vel etiam ferite cum Assyrijs fædus, quod nihil vobis proderit, quam si cum mendacio contrahatis; cætera siquidem omnia mendacium sunt, fallacia, & deceptio, & solus Deus fidelis, & absque vlla iniquitate. Tunc autem addit facer text. *Cõfusio Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua*, id est, pudefiet Ephraim auctor idolatriæ, de hac enim tribu extitit Ieroboam, qui vitulos erexit: *Et simul omnis populus confundetur in voluntate sua*, id est, quod voluerit adorare falsa, & mendacijs credere, ac deceptionibus se committere Recentiores vertunt. In consilio suo. i. confundentur cum viderint se tam inopes consilij, & tam vecordes extitisse, vt deserta Veritate, mendacium amplecterentur, & relicto fideli Deo, infidelibus idolis se commiserint. Addit deinde Deus. *Arastis impietatem, & iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij, quia confusus es in vijs tuis, in multitudine fortium tuorum consurget tumultus in populo tuo.* Sensus est, speraftis in iniquitate, nam *qui arat, debet arare in spe*: Messuistis iniquitatẽ, de malo semine, malas fruges recipientes: vbi si quis notanter aduertat inueniet in sacris literis iniquitatem significare falsitatem, & malum mi-

Ose.10. n.4.

Sup.n.6.

Sup.n.18.

1.Cor.9. n.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nime debitum, aut speratũ. vnde Cain de peccato contra fidem debitã fratri ait. *Maior est iniquitas mea, &c.* & de occisione Sichem, & omnium ciuium suorum in dolo, & sub specie amicitiæ contrahendę patrata Genes. 34. postea dixit Patriarcha Iacob. *Vasa iniquitatis bellantia*, id est, instrumenta falsitatis: & falsi fratres in fratrem, quem velut alieni vẽdiderunt, fatentur de se ipsis: *Inuenit Deus iniquitatem seruorum suorũ*: & de dolo, & falsitate, quam Iudæi erga Christum machinabantur, interpretatur Hilarius illud Psalm. *Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas.* Denique de falsitate, & fallacia Sophistarum intelligit Philo lib. qui sit hæres diuinarum rerum, illud Genes. *Non sunt completæ iniquitates Amorrhæorum*, ex quibus elicio prædictum sensum, vt iniquitas hoc in loco sumatur pro fallacia, & falsitate, aliter proueniente in effectum, quam putabatur in spe, ac si diceret Propheta: laborastis diu expectãtes aliquẽ fructũ laborũ vestrorũ, sed is tãdẽ extitit fructus, ac prouentus fallaciæ, & falsitatis, quod clarius patet ex eo, quod statim subditur: *Comedistis fructũ mendacij*, id est, mentitæ sunt vobis fruges, nec fructum aliquem collegistis ex ijs, in quibus totam fiduciam collocastis, & qui vobis videbantur polliceri remedium. *Quia confisus es in vijs tuis, in multitudine fortium tuorum.* Hieron. ibi. Ideo comedistis fructũ mendacij, & in cunctis, quæ proposuistis, spes vos vana decepit, quia confisus es O Ephraim in vijs idolatriæ, hę enim sunt viæ tuæ, & in multitudine fortiũ tuorum, non in Deo habens spem, sed in exercitus robore, &c. *Consurget tumultus in populo*, id est, tumultus Israelis in bello cadentis, dum alij occidũtur, alij capiuntur, qualis videtur fuisse tumultus ille, qui resonabat in castris Philistinorum, Ionatha cum armigero vincente, & illis mutua cæde

Gen. 4. n. 13.
Gen. 34. n. 14. 15. &c.
Gen. 49. n. 5.
Gen. 44. n. 16.
Psal. 54. n. 11.
Gen. 15. n. 16.
1. Reg. 14 n. 14.

cadentibus. Rem magis explicantes 70. dixerunt: *Insurget perditio in populo tuo.* Sic itaque deluti, confusi, & dissipati manent, qui spem suam in alio, quam in Deo collocant, & relicta veritate, mendacio adhærent. Pro qua re videndus est serm. 6. D. Antonij lib. 1. Melissæ tom. 1. bibliot. qui est de ijs, qui diuitijs, & hominibus fidunt, nec in Deo spem, & fiduciam omnem sitam habent, contra quos multa congerit depromptà ex sacris literis, & sanctis Patribus.

Hoc ipsum docet Hierem. in cap. 49. cum ita habet. *Pro eo, quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capieris, &c.* Vbi diuinum Oraculum Moabitas alloquitur, qui sum opere confidebant, & fiduciam collocabant in duobus, quibus maxime nituntur homines, armis, scilicet, & diuitijs, robore exercitus, & temporalium rerũ copia, sicut ibi notauit Rab. Dauid, similisque est ille locus Ezech. vbi dicitur: *Habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo, &c.* vbi D. Hieronym. ait. Grande discrimen, non in Dei clemẽtia, sed in suo decore confidere, quãto quis sublimior fuerit, debet timere ne corruat, & fornicetur in nomine suo. Non ergo confidamus in propria pulchritudine, nec Dei liberalitatem nostram putemus esse virtutem: sed potius audiamus. *Ne glorieris in crastinum, nescis enim quid ventura pariet dies.* Solus enim qui in Deo confidit, & fiduciam habet, certus, ac firmus esse potest, cum ille fidelis sit, & neutiquam deficere possit.

Celebris pro hac re est ille locus Hierem. in cap. 17. *Maledictus homo, qui spem habet in homine, & ponit carnem brachium suum*, id est, hominum, quia omnis caro fœnum. Hoc autem dicitur quia Iudæi, contempto Deo, in Ægyptiorum copijs arroganter confidebant, at sicut dixit Isai. *Ægyptus homo, &*

Hierem. 49. n. 7.
Ezec. 16. n. 15.
Prou. 27. n. 1.
Hiere. 17. n. 5.
Isai. 40. n. 6.
Isai. 31. n. 3.

mo, & non Deus, & equi eorum caro, & nõ spiritus. Brachium vero fortitudinem significat, ex quo loco Hieron. diuinitatem Christi probat, aliter enim neque esset expectatio gentium, neque in illo possemus confidere: hæc tamẽ fiducia hoc in loco à Deo prohibita, intelligenda est, vt minime collocetur in homine, ita vt non in Deo, aut magis quam in Deo. In hoc ergo sensu, *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Tertull. vero lib. 4. contra Marc. cap 33. legit: *Miser homo, qui spem habet in homine*, & cap. 27. Non miserũ sed miserrimum hominem vocat, qui spem habet in homine, quasi parum fuerit si miserum tantummodo dixisset. Hunc autem locum bene versat Hieron. in cap. 14. Ezech. in fine in hunc modum. Quod si in aliquo fiducia est: in solo Deo confidamus: Maledictus enim omnis qui spẽ habet in homine, quamuis sancti sint, quamuis Prophetæ. Legimus, *Nolite confidere in Principibus*, & iterum, *Bonũ est confidere in Domino, quam confidere in Principibus.* Vbi Dauid eos potissimũ commemorat, qui cæteris opibus potentia, & virtute præstant, quales sunt Reges, ac Principes, qui etiam Hebræo vocabulo, non quicunque Principes, sed Nehibim, id est, benefici vocantur, sicut Dominus dixit: *Qui potestatem habent super eos benefici vocantur.* Si igitur qui Principes sunt, & cæteros iuuant, ac libẽter opitulãtur, excluduntur ne in eis sit sperandum, quanto minus in alijs fidendum erit? Et quasi rationẽ Dauid reddat, adiũgit, in quibus non est salus, quod actiue, & passiue intelligunt interpretes; actiue quidem, vt sit sensus, qui saluare alios non possunt, sed maiorem vim habet si in ipsos illos actio redeat, qui se ipsos eripere de malis, qui sibi salutẽ præstare nõ possunt, sic enim explicant Chrysost. ne suam quidem ipsi salutem in potestate habent,

Psal. 145. n. 3.
Psal. 117. n. 8.
Luc. 22. n. 25.

quanto minus alienam? Sed ego explicandam hanc salutem existimo ex illo Ps. *Vana salus hominis*, id est, fallax, & mendax est salus hominum, fallentes quippe sunt semetipsos, quia Domini est salus, scilicet, vera, & fidelis, quippe qui cũ fidelis, & verº sit, verã, & incõcussam salutẽ conferre potest. & Hierem. imitatus Dauidem ait. *Prauum est cor hominis*, Hebr. *fraudulentum est cor præ omnibus*, i. nihil omniũ rerum, quod æque fallax sit, atque cor hominis, & ita fere. 70. Proindeq; Dauid ait. *Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius, &c.* Vbi vigilanter Deũ Iacob appellauit non modo vt ad proximum Israelitarum parentem recurreret, verũ etiã, vt in eum potissimum exemplũ spei, confidentiæque in Deo proponeret, qui minis fratris Esau de patria fugatus, omnisque subsidij egens, ac pene nudus, Dei auxilio sit innixus vt patet ex c. 28. Genes. qui timore correptus cum audisset aduentũ Esau fratris sibi obuiam venientis, se ipsum superauit, & robustior euadens cum Angelo luctatus, & fortis inuentus, Israel meruit nuncupari. Et quasi se magis exponat Dauid, ac rationẽ sperandi, & confidendi in Deo tradat, ait. *Qui custodit veritatem in sæculum*, quasi dicat, ipse solº fidelis est, recordaturque promissorũ post multa sæcula, vt ea adimpleat: quo in loco videtur alludere ad relaxationem captiuorũ, qui in Chaldæa detinebantur, nam cum redituros in patriam oraculo suo per Hierem. prædixisset, id post septuaginta annos fidelissime impleuit, Syri Regis animo ad eam rem diuinitus in citato, quamuis in Israelitis tanta longitudine tẽporis interiecta, fides dicti promissi pene titubaret. Dauidem itidem imitatus Hierem. postquã maledixit homini speranti in homine, ait. *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit quasi lignum,*

Psal. 107 n. 14.
Psal. 3. n. vlt.
Hierem. 17. n. 9.
Gen. 28. n. 20 & seq.
Gen. 32. n. 28.
1. Esd. c. 1.
Hierem. 17. n. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit cum venerit æstus, & erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit solicitum, nec aliquãdo desinet facere fructũ. Quæ omnia denotant omnimodam securitatem & inconcussam stabilitatem illius, qui spem suam in Deo collocauit. Quod bene prosequitur Hieronym. in c. 3. Daniel. vbi ponderat Deum aliquando permittere res in vltimum discrimen venire, vbi actum sit de omni spe humana, vt clarius eluceat Deum extreme laborantibus adesse, sicut promiserat, tum etiam vt constet in nullo alio præter ipsum spem nostram collocandam esse, sic vero habet. Oppressa perturbationib⁹ anima, & varijs molestijs occupata, cum hominum desperauerit auxiliũ, & tota ad Dominũ fuerit mente conuersa, descendit ad eam Angelus Domini, vel sermo diuinus, & excutit flammæ æstuantis ardores, vt nequaquam ignita iacula inimici cordis nostri arcana penetrent, nec illius fornace claudamur, &c. Videndus item idem Hieronym. ad illa verba Hierem. in c. 5. *Ascendite muros eius, & dissipate.* 70. *Propugnacula eius, auferte propagines eius.* 70. *Sustentacula eius:* quibus in verbis diuinum Oraculũ iubet auferre de medio ea omnia in quibus habitatores Hierusalem possent fiduciam suam collocare, quó securi redderentur de expugnatione vrbis, cum tamen id potius à Deo deberent sibi promittere, quærere, & sperare. Ait ergo Hieronym. Omnia tolli auxilia iubet, quæ suo vitio perdidit, audiat hoc Ecclesia, quod cito muri, & propugnacula dissipentur eorum, qui nõ habẽt spem in Deo, &c. quæ in eandẽ sententiam prosequitur.

Hierem. 5. n. 10.

Notandus pro hac re venit totus discursus, & series prophetiæ Ierem. vsque ad c. 32. etenim si recte expendatur in eo consistit, & versatur quod Propheta inculcauerit, & prædixerit habitatoribus Hierusalem omnia ea mala, & infortunia, quæ super dictam ciuitatem, & gentem ventura erant, vt populus ille tandem crederet voci Dei toties internecionem, & dissipationẽ minitantis, & suis munitionibus minime fiderent, pro certo habentes se nequaquam euasuros ea mala, quibus à diuino Oraculo adstricti tenebantur, maxime cum iam ciuitas à Chaldæis obsidione premeretur, & bellicæ machinæ essent fere adhibitæ. Hoc igitur vbi primum vidit Deus ait. *Et nunc propter ista, hæc dicit Dominus ad ciuitatẽ, de qua vos dicitis quod tradatur in manu Regis Babylonis in gladio, & in fame, & peste. Ecce ego congregabo eos de vniuersis terris, ad quas eieci eos, & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciã cõfidenter.* Si igitur quærasquomodo post captiuitatẽ, dirutos muros, munitiones cõfractas, propugnacula excissa potuerint deinceps Iudæi confidenter habitare in ea ciuitate, quam suis iam oculis expugnatã, & euersam cernebant? Id non aliunde fieri posse videtur, nisi ex eo, quod iam deinceps neque in fortitudine murorum, neq; in virium robore, neque in armorum vi vllatenus sperarent, cum iam malo suo fuerint experti quã vana, & falsa hæc omnia extiterint, imo spem omnem, & fiduciam in Deo fideli figerent, qui promissis stare poterat, & consueuerat, quod aperte ostendunt verba illa eiusdem capitis, *Et plantabo eos in terra ista in veritate.* 70. *In fide,* quod videtur alludere ad verba nostri tex. *Deus fidelis,* vt secundum veritatem & fidelitatem suam requiem promiserint proindeque omnino deberẽt esse, cũ veritas Dei deficere nequeat, ideoque Diuus Hieron. hanc promissionem ad tempora legis Euangelicæ deducit, in qua Deus nobiscum tanquam propugnator fortis adest, proindeque portæ, & potestas inferni

Hierem. 32. n. 36.

Sup. n. 14

prẽualere non poterunt aduersus Ecclesiã suam. Ita rem exponit Hieron. cum ibi ait. Sicut sperantibus auxiliũ, & in murorum firmitate fidentibus prophetatur, quod subuertẽda sit Hierusalem, & populus iam iamque capiendus, & ante captiuitatem gladio, fame, & peste perituros, sic desperantibus, & post subuersionem vrbis nullam salutem expectantibus suum auxilium pollicetur: vt confidentia, atque superbia iustam sententiam; desperatio, atque humilitas Dei mereatur auxiliũ. Sed quomodo hoc possit illi tempori coaptari. *Habitare eos faciã confidenter?* Penitus non potest approbari; quippe quos legerimus, & sacra narrat historia, non solum à vicinis gentibus, sed à Persis quoque, & Macedonibus, Ægyptijs, Romanisque sæpe captos, & hucusq; seruire. Omnia igitur ad aduentum referenda sunt Saluatoris, quę nostro, & fidei tempore videmus expleta, & qui in Christo habitant cõfidenter, nobiscum enim pactum pepigit sempiternum, nec desinet nobis vltra benefacere. Sic Hierony. ostendit omnimodam securitatem eorũ, qui fideli Deo fidenter adhærent, & quia veraci credunt, securi, & in veritate fundati habitant; hoc enim videtur inculcare noster Tex. cum nobis Deum fidelem proponit.

Hoc insuper docet ipse Deus apud Hierem. vt dicamus, & profiteamur. *Ecce nos venimus ad te, tu enim es Dominus Deus noster. Vere mendaces erant colles* (in quibus .s. idola colebamus) *Vere in Domino Deo nostro salus Israel,* vbi Hebraicè ad literam habetur, *Fruſtra à collibus;* intellige sperabamus auxilium, aut bonum aliquod, cum à te solo, viuo, vero, & fideli deberemus velle; præstolari, & precari opem, & bona omnia. *Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra,* vbi Maldonat. Sic explicat: iam inde à pueritia nostra experimur fruſtra patres nostros laborare, omnia enim illis male succedunt, quia .s. in alio præter te spem suam, & fiduciã collocarunt.

Hierem. 3. n. 23.

Sapiamus ergo alieno malo, & ad Deum nostrum reuertamur, qui solus fidelis est, fidemque seruat in promissis, & fideles suos conseruat, & tuetur. Sic apud Oseã ea, quę experta fuerat infidelissima, & vanissima esse ea omnia, quæ quæsierat, & deperierat, minime iam credens diaboli, ac mũdi mendacijs, imo in se reuersa, & apud se dicens quod in prouerbio est, tollat te qui nouit, ait. *Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis, quam nunc.* Malé vtique apud mendacium esse solet ei, qui illi adhæret, bene tantum semper erit ei, qui veritati se commitit, non enim fruſtrabitur á desiderio suo, nec decipietur in spe sua, qui fide ducitur, & ad fidelem Deum adducitur.

Ose. 2. n. 7.

Neque omittendũ hoc in loco erit id, quod exploratores missi à Moyse reuersi dixerunt, quid item, quos Iosue misit post aduẽtum suum renuntiarunt: etenim illi dixerunt. *Terra ad quam misisti nos revera fluit lacte, & melle, sed cultores fortissimos habet; populus, quem aspeximus proceræ staturæ est, ibi videmus monstra quadam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati quasi locusta videbamur.* At vero exploratores missi à Iosue transmisso Iordane venerunt ad illum, narraueruntque omnia, quæ acciderant sibi, atque dixerunt. *Tradidit Dominus omnem terrã hanc in manus nostras,* & quod magis mirandum erit, quod illi alij exploratores nulla passi pericula memorantur, quæ tamen istos præsentissima circũuallarant. Itaque isti quanto maiora discrimina euaserant, tanto certiorẽ sibi, suisque opem diuinam aduersus hostes pollicebantur, hoc autem totũ ex ea prouenire videbatur, quod ibi

Num. 13. à n. 29.

Iesue. 2. n. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

recte annotauit Masius, quia isti minime contenderunt, aut comparauerunt vires suas cum aduersariorũ viribus, sicut illi fecisse videntur, sed quid Deus vellet, quid posset, imo quid promitteret, recordabantur; at vbi voluntas, potestas, ac promissio Dei accedit, si recta fide expendantur, omnia illico cedunt, aduersa humiliantur, & quantumcumque potentissima sint in nihilum fere abeũt. Qua de re videndus Chrysost. hom. 2. in Epist ad Rom. ante morale, vbi confert fidẽ Raab cum infidelitate suorum, atque etiam Iudæorum diuinis promissis minime credentiũ, & ait. Fide Raab meretrix speculatoribus ea acceptis non interijt vna cum incredulis, neque secum ipsa dixit: qui poterunt hi quum sint captiui, fugitiui, exules, vitamque erronum agant, ipsos nos vrbis, mœnium, ac turrium dominos sub suam victos potestatem cogere? Quandoquidem si hæc secum elocuta fuisset, & se ipsam, & illos vnà perdidisset; quod ipsum & fecerunt maiores illorũ, qui tunc seruati sunt, illi enim quandoquidem conspectis viris magnis, ac præ grandibus, victoriæ modum disquisiere, omnes nullo bello, nulla instructa acie, perierunt. Vides quãta incredulitatis pernicies, quantus item fidei murus sit? Illa enim multa millia pessundedit. hæc autem etiam meretricem mulierem, non seruauit modò, sed & tam magni populi Præsidem fecit, &c. Profecit vtique illi credere fidelem Deum, cuius fidem professa denuo longe nobilior extitit quam credulitas infidorũ exploratorum, quam etiam superauit fides aliorum exploratorum, qui soli Deo fidentes, veluti si iam iam victos cernerent hostes, non de futuro tantũ loquuntur, neque dicunt, tradet vtique eos Dominus in manus nostras, sed traditos iam in manus decantãt, & asserunt, cũ dicunt: *Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras.* Cum enim impossibile sit Deum mẽtiri, vtpote qui sit prima veritas; is, qui eum promittentem audit, illico promissa ad implentem certo certius asserere potest.

Hinc est quod Dauid haud quaquã oculos in aduersarios coniiciebat, aut illorũ vires expendebat suasve contemplabatur, quibus cum leonibus iam diu luserat, vt, vel illis superioribus inuentis, responderet, vel suis æquè valentibus repertis, confideret, imo totus ad Deum conuersus, cui se totum commiserat, dicebat. *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.* Vbi Aug. addit. Nec timeam periculosa, & terrena, dum terram non intueor, quoniam ille, quẽ intueor, euellet de laqueo pedes meos, &c. is enim, qui oculos, animum, & spem suam in Deo collocat, se totum illi fidens, sibi promittere potest victoriam, & honorem, quem solus tribuere potest, qui solus fidelis est, & verax. *Psal. 24. n. 15.*

Vidẽdus idem Aug. q. 105. in Exod. vbi aduertit, cur Cherubini iussu Dei in tabernaculo facti fuerint versis vultibus in propitiatorium, quo operiebatur arca, ait enim id propterea factum esse, quia totam spem suam in Deo collocatam sic respicientes profitebantur, sic vero habet. Non sibi tribuũt pennas suas, id est, Deum honorant virtutibus, quibus præstant, & vultus eorum non sunt nisi in propitiatorium, quia cuicunque profectui ad multitudinem scientiæ spes non erit, nisi in Dei misericordia, in qua vnica spes est. Sic ille ostendit quomodo debeamus oculos ad Deum eleuare, vt in illo tantum confidamus, minime viribus, aut potentia humana fidentes, sed Dei veritati innitentes, qui suis auxilium allaturum promisit, hoc enim qui facit, minime hostium viribus succumbit, sicut increduli *Exod. 25 n. 20.*

exploratores

exploratores, sed vel certam præstolatur cum Dauide, vel præsentem iam cernit cum fidelibus exploratoribus à Iosue missis.

Quod si *fidelis* hoc in loco idem est ac firmus, & stabilis, vt Pagn. legit, id innuit, cætera mutabilia esse, fallacia, & vana, solum Deum immutabilem, & firmum, statimque notandus venit locus ille Sapientiæ. *Vani sunt omnes homines, &c. non potuerunt intelligere eum, qui est*, vbi alluſio est ad verba illa Exod. *Ego sum, qui sum; sic dices filijs Israel, qui est misit me ad vos*, in Hebr. habetur, *Ero qui ero, ero misit me ad vos*, sic enim transfert Pagn 1. *Qui erit in sempiternum misit me ad vos*, quod magis explicatur in Apocalyp. cum dicitur: *Qui est, & qui erat, & qui venturus est*, solus Deus non potest non esse, nec mutari, cum fidelis sit, firmus, & stabilis, cætera de nihilo sunt, nec ab æterno fuere, vt persistant, á Deo pendent, quę si velit, in nihilum redibũt, & mutationibus aliquibus subiacent. Et vt breui colligamus, quæ hac de re Theologi, & Phylosophi disputãt proponendus est Ansel. in prosolog. c. 22. vbi ait. Tu solus Dominus es, quod es, & tu es, qui es. Nam quod aliud est in toto, & aliud in partibus, & in quo aliquid est mutabile, non omnino est, quod est; & quod incepit á non esse, & potest cogitari non esse, & nisi per aliud subsistat, redit in non esse: & quod habet fuisse, quod iam non est, & futurum esse quod nondum est, id non est proprie, & absolute. Tu vero es, quod es, quia quidquid aliquando, aut aliquo modo est hoc totus, & sẽper es, & tu es qui proprie, & simpliciter es, quia nec habes fuisse, aut futurum esse, sed tantum præsens esse, nec potes cogitari aliquando nõ esse. Tu tibi omnino sufficiens, nullo indigens, quo omnia indigent, vt sint, & vt bene sint, &c. quæ prosequitur in eandẽ sententiam. *Sap. 13. n. 1.* *Exod. 3. n. 14.* *Apoc. 1. n. 8.*

Hoc etiam videtur dixisse Dauid illis verbis. *Dies mei sicut vmbra declinauerunt, tu autem Domine in æternum manes, & memoriale tuum in generatione, & generationem*, vbi Felix Pratensis legit, *Memoria tua in generatione, & generationem*, videturque Dauid alludere ad id, quod dixerat de potentioribus sæculi: *Perijt memoria eorum cum sonitu*, & ad illud Iob. *Homo nunquam in eodem statu permanet*, sed *Quasi flos egreditur, & conteritur*; at apud Deum *Non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio*, quod Aug. legit lib 11 de ciuit. c. 21. *Nec momenti obumbratio.* Hinc est quòd Danielis in c. 7. pugnãtibus in mare ventis assimilantur imperia, & quatuor bestijs, & propterea dicuntur de terra surgere, quia caduca, & vana, statim vero de Regno Christi addit propheta: *Potestas eius, potestas æterna, & Regnum eius, quod non corrumpetur*, & Ezech. in c. 1. depingitur inconstantia Regnorum mundi in animalibus currum trahentibus, *Et erat aspectus rotarum, & visio earum quasi visio maris.* Rotantur enim, & voluuntur perpetua mutatione hęc Regna, sicut rotæ per montium præcipitia, & erant coloris marini, vt per mare inconstantia, & in continuo fluxu, nunc nimboso, ac procelosо, mox sereno, & tranquillo mutabilitas intelligatur; Daniel. item in c. 8. hirco comparatur Alexander, qui pedibus terram nõ tangebat, quia mirabili celeritate eius imperium auolauit, etenim vigesimo anno ætatis suæ cæpit regnare, & trigesimo tertio mortuus est, vnde depingebatur tenens fulmen dextra, ea enim celeritate, qua in terra absconditur fulmen de nubibus ruens, vt amplius non compareat, per transijt, sic enim eum depinxisse Appellem narrat Plin. lib. 35. & Plutarc. in apophth. Videndusque erit in hanc sententiam Hieron. Ezechi in c. 7. cum ponderat illa verba Pauli: *Præterit figura* *Psal. 101. n. 12.* *Psalm. 9. n. 7.* *Iob. 44. n. 2.* *Iacob. 1. n. 2.* *Daniel. 7. n. 2.* *Sup. n. 14.* *Ezech. 1. n. 5.* *Daniel. 8. n. 8.* *1. Corint. 7. n. 31.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gura huius mundi, vbi inter alia sic habet. Notandum quod non in futurum distulerit, sed de præsenti dixerit, *Præterit*, & quotidie labitur figura mundi, nunquam enim in eodē statu permanet, sed crescentium, & decrescentiū figura præteruolat, & mutatur, vnde Dominus, *Cælū & terra transibunt*: Sin autem hæc omnia, quæ in mundo cōtinentur, prętereunt, atque pertranseunt, quid potest in humanis rebus esse perpetuum? Videndus item Bernard. ser. 81. in Cāt. cū expendit illa verba Pauli: *Qui solus habet immortalitatē*, vbi ita habet. Ego reor pro eo dictū, quod solus sit natura incōmutabilis Deus, qui ait Malach 3. *Ego Deus, & non mutor*, vera namque & integra immortalitas tam non recipit mutationem, quā nec finem, quod omnis mutatio quædam mortis imitatio sit, omne etenim, quod mutatur, dum de vno ad aliud transit, esse quodammodo necesse est moriatur quod est, vbi esse incipiat quod non est, &c. Tandemque confirmatur firmitas Dei ex Psal. 92. *Parata sedes tua ex tunc, à sæculo tu es*, Hebr. *Paratū est solium tuum Deus*, id est, firmatum, & stabilitum, Hieronym. legit, *Firmum solium tuum*, sicut illud Psalm. 32. *De præparato habitaculo tuo*, legit Hieron. *De firmissimo solio tuo*, nam sicut dixit Paulus ad Heb. 1. *Thronus tuus Deus sæculum sæculi*, & Baruc in c. 3. *Tu sedes in sempiternum, & nos peribimus in æuum Domine Omnipotens.* Cum ergo Deus sit rupes, seu petra firmissima, illi adhærendum est, non vero fugacibus rebus sæculi, quod dixit Greg. 3. p pastoral. admonit. 28. Nolite ergo constanter mundum diligere, quia, & ipse non potest, quem diligitis, stare, incassum cor quasi manentes figitis, dum fugit ipse, quē amatis, &c. Etenim cum falsa sint omnia, vana, & fugacia, deserenda potius sunt, quam diligenda, fidelique, & firmissimo adhærendum Deo, necab illo discedendum, ne miserum tandem patiamur naufragium.

Mat. 24. n. 35.

1. Tim. 6. n. 16.

Malac. 3. n. 6.

Psal. 92. n. 3.

Psal. 32. n. 14.

Baruc. 3. n. 3.

ANNOTATIO. III.

Quia fidelis, & verax Deus est, veritas amplectenda, mendaciumque fugiendum proponitur.

CVm Deus vsque adeo sit fidelis, & verax, sicut hucusq; probauimus. Vnde Dauid Psalm. 88. dixit: *Quoniam in æternum misericordia ædificabitur in cælis, præparabitur veritas tua in eis*, id est, simul ex misericordia polliceris, & ex veritate, siue iustitia promissa vere adimples. Vnde ex ea ratione quod pollicita adimplere soleat Deus, Christum Dominum commendauit Ioannes in sua reuelatione cap. 3. cum ait. *Hæc dicit amen testis fidelis*; estque optimus in hanc sententiam locus apud Paul. 2. Cor. 1. vbi loquēs Apostolus de diuinis promissionibus, quas pollicita fuerat diuina misericordia, ait. *Dei Filius, qui prædicatus est in vobis per me, & Siluanū, & Timothæum non fuit est, & non, sed est in illo fuit*: Est siquidem verus, & fidelis, cum ergo talis sit, ex hoc loco deducit Athanasius quantum diligat Deus veritatem, & quanto odio mēdacium prosequatur. Sic enim habet tract. de passione Christi Domini statim in principio. Verus porro est Deus, & non modo, scilicet, quod non mentiatur, nihil enim contrarium in illo, sed quod ipsam ex se veritatem gignat, Paterque sit Domini ita loquentis: *Ego sum veritas*, veritati porro nunquam mendacium amicū fuerit, inde est quod secundum Psalmographum, veritatem Dominus requirat, & mendacium à se reijciat, & alienum faciat, dicens: *Filij alieni mentiti sunt mihi*, mentiti enim sunt Iudei contra Seruatorem, & cum legem se dicerent seruare, veri in dicendo non fuerunt &c. probans deinde quātum Deus à nobis veritatem exigat, iuxta illud Matthæi. *Sit vestrum ita, ita, & non, non.* vnde probat Deum voluisse ne homines iurarent. Nam si quis inquit ille, plane dignus est vt nominet Deum; dignus quoque est fide, vt ei citra ius iurandum credatur: é diuerso si non est fide dignus, vt ei credatur citra iuramentum, non est certe dignus, qui Deum nominet. Si non est fidelis in sermone, quomodo vlla ratione ei iuramenti Deus testis esse voluerit destituto fide, ad quā Dominus respicit? At qui ideo est quod Dominus ab inuocantibus se fidem ante omnia reposcit, quemadmodū factū est in cæco. *Credis*, inquit, *quod possum hoc tibi facere?* Ad lunaticū ait: *Quod si credideris fiet*; probat hoc Spiritus sanctus: *Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate*, per quā solam Dominus inuocari potest, &c. cum enim fidelis sit Deus, & verax, solis ijs, qui veritatem diligunt, adest, & respondet.

Hinc iam intelliget ur cur Leuit. 19. & Deut. 5 sicut refert Matth. cautum est ne iuremus, & vt promissa fideli Domino fideliter reddamus, & Dauid pro se, & alijs ait: *Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea*, & defectum fidelium hominum lamentatus ait. *Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, & diminutæ sunt veritates à filijs hominum*, vbi Agellius infert Ergo Sancti sunt homines veraces, qui non fallunt, non simulant, qui sunt à perfidia, & infidijs alieni. Et sane cum Sancti homines Deo similes esse debeant, fideles vtique & veraces probandi sunt, & inueniendi. Hieron. concrete vertit *fideles*. Chrysostomus refert aliam lectionem, desierunt, aut finiti sunt fideles. Symmachus, desierunt fideles, & huc videtur respexisse Deus cum reuelaturus suas veritates, & mysteria Ezech. toties ipsum compellat filium hominis. *Et tu fili hominis, &c.* vt meminerit nequaquam deminuere, aut detrahere veritati, sicut solent filij hominis teste Propheta Regio, neque illius aliquam particulam, seu partem rescindere, hoc enim sonat vox Hebr. passu, à pas, id est, particula, & integras dicere & liberè proferre. *Vana locuta sunt vnusquisque ad proximum suum*, id est, falsa, vanitas enim sermonis à Latinis mendacium dicitur & Psal. 4. vanitas per mendacium exponitur, *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Et ad hoc videtur allusisse Paulus cum ait: *Deponētes mendacium loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra*; & statim quasi ferre nō possit dolos, aduersus fidei violatores inuehitur dicens: *Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa.* Scio Hieron. Aug. Ruffinum, & alios locum exponere de prædictione, sed amicus Dei, & qui factus fuerat secūdum cor Dei fidelissimus, zelo fidei, & veritatis accensus optare mihi videtur, & poscere supplicium contra mēdacium, & mendaces, vt ijs mulctatis, & ad normam veritatis correctis, alij resipiscant, qua de re cum nos alibi plura dixerimus, Deoque fauente dicemus, videatur interim D. Tho. 2. 2. q. 25 art. 6. ad 3. Anaclet. Papa epist. 2. Hieron. in c. 1. Thren. & in c. 3. Ezech. & c. 3. Daniel. Iustinus q. 125. Augustinus ad dictum locum Psal. & in Psal. 108. Greg. 15. moral. c. 25. Orig. in c. 11 epist. ad Rom.

Fidelissimus sponsus veritatis infalibilis sectator in sponsa sua veritatem maxime commendat tacitè, & ænigmaticè cū ait. *Labia tua sicut vitta coccinea*, seu *funiculus coccineus*. His nāque verbis decantat sponsam suam fidelissimam,

Matth. 5. n. 37.

Psal. 144. n. 18.

Leuit. 19. n. 12.

Deut. 5. n. 11.

Matth. 5. n. 33.

Psal. 65. n. 14.

Psalm. 11. n. 1.

Ezech. 2. n. 3. 6. & 8.

Psalm. 4. n. 3.

Ephes. 4. n. 25.

Cant. 4. n. 3.

Psal. 30. n. 24.

Psal. 17. n. 46.

Universidad de Deusto
Biblioteca

delissimam, veracissimam, & constātissimam, non solum in promissis diuinis reddendis, sed etiam in humanis adimplendis, siquidem labia instrumenta sunt orationis, & loquelæ, funiculus autem coccineus symbolū videtur esse fidei, veritatis, & pacti, vt patet ex c. 2. Iosue, & ex c. 6. ex his enim locis eruditi interpretes, in quibus est Rabbi Selomoh, intelligunt hæc verba Cantici, volunt enim allusionem quandam continere ad id, quod petijt Raab, vt ſ salua, & incolumis ipsius domus reseruaretur, quando exercitus Israelitarum vrbē Hierico ingrederetur, sicut illa saluos emiserat exploratores, qui respōderūt: *Si ingredientibus nobis terram, signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra per quam dimisisti nos, & Patrem tuum, ac matrem tuam, & omnem congregationem tuam congregaueris in domum tuam, & illa respondit, sicut locuti estis ita fiat, dimittensque eos vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra.* At vero cap. 6. capta vrbe memor Iosue huiusce pacti, ac iuramenti, fidelis eidem inuenitur, cum ait. *Sit ciuitas hæc anathema, & omnia, quæ in ea sunt: sola Raab meretrix viuat cum vniuersis, qui cum ea in domo sunt* Itaque ad aspectum dicti funiculi appensi iuxta præstitum iuramentum, pactumque stabilitum, domum Raab incolumem reseruarūt. Quando igitur Diuinus sponsus labia sponsæ suæ cum funiculo coccineo confert, sponsæ veritatem, & fidelitatem proculdubio cōmendat, metaphora sumpta à funiculo illo, qui testis extitit promissionis seruādę domus testis insuper, & domus seruatæ.

Iosue. 2. v. 18.
Iosue. 6. v. 25.

Mihi tamen adhuc expendendum videtur, propterea verba sponsæ funiculo coccineo assimilari, qui testis extitit iuratæ fidei, fœderis, ac pacti initi, vt innueret Diuinum Oraculum non minorem veritatem continere verba sponsæ simpliciter prolata, quam soleant in alijs iurata verba fidem conciliare, nā sicut dixit Philo in princ. lib de special. leg. Quid quid vir bonus asseuerat, perinde ac iurato credi debet, cum verbum eius firmum sit, ac rigidum, nullo mendacio flexile, veritate, in qua fundatur subnixum, &c. Similia dixit Hieron. epist. ad Celant. tom. 1. cum ita ait Mentiri, atque iurare lingua tua prorsus ignoret, tantusque sit in te veri amor, vt quidquid dixeris, iuratum putes. Rupertus vero explicans dicta verba ait: *Sicut vitta coccinea labia tua,* quod sermo tuus à veritate non discordet imo cum veritate multum concordet. Catena vero trium Patrum Græcorum habet, verum sermonem instar funiculi dimensi, vt sit sensus, quod spōsa ea proferat ore, quæ corde habet; atque adeo verba nihil amplius, minusue sonent, sed ad amussim veritatis proferātur; quamobrem, inquiunt, eloquium tuū omnino decorum est, hoc enim maxime placet in animabus sanctis diuino sponso, si fideles sint in dicendo, itidem & in adimplendo.

Facit præsenti instituto Augustinus ad illa verba Psalm. 14, *Qui loquitur veritatem in corde suo*; sic enim scribit. Nonnulli in labijs habent veritatem, in corde non habent; tanquam si aliquis dolose ostendat viam, sciens in ea esse latrones, & dicat: si hac iueris á latronibus tutus eris, & contingat, vt vere latrones ibi nō inueniantur; vere ille locutus est, sed non in corde suo, aliud enim putabat, & nescíens verum dixit. Ergo parum est verum loqui, nisi etiam in corde ita sit, &c Ex qua doctrina intelligetur, quomodo verba sponsæ instar funiculi sint, quæ, scilicet, respondent veritati in corde contentæ, & nihil excedant, cum illi commensurentur.

Psal. 14. n. 2.

Hinc est quod olim pomum adhærescente folio tantum vno, pro signo, & symbolo veritatis pingebatur, teste Pier. Valer. lib. 54. tit. Veritas; quippe quod ea species linguam coniunctam cordi referat, pomum enim cordi assimilatur, folium vero linguam adūbrat, ac proinde illud proponitur, sermoné. ſ. cordis penetralia aperire debere. nec aliud proferendū verbis, quam corde teneatur.

Quia vero á Diuino sponso veritas appenso funiculo assimilatur meminisse oportet illius, quod refert Pier. lib. 41. statim in princip atque etiam Ælian. lib. 14. de variç hist. olim. ſ iustissimum hominem gestare solitum pendentem é collo imaginem veritatis, sic enim habet Ælian. Eum omniū hominum esse iustissimum, & syncerissimum oportebat, qui circa collum imaginem ex saphyro gemma confectam gestabat, quæ vocatur veritas. Ego vero iudicē nontā in lapide sculptam, aut expressam veritatē circūferre, quā in animo, menteque insitā, & infixam habere veritatem velim. Vidēdusque erit Adamātius cum explicat illud Ezech. 16. *Et catena circa collū tuū*, vbi ait. Si me, postquam iustitiæ opus adimpleuero, intellectus ornauerit veritatis, tūc mihi ornamentum nuptiale, tūc catena collo decora circundatur; videndus idem Pier cum ostendit bullam veritatis à collo pendentem gestare solitos ingenuos, & nobili genere natos.

Ezec. 16. n. 11.

Hoc ipsum videre est in summo Sacerdote, qui veritatem in pectore appēsam gestabat in Rationali, quod expendens Philo lib. de iudice ait. Quid in vita est æque pretiosum, ac veritas, quam Vates sapiens inscripsit loco sacratissimo, ea parte vestis Pontificiæ, vbi est principalis vis animæ, vt Sacerdotem per hoc ornamentum augustiorē faceret, &c. Gēmis quidē decoratus incedebat Summus Sacerdos mira varietate, & pretiositate contextis vestibus, hæc tamen omnia illustriora reddebat veritas appensa pectori, exterius enim descripta, & veluti prolata testabatur internam cordis veritatem, qua nihil pulchrius, & diuinius repiri potest.

Exo. 28. n. 30.

Est optimus hac de re locus apud D. Antiochum Monachum tom. 2. Biblior. homil. 66. vbi ita habet. Prorsus veritas Deus est, necesse igitur sit vt homo omnis in votis habeat hoc primum, vt oret sibi indulgeri germanæ veritatis cognitionē, deque ea vt sermoné edisserat, prorsus amatore veritatis dignū, iuxta illius sententiā, qui dixit. *Ne auferas de ore meo verbū veritatis vsquequaque*; veritas enim ad eos recipiet se, & illustrabit, qui eam opere ipso exercent. Quemadmodū igitur qui profert mendacium, contaminat, ac fœdat cor, & os (nihil enim ab hoste humanæ salutis differt mendacium. Pater enim mendacij diabolus est) ita & qui veritatem loquitur, animam sanctificat, & os, & reliqua corporis membra; quod late probat ex Scriptura; tum deinde concludit. Necesse igitur sit ex hominis ore nullum effundi sermonem, qui non veritate omnimoda nitatur; vt spiritus ille veritatis, qui idem Deus est, intelligatur in hac etiam nunc carne sibi delegisse domicilium. Iam veritatem quisquis custodit, ac tuetur citra difficultatem vllam, potest sibi emereri beatam vitam. Ab ipsa enim protegitur veritate, nec vnde talem adoriatur, & vrgeat quidpiam mali. Sic ille. Sicut igitur gemmæ collo appenduntur, sic & veritatis olim imagines deferebantur, sic & veritas supra pectus Summi Sacerdotis incedebat.

Psal. 118. n. 43.

Durissimus inter gemmas adamas censetur, veritatemque candore suo simplicissimo refert, isque durissi

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus,& infractus ab omnibus læsionibus, & pressuris cuadit. Loquebatur Christus Dominus de veritate corporis & sanguinis sui sub speciebus panis,& vini; multi vero veritatē hanc audientes dixerunt: *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Ponderat igitur eleganter Guarricus serm. 1. de Sancto Benedicto duritiam adamantinæ veritatis, & ait. Esto sermo durus est, nunquid non verus est? Nunquid non pretiosus:&c Quid mirum igitur si inter gemmas veritatem gestare videamus summum Sacerdotem, imaginem itidem veritatis gestare legamus Principes,& nobiles viros, cum nihil pretiosius vsquequaque possit reperiri?

Ioan. 6. n. 60.

Quod si fulgorem, & splendorem in veritate contemplari velis, proponam tibi quæsitum illud Pilati ad Christum. *Quid est veritas? & cum hoc dixisset*, ait sacer text. *iterum exiuit ad Iudæos*; quod acutè notauit Bernardus ser. in illud Prouerb. 3. *Beatus qui inuenit sapientiam,&c.* post medium, Pilatū responsum veritatis nullatenus sustinere potuisse præ splendore, & fulgore pretiosæ gemmæ, sic enim veritatē appellat. Etenim si quis subito inaccessibili luci se obijceret, vehemens sensibile haud quaquam sustinēs, vel manus apponeret oculis, vel terga illico daret, sic & Pilatus rogans quid nam esset veritas, mox regreditur, ac retrouertitur ad Iudæos, veluti ad mendacium confugiens, qui in veritate stare non potuerat, nec illi adstare. Illud insuper aduertit pulchritudinem, & splendorem veritatis non angulos, sed publica, & augustiora loca quærere, sicut dixit Hieronymus epist. ad Rustic. imo idem Bernardus serm. 6. de Ascens. ait Non amat veritas angulos, in medio stat,&c. decet siquidem pretiosam gemmam non in luto volutari, non in angulo delitescere, sed in pectore,

Ioan. 18. n. 39.

in auro, & sublimioribus locis collocari; sic ergo habet Bernardus Quid tu Pilate seorsim interrogas Dominum, vt tibi susurret in aure, quid sit veritas? Multum est ad te: non dabitur sanctum cani, nec margarita porco. Merito fratres, reuerberata acie proximus resiluit; & responsum non sustinens, egressus est ad Iudæos. Sic Bernardus.

Cum ergo pretiosissima gemma veritas merito è collo decidens super pectus, & cor defertur, iuxta sapientis monitum: *Misericordia, & veritas te non deserant, circunda eas gutturi tuo,* .s. tanquam res pretiosissimas; nam Diodorus citatus á Pier. bullam illam veritatis, varijs ornatam gemmis fuisse profitetur, at gemma veritatis in rationali appēsa duodecim pretiosos lapides potius ornabat, illustrabat, & decorabat, quā ab illis decoraretur.

Prou. 3. n. 3.

Quod si speciosa spōsa prædicatur ob fidelissima verba, quę veritatē animi ostēdūt, nā sicut dixit Greg. 5. Moral. c. 2. cū manifestare nosmetipsos cupimus, quasi per linguæ ianuam egredimur, vt quales sum⁹ intrinsecus ostēdamus,&c. Si pulchra, inquā, cōspicitur spōsa ornata pretioso monili, illustrata selectissima gēma, spōsus etiam filijs Hierusalē pulcherrimus conspiciendus proponitur, nō in ferculo, lecticaue, sed equitans, quadrigaue, & curru vectus nā vbi nos habem⁹: *Specie tua, & pulchritudine tua, &c. propter veritatē, & mansuetudinē*, Heb. habetur, *Equita super verbū veritatis*, sicut enim quē Rex honorare cupit ex sentētia Aman: *Imponi debet super equum, qui de sella Regis est*, ita maxime honorabilis proponitur filius Dei equitans super verbū veritatis, vel etiā ita desideratur, quia diuinus Sponsus veritate sua totus nititur & veluti illa vectus deducitur, vt illum sequantur, & imitentur, qui venire volunt post illum, neque aliquid proferant, aut faciant,

Psal. 44 n. 5.

Esth. 6. n. 8.

quod

quod veritate nō fulciatur. Dixit hoc Philo lib. 2. leg. allegor. his verbis: Sunt manus Moysis graues, nam cū hominis mali subuentaneæ, leuesque sint actiones, merito sapientis graues habentur, immobiles, inconcussæque, ideoque fulciūtur ab Aarone ratione, & ab Hor lumine, quod nulla lux in rebus sit clarior, quā veritas. Vult igitur figurate docere te, sapientis actiones necessario fulciri veritate, rationeque,& hæc est causa, cur Aaron ad finē hoc est, perfectionē tendens, mōtem Hor. i. lucē ascenderit: finis enim rationis veritas est. Sic Philo, à quo mutuatus hęc accepit Ambr. epist 7. Equitat igitur spōsus, ac fidelis Deus super veritatis verbū, quo etiam niti debent fideles animę, quæ Deum fidelem sequi,& imitari debent.

Exo. 17. n. 12.

Ex qua doctrina Tertul. in Apologet. discrimē assignat inter fideles Dei cultores,& Gētiles Phylosophos, quod illi tantū speciē veritatis exterius sectati fuerint, vt gloria & honore affectatę veritatis apud homines frueretur; at vero Christiani,& veri Dei æstimatores omnimodā veritatē sequūtur,& profitētur. Mimicē, inquit Ille, Phylosophi affectant veritatem,& affectando corrūpunt, vt qui gloriam captant. Christiani cā necessario appetunt,& integre præstant. Conferēs igitur idem Tertul. fideles cum Gētilibus olim Phylosophis ait Anaxagoras depositum hostibus denegauit; Christianus etiam extra fidelis vocatur,&c. vtpote qui fidem etiam hominibus seruat, cum fidelissimum Deū profiteatur. Prosequitur hoc argumentum idem Tertull. c. 20. & 21. in lib. de spect. vbi ostendit varietatem, & instabilitatē apud Gentiles in probādis, reprobād sue rebus ex eo, quod fideli veritati (Deo s.) non adhæreāt, sicut & Christiani, sic vero habet. Nusquā,& nunquam licet quod semper & vbique non licet. Hæc est veritatis integritas,& quæ ei debetur disciplinæ plenitudō,& æqualitas timoris.& fides obsequij nō immutare sententiam, nec variare iudicium. Non potest aliud esse, quod veré quidem est bonum, seu malum. Omnia autē penes veritatē Dei fixa sunt. Ethnici, quos penes nulla est veritatis plenitudo, quia nec Doctor veritatis De⁹, malum, ac bonū pro arbitrio, ac libidine interpretantur alibi bonum, quod alibi malum, & alibi malum quod alibi bonum. Sic fit, vt qui filiæ virginis ab omni spurco verbo tuetur, ipse etiam in theatrum ad illas voces gesticulationesq; deducat,& qui in plateis litem, aut compescit, aut detestatur, idem in stadio grauioribus pugnis suffragum ferat & cap. 23. eiusdem lib. diabolum probat mendacem in theatris aduersum Deum veracissimum, dum simulare facit personatos ea, quæ nō sunt, quod nō potest nō Deo displicere. Diabolus, inquit, tragædos coturnis extulit, quia *nemo potest adijcere cubitum vnū ad staturā suā.* Mendacem facere vult Christum, iam verò ipsum opus personarum, quæro an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suæ non amat falsum autor veritatis: adulterium est apud illum omne, quod fingitur. Proinde vocem sexus ætates mentientē, amores, iras, gemitus lachrymas asseuerantem nō probauit qui omnem hypocrisim dānat. Cæterum cum in lege præscribit, maledictū esse qui mulierbri⁹ vestietur, quid Pantomimo iudicabit, qui etiam mulierbribus curatur?

Matt. 6. n. 27.

Deut. 22. n. 5.

Hinc etiam est quod idem Tertul. lib. de cultu fœminarum c. 5. acriter inuehitur in Christianos masculos,& fœminas, qui faciem ornantes, & pingentes adulterant,& mentiuntur, cū tamen nihil fictum,& infidū deceat Christianum, qui fidelissimi Dei veritatem profitetur, ait ergo. Quātum

autem a nostris disciplinis, & professionibus aliena sunt, quam indigna nomini Christiano, faciem fictam gerere, quibus simplicitas omnis inducitur. Effigiem mentiri, quibus lingua non licet: appetere quod datum non sit, quibus alienum abstinẽdum: speciem exercere, quibus studiũ pudicitiæ est? Edite benedictæ, quomodo præcepta Dei custodietis, lineamẽta non custodientes, &c. Videndus denique erit pro complemento istius argumenti Philo lib. quod deter. pot. insid soleat. ante med. vbi in duobus fratribus Moyse, & Aarone proponit quomodo cohærere debeant, & sibi inuicem copulari verba, & mens, vbi veritas reperitur, tunc enim verba, sermoque efficax est, Dei præceptis inseruit, & mendacium superat, ac dissoluit, quando menti correspondet; ait ergo. Nec prius in Ægyptũ proficiscitur Moyses conflicturus cum eius regionis Sophistis, quam egregie meditatus differendi facultatem omnes elocutionis ideas commonstrante, absoluenteque Deo, per impositionem manuum Aaronis, quem Moysis fratrem solet os, & interpretem, & Prophetam appellare: omnia enim hæc sermoni accidunt, qui frater mẽtis est, nam fons sermonum mens est, vnde ceu ex ore fontis, verba promanant: quia omnes sermones ex hoc, sicut fluenta riuorum ẽ terra, &c Quemadmodum igitur externa labia funiculo mensorio assimilari debent, vt iuxta mentem, & cor verba proferant vera & fidelia, ita & mens, ratio, & cor fidelissimo Deo debet aptari, ipsumque prout potuerit imitari, qui fidelis est iustus, & rectus.

ANNOT. IIII.

Iustitia, & rectitudo Dei cum mundi iniustitia expenditur, & confertur.

QVoniam perfectum in operibus suis nobis proposuerat Moyses Deum, addit statim necessariam in perfecto Domino perfectionem, nempe iustitiam, quæ prima nobis innotuit, nam primum nomen, quod Scripturæ nobis tradunt Genes. 1. Elohim iudicem Deum proclamat, qui cum in prima rerum Cõditione vnicuique rei essentiã veluti iustitiæ norma libratam contulerit, ostendit qua rectitudine in commutatiua iustitia postea sese habere deberet, & merito, nam iustitia est, quæ quidẽ honorifica virtus, cuiuscunque Regis est, maxime vero Regis Regũ. Postquã Rex Dauid regnantẽ Deũ introducit, cũ ait. *Dominus regnauit, irascantur populi*, illi. s. qui eum regnare nolint; *Qui sedes super Cherubin, &c. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile, & sanctum est, & quoniam honor Regis iudicium diligit*, nonnulli Græci, in quibus est Cyrillus, per infinitum legunt. *Honor Regis iudicium diligere*, quod Theod. optime exposuit dicens. *Diligere iustitiam honoratum efficit Regem*, hoc autem id, quod sequitur, declarat: *Tu parasti directiones, iudicium, & iustitiam in Iacob tu fecisti*, vbi per directiones intelligit rectas, & iustas sententias, quas Deus fert tali rectitudine, & iustitia, vt abeo discere possint, & debeant cæteri iudices. Vnde Daniel. 7. n. 6 ait. *Aspiciebam donec Throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: Thronus eius flãma ignis &c.* Quid ergo est quod multis positis thronis, vnus tantum asseritur iudex, vnicus item illi attribuitur Thronus? Non inepte possumus intelligere rectissimũ hunc iudicem Deum perinde valere, ac plures, imo & cæteros omnes, quos superat rectitudine, iudicio, & iustitia

Psal 98. n. 1. & seq.

Dan. 7. n. 6.

Iustus igitur Deus est quia nullã in iudicando admittit iniquitatem, sicut enim iustus in vita sua dicitur qui nullam committit iniquitatem, ita eriam, & iustus in iudicio ille est, cui nulla in iudicando subest culpa, quod videtur dixisse Sophon. in c. 3. cum ait. *Iustus Dominus in medio eius non faciet iniquitatem, mane mane iudicium suum dabit in lucem, & non abscondetur.* Quibus in verbis à Deo remouet iniquitatem iudicij ex eo, quod mane in luce perfectissimi iudicij, & infinitæ scientię illud exerceat, non obscurato intellectu, ira, amoreve, præmio, siue timore, quæ omnia procul à Deo exulant, & iniquum iudicium in creaturis inducunt; quod autem hic sensus germanus sit prædicti loci probo ex Hierem. c. 21. vbi cum Deus minatus iam fuisset se Regnum Hierusalem seu Iuda euersurum per manum Nabuchodonosoris documẽta tradit, quibus promeritam sententiam euadere possent; maxime vero alloquitur domum Regiam, penes quam residebat summa potestas. *Domus Dauid hæc dicit Dominus. Iudicate mane iudicium, eruite vi oppressũ de manu calumniantis*, quæ verba exponens Hieronym. ait. Proprie fit sermo ad domum Regiam, ob cuius maxime culpam ciuitas obsidetur. *Iudicate mane iudicium*, non in tenebris iniquitatis, sed in luce iustitiæ. Vbi vides mane, indicare lucem, & puritatem iudicii, quæ omnes tenebras illi oppositas fugare, & expellere possit, rectum siquidem iudicium nõ nisi plena luce, & claritate administrari potest In quam sententiam facit, quod Iudices, & Principes Romani ignem ante se deferebant, vt Alexan. scribit lib. 1. Genialium cap. 28. & confirmat Tiraquellus, vbi ex Herodot. plura refert. Idemque mos vigebat apud Persas, vt scribit Xenophon lib. 8. instituit. Cyri, Carthus. lib. 3. Procop. 1. belli Persici. Agat. lib. 8. hist. Amian. lib. 27. Videndusque erit Turnob. lib. 5 aduers c. 29. & in illud lib. 1. Horatij Satyr. 5. prunęque batyllum. Vnde & Dominus iudicaturus depictus à Daniel 7. n. 10 dicitur flãmas emittere: *Fluuius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius* & Ps. 40. n. 2. *Ignis in cõspectu eius exardescet.* Omnia siquidem ignis suis radijs illustrat, pãdit & manifestat, purumque proinde, clarum, & penetrans iudicium in hominibus exigit, in Deo vero denotat, qui iustissimus iudex est.

Sophon. 3. n. 5.

Hierem. 21. n. 12.

Possumus & dictum locum exponere ex simili apud Psal. 100. vbi Dauid ait. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Vbi notanda est vox Hebr. boker, significans matutinum tempus, apud Hebr. dicta ab exquirendo, vt significet inquisitionem, & discussionem causæ, & rerum præuiã dilucidationem, ita vt nihil obscurũ, aut opertum omiserit Dauid, aut cõmiserit, sed causæ agitationem, & perspectionem. Agell. ait. Inuidia criminis extincta, ne corrupto iudicio, vel fauore aut gratia, reus iudicium eluderet. Clarius ex Hebr. habet Vatabl. *Mature perdam omnes impios terræ*, vt sit alluſio ad immaturos, & acerbos fructus, qui gustum lædunt, & exacerbant, iudicium autem, orta iam luce, & prouecto die, exercitum nihil acerbitatis, iniquitatisue contineat. Sed audiamus Isidorum Pelus. lib. 1. epist. 321. vbi prædicta verba explicat in hunc modum. *In matutino interficiebã omnes peccatores terræ*, inquiens Psaltes, iustitiæ synceritatem, & integritatẽ, ac prudentiam declarat, nempe quod nec iracundia, nec temulentia eum ad cædem impellebat. Nam illa etsi hesterno die ipsius animum incitabat, per noctis longitudinem mitigabatur. Hæc rursus, etsi vespere ingẽs accesserat, per somnium tamen satis minuebatur, ac discutiebatur. Pura

Psal. 100. n. 8.

itaque atque integra, tum mane, tum mente aduersus eum, qui Deum sceleribus suis lacessebat, arma induebā. Sic ille ostendit quid sit in matutino exercere iustitiā, sicut dixit Dauid; quid iudicare mane iudicium, sicut dixit Hierem. Quid mane iudicium suum dare, sicut de Deo dixit Sophon. Nihil enim aliud denotat quā quod Moyses in præsenti inculcat, cum Deum iustum, & rectum prædicat; de quo mane, & de qua luce diuinæ iustitiæ videndus Procop. in c. 23. Exod. vbi ait. Iustitia Diuinum quiddam est, & syncerum, nec odio, vel gratia corrumpitur, quapropter eleganter dictum est, iudiciū Dei est, & iuste iustum sequeris &c.

Est optimus in hanc sententiā locus apud Greg. li. 32. moral. c. 7. ante med. vbi exponit illud Ierem. 25. n. 25. *Facta est terra coram in desolationem à facie iræ columbæ*, ait ergo Gregorius, scriptum est. *Tu Domine cum tranquillitate iudicas*. Sap. 12. n. 18. hinc Propheta ait: *Deserta facta est terra à facie iræ columbæ*. Columba namque valde simplex est animal: & quia in Deū nulla furoris inæqualitas serpit, furorem Domini iram columbæ nominauit. Vt enim diuinæ districtionis vim imperturbabilem demonstraret, & iram dixit, & columbæ, ac si apertius diceret: districtum iudicium inconcussus exerit, qui permanens mansuetus iniustos punit, &c. Denique thronus Saphirinus iudicanti Deo proponitur Ezech. 1. n. 26. vt materies conueniat, nam saphirus coloris est cælestis, qualis apparet in summa serenitate, cum nulla neque nubes, neque exhalatio interponitur, vt constat ex Exod. 24 n. 10 significatque diuinum iudicium nihil admixtum habere terrenę fęcis, aut passionis, sed totum cæleste esse, ac adeo incorruptum, & incontaminatum; vnde illud Chrysost. hom. 19. in Genes. iudicium diuinum depraua̅ri non potest. Et serm. de Cruce, & Latrone: Iudices, inquit, terreni seduci, vel corrumpi possunt: in supernis nihil tale. Iudex iustus est, & iudiciū eius tanquam lumen non habens tenebras, neque ignorantiam &c.

Vel etiā possumus iustū intelligere Deū in præsenti, quod iuste iudicet iuxta illud Deut. 16. *Iuste quod iustum est persequeris*, & ex iustitiæ amore, proposito fine optimo, proprio. s honore, iuris ordine seruato, absque personarum respectu, non prece, non pretio, non odio, vel amore inordinato, non metu. Ex amore iustitiæ, quia vt iam vidimus. iudicium diligit, quod constat ex lib. Iob vbi dicitur: *Nunquid qui non amat iudicium sanari potest? Et quomodo tu eum, qui iustus est, in tantū condemnas?* Vbi sermo est de iusto Deo, ibique Philippus presbyter ait. Manifestum est, quia is, qui iuste, & recte iudicare non diligit, neque sanare á vitijs, neque corrigere quenquam potest. quæ eadem verba habet Bed. sensusque est: qui non amat iudicium sanare non potest, propterea Deus sanat, quia diligit iudicium, & ex amore iustitiæ iudicat.

Hoc etiam dixit Rex Vates Psal. 44. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem*, vbi verbum diligendi in originali est ardens, & vehemens, affertque aliquid affectione plenum, à qua etiam voce dictum est apud Isaiam: *Ego Dominus diligens iudicium* Basil. quę citato loco Psalm. indicat dicto diligendi verbo significari non tam labore, & exercitatione partam dilectionem, quam insitam á natura iustitiæ affectionem, vnde additur: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ*, quod August. ad Christum refert dicens Propterea vt diligeres iustitiā, & odio prosequereris iniquitatem vnctus es: quo sensu videtur dictum illud Luc. 4. *Propter quod vnxit me, euā gelizare pauperibus* .i. ad eūm finem

Deut. 16. n. 20.

Iob. 39. n. 17.

Psal. 44. n. 8.

Isai. 61. n. 8.

Luc. 4. n. 18.

veritatis

veritatis, & sanctitatis docendæ, & iustitiæ seruandæ pauperibus vnctus sum. Is enim Deus, qui iustitiam diligit, quia iustus, & rectus est, adeo diligit iustitiam, vt pro illa seruanda, & docenda miserit Filium suum.

Sap. 1. n. 1. Neque vero satis iustissimo Deo fuit si iustitiam diligeret, nisi etiam, & Principes, ac Iudices voluerit dilectores esse iustitiæ, vt sic melius innotesceret qualiter Deus erga iustitiā afficeretur, vnde per Salomonem ait *Diligite iustitiam qui iudicatis terram*, quo loco verbū Grecū diligendi vehemēs est, & inculcat nō quomodolibet, sed toto animo sectandam iustitiā, quod etiam inculcasse videtur Christ⁹ Dominus quando dixit. *Matt. 5. n. 6.* *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam*, sic enim exponit Chrysost. hom. 6. ex varijs in Matth. in medio, vt dicta verba spectēt ad iudices, qui non quoquo modo debent iustitiam administrare, sed veluti qui sitiunt, & esuriunt. Nota, ait Chrysost. cum quanta hoc ponit excellentia, nō enim dixit, beati qui iustitiam vendicant, sed beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, ne simpliciter, sed omni studio ea obeamus: quoniā enim hoc auaritiæ præsertim proprium est; nec ita cibos cupimus, aut potus, aut plura possidere, & abūdare cupiditatē hanc ad hoc, ne nimiū quæramus trāsferre nos præcepit, &c. & Ber lib 3. de cōsid ait. Parum est iustitiam tenere, nisi etiam diligas: qui tenent, tenent, qui diligunt. zelantur: amator iustitiæ inquirit iustitiam, & prosequitur eam: porro omnem iniustitiam persequitur, &c Similia sunt quæ habet in lib Sententiarum in § 8. de quatuor gradibus, quibus distinguuntur omnium electorum status.

Num. 31. n. 2. Numer. in c. 31. ait Dominus ad Moysen: *Vlciscere de Madianitis, & colligeris ad populum tuum*, incongruum sane videri posset hoc præceptum ei, qui attenderet, quó dirigeretur á Deo, nam moriturus vltionem sumere iniquum potius probat animum, quam Deo placitum, cum moribūdi homines ad imitationem filij Dei in carne pro lædentibus supplicari potius debeant, quam vindictam sumere. quid igitur est quod Moyses iubetur vindictam sumere, vt deinde moriatur? Sed rem attente consideranti constabit Madianitas iram Domini prouocasse, & iustā vindictam commeruisse, proinde hoc opus à Deo iniungitur Moysi in vltimo vitæ termino, illi maxime placiturum, qui iustitiam diligit, & cuius vultus videt æquitatem. Vltimum hoc negotium, inquit Procop. Moysi Dominus iniunxit, iram enim Dei Madianitæ sibi conflauerant, &c. ac si nulla magis re Dei beneuolentiam promereri potuisset Moyses, quam si iustum supplicium iniquis infligeret, hoc enim pro coronide, & meritorum complemento Moysi iniungitur, quod placet maxime in oculis iusti, & recti Domini.

Ob iniurias illatas contra ius, & æquitatem Gabaonitis misit Dominus in Israel famem, quæ durauit tribus annis, & licet Dauid Gabaonitas rogauerit pro demittenda offensa dicens. *Quid faciam vobis, & quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hæreditati Domini?* Noluerunt remittere iniuriā pro pretio oblato, sed dixerunt *Virum qui attriuit nos, & oppressit inique, ita delere debemus, vt nec vnus residuus sit de stirpe eius in cunctis filijs Israel*, & petierunt septem filios Saúlis, vt crucifigerent eos Domino, vnde, & dicitur. *Crucifixerūt illos in mōte corā Domino*, id est, ad honorem Domini. Vbi Abul. in hoc sensu explicans prædicta verba, ait. Quando executio iustitię fit propter legem Dei in delinquentibus, Deus honoratur nimis in hoc, &c. honor autē ex eo pensari debet, quod Deus maxime diligat iudiciam, &

2. Reg. 21 n. 1.

Sup. n. 6.

iustitiam

iustitiam diligere honoratum facit Regem, sicut ex Theod. iam retulimus. Quemadmodũ autem ex amore iustitiæ prouenit, vt Deus delectetur, & honoretur in administratione iustitiæ, sic etiam vt maxime offendatur ex defectibus iustitiæ. 2. Reg. 21. vt diximus: facta est fames in diebus Dauid tribus annis iugiter. Quærit Abul. ibi q. 7. cur venerit in diebus Dauid, nam constat quod venerit propter Gabaonitas iniuste à Saule occisos: & putat ob culpam Dauidis accidisse, quo tempore ille regnabat. Dauid, inquit ille, sciebat istud. s. quod illi non audebãt petere satisfactionẽ, quia credebant, quod cum ipsi essent alienigenæ, & serui Hebræorum, si peterent vindictam contra posteros Saulis, qui erant de semine Regio, quod totus Israel subuerteret eos, & ideo Dauid cum esset Rex debebat ex officio suo illis prouidere, dando locũ ne timerent petere, & quia circa hoc fuit negligens, fames inflicta tempore suo super eum. Sic Abul. animaduersum à Deo putat propter omissionem iustitiæ. Sed iam propter commissionem iniustitiæ animaduersionem audiamus. Etenim contra iustitiam libẽter aures præbuit Dauid Sibæ prodenti Dominum suum Miphiboseth, insuper, & proditorẽ seruum temeraria, repentina, & iniusta liberalitate affecit, dicens 2. Reg. 16. *Tua sunt omnia, quæ fuerunt Miphiboseth*, cumque conquereretur Miphiboseth de iniqua, & falsa delatione, neque sic restituit Rex inique ablatum, sed tantum moderatione quadam vsus: *Tu*, inquit, *& Siba diuidite possessiones*, vbi Caietanus præcipitem, iniustumque appellat Dauidem, primo, quod Miphiboseth innocentem, & inauditum condemnarit. secundo, quod postea veritate cognita, & Sibæ proditione patefacta, adhuc tamen medietatem possessionis non restituerit, sed fixus in iniusta sententia dixerit. *Quid vltra loqueris? Fixum est quod locutus sum.* Quid vero illius iniquissimi iudicis similius dicentis. *Quod scripsi scripsi?* Adde etiam quod iniquum illum proditorem mẽdacissimum supplicio commerito nõ solum non affecit, sed familiarem præterea habuisse visus est ex 2. Reg 16. sed *Iustus Dominus, qui iustitias dilexit*, iuste propter hoc crimen iniustitiæ in diuidenda hæreditate innocentis Miphiboseth, diuisit Regnum Dauid in nepote, seu inter nepotem Dauidis Roboan, & Ieroboam. Ita Rabanus. Lyran. Hugo. Et videtur esse de mente Hierony. in trad. Hebr. 2. Reg. 16. cum ait. Pro eo, quod in hoc loco Dauid immemor fuit amicitiæ, & fœderis, imo, & iuramenti, quod habuit cum Ionatha & tam crudele dedit iudicium, dicens: Tu, & Siba diuidite agrum: idcirco Roboam, & Ieroboam diuiserunt eius Regnum. Clarius hoc dixit Brixian. ex sententia Hebræorũ his verbis. Respondit Dauid ipsi Miphiboseth dure, & plus æquo credulus fuit seruo Sibæ, qui impie traduxit Dominum suum apud Regem, & secundum Hebræos ob hanc iniquam sententiam, qua Dauid seruum Miphiboseth participem fecit omnium bonorum Domini sui, factum est, vt Regnum Dauid paulo post in duas scinderetur partes, & vna medietas traderetur seruo Roboam, nempe Ieroboam. Scio ego fundamentum hoc infringi à Pined. lib. 1. de rebus Salomonis c. 3. n. 13. sed satis firmatum est pro nostro instituto tantorum virorũ autoritate. Ostendit autem quomodo Deus odio habeat iniustas sententias, qui iustitias diligit, rectusque, & iustus merito à Moyse prædicatur.

Ioan. 19. n. 22.

2. Reg. 16. n. 4.

2. Reg. 16. n. 4.

Postularunt Filij Zebedæi contra iustitię normam precipua apud Christum Dominum loca, ipse vero ne ordinem iustitiæ inuerteret dixit. *Sedere*

Matth. 20. n. 24.

ad dextram, & sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo; vbi præter alios, qui pro nostro argumento præclare hunc locũ versant, Isidorus Peluſiota lib. 1. epist. 137. ait. Iustus ille mercedũ præpensor æquo, ac rationis eõsentaneo quodam iudicio absurditatem huiusmodi coercet. Non est, inquit, meum dare vobis, simpliciter postulantibus: verũ ijs, qui labore subierunt mercedem præbere: neque enim iusti Iudicis est sudores contemptui habere, ac segnibus & ignauis largiri. Sic ille iustitiæ ordinem á Christo obseruatum ostendit, qui neque precibus, neque consanguinitate, aliave ratione ducitur, quam ratione, veritate, & merito.

Similis profecto locus est ille apud Ioan. in c. 5. cum dixit idem Christus Seruator. *Non possum ego à me ipso facere quicquam; sicut audio, iudico, & iudicii meum verum est.* Scio huius loci expositionem petendam esse ex Aug. trac 20. 21. & 22. in Ioan & lib. contra ser. Arrianorum c. 27. Voluisseque Dominum asserere se esse iustum iudicẽ, atque etiam irreprehensibile esse ipsius iudicium, nõ minus quam sit iudicium Patris, quia. s. nihil iudicet. vel faciat nisi quod est secundum voluntatem, & sententiam Dei Patris, est enim metaphora in dictis verbis sumpta à discipulis, qui ea tantum faciunt, quæ, vel audiunt, vel discunt á magistro: ex quo plane consequens est quod sicut nemo potest reprehendere iudicium Dei Patris, ita neque iudicium Dei Filij; quemadmodum in rebus arte constantibus id, quod ad regulam factum est, non potest non esse rectissimum, fons autem bonitatis, seu iustitiæ natura Deitatis est, sicut hic ait Cyrillus. Sed ad nostrum institutum appositè satis explicat dicta verba Ambros. epist. 20. dicens Hoc loco quasi Iudex loquitur, vt cognoscamus homines in iudicando, quod non ex voluntate nostra, & potestate, sed ex æquitate debeamus formare sententiam. Constitue aliquem reum coargutum, & conuictum criminis. non astruentem defensionis genera, sed deprecantem, ac voluentem se ad genua Iudicis, respondet ei Iudex: non possum à me facere quicquam. Iustitia in iudicando, non potentia est in iudicando. Ego non iudico, sed facta tua de te iudicant, ipsa accusant, & ipsa te condemnant; legeste adiudicant, quas Iudex non conuerto, sed custodio. Nihil ex me ego profero, sed ex te forma iudicij in te procedit. Secundum quod audio, iudico, non secundum quod volo, & ideo iudicium meum verum est, quia non voluntati indulgeo, sed æquitati. Consideremus itaque quæ sit iudicandi religio. Dominus cæli, atque terrarum Iudex omnium dicit: *Non possum à me facere quicquam, sicut audio, & iudico*, & homo dicit Domino suo: *Nescis quoniã potestatem habeo dimittere te, & potestatem habeo crucifigere te?* Quare Dominus non potest? quia iudicium, inquit, meum verum est. Sic Ambros. ostendit quomodo verã iustitiæ normam iustus, & rectus Dominus seruauerit, & dilexerit, quibus similia habet ser. 20 in Psal. 118. qui locus refertur. 3. q 7. c. iudices. §. bonus: vbi liceat coniungere id, quod dixit Seneca lib. 1. de ira c. 16. in hunc modum. Itaque etsi peruersa iudicanda magistratui vestis, & conuocanda classico est concio: procedam in tribunal non furtus, nec infestus, sed vultu legis. Et paulò inferius. Quid sibi videtur lex irasci his, quos non nouit, quos non vidit, quos non futuros sperat! Illius itaque sumendus est animus, quæ nõ irascitur: sed constituit. Potest autem hoc in loco obseruari id argumentũ, quod Tertul. contra gentiles ostendebat Christianos homines voluntate

Ioan. 5. n. 30.

Ioan. 19. n. 10.

sua torqueri, & damnari. proindeque nemini gaudendum esse de tormentis præter eos, qui patiebantur, quando quidē ea eligebant, & pro voluntate sua adibant, nisi enim ipsi vellent Christi fidem profiteri, minime torquerentur, atque adeo eorum supplicia non spectabant ad potestatē iudicantium, sed ad voluntatem profitentium, etenim iudices ex se nequeunt quod volūt, si iuxta ius procedere debeant, sed dānati patiūtur quia volūt ea s. pro quibus torquentur. Sic ergo habet ille in Apologet. c. 49. De iniquitate sæuitiæ (s. erga Christianos) non modo cęcum hoc vulgus exultat, & insultat, sed, & quidam vestrum, quibus fauor vulgi de iniquitate captatur, gloriantur; quasi non totum, quod in nos potestis, nostrum sit arbitrium; certe si velim Christianus sum, tunc ergo me damnabis, si damnari velim. Quum vero quod in me potes nisi velim non potes, iam meæ voluntatis est quod potes, non tuæ potestatis. Proinde, & vulgus vanè de nostra vexatione gaudet, proinde & nostrum est gaudium, quod sibi vendicant, qui malumus damnari, quam á Deo excidere. Contrâ illi, qui nos oderunt dolere, nō gaudere debebant, consecutis nobis, quod elígimus. Sic ille ostendit quomodo in potestate damnati sit damna, & tormenta sustinere, non in potestate damnantis; vnde & Christus Dominus quia iustus, & rectus, dicebat á se nihil facere nisi iudicio, ratione & iustitia. Vbi recolendus venit Saluianus lib. 10. de prouidentia ad finem cū expendens id, quod refert sacer textus. 24. Leuit. á n. 10. quando, scilicet, filius mulieris Israelitidis quem peperit de Ægyptio blasphemauit nomen Domini, miserunt autem eum in carcerem, donec viderent quid iuberet Dominus: qui locutus est ad Moysen dicens. *Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt manus super caput eius, & lapidet eum vniuersus populus.* Ait ergo Saluian. Nunquid non præsens Dei est, manifestumque iudiciū, & prolata quasi iuxta humani examinis formam cælesti disceptatione sententia. Primum enim qui peccauerat comprehensus est. Secundo quasi ad tribunal ductus. Tertio accusatus, deinde in carcerem missus. Postremo cælestis iudicij autoritate punitus: porro autem non punitus tantum, sed punitus sub testimonio, vt damnare, scilicet, videretur eum iustitia, non potestas, &c. Ecce iustus Dominus nihil pro voluntate, aut potestate facit, sed pro iudicio, ratione, & æquitate.

Sed adhuc melius hoc innotescet ex eodem Tertull. lib de pænit. c. 2. vbi ex eo, quod Deus Iudex iustus, & rectus sit, cum probat debitorem tum male operanti vt puniat, tum recte agenti, vt remuneret; sicut autē ille, qui debitor alicui est, dum debitum soluit, non suam cēsetur numerare, & tradere pecuniam, sed alienam, ablatam, retentam, debitamve soluere, sic Iudex nihil ex arbitrio suo facit & voluntate sua exequitur, sed debitum tantummodo iustitiæ soluit, & ideo iuxta normam, numerum, & mensuram debiti debet persoluere, nō prout ipse voluerit. Bonum factum, inquit Tertull. Deum habet debitorem, sicut & malum, quia Iudex omnis remunerator est causæ. At cum Iudex Deus iustitiæ carissimæ sibi exigendæ, tuendæque præsideat, & in eam omnem summam disciplinæ suæ sanciat, dubitandum est, sicut in vniuersis actibus nostris, ita in pœnitentiæ quoque causa iustitiam Deo præstandam esse? Sic Tertul. probat Deū iudicem remuneratorem potius esse, quam simplicem datorem, hic enim liberam voluntatem suam pro norma largiendi habet; ille vero meritum, aut demeritum respicit, vt vel præ-

mio afficiat, vel supplicio.

Neque etiam omittendus Chrysost. cum explicat eadem verba tom. 3. hom 38. post medium. Vnde constat, inquit, quod iudiciū Christi iustū est? Quia, *non quæro voluntatem meam, sed eius, qui misit me, Patris.* Sicut enim homines, qui omni in se affectu liberi sunt de iniusto iudicio accusari nequeunt ita neque ego. Qui enim sui amore ducitur, non immerito suspectus est, ne ea gratia iustum transgrediatur, qui vero nullam sui ipsius curam habet, quid eum impedire potest, ne iustam ferat sententiam? Hac ratione in me vtimini. Animaduertis rationem vnde iudicium suum iustum confirmat, &c. quibus in verbis iustum Iudicem probat Chrysost. Filium Dei, quod nihil ex se, id est, pro voluntate sua iudicet, sed pro præcepto Patris, & pro veritate iudicij, ac iustitiæ regula.

Est etiam iustus Dominus, sicut superius diximus, quia non est apud illum acceptio personarum, qua de re nos plura diximus cum Iacobo c. 2. n. 1. ostenditque Iob cap. 34. vbi dicitur. *Non accipit personas Principum, nec cognouit tyrannum.* 70. *Neque nouit honorem ponere potentibus, admirari facies eorum, &c.* Est etiam optimus locus in cap. 1. Deuteronom. vbi Deus ait. *Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis vt magnum: nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est.* Vbi vides rationem reddi cur in iudicio exercendo acceptio personarum nullatenus esset admittenda, quia, scilicet, iudicium Dei est, qui personarum acceptor, exceptorue minime est, vnde & qui in hac parte defuerunt officio acriter reprehenduntur, vt videre est 1. Reg. 8. in filijs Isai. & Isai. in cap 1. & cap. 5. & cap. 10. & sæpe alibi. Videndusque erit Hieronymus in cap. 7. Daniel. vbi visionem illam contentam Apoc. 1. exponit. Vetus, inquit, dicrum ille, qui apud Ionam in throno sedet, quod capilli eius lanæ mundissimæ comparantur, purum ostenditur, syncerumque iudicium, & nullam personam in iudicando recipiens: senex quoq; describitur, vt maturitas comprobetur sententiæ, &c. quibus habet similia idem Hieronymus ad illa verba Ezec. *Cum fuerit controuersia* (Septuaginta habent, sanguinis) *stabunt in iudicijs meis.* Ait ergo Hieronymus. Stabunt Sacerdotes, non vt iudicent secundum honorem, nec accipiant personam pauperis, siue diuitis in iudicio: sed stent in iudicijs Dei, & recordentur illius, Psalm. 81. *Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.* Deos appellans, qui habent iudicandi de hominibus potestatē qui in quo iudicio iudicauerint, iudicabitur de eis. Ita Hieronymus ostendit Dei iudicium rectum, & sine acceptione personarum, quale præcipit fieri á Iudicibus, qui eundem imitari tenentur. Prosequitur hoc argumentum Saluian. lib 1. de prouident. ad finem, in supplicio á Deo illato Aaroni, & Mariæ. Maria, inquit, contra Moysen loquitur, nec punitur tantum, sed more iudicij punitur. Primùm ad iudicium vocatur, deinde arguitur, tertio verberatur. In lepra autem patitur piaculum criminis; quanuis coercio istiusmodi non Mariam tantum, sed Aaronem humiliauit, quia etsi deformari lepra summum Antistitem non oportuit, & ipsum tamen Domini castigatio flagellauit: nec solum hac in pœna, quam Maria patitur, Aaron etiam quasi culpæ particeps coercetur. Maria enim supplicio afficitur, vt Aaron confusione muretur. Porro autem, vt inexorabilē in quibusdam agnoscceremus formam diuini esse iudicij, ne illius

Apoc. 1. n. 14.

Ezec. 44 n. 24.

Psal. 81. n. 1.

Num. 12. n. 1.

Iob. 34. n. 19.

Deut. 1. n. 17.

1. Reg. 8. n. 3.

Isai. 1. n. 17. & c. 5 n. 23. & c. 10. n. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem interceſſu, qui læſus fuerat, indulſit, &c. vbi oſtendit Deum in flexibilem adeo, vt nec etiam intercedente Moyſe, qui iniuriam paſſus fuerat, voluerit Deus placari.

Vbi iam vides non ſolum non accipere perſonas hominum, ſed nec etiam prece aliquando flecti, ſicut neque miſeria, paupertateue, vnde & ita exerceri iudicium mandauit in Exodo: *Pauperis*, inquit, *non miſereberis in iudicio, &c.* vbi Procopius ait. Opus eſt ſapientia ad diſcernendum iuſtum, nec temere, & importune decurrendum ad miſericordiam. Et Auguſtinus ad eundē locum quæſt. 88. tom. 4. *Pauperis non miſereberis in iudicio.* Niſi addidiſſet in iudicio, magna eſſet quæſtio, ſed intelligendum eſſet, etiamſi ſcriptum non eſſet, ſed cum additum eſt, nulla quæſtio eſt hoc eſſe præceptum: ne forte cum iudicamus, videamus iuſtitiam eſſe pro diuite contra pauperem, & nobis recte facere videamur, ſi contra iuſtitiam pauperi faueamus cauſa miſericordiæ. Bona eſt ergo miſericordia, ſed non debet eſſe contra iudicium. Iudicium ſane illud appellat Scriptura, quod iuſtum eſt. Et Iſidorus Peluſiot. lib. 2. epiſt. 250. expendens dicta verba Exod. ait. Propterea his verbis vſus eſt, in iudicio non miſereberis pauperis, etenim ipſius quidem miſericordia affici conuenit, at non cum litigat, ſed cum obſecrat. Si autem preces in accuſationem vertat, iuſtitia miſericordiæ anteponenda eſt, neque enim ius corrumpi iuſtum eſt.

Exod. 23. n. 3.

Præclarum denique hac in re habemus exemplum in morte Moyſis, quem Deus occidit propter incredulitatem, qua laboraverat circa aquam eliciendam de petra, quantumuis cum Moyſe ore ad os loqueretur, imo & ipſum etiam poſt mortem appellauerit ſeruum ſuum. *Moyſes*, inquit, *ſeruus meus mortuus eſt*: quo titulo ſæpe in Scriptura nominatur, & de quo loquens Hieronymus initio epiſt. ad Tit. ait. Abſit vt ſpiritū ſeruitutis Moyſen in timore, & non in dilectione habuiſſe credamus, nec mirum quamuis ſanctos homines, tamen Dei ſeruos, nobiliter appellari cum per Iſaiam Prophetam Pater loquitur ad Filium: *Magnum eſt tibi vocari Filium meum*. Puer autem, quia poteſt ſecundum Græcos, & famulum, & filium ſignificare, in Hebræo quæſiuimus, & inuenimus non Filium meum ſcriptum eſſe, ſed ſeruum meum. Et Theodoretus in hiſtoria Patrum cap. 4. ait. Fidelis Dei ſeruus Martianus, ſufficit enim hoc dicere, cum etiam magnū Moyſen hoc nomine honorarit Deus. Et quod magis eſt, quod Paulus fidelem in domo Dei dixit Moyſen. Auguſtinus vero 22. contra Fauſt. cap. 69. Fideliſsimum legit, vt de eo addit ibi in medio. Hunc Moyſen famulum Dei humilem in recuſando tam magnum miniſterium: ſubditum in ſuſcipiendo, fidelem in ſeruando, ſtrenuum in exequendo, in regendo populum vigilantem, in corrigendo vehementem, in amando ardentem, in ſuſtinendo patientem, qui pro eis, quibus præfuit, ſe interpoſuit conſulenti, oppoſuit irascenti, &c. Neque omittendus Caietanus ad citatum locum Ioſue, cum ait Hoc, *ſeruus meus*, Epiteton Moyſis, quo Deus ipſe teſtatur placuiſſe ſibi officia Moyſis. Cum ergo talis, ac tantus apud Deū fuerit Moyſes, quid eſt quod fidelem, & ſibi vſque adeo placentem ſeruum inflexibili iudicio, & ineuitabili morte percurit? Id ſane iuſtitiæ ſatisfaciens præſtitit, attamen dilectionem minime depoſuit, ſicut proſequitur Auguſtinus lib. 16. contra Fauſt. c. 16. & quæſt. 1. in Ioſue vbi ait. Quanuis in eo illa vindicta completa

Num. 20. n. 10.

Ioſue. 1. n. 2.

Heb. 3. n. 2.

ſit, ne terram promiſsionis intraret, ex quo datur intelligi Dominum etiam bonis ſeruis ſuis in aliquo ſuccenſentem, & temporaliter vendicare, & tamē in eorum habere numero, qui ſunt in domo eius vaſa in honore, vtilia Domino, quibus daturus eſt promiſſa ſanctorum, &c. Enim vero Deus, qui perſonarum acceptor minime eſt, quantumuis diligat ſeruos ſuos præ dilectione à rectitudine non diſcedit, proindeque, & dilectos punit, & ſibi admodum acceptos alias reſtatur.

Simile quid oſtendit Caſsian. collat. 22. c. 13. poſt princ. in Apoſtolo Petro, qui cum à Domino commendaretur dicens: *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt*, in eum poſtea inuectus, cum oportuit, Sathanam appellauit. Quid hac dominica laude, inquit ille, præclarius? Quid hac poteſtate, ac beatitudine poteſt eſſe ſublimius? Et tamen poſt paululum, cum ignorans myſterium paſsionis, tantæ vtilitati humani generis neſcius obuiaret dicens: *Abſit à te Domine non erit tibi hoc*, meretur audire: *Vade poſt me Sathanas*, &c. etenim qui ſuis nouit dilectionem, & fauorem impertiri, neſcit, cum iuſtitia exigat, indulgere, & immunē à ſupplicio contra fas eximere.

Matth. 16. n. 17.

Illud tamen hoc in loco aduertendum eſt, quod etiam ſi Deus, quatenus Iudex eſt, prece, aut miſericordia minime deuiet à iuſtitię rectitudine, cum ſit iuſtus, & rectus, ſemper tamen illius iuſtitiam miſericordia comitatur, ſicut alias diximus latius, nam iuxta Clem. Alex. 6. ſtromat bona eſt Dei iuſtitia, cui ſuffragatur Ber. epiſt. 257. cum ait. Honor maieſtatis iudicium diligit, ſed abſit vt ad prætudicium manſuetudinis. Videndusque erit Aug. in Pſam. 88. vbi miſericordiam, & veritatem, ſeu iuſtitiam in Deo recte cohærere oſtendit, & tandem infert: non tibi tollat veritas miſericordiam, &c.

Eſt inſuper iuſtus, & rectus Deus, quia nec fletu flectitur, nec pretio corrumpitur, quod oſtendimus ex illo loco apud Iſai. vbi loquens diuinum Oraculum de iuſta puniti-one ventura ſuper Babylonem inter cætera ait. *Pretioſior erit vir auro, & homo mundo obrizo*; licet autem ſenſum huius loci videatur attigiſſe Hieronym. & eum ſequutus Forer. tamen ad rem noſtram Sanct. acute exponit dicens. Tanta erit Dei indignatio in populum illum, vt nullius auro, aut quolibet pretio viam redimat, quia Dei furor homines perit, non aurum, quo interdum hominum furor lenirī ſolet, &c. Iam verō id quod lenitur, facile quo velis inflectitur, qua de re importunæ audiuntur querelæ, at iuſtitia Dei talis, & tam recta eſt, vt neque prece, neque pretio declinet à iuſto tramite, aut in iniuſtum inflectatur.

Iſai. 13. n. 12.

Hinc eſt quod in libr. Numer. dicitur: *Non accipies pretium ab eo qui reus eſt ſanguinis*. Pagninus, & Regia habent, *qui eſt impius*; in Hebræo vero pro pretio habetur, *copher*, quod ſignificat lenitionem, ſeu opertionem, quorū vtrunque myſterio in præſenti minime carere arbitror, lenitio ſiquidē videtur continere alluſionem ad ea, quæ rigida, dura, & recta ſunt, quæ ſi ſæpius, ac diu liniantur, & vngantur facile emolliuntur, & ad inflexionem diſponuntur. Vocatur proinde pretium, pecunia, largitiove linitio, eis enim veluti linita iuſtitia quandoquidem à rectitudine incuruata deficit, & in quam partem manus dantis inclinant, inflectitur. Dicitur inſuper pecunia, ſeu pretium operculum, ſeu o-

Matth. 16. n. 22.

Num. 35. n. 31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertio, quia ſicut ibi notauit Oleaſt. pecunia operit homicidium ne videatur ad puniendum, qua in re videtur munus charitatis pecunia vſurpaſſe, illa ſiquidem operit multitudinem peccatorum, præmiſſa tamen pœnitentia, at pecunia operit, vt impunita remanendo, in peius ſcelera protegantur, vnde Tertul. 4. contra Marc c 33. dixit, iniuſtitiæ autorem nummum ſcimus omnes.

Deut.16. n.19. Facit etiam pro præſenti argumento locus Deuteronomij vbi dicitur: *Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos cupiẽtum, & mutant verba iuſtorum, iuſte quod iuſtum eſt perſequeris*, vbi Caietanus acute pariter, & docte aduertit Iudices dici hoc in loco ſapientes, & iuſtos, quorum alterum perfectionem indicat intelligentiæ, alterum volũtatis, vtrique tamen opponitur, & vtrumque corrumpit pecunia, munuſue. Ait ergo Caietanus: Perpende vim munerum contra vtramque partem animi, intellectum. ſ. & affectũ, & quod amplius eſt intellectum perfectum ſapientia, & affectum præditum iuſtitia. Si enim ſapientes, & iuſti mutãtur ex muneribus, quis Iudex, ſeu Princeps poteſt tute accipere munera, & magni pende hanc ſentẽtiam non eſſe Moyſis, ſed Dei, cui nota ſunt corda hominum, qui ſcit inſtabilitatem animi humani etiã virtute prædiți. Sic ille, qui pro eo, quod nos habemus, *Quia munera mutant verba Iuſtorum*, ex Hebræo legit, *torquens verba*. Videturque mihi alluſio ad torturam, qua aliquando in tantum premuntur homines, vt illius metu, falſa multoties pro veris cogantur proferre. Inſtar igitur pœnalis torturæ munera Iuſtos pro verbis torquent, vt, ſcilicet, ſententiam contra ius, faſque pronuntient, falſa pro veris approbent, & nocentem abſoluant, ac innocentem damnent. Pagninus legit, *deſtruunt*. 70. *auferunt verba iuſtorum*. Ille oſtendit quo tandem corruat fundamentum iuſtitiæ, iſti vero ſignificant munera auferre verba iuſtitiæ ab ore iudicis, vt in eo minime inueniantur, & fortaſsis non tantum auferũt verba iuſtitiæ, ſed loco illorum, verba iniuſtitiæ ponunt, vt pro ea iudicet, & proferat, illi faueat, & patrocinetur.

Quanuis autem recte ſe habeant hæc omnia, clarius adhuc pro noſtro inſtituto id videtur attigiſſe vox Hebræa; etenim verbum, *ſalaph*, quod hic habetur ſignificat peruertere, deflectere, & declinare, vt patet ex illo loco Prouerb. *Stultitia hominis te ſaleph*, id eſt, peruertet viam eius, vbi iuxta Hebr. habetur apud Caietanum. *Stultitia hominis torquebit viam eius*, ſic vero exponit: vide quo progreditur ſtultitia hominis, primum torquet à recto itinere viam eius. Et Oleaſter ad dictum locum Deuter. exiſtimat dictum verbum ſignificare alio diuertere facere, quam rectum ſit. Eſt igitur ſenſus, quod munera diuertunt verba, ne recto gradiantur, & iuxta normam iuſtitiæ, ſicut verba Dei qui cum ſit iuſtus, & rectus, à recto minime deflectit, & cũ bonorũ noſtrorũ minime indigeat, à iuſtitia non auertitur, quia vero ſcit quid ſit in homine, ideo monet eijcienda munera, quæ torquent, & inuertunt verba iuſtorum. Ideoque additur: *Iuſte quod iuſtum eſt perſequeris*: ad imitationem, ſcilicet, Dei, qui iuſtus, & rectus eſt, neque tantummodo iuſtitiam adminiſtrat, ſed iuſte; qui enim iuſtitiam facit, malo aliquo fine ductus, iuſtitiã quidem adminiſtrat. ſed non recte, vnde à iuſtitia poterit alioqui denominari iuſtus, non tamen rectus ſicuti Deꝰ, qui rectus & iuſtus eſt & dicitur. Ideoq; Greg 10. moral. c. 19 ad prædicta verba

Prou. 19. n 3.

ta verba ait: In uſte quod iuſtũ eſt exequitur qui ad defenſionem iuſtitiæ non virtutis æmulatione, ſed amore præmij temporalis excitatur, & iuſtitiam, quã prætendit, vendere non veretur. Iuſte ergo iuſtum exequi, eſt in aſſertione iuſtitiæ ipſam iuſtitiam quærere. Similia habet Theodoretus ibi quæſt. 16. cum ait. Quid iuſte perſequeris quod iuſtum eſt? Iuxta viri iuſti intentionem, inquit, nõ ob vanam gloriam, neque propter humanum aliquod emolumentũ, &c vnde Iuuenalis ſatyr. 8.

Reſpice quid moneant leges, quid curia mãdet.

Et Cornelius Tacit lib. 5. annalium: neque vrendum imperio, vbi legibus agi poteſt. Quo etiam ſenſu Cic. epiſt. 1. ad Q Fratrem dixit. Varietur gratia, ſed conſeruetur æqualitas. Videndus Ammianus Marcellinus lib 30. vbi inter alia ait. Cum recte procedunt iudicia, delubra ſunt æquitatis; cum deprauata, foueę fallaces, & cæcę; in quas ſi captus ceciderit quiſquã, non niſi per multa exſiliet luſtra, aduſque ipſas medullas exuctus eſt, &c. Archidamus Zeuxidami filius, teſte Plutar. in inſtitut. Laconic. Roganti qui nam eſſent Spartanæ ciuitatis Præfecti Leges inquit, ac legitimi Magiſtratus. Grauiter vtique cenſuit in Rep. bene inſtituta ſupremam autoritatẽ eſſe legibus deferendam; nec vlli Magiſtratui fas eſſe quidquam cõtra leges, ex proprio cõſilio, paſsioneue tẽtare, aut exequi. Solon item, teſte Stobæo ſer. 41. percũctatus quo pacto ſalua eſſet Reſp reſpondit: Si ciues quidem Magiſtratui obediant Magiſtratus autem legibus: ſenſit ſane vir ſapientiſsimus eam demum ciuitatem cõſeruari, vbi Magiſtratus recta præſcribit, & vtilia, & coniũcta cum legibus. Vt enim Magiſtratui leges (aiebat Cic. 3. de legibus) ita populo præſunt Magiſtratus. Vereque dici poteſt Magiſtratum legem eſſe loquentem, legẽ autẽ mutum Magiſtratũ, &c. aliter qui non ex norma iuſtitiæ iudicat, quantumuis iuſtitiã aſſerat, iniuſte ſane operabitur.

Hanc ipſam á vero iuſtitiæ tramite deflexionem aſſeruit Iob cum à nequitia iudicij ſe purgans ait: *Si declinauit greſſus meus de vita, & ſi ſecutum eſt oculos meos cor meum, & ſi in manibus meis adhæſit macula.* Vbi ea recenſet, & reijcit á ſe, quæ homines á iuſtitia detorquent, & à rectitudine iudicij declinant; vnde & Gregorius ibi ait: Toties greſſus de via declinat, quoties noſtra cogitatio iter rectitudinis per conſenſum reliquit erroris, &c. Hoc autem facile euenit ſi cor ſequatur, & deſideret ea, quæ ſibi offerri conſpicit *Et ſi in manibus meis adhæſit macula.* Quæ verba expendens Hieronymus in cap. 15. Iob, ad finem ait. De muneribus loquebatur: imo & Septuaginta hoc aperte reſtringunt ad dona, quibus Iudicis, Principiſue animus corrumpitur, & à recto deuiat, nam legunt: *Si in manibus meis tetigi dona*, vbi notanda venit dicta verſio, & conferenda cum noſtra, quæ per verbum adhærendi, & per nomen maculæ loquitur, quaſi is, qui tangit munera, illis neceſſario adhæreat, manuſque tangentis adhærendo propendeant, & inclinentur in quam partem munera vergunt, inſuper & notandum, quod ad inurendam maculam, & notam iniuſtitiæ, vel minimus tactus munerum ſufficiat, & cum manus ſignificet operationem, non poterit non eſſe iniqua, & obliqua ea manus, quæ munera tangit; vnde & Abrahamus oblata etiam recuſauit, quãquã nõ veluti Iudici oblata, timẽs ex alienis contagium, ſicut ibi notauit Ambroſius, quanto maius Iudici adhærebit, ſi illi pro iniuſtitia

Iob. 31. n.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

munus adhæserit? Hinc sapienter fratrem suum Flaminium Platum Cardinalem monebat Hieronymus Platus lib. de Card. dignit. & officio c. 11. vt manus ab accipiendo intactas seruaret. Non quidem, quod omnia, inquit, respuenda, id enim nimis fortasse durum videretur: sed cum apparet, eó dona tendere, vt animam deliniãt, eoque inclinent, quò non decet, tum vero constantissime repudianda sunt, etiamsi auri montes offerantur. In quo genere egregium sane factum, omnique dignum memoria, semperque imitandũ est illud Martini Cardinalis, & D. Bernardo familiaris, quod ab ipso Bernardo descriptum lib. 4. de considerat. ipsis eius verbis hic ponã. Is, inquit, Cardinalis præsbyter, functus aliquando legatione in Dacia, tam pauper remeauit, vt pæne expensis, & equis deficientibus, vix peruenire Florẽtiam: ibi Episcopus loci donauit ei equum, quo Pisas vsque, vbi eramus tunc, peruectus est. Postridie, credo, sequutus Episcopus (erat enim illi causa cum aduersario, & agendi aderat dies) cæpit requirere suffragia amicorum. Cumque per singulos solicitaretur, ventũ est ad Martinum. Fiducia erat maior in illo, qui non posset immemor esse recentis beneficij. Tum Martinus. Decepisti, inquit, me; nesciebam tibi imminere negotium. Tolle equum tuum: ecce in stabulo est; & in eadem hora resignauit illi. Ita Bernardus nobis refugientem munera proposuit iudicem. Illa enim peruertunt iudicium, sicut de filijs Samuelis dicitur 1. Reg. 8. 3. *Declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium.* Vbi Gregorius ait. Notandum, quia ardor auaritiæ causa est accipiendorum munerum, & acceptio munerũ, causa est peruertendi iudicij.

1. Reg. 8. n. 3.

Non omittendus hoc in loco ille, quando Iacob dixit: *Placabo illum muneribus, forsitan propitiabitur mihi*; vbi Martin. Delrio explicat illud, forsitã, vt idem valeat atque, vtique, siue certe, sicut illud Christi Domini: *Si me sciretis forsitan, & Patrem meum sciretis*, id est, certe sciretis Patrem meum, tã certum namque, vsitatumque iam pridem in mundo est homines placari muneribus, vt contingat etiam huiusmodi placatio apud eos, qui de offensis dolere solent, possunt, aut debent. Quid ergo fiet apud Iudices, quando & læsus in primogenituræ ablatione, & spoliatus paterna benedictione muneribus placandus proponitur? Ideo Cic. 2. offic. ait. Nullum vitium tetrius, quam auaritia, præsertim in principibus, & Remp. gubernãtibus; habere enim quęstui Remp. non solum turpe est, sed etiam scelleratum, & nefarium. Caput est in omni negotij procuratione, & muneris publici, vt auaritiæ pellatur etiã minima suspicio, &c. pessimum namque est eo infelicitatis deuenire iustitiã, vt iniusti, & nequam, immunes pro muneribus euadant, & possit verum habere id, quod de innominato Poeta dixit Saluian. lib. 7. de prouidentia post princip.

Gen. 32. n. 20.

Ioan. 8 n. 19.

Sparsis redimerunt crimina nummis.

Vnde Plin. in præfat. laudat nobilem illam Marc Cic. sententiam. O te felicem M. Porci, à quo rem improbam petere nemo auderet. Clarius Iuuenalis Satyra 14.

Sed quæ reuerentia legum,
Quis metus, aut pudor est vnquam properantis auari?

Et Plut. in polit. ait futurum perfidũ consiliarium iudicem irreligiosum quæstui, & muneribus obnoxium. Et Sophocles Antig.

Etenim nihil hominibus perinde noxium:
Euertit vrbes proprijs è sedibus,
Domoque ciues excutit; docet animos
Mutat bonos, & se ad malas res adplicant:
Fallacias quasuis struere quibuslibet,

In rebus omnibus agere impie.

E cõtra vero nobis optimum descripsit iudicem Cornel. Tacit. lib 4. annalium in Heluidio Prisco, de quo ait Is cunctis vitæ officijs æquabilis erat, opum contemptor, recti peruicax, cõstans aduersus metus. Optimeque in hanc sententiam dixit Lactãtius Firmian. lib. 1. diuinarum institut. A quibus abest studium lucri, abest etiã voluntas peccandi, & causa fallendi. Denique sicut dixit Salustius ad Cæsar. Neque aliter priuata res, neque publica neque domi, neque militiæ regi potest. Et in Catilin. ait idem Salust. Fidem, probitatem, cæteraque artes subuertit auarus; pro his superbiam crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere docet. Quid vero dicendum de ijs, qui non solum petere, sed & patrare audent nequissima potentia pecuniæ freti; est enim, qualẽ depingit Chrysologus serm. 126. ad med. Mamona, id est, pecunia imperat Gentibus, iubet Regnis, bella mãdat, comparat bellatores, sanguinem vendit agit mortes, prodit patrias, vrbes destruit, subdit populos, arces vrget, vexat situs, foro præsidet, ius delet, fas, nefasque confundit, & ad mortes vsque tendendo, fidem tentat, violat veritatem, famam carpit, honestatem dissipat, soluit affectus, innocentiam tollit pietatem sepelit, necessitudinem scindit, amicitiam subruit & quid plura, hoc est mamona dominus iniquitatis qui inique humanis & corporibus dominatur, & mẽtibus, &c. quibus iungenda sunt quæ clarius in hanc rem dixit Euseb. Emiss. hom. 4. de Epiph. ad med. Argento, & auro appetitur veritas, expugnatur integritas, iustitia vincitur, innocentia proditur, pietas, fidesque violatur &c. quæ omnia vera esse vtinam, tot quotidie multiplicatis testibus, nõ tã comprobaretur, quam perspiceretur. Refert D. August. epist. 5. ad Marcellinum longe ante finem id, quod olim de Roma dicebatur. O vrbem venalem, & mature perituram si emptorẽ inuenerit. Gen. 23. Empturus Abraham agrum ait. *Dabo pecuniam pro agro*, nolebat Abraham agrum gratis habere, sed emere iusto pretio; quia hoc est animi honesti, liberalis, & iusti. Certant enim iusti inter se liberalitate, sicut auari certant parsimonia. Narrat itẽ Ælianus Alcibiadẽ Socrati præceptori lautissima munera remisisse: ea Socrates magno animo recusauit. Xantippe vxore plurimum instante: sua est Alcibiadi, inquit, nobis etiam nostra sit ambitio. Alcibiades dando, Socrates non accipiendo suã ostendit liberalitatem.

Gen. 23. n. 13.

Quærit Abul. q. 3. in 2. Reg. 16. cur tam credulus extiterit Dauid Sibæ proponenti mendacium incredibile ei, qui Miphiboseth indolem agnosceret, & debilem pedibus sciret, cui Dauid restituerat omnes agros Saul, & posuerat ad mensam suam semper, quasi vnum de filijs suis, de hoc ergo dixit Siba ipsius seruus ad Dauid: *Remansit in Hierusalẽ dicens, hodie restituet mihi domus Israel Regnum Patris mei.* Quis enim tale crederet de debili homine, præstantissimo genere, beneficijs vsquequaque deuincto, quibus se gratissimum semper exhibuerat, & quod tale machinatus fuerit Hierosolymis, quo tempore Absalon potentissimus ibi aderat. Respondet igitur Abul. dicens: Dauid credidit hoc, & ratio persuasionis fuit, quia Dauid audiuit, & vidit munera, & credidit verum esse, &c. si vero inquiras quæ nam fuerint munera allata à Siba, ait sacer tex: *Apparuit Siba in occursum eius cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ passæ, & centum massis palatharum, & duobus vtribus vini*; hęc igitur tam parua munera omnibus possessionibus Miphiboseth præponderant, & animum Re-

2. Reg. 9. n. 4.

2. Reg. 9. n. 7.

2. Reg. 16 n. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis deprimunt, vt contra ius, fasque sententiam ferat, & fidem mendacio præbeat; vbi etiam obseruandũ, quod acute notauit Abul q 4 ibi, cum ait, adeo astutum fuisse Sibam, vt non statim à principio proposuerit accusationem aduersus Dominum suum, sed post oblationem munerum, quando iam eis veluti dispositionibus prę uijs, pronus erat Dauid ad audiendã calumniam, ad credendũ mendacio, & ad concedendum illi bona, quæ ipse optabat, &c. munera siquidem facile conuertunt, & inflectunt iudicis, ac Principis animũ, nisi ille instar virgæ ferreæ, ferreus etiam sit, ne facile incuruetur, quod bene prosequitur Basil. in Psalm.14 ad illa verba. n. 4. *Ad nihilum deductus est in conspectu eius maligni*, vbi ita ait. Magno prorsus, ac præstanti animo opus, & qui in nullã se sinat deflecti partem humanarum rerum, & qui virili fortitudine præditus ad summum iam peruaserit iustitiæ habitum, suum ius vt cuique pro dignitate dispertiatur, ac distribuat, & maligne agentes nouerit ad nihilũ deducere, quantolibet magistratu isti polleant, quantislibet differti opibus se venditent, sint licet generis claritudine conspicui, atque illustres quãlibet sui nominis splendorem sustollant, ac celebrent, tantum si in his deprehendatur vlla vitæ malignitas, hos inquam ad nihilum deducere, hoc est, ne tantilli quidem æstimare, excelsi est prorsus, ac præstantis animi, contra vero timentes Dominũ, vt hi pauperes sint, attollere. Eiusdem namque bene institutæ mentis fuerit, & á gente iniqua quamuis clarum, ac potentem nihili pendere, & timentem Dominum glorificare; quanuis tenuem, ac pauperem, & despicabilis vitæ, nec quidquam externorum possidentem, quę nos inuitent ad illius commendationem, &c.

In tantum autem verum est quod munera, ac dona illò deducunt pondus iustitiæ, quó voluerit is, qui offert, vt apud lib. Iob dicat Eliu: *Non te superet ira vt aliquem opprimat; nec multitudo donorum inclinet te*, vbi Hieronymus ait: Docetur ab Eliu vir patientiæ, & integritatis virtute fortissimus, optimus Iudex est, qui his pessimis iracundia, & cupiditate, duobus vitijs non tenetur, &c. Notandum vero maxime est verbum, inclinet; alludit enim ad id, quod in bilance contingit, vbi si in vna statera quid grauius apponatur, eam deprimit; alteram vero sursum eleuat, sic & munera Iudicem inclinant, & deducunt, vt eò propendeat iudicio, & sententia, quó data inclinant; ab hoc enim verbo in Prouerbijs dicitur: *Non declines ad dextram, neque ad sinistram*; & de prauis etiam iudicibus dicitur: *Declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & prætulerunt iudicium*. Opus igitur est recto Iudici, vt cum illis rectis aggregetur, de quibus dicitur, *recti diligunt te*: quod bene explicauit Alanus dicens: qui non incuruantur, sed diriguntur: æqua etiam libri pende, vt pro æquitate, non pro iniquitate appenso munere, deprimat, eleuetue Iudicis mentem, neque respiciat data, sed probata, non iniquitatem, sed æquitatem, nõ aliorũ munera, sed proprium iustitiæ munus, & officium.

Est igitur Deus Iustus, & Rectus, quia neque prece, neque pretio flectitur, vnde, & quia munera execratur voluit suos Iudices eadem abominari, in quam sententiã bene deducit Hieronym: Ezech. in c. 52. illud, quod Christus Dominus iniunxit discipulis suis, vt in quancumque ingrederẽtur ciuitatẽ, & nõ suscepissent eos, excuterent puluerem pedum suorum, vt per huiusmodi excutionem protestarentur nihil ab incolis dictarum ci

Iob.36. n.18.

Prou.4. n.27.

Cant.1. n.4.

Matt.10. n.14. Marc.6. n.11.

uitatum

uitatum accepisse muneris, donive, quo veluti puluere rationis, & Iudicij oculus peruerti posset.

Est insuper Iustus, & Rectus Dominus, quia neque odio, neque amore ducitur, imo hoc ipsi summopere displicere restatur. Scitũ vtique est Semei maledictionem pessimam in Dauidem coniecisse, de qua quid Rabbini dicant, ponit Hierony. in tradit 3. Reg 2. & Pined. de rebus Salom. lib. 6. c 14. § 4. Cõstat autem ex Scriptura 2. Reg. c. 6. 7. & 8. vbi accurate describitur. Ita loquebatur Semei cum malediceret Regi: *Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinẽ domus Saul, &c.* &. n. 13. mittens lapides aduersus eum, terramque spargens, vbi cum. 70. & Hebræa dicant, puluerẽ, Theodoret. q. 32. cænum iecisse in Dauidẽ interpretatur. Graue vtique crimen, & iniuria, quæ maxime pupugit Dauidem, vnde, & moribundus Salomoni iniunxit. *Habes apud te Semei: tu noli pati eum esse innoxium; vir autem sapiens es, vt scias quæ facias ei, deduceſque canos eius cum sanguine ad inferos.* Abstinuit tamen, & Pater, & filius á supplicio donec aperte constaret, neque à furore, odio, amarove zelo vindictæ proueniſſe. Misit igitur Rex, & vocauit Semei, dixitque eì. *Ædifica tibi domum in Hierusalem, & habita ibi, & non egredieris inde huc, atque illuc, quacunque autẽ die egressus fueris, & transieris torrentem Cedron, scito quod sanguis tuus erit super caput tuum, dixitque Semei Regi.* Bonus sermo. Addit vero Iosephus Regem nõ contentum interminatione, iure iurando hominem ad id mandatum seruandum adegisse. Factum est autẽ post annos tres, vt fugerent serui Semei ad Achis Regem Geth: nuntiatumque est Semei quod serui eius iuissent in Geth iuit illo Semei, idque renunciatum Salomoni, qui redeuntem ad se vocauit dixitque illi. *Non*

1. Reg. 6. n. 12.

3. Reg. 2. n. 8.

ne testificatus sum tibi per Dominum, & prædixi tibi: quacunque die egressus ieris huc, & illuc, scito te esse moriturum? & respondisti mihi: Bonus sermo, quem audiui. Quare ergo non custodisti iusiurandum Domini, & præceptum, quod præceperam tibi? Iusitque Rex Banaiæ filio Ioiadæ, qui egressus percussit eũ, & mortuus est. Ecce iudicium, & iustitia omni postposito odio summa cum ratione, & interrogatione, vnde, & cum non posset impius homo respondere, suam ipsius capitis sententiam silentio comprobauit, sicut de illo alio dictum est, qui conuictus obmutuit, vnde ligatis manibus, & pedibus missus est in gehennã ignis Vir igitur à Deo edoctus, & Dei mentem sequutus, neque odio, nec amore in iudicando ductus est Deum rectum, & iustum imitatus, qua de re videndus Seneca lib. 1. de ira c. 13. vbi inter alia ait: Corrigendus est qui peccat, & admonitione, & vi, & aspere, melioreque tam sibi quam alijs faciendus, non sine castigatione, sed sine ira, & c. 16. bonus Iudex damnat improbanda, non odit: quibus suffragantur ea, quæ habet lib. de clementia cap. 5. Muliebre est furere in ira: elephantes, leonesque transeunt quem impulerunt. Videndus in hanc sententiam Liuius lib. 2. vbi inter alia ait ex priuatis affectionibus, & passionibus, fere omnem humanæ vitæ perniciem nasci; maxime ex ira cum nihil recte, nihil cõsiderate ex ea fieri possit; nam sicut Plutar lib. de ira ait: vt per nebulam corpora, sic per iram res videtur maiores, & Simplicius in cap. 11. Epictet. Ira mentis omne consilium premit. Et Arist. apud Stobæũ serm 18. dicebat. Ira cæca est, & fa pe non sinit cernere, quæ apertissima sunt, & percepta sæpe obscurat idemque astruit Seneca lib. 1 de ira cap. 16. in hæc verba Etiamsi ingeritur oculis veritas, ira amat, & tuetur errorem coargutio vult: & in male cæpris ho-

Mat. 22. n. 11.

nestior

Universidad de Deusto
Biblioteca

nestior illi pertinacia videtur, quam pœnitentia, quod ipsum declarat Seneca præclaro exemplo Gn. Pisonis, qui cum iratus ad supplicium duci iussisset militem, quòd ex commeatu sine commilitone redierat, quasi eũ interfecisset, moræ impatiens, & omnis humanitatis oblitus ocyus rapi, ac duci iubet. Verum misero ceruicem iam porrigenti, apparet commilito, quem occisum credebat Piso. Quid actum? Centurio qui supplicio præpositus erat, condere gladium speculatorem iubet, reducitque damnatũ ad Pisonem, ingenti concursu deducuntur, complexi alter alterum, cum magno gaudio castrorum, commilitones Conscendit tribunal furens Piso, & iubet deduci vtrumque, & eũ militem, qui non extinctus erat à speculatore, & eum, qui non perierat. Quid hoc indignius? Quia vnus innocens apparuerat, duo peribãt. Piso (nefandum dictu) adiecit & tertium. Nam ipsum Centurionem, qui damnatum reduxerat, duci iussit. Constituti sunt in eodem illo loco perituri tres ob vnius innocentiam. O quam solers est iracundia ad fingendas causas furoris! Te, inquit, duci iubeo, quia damnatus es: te, quia causa dãnationis commilitoni fuisti; te, quia iussus occidere: imperatori non paruisti. Excogitauit, inquit, Seneca quemadmodum tria crimina faceret, quia nullum inuenerat. Habet enim hoc iracundia, quod non vult regi. Irascitur vel veritati ipsi, si contra voluntatem suam apparuerit: clamore, & tumultu, & totius corporis iactatione, quos destinauit, insequitur. Est ira, inquit Seneca dicto lib. 1. de ira, sui impotens, decoris oblita, necessitudinum immemor, in quod cæpit pertinax, & intenta, rationi, consilijsque præclusa, vanis agitata causis ad conspectum æqui, verique inhabilis, ruinis simillima. Aspice nobilissimarum ciuitatum fundamenta, vix notabilia hasta deiecit. Aspice solitudines per multa milia sine habitatore desertas, has ira exhausit. Aspice tot memoriæ proditores duces, mali exempla fati: alium ira in cubili suo confodit, alium inter sacra mensæ ira perculsit, &c. Nihil verius illo dicto Comici Græci Menandri scilicet.

Mala perpetrare cogit ira plurima.

Pro cuius refrenatione, & modestia facit plurimum id quod refert Valer. Max. lib. 4 cap. 1. in M Bibulo, qui cũ in Prouincia Syriæ moraretur, duos egregiæ indolis filios suos a Gabinianis militibus occisos esse cognouit. Quorum interfectores ad eum vinctos Regina Cleopatra misit, vt grauissimæ cladis vltionem arbitrio suo exigeret: at ille oblato beneficio, quo nullum maius lugenti tribui poterat, dolorem moderationi cedere coegit, carnificesque sanguinis sui intactos é vestigio ad Cleopatram reduci iussit: dicendo: potestatem huius vindictæ non suam, sed Senatus esse debere. O responsum ad emolliendam iram efficacissimum! Apponam adhuc & Vlyssis responsum, scisciti enim cuidam, num ex inimici Aiacis rabie, & calamitate voluptatem caperet? Respondit, sibi triste id spectaculum videri; quam sententiam, & animi moderationem Minerua non mediocriter laudat apud Comicum, inquiens: Et tu si hoc animo semper fueris, superis charus eris, & vitam feliciter exiges tuam. Quod si illi de compescenda ira sic sentiebant, quid nobis agendum erit dum iustissimũ Deum colimus ab omni prorsus passione, & iniusta ira alienum?

Quoniam vero postea ad illa verba: *Iudicabit Dominus populum suũ*, n. 36. plura dicturi sumus de iudicio, & iustitia absque vlla prorsus passione administranda, modo satis sit consulere Hieron. ad cap. 5. Ezech. & cap. 7.

vbi hac de re agit. Estque optimus locus. 3. Reg. 2. vbi Dauid morti propinquus regnanti iam Salomoni dixit: *Confortare, & esto vir*, quæ verba Abul. ibi q. 3. in hunc modum explicat. Accipe constantiam, & fortitudinem, vt non sis sicut pueri, qui propter impetum passionum habent maximã mobilitatem in opere, & proposito, sed esto vir, id est, maturus sicut vir, vt propositum tuum de bono constans sit, & non traharis in diuersa per passiones, qui enim ducitur passionibus, potius sub fræno deducendus est, & regendus, quam sub sceptro collocandus. Hinc Tiberius Magistratui, quẽ constituebat, Suetonio teste in eius vita, dixit. Cape ferrum hoc: & si imperium recte gessero, pro me: sin male, contra me vtere. Notanda item aurea verba Andronici Comneni ad Præsides, & Magistratus, quos per epistolas alloquens dixit. Aut iniurias, aut vitam relinquite: nam vos iniuste agere, & viuere, nec Deo gratum, nec mihi eius ministro ferendum est. Nouerat vtique Deũ iustum, & rectũ nouerat insuper se eius ministrũ instar illius se gerere debere, proinde prius monet, ne postea passione ductus vindicare videatur; prædicit insuper, & infractum iudicium, illud, vt iustus probetur, hoc, vt rectus ostendatur.

3. Reg. 2. n. 2.

Venitque obseruandus hoc in loco Tertul. in apolog. c. 45. vbi leges, & iustitiam hominum cum Dei iustitia confert, & ex hac deducit timorem in Christianis, qui metu rectæ iustitię in officio contineantur, quippe qui nouerint nullatenus inflectendam, nec à recto deuiandã, ait ergo. Quanta autoritas legum hũmanarũ? Cum illas etsi euadere homini contingat, & plerumque in admissis delitescere, aliquãdo contẽnere ex voluntate, vel necessitate delinquendi; recogitate etiam breuitatem supplicij cuiuslibet, non tamen vltra mortem remansuri? Sic & Epicurus omnem cruciatum, doloremq; dẽpreciat, modicum quidem contemptibilem pronũciando, magnum vero, nõ diuturnum. Enim vero nos, qui sub Deo omniũ speculatore dispungimur, quique æternam ab eo pœnam prouidemus, merito soli innocentiæ occurrimus, & pro scientiæ plenitudine, & pro latebrarum difficultate, & pro magnitudine cruciatus; non diuturni, verum sempiterni eum timentes, quem timere debebit, & ipse, qui timentes iudicat, Deum non proconsulem timẽtes, &c. Cæteros enim Iudices quantumuis Iustos arbitremur, fortasis rectos non tam existimabimus, quia & homines contemplamur, at supremus Iudex timendus vtique nobis proponitur, quia iustus, & rectus est.

Forsan vero iniustus nobis posset videri vnica hac in re, si tamẽ in eum iniustitia cadere posset, dum pro iniustis seruis iustissimum Filium dedit, quod contra omnem iustitiæ normã, primo statim conspectu, videtur esse, qua de re videndus Salui an lib. 4 de prouident. statim post med. vbi rem pulchre prosequitur in hunc modum. Amorem erga nos suum per eum, quem nobis erga nostros filios dedit amorem, voluit intelligi; & sicut omnem (vt scriptum est) paternitatem in cælo, & in terra á se voluit nominari, sic à nobis Patris in se affectum voluit cognosci. Plus nos amat Deus, quã Filiũ Pater: euidens quippe est, quod super affectũ filiorũ nos Deus diligit, qui propter nos Filio suo non pepercit, & quid plus addo? Et hoc Filio Iusto, & hoc Filio vnigenito, & hoc Filio Deo, & quid dici amplius potest? Et hoc pro nobis, id est, pro malis, pro iniquis, pro pessimis. Quis æstimare hunc erga nos Dei amorem queat, nisi quod iustitia Dei tanta est vt in

Ephes. 3. n. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum aliquid iniustum cadere non posit? Nam quantũ ad rationem humanam pertinet, iniustam rem homo quilibet fecerat, si pro pessimis seruis filium bonum occidisset. Vtique hoc magis æstimabilis pietas, & hoc magis mirabilis Dei virtus est, quod intelligi ab homine magnitudo iustitiæ suæ non potest: vt quantum ad imbecillitatem humanam pertinet, pene iniustitiæ speciem magnitudo iustitiæ habere videatur, & ideo Apostolus ad indicandam nobis aliquatenus misericordiæ diuinæ immensitatem sic ait: *Vt quid enim Christus, cum adhuc impij essemus, secundum tempus, pro impijs mortuus est, vix enim pro iusto quis moritur.* Rom. 5. n. 6. Ostendit profecto nobis vna hac sententia pietatem Dei, nam cum vix vllus pro summa iustitia mortem suscipiat, probauit Christus quantum præstiterit pro nostra iniquitate moriendo. Sed hoc cur fecerit statim in subditis docet dicens: *Commendat caritatem suam in nobis Deus.* Hoc ergo ipso gratiam commendat, quia ob impios mortuus est, maioris enim pretij est beneficium, quod præstatur indignis, &c. Licet autem hoc tantum beneficium à charitate ortũ fuerit, & à pietate Dei exhibitum, iustitiam tamen perfecte respexit, siquidem, & iustitiæ debitum per Filiũ Dei in carne solutum est, ipse enim de rigore Iustitiæ solus potuit offenso Deo satisfacere, & satisfecit, sicut ostendunt Theologi initio materiæ de Incarnatione ad. 3. p. D. Th. & in. 3. sentent. Vnde quantũcumque in traditione Filij sui pro hominibus morituri, diuinus Pater amorem suum prodiderit, á iustitia non discessit, cum integrum ius apud iustum Dominum sit obseruatum, & rectitudo iustitiæ apud rectum Iudicem conseruata.

Sed cum iustum, & rectum hic habeamus, & vbique credamus Deum, quid est quod iniustũ facimus ipsum sceleribus nostris, quorum impietatẽ quia diu sustinet, á iustitia recessisse nobis videmur persuadere, nisi forte diu lacessitum, quia iustus est, non præmittimus tolerare, quod bene expendit idem Saluian. lib. 5. de prouident. multo ante fin. vbi inter alia ait. Vim Deo facimus iniquitatibus nostris, ipsi nos iram diuinitatis armamus. Cogimus ad vlciscendas criminum nostrorum immanitates nolentem Deum: prope est vt eum ne permittamus vt parcat. Nam cum in eum nullum vnquam iniustitiæ signũ cadere, aut apparere possit, si agim⁹, vt si enormitatem nostrorum scelerum non vlciscitur, iniustus esse videatur, &c.

Sed heu iniustũ hoc in loco mundum licet deplorare, dum iustum, & rectum Deum decantat Moyses, & cum Isai. dicere. *Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequũtur retributiones. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos.* Isai. 1. n. 23. Licet item cum Salomone clamare. *Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem.* Eccles. 3. n. 16. Vbi Hierony. vult Salomonem diu exquisijsse veritatẽ, & iudicium, & nullatenus reperijsse. Sub sole isto, inquit, veritatem, & iudicium exquisiui, & vidi etiam inter Iudicum ipsa subsellia non veritatem valere, sed munera: siue aliter arbitratus sum aliquid iustitiæ in præsenti sæculo geri: vel pium nunc pro suo merito recipere, vel impium pro suo scelere puniri, & è contrario reperi quam putabam, vidi enim & iustum multa mala hic perpeti, & impium regnare pro scelere. Sic Hieronymus cum Salomone miserum mundi statum lamentatur, à quo non inuenta iustitia videtur in cælum euolasse, quod subodorati sunt ij, qui antiquitus iustitiam ipsam Astræam virginẽ dixere, quæ cum aureo sæculo descẽdisset in terras, vitijs in dies crescen-

tibus,

tibus, indignata euolauit in cælũ, & in signum cæleste, cui nomen libra est, conuersa fuit, sicut refert natalis Comes lib. 2. Mythologiæ cap. 2. de qua Seneca in Octaui.

Astræa virgo syderum decus.

Et Ouid. Metamorphos.

Et virgo cæde madentes
Vltima cælestium terras Astræa reliquit.

Videndusque erit Pontanus in id Georgic 1. An ne nouum tardis, &c. & pro multis satis sit Lactantius lib. 1. diuinarum institutionum cap. 5. vbi ait. Quæ autem est summa virtus aut fons ipsa est virtutis, quam non modo Philosophi quæsierũt, sed Poetæ quoq; & qui priores multo fuerũt, & ante natum Philosophię nomẽ pro sapiẽtibus habebãtur, qui plane intellexerunt abesse hanc à rebus humanis, eamque finxerunt offensam vitijs hominum, cessisse terra, in cælũque migrasse, atque vt doceant quid sit iuste viuere, solent enim præcepta per ambages dare à Saturni temporibus, quæ illi vocant aurea, repetunt exempla iustitiæ, narrantque in quo statu fuerit humana vita, dum illa in terra moraretur, quando.

Nondum vesanos rabies nudauerat enses,
Nec consanguineis fuerat discordia nota
Malebant tenui contenti viuere cultu,
Ne signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant.

Quis enim præsente, ac vigẽte iustitia, aut de tutela sui cũ nemo insidiaretur, aut de pernicie alterius cogitaret, &c. quæ prosequitur Lactantius lacteo sane fonte fluens.

Cũ igitur iniustitia plenus sit mũdus, & iustitia destitutus, quid mirum si Princeps, qui pro iustitia vsque ad mortẽ certare debebat, potius contra eam postulat, sicut dixit Michæas, *Et Iudex in reddendo est*; Mich. 7. n. 3. quod ibi sic explicat Chald. paraph. *Princeps postulat, & Iudex dicit: fac prome, & retribuam tibi,* id est, faue mihi, cum mihi opus fuerit, & reddam tibi quod nunc vis. Ribera vero sic exponit. Iudex adiudicat Principi quod petit, etiamsi re vera pauperi esset adiudicandum, vt similiter ille Princeps, cum Iudex fuerit, adiudicet sibi quod petierit, vt præstent sceleribus suis mutuum fauorem, quo nihil iniustius, infeliciusve potuit esse, quam iniustitiæ fautores, & administros esse eos, quos iustitiæ, & æquitatis patronos, & propugnatores esse decebat; vnde & statim addit Propheta: *Qui optimus in eis est quasi paliurus est*, quod Hieronymus explicat dicens. Quasi paliurus pungens, & retinens: pungens appropinquantem sibi, & adunco dente comprehendens. Quibus in verbis exponit Propheta summam virorum Principum impudentiam, & iniustitiam, dum & iniuste lædunt homines, & iniustius deprædantur. At Septuaginta habent: *Auferam bona eorum quasi tinea comedens,* quod Hieronymus explicat, dona postulant impudenter, & turpius accipiunt, quibus Dominus comminatur hæc dicens: Auferam bona eorũ, quæ putãt bona, quæ illis bona videntur. Cæterũ veritate rei nunquã bona appellabuntur, quæ & dantẽ spoliãt, & accipientem interficiunt, &c. quibus Hieron. ostendit iniustitiæ malum, quod vtrique officit, illi. s. cui pro iustitia iniuste aufert bona, & illi itidẽ, cui hæc conuertuntur in mala, nihil enim boni supereſt, vbi bonum iustitiæ deest.

Quoniam vero tam perditè res iustitiæ agebatur apud duas tribus, de quibus etiã Propheta Michęas loquebatur, ideo illis par pari referẽs, & iustè iniustitiã solues, iustus & rectus Dñs minatur per Abacuc dicens: *Videte, admiramini, & obstupescite, quia ego sus-* Abac. 1. n. 3. & seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citabo Chaldæos gentem amaram, & ex semetipsa iudicium, & onus egredietur. Quorum verborum sensus verus, & germanus esse videtur. Faciet quid quid volet vobis, & pro libito hos afflliget, illis parcet, nec lege, aut ratione, sed voluntate ducetur sua, iustum enim est, vt tales dominẽtur Principes ijs, quibus nulla dominandi ratio aderat, nulla iudicando æquitas, & iustitia præerat Quod autem hic sit genuinus sensus patet, quia reddit diuinum Oraculum causam, cur terribile esse dixerit futurũ supplicium, & iudicium intelligit damnationem, & pœnam, onus autem afflictionem, & vexationem, vt videre est apud Riberam in cap. 1. Naum n. 4. verbum autem *Sheet*, quod significat egredi, aut procedere, sæpe exitum voluntarium dicit, in quo magis voluntas, quam ratio dominetur, vt apud Hierem.

Hier. 44. n. 16. *Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, nõ audiemus ex te, sed faciemus omne verbum, quod egreditur de ore nostro*, i. faciemus quidquid libebit dicere, & apud Danielem, interrogabat eum quam ob causam tam crudeli sententia à facie Regis esset egressa. Et in bonam etiam partem hic modus loquendi vsurpatur, vt in Genesi, *A Domino egressus est sermo*. i. hoc Dominus vult, & in Deut. *In omni verbo, quod egreditur de ore Domini*. Terribilis proinde gens, & horrendum supplicium minatur Deus, cũ pro voluntate, nõ pro æquitate esset inferendũ & afflictio mẽsuranda odio, nõ iudicio, hoc enim promeruerat iniqua gẽs, quę æquitatẽ in regimine minime agnouerat.

Dan. 5. n. 15.

Gen. 24. n 50.

Sunt etiam alij Iudices pro mendacio iudicium ferentes, vnde & absoluunt criminosos, & puniunt, ac plectunt innocentes. quia ius, & veritatem minime agnoscunt, vt seruent, & amplectantur, quod quidem Pilato contigit, nam cum Iudex esset, quid esset ueritas interrogabat, illius penitus ignarus, qua de re optime Hieronym. epist ad Geruntij filias de cõtemnenda hæreditate ait. Hic Iudex erat, & negotia, causasque litigantium libripende iustitiæ tanto statuto iure soluebat: & quid hic valebat facere si non nouerat veritatem? Quid Pilatus veritatis interrogator potius, quam prolator: quid inquam nisi Barabbam, quem ideo Iudæi Deo cæli præferunt, quia ad Iudicem sæculi conuolarunt? In quo perfidus populus non reum. sed reatum accepit, &c. qui autem fieri potuit, vt veritatem seruaret in iudicio illius insçius, quomodo ius seruabit qui iura non nouit, qualiter iustitiam amplectetur, qui solam iniustitiam diligit?

Dan. 13. n. 20. & seq.

Sunt item in sæculo Iudices non absimiles senibus illis, qui adulterium consectantes cum Susanna, adulterium in illa insectabantur, dum veluti adulteram falso damnabant, contra quos Bernardus serm. 3. de annunciat. ait. Inueterati dierum malorum modo accusabatis adulterium, modo adulterium suadetis, sed hæc est tota iustitia vestra, & quæ palam arguitis, eadem agitis in occulto, &c. quæ ibi videnda sunt. Nec omittendus Cyprianus de bono pudicitiæ, vbi expendit eleganter id: *Senes dicebant Susannæ adulterium suadentes: assentire nobis, & commiscere nobiscum, quod si nolueris, dicemus contra te testimonium, quod fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te.* Ait ergo Cyprianus. Resistenti minantur calumnias, adulterij se dicunt accusatores, voto adulteri: inter duos libidinis scopulos auxilium de Domino petebat, quia viribus corporis repugnare non valebat. Bis victrix, & in periculo suo toties tam funeste cõcepta, & libidinem euasit, & mortem. Vnde merito idem Cyprian. lib. 1. epist. 8. de similibus ijs senibus accusantibus Suzannam ait. Nec ætas vos eorum, nec auctoritas fallat, & dicto libro de pudicitia iterum ait. In illam cæperunt deperire, nihil memores, nec diuini timoris, nec suæ annis iam marcescentis ætatis, & lib. 2. epist. 2 ad Donatum inter alia multa contra iniquos damnantes ea vitia, quib⁹ scatent, ita habet. Videas quod crimen sit, & videre: videas quod vitiorum furore gementes gessisse se negant, & gerere festinant: mentior nisi alios, qui talis est, increpat, turpis turpes infamat, & euasisse se conscium credit, quasi conscientia satis non sit Iudex in publico accusatores, in occulto rei, in semetipsos censores pariter, & nocentes. Damnant foris, quod intus operantur admittunt libenter, quod cum admiserunt criminantur. Audacia prorsus conuitijs fauens, & impudentia congruens impudicis. Inter leges ipsas delinquitur, inter iura peccatur, innocentia nec illic, vbi defenditur, reseruatur. Qui sedet crimina vindicaturus admittit, & vt reus innocens pereat, fit nocens Iudex: esse iam inter nocentes innoxium, crimen est: malos quisquis non imitatur, offendit. Quis illic rerum pudor? Quæ esse possit integritas, vbi qui damnant improbos desunt? Soli ibi, qui damnentur, occurrunt. Sic ille ostendit quam monstruosa sit res iniquos Iudices in alijs punire vitia, quibus ipsi inficiuntur; mirum etenim est, quod manus in alios extendãt ad vindicanda crimina, quæ in se proximius habebant, vt plecterẽt, vel quod manus habeant vt operentur id ipsum, quod in alijs puniunt.

In quam sententiam notauit Saluian. libro 1. de prouidentia ante finem, ideo Moysem voluisse vt cunctus populus Israel blasphemum lapidibus obrueret, quo eum melius á tali crimine abduceret, nõ enim poterat fieri, vt blasphemus quisquam existeret eorum, qui blasphemum lapidauerat; ait ergo Saluian. Exemplo ad cunctorum emendationem proficiente, vt ne quis postea admitteret, quod omnis in vno populus vindicasset, &c.

Iniquissimi igitur sunt, qui in alijs damnant ea, propter quæ damnabiles, & inexcusabiles ipsi reperiuntur: simulatores vtique æquitatis, & iustitiæ iniusti professores, aduertit autem August in Psalm. 63. quod simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas, & Plato apud Basil. Orat. ad adolescentes asserebat hunc esse extremum iniustitiæ terminum, iustum scilicet, videri eum, qui non sit iustus, quod grauius adhuc erit, si iustus sit, qui patronus iustitiæ esse tenetur, quod etiam prosequitur Chrysost. hom 8. in Ioan. tom. 3. vbi miserum sui temporis statum deplorans ait. Iudices nomen quidẽ Iudicum habent, re autem latronum, & homicidarum, &c. Cumque tales sint, quia erubescunt aliquando se ipsos punire, in alijs, quibus similes prorsus sunt, fit inde, vt tales, quales ipsi re vera existunt, latrones. s. & homicidas absoluunt, & dimittunt, qua in re illud obseruandum est, grauius. s. peccare qui absoluunt, quam peccauerint, qui per summam iniustitiam absoluuntur, hi enim deprædando, & diripiendo delinquunt, illi vero amplius peccant, dum in posterum deprædaturos dimittunt & ad latrocinia patranda licentiam conferant, cum ad illa longe, lateque releganda fuerint constituti, pro eoque à Rege, aut Republica pretium constitutum fortiantur. Quid autem dicendum, si in tantam nequitiam pretio iniuste accepto, & cõtra iustitiam oblato deuenerint. Vbi statim sese offert cõsulẽdus Seneca epist. 98. loquens de adulterio Clodij cum vxore Cæsaris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod crimen ipse euasit, corruptis, tũ pecunia, tum impudicitia iudicibus, ait ergo Seneca. Credet aliquis pecuniam esse versatam in eo iudicio, in quo reus erat Clodius ob id adulterium, quod cum Cæsaris vxore in operto commiserat! At qui dati Iudicibus numi sunt, & quod hac etiam nunc pactione turpius est, stupra insuper matronarum, & adolescentulorum nobiliũ salarij loco exacta sunt, minus crimine, quã absolutione peccatum est. Adulterij reus adulteria diuisit, nec ante fuit de salute securus, quam similes sui Iudices suos reddidit. Ipsa ponam verba Ciceronis, quia res fidem excedit. Accersiunt ad se, promisit, intercessit, dedit: non vacat de pretio quæri, plus in accessionibus fuit. Vis seuerí illius vxorem? Dabo illã. Vis diuitis huius quoque tibi præstabo concubitum. Adulterium vbi feceris damna. Illa formosa quam desideras, veniet: illius tibi noctem promitto, nec differo. Plus est distribuere adulteria, quam facere. Illud est matribus familiæ denunciare, hoc illudere. Hi Iudices Clodiani à Senatu petierant præsidium, quod non erat nisi damnaturis necessarium: & impetrauerant. Itaque elegantes illis Catullus, absoluto reo, quid vobis, inquit, præsidium á nobis petebatis? An ne numi à vobis eriperentur? Inter hos tamen iocos impune tulit ante iudicium adulter, in iudicio leno, qui damnationem peius effugit, quam meruit. Quicquam fuisse corruptius illis moribus credis, quibus libido non sacris inhiberi, non iudicijs poterat? Cum reus adulterium apud iudices negaret, iudices apud reum confiterentur, cum stuprum committeretur rei iudicandæ causa, cum Clodius eisdem vitijs gratiosus, quibus nocens, conciliaturas exerceret, in ipsa causæ dictione: Credat hoc quisquam? Qui dãnabatur vno adulterio, absolutus est multis. Sic ille loculenter rem pertractat & ostendit quomodo vitijs additis, vitia ipsa euadant. Secura è manibus iudicum, qui ea strangulare, & sopire ex officio tenentur.

Vnde efficitur, vt iustitiam minime reuereantur homines, cum nouerint posse eam declinare, cum iam ad Iudices declinauerint, minime timent, cum sciant fac le iustitiæ ictus, auro dispungi, argento aciem hebetari; qua de re videndus Cyprianus lib. 2. epist 2. ad Donat. vbi de mũdi tumultibus, & insultibus ait. Sæuit inuicem discordantium rabies, & inter togas, pace rupta, forum litibus mugit insanum, hasta illic, & gladius, & carnifex præsto est, vngula effodiens, eculeus extendens, ignis exurens, ad hominis corpus vnum, supplicia plura, quam membra sunt. Quis inter hæc vero subueniat? Iudex? Sed sententiam vendit. Inimicus insimulat, calumniator impugnat, testis infamat vocis venalis audacia cum inter innocentes nec cum innocentibus pereunt. Nullus de legibus metus est de quæsitore, de Iudice pauor nullus, quod potest redimi non timetur. Esse iam inter nocentes innoxium, crimen est: malos quisquis non imitatur, offendit &c quibus venalem ostendit iustitiã & corruptam, dũ proprijs incumbit emolumentis, & inseruit voluptatibus cum tamen, sicut recte dixit Ambros lib. 3. de virgin. Iustitia alijs potius nata sit, quã sibi, nec tam suas vtilitates, quã publica emolumẽta rimetur, & lib. de parad. c. 4. ait Nulla abundantiores videtur habere fructus virtus, quã æquitas, atque iustitia quæ magis alijs quã sibi prodest, vtilitates suas negligit cõmunia emolumẽta præponẽs. Similia sunt quæ habet Hieron in regula Monachorũ, vbi discrimen inter cæteras

virtutes, & iustitiam, circa vtilitatem, & proprium commodũ assignat dicens: Sapientia, fortitudo, temperãtia, & castitas solummodo prodest habentibus, iustitia vero alijs, & miseris prodest, quæ patrem, vel fratrem non nouit, nihil enim suum iustitia nouit, sed alijs studet, & proficit, sicut etiam nulli omnino aduersatur ex se sed ex demerito, sicut prosequitur Philo lib 1 legis allegor post med. vbi põderat seriem, qua sacer text. nobis proponit quatuor flumina: *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phison, ipse est, qui circũit omnem terram Heuilath; nomen fluuij secundi Gehon, ipse est, qui circuit omnem terram Æthyopiæ: nomẽ vero fluminis tertij Tigris, ipse vadit contra Assyrios; fluuius autẽ quartus, ipse est Euphrates.* Per hæc igitur quatuor flumina intelligit Philo quatuor virtutes cardinales, nẽpe per Phison, qui circuit omnẽ terram Heuilath. intelligit prudentiam, quæ circuit Choreę modo terrã Heuilath. i. placidam, mitem, propitiãq; constitutionem conseruat. Per Gehon, qui circuit terram Æthyopiæ accipit fortitudinem, quia Gehon interpretatur pectus, aut cornupeta. Tertius fluuius Tigris vadit contra Asyrios, & indicat temperantiam resistentem voluptatibus. Quartus fluuius. i. Euphrates iustitiam designat, de hoc igitur non dicitur quod vadat contra aliquem, neque quod circũuallet, aut oppugnet quẽquã, sicut de alijs dicitur, sed quod sit Euphrates, rem igitur sic versat Philo. Quærendum cur duo fluuij Phison, Gehonque regiones quasdã circumeunt, sed Tigris dicitur meare contra Asyrios, de Euphratis meatu siletur? Atqui re ipsa Euphrates & circumfluit quasdã regiones, & ex aduerso sitas habet multas. Verum nõ fit hic sermo de fluuio, sed de morũ correctione. Dicendũ igitur, prudentiam, fortitudinemque posse murum & vallum aduersus contraria vitia ducere, imprudẽtiã, timiditatẽque expugnare, infirmæ enim ambæ capiuntur facile, non imprudens nõ ægre in potestatem prudentis redigitur, timidus item in fortis, at temperantia non valet concupiscentiã, voluptatemque circumuallare, graues enim sunt aduersariæ, nec facile expugnantur. Non vides vel temperatissimos necessitate mortalis corporis ad cibos, ac potus adigi, vnde ventris voluptates procedunt? Satis igitur est resistere, ac repugnare concupiscentiarum generi; quapropter contra Asyrios vadit Tigris fluuius, id est, contra voluptates temperantiæ. Porro iustitia, quam nobis refert Euphrates flumen, nec oppugnat quẽquam, nec circumuallat, nec habet aduersarium. Quare? quia huius est suum cuique reddere, & est loco, non accusatoris sed Iudicis. Quẽadmodũ igitur Iudex, nec vincere vult quemquam, nec habere aduersarium, sed lata sententia, pondus addit parti iustiori, ad eundem modum iustitia quoque cum nemini aduersetur, cuique rei, quod suum est, tribuit. Sic ille, cui suffragatur Ambros. loc. citat. vbi Euphratẽ de iustitia etiã interpretatur in hunc modũ. Plerique, inquit, Euphratem dictum putant á lætando, eo quod hominũ genꝰ nulla re magis, quã iustitia, & æquitate lætetur, causa autẽ cur cæteri, quas commeant fluuij, discribuntur regiones locorum, qua Euphrates coeat nõ describatur, illam accipimus, quia aqua eius vitalis asseritur, & quæ foueat atque augeat, cõtra autem fertur esse aqua aliorum fluminum, deinde quia vbi prudentia, ibi & malitia, vbi fortitudo, ibi iracundia, vbi temperantia, ibi intẽperantia plerumque est, aut alia vitia sunt, vbi autem iustitia, ibi concordia, ideo non ex locis, qua fluit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc est, non ex parte cognoscitur, nō enim pars est iustitiæ, sed quasi mater omnium, &c. Cum igitur mater omnium sit iustitia, res omnium curat, nullique aduersatur, sua emolumenta respuens, aliorum incubat, imo insudat vtilitati, ideoque sodales sponsæ in ea exultabāt, & lętabātur, memores vberū maternorū, quod D. Bern. bene exposuit, *Exultabimus, & lætabimur*, scientes te ad nos plenis reuersurā vberibus, quæ enim matrem induerat in vberibus, non sibi, sed alijs dispertienda adimplebat.

Aliter tamen se habet nostri temporis iustitia, quæ tota in pecuniæ potestatem redacta, pro illa, & secundum illam iudicat, vnde Drogo Episcopus Ostiensis lib. 1. de pass. Domin. tom. 2. Bibliot. ait: vendicat pecunia quod sapiētia dicere solebat: *Per me Reges regnāt, & conditores legū iusta decernunt, &c.* Quid mirum igitur quod eó vergat ius, declinet æquitas, propendat iudicium, quò pecunia vocat, & deducit? Vbi notandus venit Aug. ser. 19. de verbis Domini, cum de hoc argumento ita ait. Vsque adeo hoc inoleuit malum, vt iam quasi ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, sententia ipsa venalis sit, & nulla iam causa esse possit sine causa, &c.

Bene nouerāt hoc impij Israelitæ, qui in persona Ephraim sibi requiem pollicebantur post multa patrata crimina, quæ Diuinam interpellabant iustitiam, nam pro eo, quod nos habemus; *Diues effectus sum, inueni idolum mihi.* 70. habent: *Inueni requiem mihi*, quasi nihil sit, quod timere debeat, qui diuitijs pollet, imo in medijs criminibus, animæ suæ cum illo diuite possit dicere; *Requiesce, comede, & bibe*: Aliqui ex Hebræo legunt, *Inueni vim mihi*, qua. s. vim iustitiæ repellere, & propulsare possim, hāc enim vim diuitiarū deducimus ex illo loco Psalm. *Nihil inuenerunt viri diuitiarū*: vbi Rabi Kimhi, *Nihil inuenerunt viri roboris*, vox enim Hebræa, *Haijl*, etiā robur significat. Alij vertūt, *viri exercitus*; habēt enim diuitiæ maximū robur, armatas acies, robustas vires, sicut patet apud Aug. ser. 4. de Epiph. Is igitur, qui dies effectus est, vim, robur, & fortitudinē inuenit, qua iustitiæ ministros, & iniustitiæ vindices, nō solū declinare, sed aggredi possit, vnde subdit Ephraim: *Omnes labores mei nō venient mihi, iniquitatem, quam peccaui, &c.* quod Ruffinus refert ad diuites, quia deo diuitijs suis confidunt, & innitūtur, vt quantūuis nequissime deliquerint, credāt tamen nullā ad se peruēturā calamitatē, sed in castris, & in tuto esse, & quasi extra communē aliorū hominū conditionē, & sortē. Clarius Hieron. ad rē nostrā exponit, dicens: Quidquid peccauero, si habuero diuitias, mihi nō poterit imputari, secundum illud, quod scriptum est, & qui inique egerit benedicitur, d uitū enim amici multi, &c.

Impune igitur peccare iam licet in mundo iniusto, licet nō expediat, vbi redimitur iniquitas, dānationē euadit impietas, suppliciū effugit peccatū, ideo & Dauid videns terrā inundare iniustitijs, cælū inclamauit pro iustitia, dicens: *Surge Deus iudica terrā*; sol⁹ quippe iust⁹, & rect⁹ De⁹, tāto malo potest occurrere iustitia sua, & æquitate; de qua Salomō in laudē ei⁹ dixit: *Tu autē Dominator virtutis cū trāquillitate iudicas*, vbi Græc. habetur, *in æquitate*, i nō pro potestate, aut volūtate, quod prosequitur Greg. 32. moral. dicēs: Districtum iudicium inconcussus exerit, qui permanens mansuetus, iniustos punit; cuius iustitia, & iudicium tanto amplius timendum est, quanto firmiori nititur æquitate, tanto magis imitandum est, quanto maiori cū ratione ipse hic, & vbique iustus, & rectus prædicatur.

Prou. 8. n. 15.

Osee. 12. n. 8.

Psal. 75. n. 6.

Psal. 81. n. 8.

Sap 12. n. 18.

TEXTVS.

Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus, generatio praua, atque peruersa. Num. 5.

EXPOSITIO LITERALIS.

CVm codex Hebræus hoc in loco satis sinuosus sit, & implexus, clare interpres Latinus Hebræa reddidit in sensu, dicitq; quod Israelitæ peccauerint Deo, eaque de causa non sint filij eius, cum in sordibus iniquitatum volutentur, & quia adoptionem filiorum Dei nihilo æstimarunt, redditi sunt, seu declarati, & ostensi generatio praua, atque peruersa. Hebr. ad verbum habet: *Peruersa hæc, & detorta generatio corrupit sibi* (.s. vias, & actiones suas, qui, *non* (.s sunt) *filij eius in maculis suis*. Septuaginta per methathesin legerunt Hebræa verba, & transtulere. *Peccauerunt non ei filij vituperabiles.* Ita D. August. q. 55. cui locutio hæc magnam attulit difficultatem, videtur autem posse componi, si illud, *non*, minime cadat supra peccauerunt, vt nequaquam dicantur hi peccare Deo, sed non esse filij Deo, id est, ipsius Dei, quia qui peccat, sicut ait idem Augustinus, non Deo nocet, sed sibi, aut *non ei*, subaudi tanquam medico se subdentes, quia pœnitentiam de peccatis noluerunt agere, neque vt peccatores se Deo subdere, vt ab illo curarentur; quod clarius fiet si illud, *in sordibus*, longe aliter explicemus, atque communiter fieri cō sueuit & respiciamus antiquum morem, secundum quem olim rei corā Iudicibus apparebant in sordido habitu, & promisso capillo, sic enim narrat Iosephus lib. 14. apparuisse Herodem coram Cæsare, sic & de alijs asserit Gell. lib. 13. potestque intelligi locus ille apud Iob: *Si lotus fuero aquis niuis, tamen sordibus intinges me*, id est, quā tumuis me voluero iustificare & purgare coram te, & quanto magis hoc curauero, tanto manifestius me ostēdes deliquisse, & veluti reum coram recto Iudice debere proponi; & fortasse in hoc sensu ille, qui præ pietate sua, impietates nostras in corpore suo soluendas suscepit, habitu dicitur inuentus vt homo, damdandus, scilicet, pro peccatis nostris, pro quibus ipse factus est peccatum In hoc ergo sensu illi, qui peccauerunt, à filiali adoptione defecerunt, quia statim in sordibus sese Deo non proposuerunt, & in habitu delinquentium, sed peruicaci impudentia, quasi non deliquerint, permanserunt. Aquila: *Corruperunt se ei non filij eius.* Symmach. *Corruperunt se erga eum non filij omnino.* Paraphrast. Chald. *Dissipauerunt se ipsos, & non illum, filij qui seruierunt idolis.* Paraphrast. Hierosolym. *Corruperunt filij opera sua, & non coram eo, corruperunt ipsum non filij eius in vniuersum.* Caietan. ex Hebr. *Destruxit ei, non filij eius, macula eorum, generatio praua, & peruersa.* Pagninus. *Corruperunt se non filij eius, macula eis.* Cum igitur tam multiplex apud sacros Interpretes varietas sit lectionum, hinc est quod in varios etiā sensus abierunt, sensus tamen facile elicitur, & cohærentia, si aduertamus dixisse Moysen superiori versu Deum perfectum in operibus, fidelē in promissis

Iob. 8. n. 30.

Philip. 2. n. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

miſsis, iuſtum, & rectum in pacto, ac fœdere, cui firmiſsime ſtetit, & immobiliter adhæſit, nunc proinde opponit infidelitatem, & impietatem eorum, qui ſe filios Dei iactabant, peccauerunt enim ei, quod ex Hebr. etiã ſic verti poteſt, *peccauit*, nẽpe populus, vel *corrupit ſibi*, verbum enim Hebr. eſt in ſingulari, ſicut etiã, & datiuũ ſibi, quia vero de multitudine erat ſermo, ideo noſtra vulgata in plurali loquitur.

Non filij eius in ſordibus. Se ipſos ab illius perfectione & integritate, vt lõge eſſent, corruperũt, id enim eſt ſignificãtius in Hebræo, *corruperũt ſe*, aut *debilitarunt*, cũ idolo immolarũt, cũ vitulũ ſibi pro Deo poſuerunt, qua in re nõ filijs eius. i. non ſe geſſerunt, prout decebat filios Dei adoptiuos, ſicut bene expoſuit Sa.

Verbo autẽ *corruperunt*, quo pleriq; vtũtur hoc in loco, ſæpe idolatriã intelligit Scriptura, multa ſũt eius loca, quę id oſtẽdãt, ſed duo in præſẽti ſufficiãt, etenim Exod. 32. poſt vituli adorationẽ dixit Dñs ad Moyſen: *Peccauit populus tuus, quẽ eduxiſti de terra Ægypti*; eadẽque verba in Deut. repetita ſunt c. 9 & vtrobiq; in Hebręo eſt, *corrupit populus tuus*, in hoc ergo ſenſu debet intelligi peccatũ, de quo noſter Vulgatꝰ ait, *peccauerunt*, quod adhuc clarius cõſtat ex ſordibus, in quibꝰ aſſerit remãſiſſe eos, qui peccarunt, quæ ad idolatriã referuntur, & eos carpunt, qui á recto iuſto, & fideli Deo deficientes, & promiſsis haud quaquã ſtantes, ad idolatriam deſciuere.

Cum vero particula illa, *non Deo*, nullum nocumentum afferat, bene conſtat vulgata lectio, dum illi offenſam factam declarat, non incommodũ, hoc enim cæteræ lectiones per negationẽ abſtulerũt, veruſq; ſenſus eorũ, qui verterũt, *nõ ei*, talis eſt. Quãquã corruperũt viam, ac legem eius, & idolum adorantes, Deo grauiſsimã iniuriam intulerunt, hoc enim eſt, peccauerunt ei, nõ tamen peccando, illi quicquam offecerunt, cum potius in ipſos damnum recidens eoſdem perdiderit in animo, veluti qui lapides in cælum iaculantur dementes, ſuis capitibus vulnera excipiunt; ſe ipſos igitur læſerũt in eo, quod Deo nocere ſtulti arbitrabãtur. Ita Agell. & Carthuſ. qui probat hoc ex illo Iob: *Si peccaueris, quid Deo nocebis? Et ſi iuſte egeris, quid ei donabis?* Sed ante eos hoc dixit Aug. ſicut ſuperius aduertimus, vbi diſtinctionẽ affert inter hoc, quod eſt peccare in Deũ, & Deo, vt peccare in Deũ, ſit peccare in his, quę ad Dei cultũ ſpectant, ſicut peccabant filij Heli, ſicut etiã peccare in homines eſt peccare in ijs, quæ ad homines pertinẽt, vt Gen. 20 dicitur ad Abimelech de Sara: peccare autẽ Deo illi dicãtur, qui peccati ſui pœnitentiã agunt, vt dum illis Deus ignoſcit, glorificetur, ideo cũ dixiſſet Dauid, ait Aug. *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci*, ſubiecit, *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris*: quod ait Hieremias *Tibi peccauimus patientiæ Iſrael Domine*, ſuppliciter dicitur in pœnitente cum ſpe ſalutis, & veniæ, & cum dicitur Pſalm. 40, *Sana animam meam, quia peccaui tibi*, hoc ait, vt glorificetur Deus ignoſcendo, quia magna miſericordia eius ſuper confidentes ſibi, & redeuntes, non vult mortem peccatoris. Inde Dauid cũ argueretur per Nathan reſpondit. *Peccaui Domino*: medico enim vulneratus videtur quodãmodo, qui ſe ſubdit ei vt ſanetur, vt in eo medicinę opus impleatur. In hoc autem Cantico præuidebat Propheta quoſdam ſic peccaturos, vt nec pœnitentiam agere, nec ad Deum vellent redire, vt ſanarentur. Sic Aug. ſoluit dubium in ea lectione, peccauerunt non ei, conciliando ſimul cum ea, quã Vulgatus habet, peccauerunt ei, vt hæc denotat offenſam Deo illatã,

Exod. 32. n. 7.

Iob. 25. n. 5.

Gen. 20. n. 6.

Pſal. 50. n. 60.

Hiere. 14. n. 7.

Pſal. 40. n. 5.

2. Reg. 12. n. 13.

illa

illa vero indicet ſic eos Deum offendiſſe, vt nec peccati pœnitentiã egerint, nec veniam, ac remiſsionem poſtulauerint.

Non filij eius, id eſt, praui filij Iſrael, qui peccando à Deo Patre degenerarunt, & ipſum inhonorando, non meruerunt appellari amplius filij eius nam per Malachiam idem Dominus dixit: *Filius honorat Patrem ſuum, ſi ergo Pater ego ſum, vbi eſt honor meus?* Chaldaic. *Vbi nam vos honoraſtis me?* Hebraic. *honorabit*, & ſignificat quandam actionis continuationem, aut conſuetudinem, quaſi dicat, ſicut ibi Figueiro aduertit, in more poſitũ eſt, & hominum conſuetudine comprobatum, vt filius patrem ſuum colat, honoret, & reuereatur, nec eſt vlla gens tam barbara, quæ honorem hunc, & reuerentiam non agnoſcat. Cum ergo Iudæi ſe faterentur eſſe filios Dei, & de hoc merito gloriarentur, immerito dici probatur ex effectu, dum non filij inuenti ſunt, quando non vt filij ſe gerentes, talem Patrem offenderunt, de quo merito Tertull. Tam Pater nemo, tam pius nemo, & quia nos ſtatim plura ſequẽti verſu de hac filiatione Dei dicemus, modo ſuperſedemus. Rupert. ſic explicat, peccauerunt, id eſt, irritum pactum ipſi fecerunt ſubauditur inimici, & iam non filij eius. Irritum inquam fecerunt pactum eius, quemadmodum, & hoc ipſe præſciens dixit mihi ſuperius: Ecce tu dormies cum Patribus tuis, & populus iſte conſurgens fornicabitur poſt Deos alienos in terram, ad quam ingredietur vt habitet in ea, ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus, quod pepigi cum eo.

In ſordibus, ſeu macula, vt vertit Pagnin. Hoc refertur ad verbum peccauerunt, ſicut notarunt Carthuſ. & Abul. & ſignificat idolatriam, quæ vocatur ſpecialiter ſordes, vnde Tertull. lib. de ſpectaculis c. 7. ait. Quæuis idolatria ſordide inſtructa eſt, &c. animam igitur maculat, & inficit idolatria, quia & à Dei amore diſtrahit, & quia in ſacrificijs idolorum multæ ſordes continebantur, vt in ſacris Priapi, in quibus ſacerdotes inuerecunde verenda populo demonſtrabant, ſicut meminit Abul. eos, qui aderant ad actum venereum prouocantes. Et deinde inter fructeta, & in locis ſubterraneis ad explendam omnem veneris immunditiã conueniebant, & in hoc ſenſu bene expoſuit ſordes Chaldæus, cum dixit: ſeruierunt idolis: quo ſenſu dictum eſt apud Oſeam. *Abominabiles facti ſunt ſicut ea, quæ dilexerunt*, hæc ſiquidem eſt natura voluntatis noſtræ, vt Chamæleon in earum rerum ſe vertat colorẽ, quibus ſeſe per amorem applicat. nam intellectus, quia dum res intelligit, eas ad ſe attrahit, cum ſit ſpiritualis potentia res intellectas ſpirituales reddit, & veluti eiuſdem facit naturæ, at vero voluntas, quia extra ſe fertur diligendo, & ad res amatas tranſit affectu ipſo, in earum conditionem, & naturam tranſfertur; vnde quodammodo fit cæleſtis, ſi cæleſtia proſequatur; terrena vero, ſi hæc amando deprimatur, ſicut alibi diximus, & proſequitur Aug. in manuali.

Cum igitur idola execrabilia, & ſordida, imo ſordes ipſæ eſſent, in ſordibus profecto remanſere volutati, qui ea colentes ſequebantur, & diligentes venerabantur, nam D. Th tũ. 12. tum alibi ſæpe ex hoc loco Oſeæ. ſolet confirmare actus humanos ſpeciem ſortiri ab obiecto, quid mirũ igitur ſi in ſordibus inueniantur, qui ſordes idolorũ quærentes, eaſdem venerabantur.

Hinc intelliges locum Deut. 7. vbi de idolis dicitur: *Quaſi ſpurcitiã deteſtaberis, & veluti inquinamentum, ac ſor-*

Matth. 1. n. 6.

Oſe. 9. n. 10.

Deut. 31. n. 16.

Deut. 7. n. 26.

des

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ezech. 4. n. 12. *des abominationi habebis.* Intelliges etiã immundum, & sordidũ panem apud Ezech. quo. s. protendebatur supplicium de sordido idolatriæ peccato. Rupert. vero existimat propheticum esse locum istum, in sordibus irritum fecerunt pactum, non solum in sordibus vituli, quem fecit Aaron, aut Belphegor, quæ videlicet sordes iam dudum admissæ sunt, sed & sordibus Baal, & Astaroth, cæterorumque dæmoniorum.

Generatio praua: pro gente sumitur, familia, aut populo ex eadem stirpe propagato, vnde sæpe audimus in Scriptura: *Hæ sunt generationes Adam, Noe, &c.* vbi notanda venit regula ad intelligenda pleraque loca Scripturæ, in quibus actio sæpe sumitur pro re, circa quam versatur actio, vt timor pro re timenda, *Timor quem timebam,* *Exod. 15. n. 2.* & laus, vel laudatio pro re laudanda, *Laus mea Dominus,* vbi videnda sunt, quæ ibi diximus, custodia pro præcepto, auditio pro voce, abominatio pro re abominanda, qua de re videndus Sanctius in c 3 Zachar. n. 18. cõstatque ex illo Zachar. 3. *Agnitio vultus eorum* pro peccatis, quæ agnoscuntur in Iudæorum vultu Isai. 17. *Plantabis plantationem fidelem,* vbi plantatio sumitur pro plantis Ad hunc igitur modum generatio sumitur pro filijs generatis. *Zachar. 3. n. 2.* *Isai 17. n. 10.*

Praua, id est, infida, non simplex, sed aliud specie præferens, aliud in corde tegens, vnde mutans itinera, viasque suas, vt agnosci non possit, & ad hunc locum allusus videtur Christus cum dicit: *O generatio infidelis, & peruersa;* infidelis quidem, quia multis argumentis conuicta ad credendum, adhuc tamen adigi non potuit vt crederet. *Luc. 9. n 41.*

Peruersa. Dictio, *Iches,* quam vulgatus reddit peruersa, opponitur huic, quod est rectum esse, vt patet apud Mich. vbi dicitur; *Et omne rectum ie-* *Mich. 3. n. 9.*

hacheßu, id est, peruertent, aut tortum reddent, & coincidit peruersa cum praua generatione, prauum enim dicitur id, quod inæquale, & tortuosum est, vt patet ex illo loco, *Erunt praua indirecta,* & ex illo, *prauum est cor hominis,* & ex illo Ps. *Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt,* quod Arnob. explicãs ait. Inter cætera animantia solum serpentem duplex cor habere, vnde fit, vt inflexo, & tortuoso itinere incedat, serpatve, modo enim ad vnum latus propendit, modo ad alterum diuertit, vnde difficile potest cognosci quó tandem viam suam dirigat, qui recto minime incedit. Instar igitur serpentis Iudæorum gens praua, & peruersa dicitur, quæ modo huc, modo illuc vergit, neque fidelis inuenitur in prosecutione Dei fidelis, in quã sententiam possumus etiam adaptare id, quod Greg. notauit ad illa verba Iob; *Oculus fui cæco, & pes claudo;* sic enim habet 19. mora. c. 21. Recte potest cęco gẽtilis populus, claudo autẽ Iudaicus comparari; gentilis quippe quasi oculos non habuit, quia non recepta lege, non vidit quò ire debuisset; at contra Iudaicus oculus, claudus fuit, quia legẽ quidẽ tenuit, sed in ea gressum recti operis nõ tetẽdit, alias dictũ non fuisset: *Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis, &c.* claudicauerunt itaque, quia praua generatio nõ recte incedebat, & mẽtiti sunt, qui fallaces Deo fidelissimo extiterunt Videndus item Ambros. lib 2. de Iacob & vita beata, vbi ex aliorum sententia interpretatur in rem præsentem claudicationem illam Iacob Genes. 32. Sunt, inquit, qui accipiant, quod ideo claudicauerit ab vno fẽmore Iacob, quia duobus populis ex eius generatione manantibus, vnius stupor iam tunc circa fidei gratiam declarabatur futurus, ipse est ergo populus, qui stupore perfidiæ claudicauit. *Iob. 29. n. 11.* *Psal. 27. n. 46.* *Gens. 23. n. 31.*

Illud tamen notandum in praua, & peruersa generatione, quod cum talis fuerit in deserendo Dei cultu, & declinando ad idola, rigida itidem fuit, & inflexibilis ceruicis, sicut à Deo appellatur. *Cerno.* inquit, *quod populus iste duræ ceruicis sit,* & apud Isai. dicitur: *Nerus ferreus ceruix tua;* quæ metaphora à bobus sumitur, qui iugum, aut non admittunt, aut impositum excutiunt: cum enim vt subeant iugum ceruicem debeant aut inflectere, aut demittere, ea vero, quæ ferrea sunt, ac dura minime flectantur, hinc est quod Iudæi, qui Dei imperium, & iugum indies excutiebant, dicantur ceruicem habere duram, sicut é contrario curuare collum indicat aliquẽ obsequentem, iuxta illud Eccl. *Curua ceruicem eius in iuuentute*: ad quem ferme sensum explicat Hieron. & tres Patres apud Theod. illud Cãt. 1. *Collũ tuum sicut monilia.* Sicut aurum, inquit Hieron. lentescẽs flectitur in circulũ, sequiturque quocunque torqueas, sic sponsæ collum, &c. praua igitur generatio, flexibilis, & facile se ad malum conuertens, dura, peruicax, & ferrea erat ad sucipiendum, & portandũ Dei iugum, vt ex omni parte praua, & impia deprehenderetur. *Exod. 32. n. 9. & c. 33. n. 3. & 5. & c. 34. n. 9 & Deut. 9. n. 6. & Isai. 48. n. 4.* *Eccl. 30. n. 12.*

Vel peruersa generatio dicitur, quę non rectis consilijs, sed vafris, & astutis vtebatur, & firmitatem sibi ex contortis, perfidisque commentis, tanquam ex complicatis funiculis, comparare studebat, vt patet ex lib. Iob. *Qui comprehendit sapientes in astutia sua, & consilium prauorum dissipat,* quos. 70. dixerunt Græc. ac si Latine scriberent multis, implexisque & contortis inuicem consilijs, ac fraudibus vtentes. *Iob. 5. n. 13.*

Carthus. *Generatio praua* in effectu, *Peruersa* in affectu: *Praua* quoque in sensualitate, & *Peruersa* in superiori parte animi: *Praua* per errorem, ac perfidiam intellectus, *Peruersa* per infectionem affectus, ita etiam Lyran & Interlinealis, quæ ait: *Praua* sensu, & voluntate, seu *Praua,* id est, beneficijs ingrata, *Peruersa* vero operatione, id est, pro bonis reddens mala. Theod vero vult hoc in loco Iudæos appellari diaboli filios, quales postea dixit Christus: *Vos ex Patre diabolo estis*; sic enim habet ibi. Diaboli filij, & serpentis, tanquam ab ipso geniti ad eius similitudinẽ obliqui sunt, & tortuosi; viam rectam non incedentes, sed obliqui se circumuolentes; Rupertus vero explicat. Generatio praua, quia de bonis quidem parentibus, sed male progenita, quia non de fide, sola Patrum carne exorta, idcirco praua, & peruersa, quæ fidem parentum non imitata secundũ mores Patribus longe disparata.

Caiet. vero putat hoc versu contineri, & sumarie describi conditiones populi Israel, sicut præcedenti versu continentur Dei conditiones Prima igitur est destructio eorum, quæ ad Deum sunt, hoc est destructio diuini cultus, diuinæque legis, legit enim Caiet. ex Hebr. *Destruxit ei,* & ibi fundat hanc conditionem. Secunda est, quod priuati sunt filiatione, & hæreditate Dei, ex eo enim, quod nõ sunt innixi diuinæ legi, reddiderunt se indignos adoptiua filiatione, & consequenter hæreditate Dei, & deducitur hæc conditio ex eo, quod dicitur, *Non Filij eius.* Tertia significat, quod ipsi met faciunt sibi hanc maculam, quoniam libere se inficiunt maculis peccatorum, & hanc colligit ex illis verbis, *Macula eorum,* quod Pagnin. dixit, *Macula eis,* Quarta, inquit, manifeste sonat genus illud Hebræorum tanquam inditas habere duas conditiones, videlicet obliquitatem, & versionem; hoc est, quod pronum est ad declinandum á recto, & ad vertendũ cultum diuinum in cultus Deorum gentiũ, quod sumitur ex illis verbis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Generatio prauа, atque peruersа. Cum ergo de malignitate illius generationis multis modis constet, eadem etiam hoc in loco multipliciter exponitur, & variæ expositiones vni genti facile est adaptare. Vel etiam appellat generationem prauam, vt indicet iã ab initio, & ab ipso veluti vtero, & materna aluo malitiam traxisse apud Oseam 9. n. 11. de Israelitis ait Diuinum Oraculum : *Gloria eorum* (id est superbia) *fuit apartu.* Et Dauid Psalm. 57. n. 5. *Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa,* vbi Chrysostomus sic explicat : Peccati originarij vis in impijs elucet ab incunabulis ita vt statim ab infantia in malitia adolescant, & proficiant. A vulua sunt compositi ad mala agendum. Alij seminaria, & igniculos virtutis a natura habent, & origine, alij scelerum. Parentum virtus & improbitas ad vtrumque maxime confert item educatio &c. In hoc igitur sensu potest hæc generatio dici praua, &c.

Osea. 9. n. 11, Psal. 57. n. 5.

ANNOTATIO. I

Quantum malum nobis inferat peccatum.

EX eo, quod hoc loco vbi nos legimus: *Peccauerunt ei,* aliæ versiones habent: *Corruperunt se,* vel *corruperunt sibi, & non ei,* libet annotare quantum sibi peccatores nocumentum inferant, & quam grauem corruptionem afferant, dum .s. diuina spoliantur gratia, Dei amicitiã dissoluunt, & æternam incurrunt pœnam, quorum quodlibet maximum dici potest malum, maximum item si proponatur corruptibile bonũ, quod in causa est misero peccatori, vt auertendo se á Deo, ad illud, vel etiam contra ipsam rationem naturalem conuertatur, & cum talem corruptionem sibi comparet qui Deo, imo potius sibi peccat, iuxta ea, quæ in litera annotauimus, quandoquidem nihil Deo officit, cum sibi grauissime noceat, inimicissimus vtique sibi metipsi inuenitur, vbi notandum illico venit quod obseruat Philo lib. de profugis, cautum .s. à Deo ne quisquam fratricidam Cain occideret. *Posuit enim signum in eo, vt non interficeret eum omnis, qui inuenisset* ; quod .s. nullus alius illi sic nocere potuerint, atque ipse sibi nocuit peccando, is enim, qui illi necem inferret, miseræ vitæ finem imponeret, & transitorio, ac breui quodam malo aboleret iuge illud, ac perpetuum, quod patiebatur quãdiu viueret. Cain, inquit ille, imprudentis fratricidæ mors nunquam in lege inuenitur, imo extat hoc Oraculum : apposuit Dominus in Caino signum ne quis eum inuentum interimeret. Cur ita? Opinor quia impietas malũ est infinitum, quod semel accensum nunquam extingui potest, in quam competit illud poeticum. Immortale malum, nulla delebile morte. Immortale in præsenti vita, alioqui apud Deum exanime, mortuumque à Diuino choro semotũ quam lõgissime, oberrans circa vitam mortalem, cum non possit morte sua mortale genus relinquere. Reliquit itaq; Deus Cainũ in manu peccati sui, arcens quemlibet alium inimicum, & prohibens ne noceret quasi committens illum immaniori inimico, peccato, scilicet, suo, quod crudele, ac perpetuum illi bellum inferret, atrocius quidem, quam ab alio posset perpeti.

Genes. 4. n. 15.

Conquestus olim Saul de irruentibus in eum Philistæis ait ad Samuelẽ. *Coarctor nimis siquidẽ Philistijm pugnant aduersum me, & Deus recessit à me, & exaudire me noluit, cui Samuel ait: quid interrogas me cum Dominus receßerit à te ?* Quasi ipsum corrigens quod Philistæos

Reg. 28. n. 15.

stæos timeret, cum potius peccatum suũ timere debuerit, quo à Deo recesserat, & quod in causa erat cur in eum omnia mala irruerẽt, eum enim, quẽ ab internis hostibus superatum, & diuina ope destitutum vident inimici externi, quasi oportunum tempus nacti adoriuntur, iuxta illud: *Persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eripiat,* cum tamen satis superque essent misero peccatori iniquitates ipsę, quibus implexus est, quarũ torturam expertus Dauid dixit: *Inueteraui inter omnes inimicos meos,* vbi Hierony. legit: *Cõsumptus sum ab omnibus hostibus meis,* per quos Glossa, atque etiam D. Greg. in comment. & 19. moral. c. 24. peccata intelligunt: illud tamen adducere libet, quod dixit Baruc. *Quid est Israel quod in terra inimicorum es? Inueteraßi in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis sempiternis* : qui enim in terra inimicorum istorum versatur, coinquinatus incedit, & cum mortuis sempiternis commoritur, quia nunquam euadit mortem, quam iugiter perpetitur.

Psal. 70. n. 11.

Psal. 6. n. 8.

Baruc. 3. n. 11.

Descendentibus Moyse, & Iosue de monte, audiens Iosue tumultum populi vociferantis dixit ad Moysen: *Vlulatus pugnæ auditur in castris,* quæ vox flebilem sonum significat ex primæua sua significatione, vt mox dicam, vel illum nullatenus excludit. Laudandum vero hac in re censet Serar. lib. 1. in Ios. c. 4. q. 3. ipsum Iosue, videtur enim hoc ideo dixisse, vt Moysem ad opem ferendam peccanti populo, vel preces, prout aduersus Amalechitas nuper fecerat, fundendas, modeste inuitaret, quasi existimauerit Iosue se audire vocem vlulantium, seu eiulantium, & deplorantium perniciem suam, & vastationẽ ab hostibus illatam, ac si nihil aliud per consequens essent voces peccantium, & lætantium in peccatis suis, nisi vlulatus, seu eiulatus eorum, qui manibus peccatorum suorum, velut infestissimorum hostium, vastabantur spoliati diuitijs, confossi vulneribus, protriti pedibus, in hanc enim infelicitatem miseri peccatores se trahunt: qui sensus mihi videtur probari ex Rabbi Kimhi lib. radicum, & Chaldæo Paraphraste dum reddunt illud, quod Moyses dixit, referens Iosue dictum: *Non est vox clamantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam: non est vox clamandi fortiter, neque vox clamandi debiliter.* Siue: *Neque robustorum eorum, qui vincunt, neque debilium eorum, qui vincuntur,* & Rabbi Salomon in comment. *Vox hæc non est virorum clamantium victoria, victoria, neque debilium vox vociferantium: Væ, væ, aut fugite, fugite.* Vnde vlulatũ dictum à Iosue intelligemus in hoc sensu, quod ipse voces audierit vincẽtium, atque victorum, ibi enim multa cõmissa fuerãt peccata, quæ idolatras corruperant, vicerant, & vastauerant, illa victoriam proclamabant, isti se victos ab inimicis, suismet, scilicet, peccatis, vociferantes lamentabãtur. Sed illud insuper notandum, quod Moyses dixit: *Vocem cantantium ego audio:* Etenim vox Hebræa verti potest, *Vocem afflictionis, humiliationis, & miseriæ,* non modo, quia punctis alijs legi possit, sicut videre est in Psalm. 21. sed etiam ijs, quæ apposita sunt retentie, sicut obseruat Serar. loco citato quæst. 4. Est enim infinitiuus loco nominis, vt sæpe tam apud Hebræos, quam Græcos, & Latinos fit, iã que in superioribus negationibus bis positus erat, sed cum adiectione, ac si sensus hic foret Non est vox afflictionis, quam infert vincentium vis, & robur, neque vox afflictionis, quã perpetitur, & femebunde qui ditatur eorum, qui uincuntur debilitatio, seu dissolutio, sed simpliciter vox afflictionis. O miram rem! epulantium, saltantium, cõpotãtium, & lasciuientiũ

Exo. 32. n. 17.

Psal. 21. n. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cantus post idolatriam admissam videntur festissimi, lætissimi, & iucundissimi, & tamen vere aliud nihil sunt quam vox afflictionis, & non huius, aut illius afflictionis, sed afflictionis simpliciter, quæ multo f. maior, & affligentior est, quam quæ vllo in prælio, etiã infelicissimo, esse potest, vtpote quia mala, quæ infliguntur peccatoribus, interuentu pecatorum, quę committunt, grauiora, & acerbiora sunt, quam possint ab alio quoquam hoste inferri, corrumpunt enim miseros peccatores affligentiori cruciatu, & dirioribus dissecant vulneribus, quam possint alij, quamuis infestissimi hostes, inferre.

Exod.32. n.7. In quam sentẽtiam facit id, quod Deus Moysi dixit: *Vade, descende, peccauit populus tuus*, vbi Caietanus ex Hebræo legit, *diruit populus tuus*, nempe quidquid boni in eo erat, & se ipsum destruxit, ac corrupit peccando, quo in loco Lypoman. aduertit, *sachath*, verbum idem significare ac corrumpere, dissipare, perdere, & peccare: enim vero nihil aliud est peccare, quã nos ipsos corrumpere, dissipare, & perdere, neque est alius, qui hæc omnia tam atrociter nobis inferat, quã nos ipsi, dũ delinquimus, quod prosequitur Chrysost. hom. de nomine Abraham, vbi inter alia ait: nihil ita labores, & ærumnas nobis affert, vt delicta, & propterea Christus his, qui in peccatis viuunt, dicebat: *Venite ad me omnes, qui laboratis, &c.* *Mat.11. n.28.*

Isai.59. n.5. Recolendus hoc in loco venit ille apud Isaiam, vbi Diuinum Oraculũ ait: *Ova aspidum ruperunt, qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confotum est erumpet in regulum.* Est autem hic locus Prouerbialis, quo significatur malum ab autore ipso in suummet caput accersitum, & metaphoram continet ab eo deductam, quod de partu aspidis, seu viperę nonnulli tradunt; cuius viscera in partu rumpi dicũtur filiorum enixu, quod etiamsi a multis existimetur esse falsum, non tamen id huic incommodat cogitationi, nam Scriptura pro nostro captu, & intelligentia vulgi, se interdum opinionibus, & sermonibus accommodat. Cum igitur peccatum concipiat, & pariat peccatum, iuxta Iacobi doctrinam in c. 1 quod nos ibi prosecuti sumus, ipso enixu, & consummatione peccati consumitur peccator, disrumpit, & discruciat, exitiumque mortiferum sibi infert, dum peccatum operatur. *Iacob.1. n.15.*

Illudque in hac corruptione peccatorum magis notandum, & plus dolendum, quod licet se corrumpant peccando, nũquam tamen in ipsa corruptione finientur, sed in eadẽ perdurant, & perseuerant, iuxta illud Ps. 7. *Consumetur nequitia peccatorum*, vbi ex Hebræo posset verti *consumet*; quantumcumque enim consumat, nũquã tandem extinguet, nunquam penitus cessabit, adhuc enim restat aliquid consumendum, semperque supersit quid deuastandum, quod magis explicat Symmach. dum vertit, *complea tur*, nunquam enim videtur cõpleta, finita, & consummata peccatorum corruptio, & consumptio. Vnde etiam Dauid Psal. 30. ait: *Infirmata est in paupertate virtus mea*, vbi Hierony. & 70. legunt: *Infirmata est in iniquitate*, quæ verba videntur continere allusionem ad ægrotum laborantem diuturna, grauique infirmitate, qui cum semper videatur interitum pati, morti que proximus esse, neutiquam tamen interit, sed iugi morte dilabitur, & perpetuo moriendo viuit: quod videtur dixisse Iob illis verbis: *Consumentur velut à tinea*, vbi D Gregor. ait. Tinea damnum facit, & sonitũ nõ facit, ita iniquorum mentes, quia damna sua considerare negligunt, integritatem quasi nescientes perdũt; quasi á tinea consumuntur, quia sine soni- *Psal.7. n.10.* *Psal.30. n.1.* *Iob.4. n.19.*

tu morsum

tu morsum culpæ tollerant, &c. Licet itaque Iosue vocem peccantium audierit, peccãtes tamẽ peccatorũ voces non audiunt quæ eos velut tinea torquent & ne tandem resipiscant vocẽ nullatenus edunt, quod bene prosequitur Nicetas ad Orat. 40. Nazianz. ex illo Psal 51. *Sicut nouacula acuta fecisti dolum*, vbi imperceptibilem consumptionem, & corruptionem peccati adumbratam contemplatur in nouacula quæ ita comam abscindit, vt cui raditur, nihil sentiat, sic & peccatũ gratiã detõdet, bona omnia aufert, gratiæ ornamenta detrahit, & depascitur ea tamen subtilitate, vt miser peccator corruptionem nõ aduertat, ne experrectus ad meliorem frugem se recipiat, & proprium nocumentũ aduertens ad Deum, cui nullum detrimentũ intulit peccãdo, reuertatur. *Psal.51. n.4.*

Denique quia peccator Deo minime nocet peccando, sed se corrumpit, sui osorem se esse ostẽdit, sibique infestissimum inimicum iuxta illud Psal. 10. *Qui diligit iniquitatem odit animam suã*, ex quo Orig. trac. 23. in Matth. demonstrat præceptum de dilectione proximi ab iniquo peccatore nõ posse adimpleri, quomodo enim diliget Deum ille, qui se non diligit, imo corrũpit, cui suffragatur Aug. tom 4. lib de amicit. vbi ostendit falso assumere præclarum nomẽ amicitiæ eos, inter quos est conuenientia vitiorum, non enim potest amare hominem, qui diligit iniquitatem, & odit animam suã, nam Eccles iast. 14. dicitur: *Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit?* Licet enim ibi de auaro peculiaris sit sermo in sensu accommodationis, inseruire potest, nam quo ad iniquitatem eadem est omnium peccatorum ratio, quæ libet enim est maximum peccatoris exitium. Videndus idem Augustinus in Enchirid cap. 67. & lib. 21. de ciuit. cap. 27 & de fid. & oper. cap, 14. & lib. 50. homil. hom. 37. cap. 5. vbi sic argumentatur; si ergo amando iniquitatem te ipsum non solũ nõ diligis, sed etiam odio habes, quomodo aut Deum, aut proximum diligere poteris? Similia sunt quæ habet Laurentius Iustin. lib. de carit c. 17. cum ait. Quomodo volebas tibi committi proximum, vt diligeres eum tanquam te ó homo qui perdis te? Si enim tu ipse te diligis vt perdas te; sic profecto perditurus es eum, quem diligis sicut te, &c. *Psal. 10. n.6.* *Eccl.14. n.5.*

Liquet igitur agnoscere summam peccatoris dementiam, & miseriam, qui sibi maius infert exitium quam posset à quoquam sustinere, & dum Deo minime nocet, sibi maxime officit, dumque præstantissimum amicum, nempe Deum, à se volens repellit, sibi infestissimus redditur inimicus. Cauẽda proinde propria destructio, & corruprio, quæ per peccatum incurritur, & præ oculis habendum quod peccantes se ipsos corrumpunt, Deo vero minime nocent.

ANNOT. II.

Sordes peccati, & immunditia proponuntur.

ETiamsi hoc in loco sordes intelligãtur de peccato idolatrię, sicut in litera aduertimus, deduci tamen possumus ad peccatorũ sordes, cum scitum, & vulgatum sit miserum peccatorem statim atque delinquit, sordidum in immunditia, & squalore iacere, quod ostendit locus ille Ezech. in cap. 16. vbi Diuinũ Oraculum immundum peccati statum sic prosequitur: *Aqua non es lota, neque pannis inuoluta, sed proiecta es super faciem terræ in die, qua nata es, transiens autem vidi te conculcatam, & dixi tibi cum esses in sanguine tuo: viue, viue, dixi inquam viue in san-* *Ezec. 16. n.5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

guine tuo, & amictum super te expandi, & operui ignominiam tuam; vbi per sanguinem indicantur peccata extrita Scripturę phrasi: *Libera me de sanguinibus, & sanguis sanguinē tetigit.* Sanguis autem nascentis puellæ fœdissimus est, & sordidissimus, sicut etiam menstruus sanguis, quo etiam peccata indicantur, vnde de Hierusalem dicitur: *Facta est quasi polluta menstruis.* Et apud Ezechielem 36. *Iuxta immunditiam menstruatæ facta est via eorum coram me*: aliquando vero expresse appellantur peccata sordes, iuxta illud Thren. 1. *Sordes eius in pedibus eius*, quod de peccatis intelligitur, quorum spurcitia conspicua erat omnibus, vnde Iob iuxta versionē Septuaginta, à qua parum Hebręa, & nostra discrepāt, ait: *Non est mundus à sorde, nec infans, cuius est vnius diei vita super terram.* Latina habet: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* Ex quo loco Origenes homil. 8. in Leuit. Aug lib. 12. contra Iulian. c. 2. & lib. 10. de ciuit. c 26 & in Psal 60 & 5. hypognost & alii peccatū originale probant & per vestem sordidam Iesu Sacerdotis Zachar. 3. peccata intelliguntur, sicut etiam per maculatam tunicam apud Iudam Caiet. peccata interpretatur.

Psel. 50. n. 16. Ose. 4. n. 2. Thren. 1. n 17. Ezec. 36. n. 17. Thren. 1. n. 8. Iob. 14. n. 4. Zach. 3. n. 3. Iud. n. 23.

Constat etiam hoc ex illo Oseæ. 4. *Ligauit eum spiritus in alis suis*, vbi Hieronymus ait: Immundus spiritus idolorum ita ligauit Israelē in alis suis, & eum libere volitare non patitur, sed quia immūdus est, in cæno, & sordibus volutari, quibus alæ veluti viscō adhærentes nunquā miserū peccatorem sūbleuare possint, & abstrahere. Et cū immundos patiatur dominos insanus peccator, perpetuo delitescit immūdus, donec Deo vocāte, á sordib⁹ resurgat, quod videre est in eo, quod maligni spiritus per Christū eiecti ab homine, eū deprecabātur dicētes: *Mitte nos in porcos*, & cum miser ille homo figura sit peccatoris, bene probatur qualis extiterit sub dæmonū legione, quādo ipsi adhuc immūda animalia pro domicilio postulāt, illud tamē aduertendum restat quod porci etiamsi immundi sint, & luto inuoluantur; quolibet cæno immundiorem iudicant dæmonum societatem, dum potius in mare se deijciunt, quā dæmonibus hospitium præbeāt, quod bene prosequitur Chrysol. fer. 17. in fin. cum ait. Vide vbi Sathanas sedē desiderat collocare: de sepulchris in porcos, semel infectus putredine, habitacula fœtida, & immunda perquirit: sordibus delectatur, & cæno, qui vtique semper fœtore criminum, & scalore pascitur vitiorum. Sed sic est odor eius tartareus, & crudelis, vt eum nec porcorum natura sufficeret sustinere: denique demergi in mari, & fluctibus maluit deperire, quā eius immunditiam pati, & putredinem tolerare, &c. Vide igitur qualem turpitudinem sibi acquirat peccator, quā neque etiam irrationales porci audent sustinere, quod adhuc magis constabit si adeas Augustī lib. 6 contra Faust Manich. c. 7. vbi ostendit per sues immundos, peccatores significari, quibus tamen immundiores sunt, dum libenter admittunt quod illire cusant. Videndus item Ambros. in c. 15. Luc vbi de filio prodigo pascente porcos sic ait. Peccatores in sordibus, ac fœtore viuunt, &c, quibus similia habet Tit. Bostrorum Episcop. ser. de eodem prodigo cum ita ait. In turpitudinis cæno vltro, citroque volutatus, merito inter porcos cēsetur & Bern. serm. de cōuersione Clericorū c. 13. Addiscitur, ait, fœtoribus merito qui recessit à Deo, &c. quibus similia habet Chrysolog serm. 1 ad fin. Ecce, inquit, quid facit cupiditas, liberum mutauit in seruum, iunxit porcis à patre pijssimo quem se iunxit, vt seruiret cænoso pecori, qui pietati sanctæ parere contempsit. Pietatis refugā reputatur porcis porcorum traditur seruituti, inquieti gregis teritur & maculatur excusu, &c.

Hebr. 12. n. 16. Mat. 5. n. 13.

Deducit impuritatē peccati Ambrosius serm. 21. in Psalm. 118. ex eo, quod immundus censebatur in lege, qui morticinum attingeret in signum immundiciæ, & turpitudinis peccati. Hebræus, inquit ille, murem, vel hominem abominabatur mortuum quia lex dicit: *Omnis qui tetigerit mortuū immūdus erit*, & humanitatis suprema negabat officia defunctis: sed legi non est mortuus, nisi qui iniustus est, hoc enim immunditia iustis, quod iniquitas. Quid enim immundius quam mentem, qua nihil homini pretiosius est datum, turpibus commaculare criminibus, & atrocibus efferare commentis? Quid illis prodest quod mortuum hominē visere formidant? Vtinam vitia corū non polluerent appropinquantem, quorum mors contaminare neminē potest. Mors nemini nocet, vtinā vita non noceat: contagiū enim colluuionis consortium iniquitatis est. Quomodo ergo cōtaminare potest, qui iniquus esse iā nō potest? Fuge ergo iniquitatē ne te cōprehendat, fuge iniustitiā, quæ viuētes adhuc, mortuos facit, sed nemo fugit iniquitatē, nisi qui diligit æquitatem. Sic ille ostendit contagium iniquitatis in morticino, eiusque contaminatione adumbratū.

Num. 19 n. 11.

Neque mirum si immundus reddatur peccator, dum delinquit, quando tanta est turpitudo peccati, vt, vel etiam creaturas, quæ peccare nō possunt, deturpet, & vitiet; quod plerique ex recētioribus ostendunt per singula creationis singulorum dierū opera, vt videre est apud Cornel. in c. 6. Gen. n. 7. atque etiam seruant in c. 5. Sapient. n 24. Etenim primo die creata est lux, quam fugat, & obtenebrat peccatum; vnde Hierem. ait: *Aspexi cælos, & nō erat lux in eis*; secundo die expānsum est firmamentū quasi tabernaculum; & orbes cælestes iuxta illud Dauid Ps. 103. *Extendens cælum sicut pellem*: at ob peccata cōminatur Deus apud Isai. hoc suū tabernaculum ne homines operiat complicandum: *Complicabuntur sicut liber cæli*; tertio die vestita est herbis speciosa terræ facies, iam ab illo chao, & aquarum abysso separata, sed peccatū ad id primū nihil; inane, & vacuū illam reducit, vnde per Hierem. dicitur: *Aspexi terram, & ecce vacua, & nihil*, id est inanis; nam in origine est vox, *tohu*, quæ Latine redditur inanis, nam vacua non est, *tohu*, sed *vohu*. Quarto die creantur luminaria, sed hæc peccatum eclipsat & dū luce priuat, fœdida reddit, vnda Isai. ait: *Ecce dies Domini crudelis, & indignationis plenus, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea, quoniam stellæ cæli, & splendor earum non expandent lumen suum: obtenebratus est Sol in ortu suo, & Luna non splēdebit in lumine suo.* Quinto die protulit aqua, pisces & aues, sed hæc quoque inficit, ac interficit peccatū, vnde Hieremias ait: *Omne volatile cæli recessit*, & Ezech. *Commouebuntur à facie mea pisces maris, & volucres cæli, & bestiæ agri, & omne reptile, quod mouetur super humum, &c.* Sexto die creata sunt quadrupedia, & homo, sed hæc etiam consumatis peccatis, consumūtur, vnde Hierem. *Vidi mōtes, &c. & nō erat homo*, & Osæ. *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur bestia.* Denique tāta est turpitudo peccati, vt loca etiā ipsa inficiat in quibus committuntur, sicut prosequitur Fernand vision 8 c. 6 sect. 1.

Gen. 1. n. 2. Hiere. 4. n. 13. Psal. 103. n. 2. Isai 34. n. 4. Hier. 4. n. 25. Ezec. 38. n. 20. Hier. 4. n. 13. Osæ. 4. n. 3.

Quam turpes vero sint, & indelebiles naturæ vi peccāti sordes, constat ex illo Hierem. *Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me.* Vbi Hieronymus, quod etsi omnibus munda videris, mihi mūda nō fis.

Hiere. 2. n. 22.

Hæc fuit ratio cur Dauid post pecca tũ dixerit. *Amplius laua me ab iniquitate mea*, vbi Hierony. legit: *Multum laua me*, Chald. *Admodum laua me*, Græc. *In plus laua me*, recordatus enim immunditiæ, & spurcitiæ peccati vnam ablutionem ad tollendam tantam fœditatem minime sufficere arbitrabatur, quod significanter dixit Aug. & Fulgent. 1. de remiss. peccatorum c. 12. *Magis, magisque laua me*, ipse vero in huiusmodi ablutionem iugiter insudans dicebat: *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis, &c.* Vbi Theodoretus: iniquitate contamina tum semper lauabit, quoad reddatur purus; etenim non tantum Dauidè ornabat purpura, quantum peccati macula fœdabat, sicut dixit Chrysostomus homil. 77. ad populum. Aduertit autem eleganter Ambrosius in apolog. Dauid, quod ipse propter animi sui generositatem, peccati sordes ferre non poterat, ij enim, qui generosi sunt sordes, & spurcitias, neque etiam vestibus adhærere patiuntur, quanto mogis animam in cæno, & luto peccatorum volutari. Sed heu miseri peccatores, qui de vestiũ mũditia, colore, ac nitore admodum soliciti, animàm sinunt scalore, imo fœtore iniquitatũ deturpari. Qua de re videndus Augustinus serm. 12. de verbis Domini, vbi ait. Non vides te erubescere debere bonis tuis, si domus tua plena est bonis, & te habet malũ? Quid enim est, quod velis habere malum? Dic mihi? nihil omnino: non vxorem, non filium, non villam, non tunicam, postremo non caligam, & tamen vis habere malam vitam. Rogo te præpone vitã tuã caligætuæ. Omnia, quæ circa iacent, oculis tuis elegãtia, & pulchra tibi cara sunt, & tibi ipsi vilis es, fœdus es. Si tibi possent respondere bona, quibus est plena domus tua, quæ habere optasti, quæ perdere timuisti, nonne & tibi clamarent: sicut tu nos bona vis habere, sic & nos volumus habere bonum Dominum? Tacita voce interpellant contra te Dominum tuum, ecce bona tanta dedisti huic & ipse malus est, &c. Quibus Augustinus ostendit turpem eorum conditionem, qui de cæteris omnibus admodum curiosi, de eorum munditia, & bonitate iugiter curant, suæ vero animæ sordes indies crescere, & multiplicari patiuntur, de quibus cum eodem Augustino 1. Confess cap. 13 dicere licet: Quid est miserius misero non miserante se ipsum; Qui s. cum apud se sordes minime sustineat, quin statim auferat, abluat, & abstergat; diu in fœcibus peccatorũ iacet, & cũ se immũdos nõ impij ignorent, vtpote qui fecerũt, de se ipsis mundandis minime curant. Quo in loco illud possumus adaptare, quod Cyprianus dixit epist. 2. ad Donat Videas quod crimen sit, & videre; non leue siquidem crimen est, videre se hominem sordibus peccatorum horridum, suæ absterſionis oblitum, qui si in lutosum locum incideret, aut vestem macularet, domo contineretur, donec, vel vestem mutaret, vel mundam redderet; & cum cæteræ maculæ non tam sint odio dignæ, eas maxime abominãtur, at odibilem peccati maculam, sicut vocauit Bernard. de conuers Cleric. c. 15. apud se diu permanere sinunt.

Psal. 6. n. 7.

Videndus hac de re Philo lib. de profugis vbi peccatum dicit abiectius quam sterquiliniũ, & Chrysost. hom. 7 ad popul. vbi peccatum sanies esse dixit. quæ proinde stomachum ciere debet, vt abijciatur, in quam sententiam facit locus ille Leuit. vbi dicitur: *Omnes execrationes illas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. Cauete ergo ne, & vos similiter euomat* (.s. terra) *Cum paria feceritis*, vbi metaphora est desumpta ex eo, quod ingratum, & graue est stomacho, hoc

Leuit. 18. n. 27.

enim ex se expellit, neque apud se diu patitur, sic igitur diuinum Oraculum explicat quam abominabiles sint peccatores, quos, vel etiam insensibilis terra, veluti nociuos reijcit, vbi 70. idiotismum explicarunt, aggrauata est terra, idcirco enim euomuit, quia sentiebat se aggrauari, & contaminari à sceleratis hominibus. Potestque vox Græca reddi stomachata, seu indignata. quod Theod. recte exposuit: ne execretur, sicut execrata est, sic enim solet vel ipsa terra impios execrari, & abominari sordidos peccatores, quod prosequitur Oleast. in c. 3. Numer. vnde mirum nõ est, si Deus indignos euomat, quando, & insensibile elementum impios sustinere recusat, & veluti sordidos ex se repellit: soli sibi immundi non apparent, qui se ipsos abluere quamcitissime non curant, & cum ipsa etiam elementa impiorum communicatione infecta purgentur, sicuti purgata est terra aquis dilluij, & elementa in fine mundi purgabuntur per ignem. Qua de re videndus D. Th. in. 4. sent. d. 47. q. 2. art. 1. ad. 2. vbi ait: Quanuis corporalia elementa subiectum culpæ esse non possint, tamen ex culpa in eis commissa, aliquam ineptitudinẽ possunt consequi. &c. Cum ergo sordida cõscantur elementa, proindeque purgatione indigeant, quid est quod ille, qui elementa commaculat, turpitudinem suam ignorat, & sordes, quibus infixus tenetur, minime purgare curat, Deumque pro illarum ablutione instantissime non precatur, inclamãs cum Dauide. *Amplius laua me? &c.*

Num. 3. n. 16.

Hinc iam constabit quantum debeamus amorem Candori lucis æternæ, Filio, scilicet, Dei homini, qui sordes omn um nostrum in se suscepit, ita, vt scandalum redderetur Iudæis, & speciem non haberet factus pro nobis peccatum, vt peccata mũdi tolleret, nam cum ipse esset linteum, quo sordes nostras absterſit, fœdus vtique permansit Iudæis, oculis tamen fidei pulcherrimus. Qua de re videndus Ber ser. 2. in Cœna Domini, vbi ponderat linteum, quo Christus Dominus præcinctus absterſit pedes discipulorum, quos lauerat, significasse carnem ipsius, qua sordes nostrorum peccatorũ susceperit, sic enim habet. Exterſit linteo, quo erat præcinctus, vel carne, qua erat indutus, & quæ euomit scelera, vel etiam ipsa terra, Filius Dei in se susceperit, quando aliter fieri non poterat, vt contractam spurcitiam nostris viribus repelleremus, & cum apud nos linteum reliquerit, carnem .s. in venerabili Sacramento, omni prorsus excusatione carebimus, si scelerum sordes diu apud nos sustineamus.

Et quia putidi odoris, & abominabilis graueolentiæ esse solet immunditia, hoc etiam in sordibus peccati iam ostendimus; hinc enim est quod Magdalena detulit alabastrum vnguenti, vt aliqua ex parte turpitudinem, & fœtorem peccatorum occuleret; est enim putidi odoris peccatum, sicut dixit Orig. hom 1. in Cant. & de eadem cõuersa, & abluta dicitur fit ex lebete phiala, quæ enim antea sordidum vas extiterat, iam odoriferi liquoris, & odoramenti scrinium redditur, phialæ enim plenæ odoramentorum inueniuntur in Apoc. & hæc iam plena gratia, turpi odori scelerum ante conuersionem opponitur.

Apoc. 5. n. 8.

Proprium item sordium est pudorem inijcere ijs, quos deturpant, quod in contagio peccati cernere est, vnde per Dauidem ait Deus: *Arguam te, & statuam contra faciem tuam*, quod Hieronym. legit, *Proponam te ante oculos tuos*, clarius Ambrosius. *Statuam contra faciem tuam peccata tua*; quod tam graue supplicium erit sordido peccatori, vt Basil. Orat. 3. de iudic. & in

Psal. 49. n. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalm. 33. putet fore grauius, quã tenebras, & ignem æternum; & plus torquendos iniquos peccatorum pudore in extremo iudicio cũ illis ante oculos fuerint propositæ peccatorum maculosæ sordes, quam cum fuerint igni æterno traditi.

Et in hoc sensu Anselmus lib. de similitud. cap. 190 ait. Si hinc peccati pudorem, & illinc cernerem inferni horrorem, & vni eorum necessario haberem immergi, potius me in gehennam immergerem, &c. Cui accinit Chrysostomus hom. 6. ad popul. vbi docet quærenda potius supplicia, & mala pœnæ, quam sustinendam verecundiam peccati. Hanc minime sustinentes Iudæi iuxta multorum sententiam, solam reliquere mulierem comprehensam in adulterio, quam apud Christũ accusabant; etenim Dominus scribens in terra, peccata accusantium exprimebat, quæ illi in descriptis notis perceperunt ad eum modum, quo iuxta cuiusque voluntatem percipiebat quemcunque voluisset saporem, qui manna vescebatur, & quibus linguam suam intelligebat, loquentibus Apostolis diuino spiritu afflatis; cum igitur quilibet circunstantium in notis illis propria peccata relegeret, omnes confusi recesserunt, se minime patientes, conspici, & sordibus tinctos, ac spurcitijs infectos se cõperientes, tantus enim est peccati pudor, & horũ sordiũ turpitudo, vt eam minime sustinere valeant immundi peccatores, quod tandem inuiti patientur, at si pro munditia, & ablutione modo faciãt, & sibi proponãt, vt abstergant, & in posterum caueant, præstante id diuina gratia, ad cuius præsentiam peccatorum maculæ abolentur.

Sap. 16. n. 20. *Act. 2. n. 6.*

Ioan. 8. n. 6.

TEXTVS.

TEXTVS.

Num. 6.

Hæccine reddis Domino populе stulte, & insipiens? Nunquid non ipse est Pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?

EXPOSITIO LITERALIS.

QVasi admiratus Moyses summam nequitiam, & ingratitudinem Iudæorũ, hoc in loco vehemẽti obiurgatione in eos inuehitur, & quoniam sicut notauit Hieron. in cap 2. Isai. Prona est ad excusationem sui humana peruersitas, vt quidquid merito sustinet, iniuste sustinere videatur, & propriam culpam referat ad iudicium Dei, proinde ostendit ex parte Dei nihil defuisse, & Iudæorum malignitatem nihil mali prætermisisse. Plus autem hæc verba dicunt, quam sonant, quasi peccatum illius gentis nequeat explicari, exprobratur illis per hæc verba: *Hæccine reddis?* sicut cum vellet Deus recensere, imo & rependere Abrahamo singularem fidem, & obedientiam, qua ex Dei præcepto filium pene obtruncabat dixit illi: *Quia fecisti rem hanc.*

4. Reg. 9. n. 37. *Thren. 2. n. 15.* *Eccli. 12. n. 19.* *Hier. 18. n. 19.*

Quod si admirationem velis, similem videre est 4. Reg. 9. *Hæccine est illa Iesabel*, & Thren. 2. *Hæccine ne est vrbs?* Sic enim videtur explicanda hæc interrogatio ex manuum plausu, & capitis motione, vt Eccl. 12. *Caput suum mouebit, & plaudet manu*, & Hier 18. & de sibilo apud idem cap. Hier. n. 16. & c. 19. n. 8. & c. 25. n. 9. & 18. & c. 49. n. 17. & c. 50. n. 13. & c. 51. n. 37. quæ omnia indicant illud *Hæccine est vrbs*, per admirationen fuisse dictum, eo quod post tanta beneficia, tantam rependerit ingratitudinem, vnde meruit in eum deijci statum, qui in admirationem raperet intuentes, vt late colliges ex Hieron c. 18. n. 6. Amplius vero innotescet hæc exprobratio, si illam cum ijs, quæ de Deo dixerat n. 4. *Deus fidelis, &c.* & cum ijs, quæ statim infert, *Qui fecit te, &c.* conferamus: expositа enim Dei bonitate, & beneficentia proposita, ingratitudo ingraueſcit, explicaturque magis dum tacetur, & sine responsione interrogatur. Estque locus similis Ionæ in c. 1. vbi postquam Ionas interrogatus quis nam esset, dixit. *Hebræus ego sum, & Dominum cæli ego timeo, &c. Et dixerunt ad eum, quid hoc fecisti?* Quasi dicat, hæccine reddis Domino, quem times? Vbi Hieronym. acute deducit ex eo, quod dixerit propheta *Dominũ Deum cæli ego timeo*, nautas illum per admirationem interrogasse. Quæritur, inquit ille, quomodo verum dicere comprobatur, *Dominum Deum cæli ego timeo*, cum eius præcepta non faciat? Quod si mirati sunt nautæ talia Ionam Deo reddidisse, qui se seruum fatebatur, nam pro eo, quod nos habemus, *Hebræus ego sum*, 70. reddiderunt, *Seruus Domini ego sum*, & ita legunt. Theophyl. & Theod. ibi, & Clem. Alex. 5. Strom. in fine: quanto maiori cum ratione hoc in loco Moyses excandescés admiratur, quod Domino talia reddiderint amici, cũ quibus fidele pactum inierat, filij, quos ipse fecerat, & creauerat Pater. Si autem inuerecundus debitor est, qui aut differt credita, aut promissa

Ion. 1. n. 9.

denegat

Universidad de Deusto
Biblioteca

denegat, sicut recte aduertit Chrysol. ser. 123 in princ. Magna sane impudētia istius gentis, quæ non solum differt credita, sed negat accepta, imo, & pro acceptis beneficijs incredibiles rependit offensas, vnde Iacob de Valentia hoc in loco ait: Hæccine reddis Domino pro tantis beneficijs acceptis ó populе stulte in eligendo, insipiens in iudicando, & cognoscendo, quia contempsisti bonum, elegisti malum, & tanquam insipiens oblitus es beneficiorum receptorum.

Notandum deinde est pro clariori notitia præsentis literæ, quod idolatria in Scriptura dicitur iniquitas maxima, vt patet ex c. 31. Iob. & cum summum aliquod flagitium notatur contra Deum, confert illud Scriptura cum idolatria, tanquam cum prima improbitatis mensura, vt patet ex 1. Reg. 15. vnde, & idolatræ in Scriptura simpliciter dicuntur peccatores, & idolatria peccatum, Galat. 2. *Non ex gentibus peccatores*, & Luc. 24. *Tradetur in manus peccatorum*, & Ioan. 6. *Arguet mundum de peccato*. Vehementsque est amplificatio illa Sapient 14. *Infandorum idolorum cultura omnis mali causa est, & initium, & finis*, vbi Carthus. ait, idolatriam esse causam omnis mali, quoniā oriri possunt ac solent ex ea. Initium veluti dignitate, hoc est gravitate; finem vero quasi extremum, & in quod cætera vitia quodammodo desinant, & per alia homines in id tandem, atque corruere soleant: & ad hoc flagitium obstupescūt cæli, & portæ eius desolantur vehementer ex Hier. 2. & vix de alio crimine Deus tam graviter conqueritur atque de idolatria. Et quod amplius est tot fortitur nomina, vt nullum aliud peccatum sit, quod tam plures habeat appellationes, modo enim idola appellantur offensiones, & dolores oculorum, vt quæ Deus non sustineat videre, mox abominationes, quas nō sine ingenti nausea coram se videat, deinde odium, spurcitia, immunditia, sordes denique, vt superiori versu vidimus, appellat sacer tex. Nihil denique est turpe, nihil immundum, nihil impium cum quo non possit idolatria conferri, imo cui non possit anteferri. Cum igitur tot nomina sortiatur, ijs omnibus hoc in loco innominata præfertur, ideo enim puto factum, vt Moyses hic eam minime expresserit quo significantius exprimeret, quasi enim nullum inueniens vocabulum, quod tot mala in vno complectatur crimine, nullum nominando, omnia dicit, & exprobrat cum ait, *Hæccine reddis Domino?*

Iob. 31. n. 28.

1. Reg. 15. n. 23
Galat. 2. n. 16.
Luc. 24. n. 7.
Ioan. 6. n. 18.
Sap. 14. n. 27.

Hier. 2. n 11.

Cum igitur hucusque Moyses in plurali, atque etiam in tertia persona de Israelitis locutus sit, modo ad secundam singularis numeri transit, quod in lingua Hebræa satis vsitatum est. Qua de re videndus Pagnin. in Reg. ad intelligendum literalē sensum Scripturæ Reg 13 vbi hoc locuplenter ostendit. Videndus item Sanctius ad illa verba Cantic. 1. *Osculetur me, &c.* & in expositione Psalm. 67. ibi, *Exultate in conspectu eius*, vt plures in apertissima re omittam.

Notandum deinde verbum, *reddis*, quod querimoniam ex parte Dei videtur continere, hoc enim amantium ingenium est, vt si quando comperiant se à dilectis contemni, id ægre ferant, & illorum ingratitudinē acerrime incusent, & exprobrent, sicut notauit Nazianz. Orat. 2. apolog. in med. vbi Ait: amor ad accusandū acerrimus, copiosissimusque est, cum ob mærorem ex inopinato contemptu susceptum in zelotypiam exarserit: id si quis è vobis æstro percussus senserit, passionem hanc animi cognoscet, ac talia patientibus ignoscet, pariter, & ijs, qui ad affectionem illam sunt procliues. Neglectum igitur se sentiens Deus, post tam largam effusionem

nē bonorū, post tā effusam dilectionē, veluti zelotypia ardens per os Moysis inuehitur in ingratum populum, iniurijsque afficit, vt in præsenti videmus.

Vt melius nobis constet quid significet istud, *reddis*, videndus erit Aug. in Psal. 108. & habetur. 23. q. 3 c. Sex differētiæ, vbi ait: Sex differentiæ sunt: reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis, hæc bonorum sunt, & prius melius: non reddere bona pro bonis, & reddere mala pro bonis, hæc duo malorum sunt, sed posterius deterius, &c. aliud est enim Deo non reddere quas debemus gratias, subiectionem, obedientiam, & cultum, quod satis iniquum est; at quod impijssimum censetur, est pro tot debitis, iniurias, & offensas Deo reddere, & sicut dixit Saluian. 8. de prouid. in med. minoris piaculi res est si honor Deo non deferatur, quam si irrogetur iniuria. Non inuehitur igitur Moyses quod non reddiderint Deo debitum cultum, sed quod potius reddiderint iniurias, vnde cum peccatum non tantum Deum lædat verum etiam, quod in se est, ipsum destruere appetat, & conetur, de quo videndus D. Th. 1. 2. q. 21. art. 4. ad. 1. & q. 47. art. 1. ad. 1. vbi Caiet. q. 71. art. 6 dub. vlt. ad. 2. & 1. p. q. 19. art. 9. §. ad hoc. Medin. 3. p. q 1. art. 2 vbi Suar. disp. 4. Peltan de satiffac. Christi Inde est quod malum reddat pro bonis, sicut hoc in loco explicat Rupert. quod nos etiam possumus exponere, vt illud, *reddere*, sit potius detrahere, & auferre, honorem s & cultum debitum, licet enim honor potius sit in honorante, quā in honorabili, maximum bonorum externorum est, sicut dixit Arist. 4. Ethic. c 3. & peccatis admodum lædi Diuinum honorem, ipsa per se res clamat, contemnit enim peccator Deū, vnde Aug. duas illas ciuitates destinxit 14. de ciuit. c. 28. terrenam .s. quam fecit amor sui vsque ad contemptum Dei, cælestem vero, quam fecit amor Dei vsque ad contemptum sui, & quasi se spoliatum conqueritur Deus cum per Isai. ait: *Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me*, qui contemptus ex peccato nascitur, nam ex verbo originali proprie legitur, ipsi præuaricati sunt, vel, peccarunt, *Pasagh* enim peccare est cum contemptu, sicut etiam ab eadem radice Isai. 59 peccare, & mentiri contra Dominum q d. contemnere, & datam fidem violare. Et cum honor tantæ æstimationis sit, vt etiam Arist 4. Ethic. dixerit, cum absque honorabilibus bonis adest aliquibus fortuna, sæpe numero contemnitur, & Deus Isai. 42. *Gloriam meam alteri non dabo*, hanc illi detrahit peccator, sicut aduertit Ber. ser. 4. de Nat. Dom. vbi versans dictum locum ait: *Gloriam meam*, Deus inquit, *Alteri non dabo*, & superbus: ego, inquit, mihi eam, licet non dederis, vsurpabo; non enim placet ei angelica illa distributio dans gloriam Deo, pacem hominibus, sed maxime Deo honorem detrahit, dum peccando contemnit, & idolis per summam impudentiā, & stultitiam tribuit, & hæc redditio reprehenditur per admirationem hoc in loco, dum dicitur, *Hæccine reddis?* Id est, ita ne detrahis illi, cui honorem, cultum, & quæcunque habes, debes, vt alteri, qui non est, & cui nihil debes, reddas?

Isai. 1. n. 2.

Isai. 59. n. 13.

Isai. 4. 2. n. 8.

Luc. 2. n. 14.

Apud Michæ. c. 9. interrogat Dominus. *Populе meus quid feci tibi? Quia eduxi te de terra Ægypti, &c.* q. d. non video quid mihi obijcere possis nisi beneficia in te collata, quod Hierony. acute ibi annotauit. An beneficia nostra contumeliam interpretaberis? Deoque idem propheta, n. 6. dixit, *Quid dignum offeram Deo?* Quasi nihil repererit. Mirum tamen est, quod stultitia iniquitatis, & ingratitudinis

Mich. 6. n. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuenit tandem id, quod sapientia Sanctorum inuenire non potuit, aliquid .s. quod Deo redderet, & ad ipsum minime spectaret, enim vero cum ea, quæ Deo reddunt Iusti, ad illum omnia spectent, sicut testatur Dauid 1. Paral. 29. dicens: *Tua est Dñe magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, cũcta, quæ in cælo, & in terra tua sunt, & quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi,* & rursus. *Dñe Deus noster omnis hæc copia, quam parauimus de manu tua est*; propterea ipse Dauid post acceptam à Deo salutem solicitus ait: *Quid retribuam Domino*, quod proprie ex Hebr. legas, *Quid reddere faciam ad Dominum pro omnibus, quæ retribuit mihi*? Hebræi exponunt, *Omnia beneficia eius super me*, id est, omnia beneficia eius sũper me video, ita vt nihil illi ex meo reddere valeam, cum prior ipse mihi omnia dederit, sicut dixit Paulus, quod etiam testatus est Dauid Psalm. 15. *Quoniam bonorum meorum non eges*, vbi Chladæus, *Bonum mihi non datur nisi à te*, alij ex Hebræo legunt, *Bonum mihi nullum accidere potest, cuius tu non sis auctor.* Id igitur, quod gratitudo inuenire nullatenus potuit, quod .s. Deo redderet, & ab illo non accepisset, inuenit ingratitudo, reddendo .s. Deo mala, & offensas, & qui ad reddendum aliquid Deo dignum impotentes erant, ad reddenda indigna celeres inueniuntur, talia tamen sunt, quæ nec nominare audet Moyses, cum indigna sint non solum Deo, sed etiam ab homine aliena, qui ideo etiam ab homine desciuere, vnde stulti, & insipientes appellantur, etenim cum se reddere deberẽt Deo, idolis se dederunt, Deo autem iniurias, easque grauissimas; vbi notandum venit quod dixit Aug. ser. 236. de tempore satisfaciens iustorum interrogationi, dum quid Deo redderent, interrogabant. Quærebas, inquit ille, quid offerres pro te; offer te: quid enim Dominus quærit à te, nisi te? Quia in omni creatura terrena nihil melius fecit te, &c. sed impie, & stulte Iudæe, qui te nescis, & ad quid te Deus fecerit ignoras, propterea illi hæc reddis, quia te non reddis, cum reddideris dæmonijs, & non Deo. Redde illi te, si vis reddere quæ vult à te, & si vis habere te, nec alienari à te, redde illi te, qui fecit te, vt redderes illi te, &c. De siphio lapide dicitur oleo excalfactum durescere, alioqui mollissimum, tales stulti, & insipientes Israelitæ, qui cum alias sibi sapientes esse videantur, duriores redduntur beneficijs, & cum grates reddere deberent, duram reddunt ingratitudinem, & pro cultu reddunt iniurias, cum idolis reddant adorationem.

Conquæritur maxime Iob de suis ærumnis, eo quod post multa patrata bona, tot in eum irruerint mala; *Expectabam*, inquit, *bona, & venerunt mihi mala, præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ.* Expectauit Deus vineam suã vt faceret vuas, & fecit spinas, expectauit vt redderet gratias, intulit iniurias; quid mirum igitur, si spiritu Dei afflatus Moyses, tantæ ingratitudinis admiratus exprobret, & exclamet, *Haccine reddis Domino*, quia vero tantæ ingratitudinis nulla omnino poterat reddi eausa, tota reducitur in stultitiam, & insipientiam ideoque populus, qui talia reddidit, stultus, & insipiens iure dicitur.

Pro qua re aduertendum est morẽ esse sacræ scripturæ appellare stultos, & insipientes eos, quos Deus conuincit, seu qui ad commissa scelera ita conuincuntur, vt nihil prorsus habeant quod respondeant, sic enim cõuicto Dei populo beneficijs à Deo collatis, quibus tam male respondit, addit diuinum Oraculũ, *Conticuit populus meus, quod non habuerit scientiam*, vbi Chaldæus habet: *Insipiens factus est*

1. Paral. 29. n. 11. & 13. & seq.

Psal. 105. n. 3.

Rom. 11. n. 3.

Psal. 15. n. 2.

Iob. 30. n. 26.

Osa. 4. n 6.

populus meus, id est, nihil respondere potuit, more stulti, & insipientis, qui neque habet, neque scit quid loquatur, quod magis aperuerunt Septuaginta legentes, *quasi non habens scientiã*, vnde lux affertur illi loco Luc. 6. vbi Christus Dominus conuincens eos, qui negabant licere Sabbatho curare, statim addit facer tex. Ipsi autẽ repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad inuicem quid nam facerẽt Iesu, id est, nihil omnino illi respondere potuerunt conuicti. Sensus igitur istius loci est, Populе ingrate quid respondere poteris tantis beneficijs conuictus? Profecto stultus, & insipiens deprehẽderis, vtpote cui responsum desit, sicut contingit stulto, & insipienti.

Populе, quando in Scriptura Israelitarum gens populi appellãtur, in malam partem id accipitur, quod aperte videmus Act. 4. *Qui Spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius; conuenerunt enim vere in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum quem vnxisti Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Israel.* Ex quibus patet cum Dauid ait, *Quare fremuerunt gentes*, id de populo Gentilium intelligi, in eo vero, quod sequitur, *& populi meditati sunt inania*, populum Iudæorum indicari, qui similes gentibus effecti, populi dicuntur. Et Psal. 32. *Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum*, vbi Euthym. *populos*, de Iudæis interpretatur; & Mich. 1. *Audite populi omnes*, hoc est duodecim tribus Israel, vt exponit Theod. & alij. Cum igitur ille populus in malã partẽ acciperetur in plurali, in bonã sumebatur in singulari, vt Psal. 77. *Attẽdite populе meus legem meã, audi populus meus, & loquar Israel.* Et Sancti morientes apponuntur ad populum suum.

Luc. 6. n. 11.

Act. 4. n. 25. & eq. Psal. 2. n. 1 & seq.

Psal. 32. n. 10.

Mich. 1. n. 2.

Psal. 77. n. 1.

Sane in Scripturis, & apud profanos etiam Auctores male audit multitudo, & multi vocãtur peccatores, imperitum vulgus, *Stultorum multus est numerus.* Proinde cum in plurali appellatur gens illa, populi, male audit, non sic vero in singulari; & cum additur aliquid numero singulari, quod denotet sumi in malam partem, sicut in præsenti, cum dicitur: *Populе stulte & insipiens*, æquiualet numerus singularis plurali.

Neque vero ex eo, quod Moyses hoc in loco de toto videtur loqui populo, colligendum est omnem prorsus gentem idola coluisse, est siquidem Scripturæ consuetudo, vt quæ à multis fiunt, ab omnibus fieri dicat, sicut etiam negat ab aliquo fieri, quæ fieri solent ab admodũ paucis. Hinc est, quod Gen. 35. filij Iacob, in quibus etiã numeratur Benjamin, nati dicũtur in Mesopotamia, & tamen ibi non est natus Benjamin, & 2. Reg. 16. Absalon ingressus dicitur ad cõcubinas patris sui coram vniuerso Israel, & c. 17. ab omni viro Israel probatũ esse traditur consilium Chusai, cum tamen nõ ibi essent plurimi ex Israel, & ad Hebr. c. 11. cum actũ esset de Abel, Noe, Abrahã, &c. omnes dicũtur esse mortui, eũ tamẽ Enoch viuere ab Apostolo ibidẽ dicatur: *Fide*, inquit, *trãslatus est Enoch; ne videret mortẽ.* Et Luc. vlt. Apostoli dicũtur semper esse in tẽplo, & tamen Act. 1. constat fuisse etiã in domo, vbi Petrus, & Ioãnes, habitabant. Prophetæ etiã á sæculo Sãcti vocãtur Luc. 10. & Act. 3. sed aliqui fuere non Sãcti, vt Balam, & illi, qui dixerunt Matth. 7. *Nonne in nomine tuo prophetauimus?* Videndus hac de re Aug. lib. 2. quæst. in Exo. q. 47. Salmeron prolog. 11 quinq. 3. can. 5. Riber. in Amos c. 5 n 61. Sãct. in c. 10. Isai. n. 27. & in c. 1. Act. Apost. n. 5. vnde constat ex vsitato modo loquẽdi Scripturæ, Moysen in præsenti appellasse populum stultũ, & insipiẽ-

Gen. 35. n. 26. 2. Reg. 16. n. 21. 2. Reg. 17 n. 14. Heb. 11. n. 5. Luc. 24. n. 53.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem ratione idolatriæ, etiãsi non totus populus fuerit ea infectus.

Stultus: in primis dicitur hic populus dum talia reddebat Domino, á quo tanta beneficia acceperat, & nec faciebat quod bruta ipsa etiam faciunt, dum Dominos suos agnoscunt, & reuerentur, & quod etiam pueri recordantur facere, licet in contrario propositis supplicijs compellantur: de primo conqueritur Deus, cum ait. *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit*, vbi Hieron. aduertit, Israelitas neque illa facere, quę bruta ipsa faciunt; secundũ deducit Hieronymus ex tribus illis pueris Hebræis, qui licet á Nabuchodonosore magnis exornarentur honoribus, & super opera Babylonicæ regionis cõstituerentur, dummodo statuam auream venerarentur, alioquin statim mittendi in fornacem ignis, ipsi tamen virili animo responderunt: *Nabuchodonosor Rex, non oportet nos de hac re respondere tibi*, id est, non opus est nobis ad respondendum tibi hac de re deliberatione. *Deos tuos nõ colimus, & statuam auream, quam erexisti non adoramus.* Vbi Hieronymus. Ergo Iudices, & Principes sæculi, qui Imperatorum statuas adorant, & imagines, hoc se facere intelligant, quod tres pueri facere nolentes, placuerunt Deo; vbi vides prudentiores fuisse pueros iudicibus, principibus, & senibus; prudentiores item stultis, & imprudentibus Iudæis, qui Deũ verũ, propriũ, & Parentẽ reliquerunt, vt ad vana idola diuerterent. Qua in re notanda item eorum stultitia, ex obseruatione eiusdem Hieronym. ed eundem locum Dan. cum habetur. *Preco clamabat valenter: vobis dicitur, &c. cadentes adorate statuam.* Omnem Scripturam sanctã inquit Hieronymus, percurrens, nisi tamen me fallit obliuio, nequaquam reperio, quod Sanctorum quisquam Deum cadens adorauerit, sed quicũque idola, & dæmones, & res illicitas adorauerit, cadens dicitur adorare, vt in præsenti loco non semel, sed crebrius, & in Euangelio diabolus loquitur ad Dominum. *Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.* Qui igitur stabant in culmine honoris præcipui, qualis profecto erat Dei filiatio, cognitio, & adoratio, præ summa stultitia, in infimam corruerunt ignominiam, propria voluntate, & affectato errore, cum Deus ab ipsis tãtum vellet beneficiorũ cognitionẽ, sicut indicant verba illa Isai. 1. *Cognouit bos possessorem suum, &c.* vbi Chrysost. tom. 1. ait. Ostendit quantum moderationis repetat ab hominibus, quãdo idipsum quod brutis est in procliui, vult recte exequi. Addo etiam: facile est ijs, quæ minus (quã bruta) habent cognitionis. Et quemadmodũ discerent pudescere, citat elementa, sic è diuerso non iam hominibus eos comparat, sed brutis ipsis, imo his, quæ inter bruta maxime sunt expertia intelligentiæ; proinde illis etiam peiores esse ostendit, &c. Seneca 2. de beneficijs cap. 22. ait. Qui grate beneficiũ accipit, primam eius pensionem soluit: secundam videlicet, & tertiam, cum se occasio dederit, soluturus. Vide ne si ingratus fueris, a feris ipsis vincaris. Officia quippe etiam feræ sentiunt, nec vllum tam immansuetum animal est, quod non cura mitiget, & in amorem sui vertat. Leonum ora a magistris impune tractãtur. Elephantorum feritatem vsque ad seruile obsequiũ demeretur cibus. Adeo etiam, quæ extra intellectũ, atque æstimationẽ beneficij sunt posita, assiduitas meriti pertinacis euincit, &c.

Vnde veluti ad stultam Hierusalem ait Deus. *Erudire Hierusalem*; & deinde: *Confusi sunt sapientes, verbum enim Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis, quomodo dicitis sapien-*

Dan. 3. n. 15. & seq.

Dan. 3. n. 4.

Mat. 4.

Hier. 8. n. 8.

tes nos, & lex Domini nobiscum est, &c. Et iterum: *Quia stultus populus meus me nõ cognouit: filij insipientes sunt, & vecordes sapientes sunt, vt faciant mala.*

Hier. 4. n. 22.

Stultus item dicitur hic populus, eo quod sapientiam abiecit, & doctrinam veram repulit, nam Prouerb. 1. dicitur: *Sapientiam, atque doctrinam stulti despiciunt*; vbi sermo est de cultu, & Religione Dei, vt patet ex verbis immediate præcedentibus: pro illa igitur voce *stulti*, in Hebræo legimus, *Euilim*, quam vocem aliqui ad Ieal reuocant, id est, ausus est; ita vt temerarium, & ad audendum proiectum hominem significet, Septuaginta habent, *impij, irreligiosi, & profani*, Clem. Alex habet, *sine Deo*. Aquila, *imprudentes*. Hi igitur sapientiam, & doctrinam Domini despiciunt præstultitia, & imprudentia; nihil mirum autem si stulti iniqua reddãt Deo, cũ ipsum despiciant, ac si non esset, hoc enim secum affert Dei cõtemptus, vt in extremum iniquitatis deducat, vnde Salomon Prou. 18. ait. *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Quid vero profundum peccatorum melius dici poterit quã Dei contemptus, & obliuio præ insipientia, & stultitia? Græca autem vox sumi solet pro centro, vnde licet conuertere. *Impius cum in centrum peccatorum venerit, contemnit*, ad contemptum enim Dei veluti in centrum omnia peccata grauitate sua vndique confluunt, sicut videtur notasse Basilius homil. quod Deus non sit Auctor malorum, cum ponderat illud Psalm. 13. *Dixit insipiens in corde suo non est Deus.* Hoc, inquit ille, cum in animum induxerunt, certatim ad omne reliquũ peccati genus ruunt &c. Sicut autẽ corpora grauia, imo & quęcunque neque grauitant, neque leuitant in suo centro, sicut dixit Philos. 3. de cælo, sic & grauitas peccatorum non percipitur ab stultis sapientiæ, & doctrinæ Dei

Prou. 1. n. 7.

Prou. 18. n. 3.

Psal. 13. n. 2.

contemptor bus, proindeque mirum non est si grauissima reddant Deo scelera, & maximas inferãt iniurias, hoc enim totum prouenit ab stultitia, & insipientia.

Constat autem qualis fuerit huius populi stultitia, dum post offensum, & amissum Deum quasi vecors minime expendit quantum malum fuerit dereliquisse Dominum, vnde & vt Moyses hoc illi exprobraret verba nostri text. protulit, & in hoc eodem sensu ipsi postea in mentem reuocati se colũbas appellabant Isai. 69. *Quasi columbæ meditantes gememus*: vbi Hieron. simplicitatem intelligit sine prudentia & intellectu, quæ prorsus stultitia est, idque exponit ex alio loco vbi habetur: *Factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor*, seu vt legit Hieronymus: *non habens sensum*, ibi enim Propheta clarius insensibilitatem, & stultitiam insipientis populi denotat, nam sicut exponit idem Hieronymus cæteræ aues pullos suos, etiam cum periculo vitæ suæ protegere festinant, & cum ad nidum suũ accipitrem, colubrum, coruumue accedere viderint, huc, illucque volitant, & immittũt se morsu, vnguibus lacerant, & dolorem parentum querula voce testantur: sola columba ablatos pullos non dolet, non requirit, & ideo columbę recte comparatur Ephraim quod negligens sit salutis suæ. Sic Hieronymus exponit columbæ insipientiam, dum ablatos filios neque dolet, neq; curat. Aduertunt autẽ Euthy & Theoph. in c. 10. Matth colũbas, etsi pullis orbentur, nihilominus ad eosdẽ Dominos, & ad easdem ædes redire, est enim columba, sicut volatu velocissima, ita corde tardissima, nec magnopere aucupem retia tendentẽ, aut videre, aut vitare curat, sed quodammodo spõte sua in retia, & laqueos se immittere videtur. Ea igitur, quam describit

Isai. 69. n. 12.

Ose. 7. n. 11.

Oseas dicitur nõ habens cor; sumitur autem cor pro mente, vt & vecordes, seu excordes dicuntur stulti, & è contra cordati dicuntur prudentes, vt in prima Tuscul. auctor est Cic. & Nasica ille sapiens dictus est corculum. Sine mẽte igitur columba Israelitica censetur, quod auferendũ Parentẽ nõ præueniat amore, & voluntate, vt teneat, & vt oblata reddat, nam in sacra Scriptura nomine manus voluntas designatur, sicut plerique intelligunt illud. *Nemo potest rapere de manu mea*, de voluntate efficaci, vnde Ber. ser. 79. in Cant. de sponsa dicit: fortiter tenet quem diligit, quid hoc tenacius glutino, quod nec aquis eluitur, nec ventis dissoluitur, nec scinditur gladijs? Denique *Aquæ multæ nõ potuerunt extinguere caritatem*, & Sanctus Patriarcha; *Non te dimittam*, inquit, *nisi bene dixeris mihi*: ita ista non vult eum dimittere, & forte magis quam Patriarcha id non vult, quia nec pro benedictione quidem, siquidem ille benedictione accepta dimisit eum, hæc autẽ nõ sic; nolo, inquit, benedictionem tuam, sed te, *Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram.* Non dimittam te, nec si benedixeris mihi, &c. Ecce quomodo prudens anima voluntate teneat, & amore possideat, nec amittat, pro qua sententia videndus erit Gilber. ser. 1. in Cant. vbi eleganter expendit verba illa sponsæ: *In lectulo meo per noctes quæram quem diligit anima mea.* Quæ per noctes quærit, inquit ille, non videtur mihi tam aspectus, quam amplexus sectari, tenere magis optat, quã intueri, bona quidem visio, sed adhæsio arctior, nam coniunctæ vicissim incrementis se cumulant gratiarum, &c. Longe aliter seducta colũba, quæ recedentem sponsum non comitatur lachrymis, fugientem Patrem non reuocat suspirijs, renuentẽ Dominum non placat contritione, & sane vt hanc denotet stultitiam, statim addit sacer text. *Nunquid non ipse est Pater tuus, &c.* quasi velit stulte populè hæc reddis Domino vt á te recedat, & cum sit amantissimus Pater, offendendo reijcis, & non magis eius absentiam deploras: vecors profecto columba sine sensu, & prudentia: quam stultitiã deplorans Isai. post multa ait cap 64. *Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te*, vbi Hieronymus ait. Instar filiorum de arboribus fluximus, propterea nullus inuentus est, qui inuocaret nomen tuum, & consurgat de ruina iniquitatum suarum, apprehẽdere, vel tenere te, dicereque cũ sponsa: *Tenebo illum, & non dimittam illum.*

Hinc factum esse intelligo quod Hier populum suum comparauerit sthruthioni, non solum ob crudelitatem, sed etiam ob stoliditatem, quod mihi videtur insinuare Septuaginta dum habent: *Filia populi mei incurabilis quasi sthruthio*, de illa vero ait Iob. 39. *Priuauit eam Deus intelligentia, nec dedit illi intelligentiam.* Huius autem stoliditatis notã in eo designauit Plin. quod in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla frutice occultauerit, existimet se latere. Alij insipientiam sthruthionis in eo ponunt, quod non habeat prudentiam, curam, & solicitudinem in educatione filiorum. Alij arbitrantur stoliditatem ex eo maxime cerni, quod sine delectu quęcunque deglutiat, & nihil magis videatur curare quã ventris replerionẽ, vnde lintea, ferrũ lapidesque deuorat. Pined. vero conijcit insipientiam sthruthionis ex eius physionomia, quod s. in tãto corpore paruum caput habeat, & nullũ fere cerebrũ; cõuenit autẽ stultitia sthruthionis gẽti Iudaicæ ex eo, quod caput, & oculos abscõdat, ne videat, & intelligat, insuperq; id, quod aduertit Diodor. debile habere caput, vnde & caput, ac fundamentum

Ioan. 10. n. 29.

Gen. 32. n. 26.

Cant. 3. n. 1.

Isai. 64. n. 9.

Thren. 4 n. 3.

Iob. 39. n. 17.

mentum facile amisit, ideoque Aug pro eo, quod nos legimus: *Priuauit eam Deus intelligentia*, legit: *Despexit eam Deus in sapientia*, quæ enim Deum despexerat gens, & iniqua reddiderat, merito ab illo despicitur, & factus est populus stultus, & insipiens, & cũ diuinæ literæ teste Pier. Valer. lib. 25 statim post princip. sthruthionẽ pro multiuolo homine, & certi nihil sibi adciscente ponant, recte videtur huic gẽti conuenire, quę Deũ derelinquẽs, statim ad idola diuertebat, moxque á Deo percussa ad ipsum reuertebatur, & in eo, quod alas habet, contemplationem videtur referre, & Dei cognitionẽ, sed propter vasti corporis magnitudinem tollere se humo nequit, & quæ cælestia sunt, reijcit; vnde & panẽ de cælo, cælestẽque panẽ adumbrantẽ fastidiebat, & Deũ etiã non nisi factũ, & terrenũ volebat, vtque magis illius insipientia pateret, sub figura stulti animalis, nẽpe vituli, adorabat; quod præterea bouillos habet pedes, terræque semper adhæresceit interpretatur Hesych. terrena solum diligere, ijsque perpetuo immorari; quod vero Eucher. per huiusmodi animal hereticum hominem significari tradit, apte congruit infideli genti toties à promissa fide deficienti. Etenim modo promittebant Deo se seruaturos fidem, sed statim deficiebant, nam c. 2. Iosue dicitur, quomodo nouerant omnia quę Dei erant, sed statim mortuo Iosue, & ijs, qui nouerant Deum seruierunt Baalim, & diuiserunt Dominum Deum Patrum suorum. In lib. etiam Iudicum cap. 2. dicitur, quomodo Deus flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat sorde cæde vastantium. Postquam autem mortuus esset Iudex reuertebantur, & multo faciebant peiora quam fecerant Patres eorum, sequentes Deos alienos. Itaque infidelissimi erant, & quotidie deficiebãt á fide, quã pollicebantur Deo fidelissimo. Incuria tandẽ filiorũ aperte ostenditur in ea inclamatione, qua super filios suos sanguinẽ Christi Domini, id est, illius effusionis immanissimas pœnas proclamarunt.

Possumus insuper stultitiam huius populi deducere ex ea descriptione Eccles. in c. 27. vbi dicitur: *Stultus vt Luna mutatur*, etenim si stultitia ex mutabilitate pensatur, quanta fuerit huius populi constat ex Psal. 77. vbi dicitur; *Generatio, quæ non direxit cor suũ, & non est creditus cum Deo spiritus eius.* Et enim directũ cor, illud est, quod molestiarũ, ac tentationũ procellis irruentibus, haud fluctuat, quinimo firma fide, & spe in Deũ fixum est, quod illa generatio nusquã præstitit, imo tam leui, ancipitique corde fuit, vt simul atque molestia aliqua itineris sese offerret, leui, impatientique animo ad querimonias, & lamentationes erumperet, Dei cultũ detestaret, idola quasi duces suos, & Deos amplecteretur, & cum sedes promissas obtinuisset, Baalim, & Astaroth haberet: *Neque est creditus cum Deo spiritus eius*, non fixum, ac firmũ cor fuit in Dei fide, & cultu, sed ancipiti, perfidoque animo ei adhæserunt, cum enim illi bene esset, & felix status aspiraret, illum deserebant, cõtra vbi quidquam aduersi reflasset, ad illũ supplices confugiebant, vt videre est multis in locis, maxime in citato c. 2. lib. Iud. Qui igitur tot vicissitudines subibat, tot varietates habebat, tot mutationes patiebatur, instar lunæ se habebat, & cum stultus vt luna mutetur, iure lunaticus populus stultus hoc in loco decantatur.

Stultus, & insipiens præterea dicitur vtpote qui in extremam incidit insipientiam vt diceret non esse Deum, sicut ait Dauid Psalm. 13. *Dixit insipiens in corde suo non est Deus*; nam quod Ps. ille de Hebræis sit intelligendus, licet ipsi Hebræi, vt solent

Eccl. 27. n. 12.

Psal. 77. n. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicubi grauis in eos reperiatur vituperatio in Gentiles dictum esse contendunt, & in eos, â quibus captiui abducti sunt, & sic in hoc loco faciant, tamen patet ex D. Paulo hunc Ps. de Iudæis esse intelligendũ, nã cum ibi ex hoc Ps. testimoniũ protulisset: *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis*, subiungit dicens: *Scimus quod quæcunque lex loquitur, ijs, qui in lege sunt, loquitur, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo*: quod vero dicitur, *corrupti sunt*, ad Iudæos necessario videtur pertinere, tum ex Paulo, tũ quia in lib. Iud. vbi sacer Autor volens ostendere facilem Iudæorum animum, & ad idolatriam propensum his vtitur verbis in c. 2. *Postquam autem mortuus esset Iudex reuertebatur, & multo peiora faciebant, quam fecerant Patres eorum*, vbi Septuaginta habent, *Et rursus corrumpebantur plusquam Patres eorum, vt irent post Deos alienos*, imo & in hoc Cant. vers. præcedenti plerique dicunt, vt vidimus, *corruperũt se*, pro eo quod nos habemus, *peccauerũt ei*. Insuper & 2. Paral. 27. vbi sermo est de Ioathan: *Fecit rectum coram Domino iuxta omnia, quæ fecit Osias pater eius, sed nõ est ingressus in templum Domini, & adhuc populus corrumpebatur*. Sic Septuaginta transtulerunt, quod D. Hieron. *Et adhuc populus delinquebat*.

Rom. 3. n. 19.

Iud. 2. n. 19.

2. Par. 27 n. 2.

Quod si velis rationem cur corrupti dicãtur Iudæi? Reddit eam Chrysost. ad dictum locum Psalm. dicens: *Corrupti sunt*, quia corruptionem aduersus incorruptibilem inuexerunt, & *mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilis hominis*; hominis mente corrupti, &c.

Abominabiles deinde *facti sunt*, ex abominationibus, quas coluerunt, *similes enim fiunt, qui faciunt eas*, nam abominationes in Scriptura idola dicuntur, vt postea videbimus n. 16. & dicuntur abominabiles ab abominationibus, sicut vani á vanitatibus,

Psal. 113.

vnde per Hieremiam ait Deus: *Quid inuenerunt Patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt?* Facit etiam & ea querela Dei n. 6. eiusdem Psalm. quando ait: *Dominum non inuocauerunt, ibi trepidauerunt timore, vbi non erat timor*. Vbi si timorem ex sacræ Scripturæ acceptione pro Deo interpreteris, planus erit sensus, satisque sit pro nunc locus ille Genes. 31. *Nisi Deus Patris mei Abraham, & timor Isaac adfuisset mihi*, & paulo post: *Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac*, hoc est per Deum Isaac. Sensus ergo erit, quod verum Deum nõ inuocauerunt, quod supra dixerat n. 4. omnes defecerunt, & gentiũ Deos coluerunt, quæ verum Deum non habent, cũ verus Deus in generatione iusta sit, hoc est, tantum in Iudæa, & apud Israelitas; facit tandẽ & vltimus versus: *Quis dabit ex Sion salutare Israel?* Enarratis enim causis ob quas in captiuitatẽ ductus erat Israel, eidem salutem optat, & libertatẽ, captiuitatis s. quam sub Philistæis verisimile est multos esse perpessos, vel quã præuidet in Babylone, vel apud Assyrios, vel tandẽ maximã sub peccato, cuius assertorem suspirat, & inclamat salutarem Dei Filiũ. Ex quibus iam patet Iudæorum populũ fuisse illũ insipientem, qui ausus est mente concipere dementis cogitationem, quam efferre non est ausus, cũ pudor, ac timor prohibuerit, rem s. naturaliter cognitam, & quã animus ad rationẽ flectens in dubitationẽ minime vocaret, cum illi facilius esset dubitare an ipsemet viuat, vt de se affirmauit Aug. 1. confes. quam vtrum sit, & viuat veritas illa æterna, cuius sempiterna virtus & diuinitas in suis operibus dignoscitur, & legitur, & ne creaturæ quæ tacitæ voces sunt Creatoris in stultum negantem Deum insurgerent, verbis, & sermone palam edicere demẽtis stul-

Hier. 2. n. 5.

titiam

titiam non est ausus, sicut notauit Chrysost. Didym. Aug hic, & 5. de ciuit c. 9. & Hilar. in Psalm. 52. Videndusque erit idem Chrysost. tom. 1. ad illa verba Isai. *Cognouit bos possessorem suum, & asinum præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit*, vbi optime ostẽdit stultitiam populi, dũ non cognouit eum Dominũ, qui Sole illustrior, magisque conspicuus est.

Iure insuper dicitur populus hic stultus, & insipiens, quia sapientia cõsistit in Dei cultu, & timore, sicut nos latius dicemus postea, modo vero probatur ex illo Deuter. 10. vbi ita habetur *Nunc Israel, quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominũ Deũ tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, ac seruias in toto corde?* Hæc igitur sunt, quę vult Deus sibi ab hominibus reddi: stultus proinde, & insipiens, à quo Deus tã pauca, & facilia postulat, vt multa, & amplissima reddat bona, ipse vero multa mala reddit Domino, á quo pleraque acceperat bona, & plurima adhuc posset expectare. Audiamus quid Oleast. ad dicta verba addat: pauca, & facilia valde sunt, quæ Dominus á nobis petit, multa vero & magna, quæ pro horum paucorũ obseruantia præstabit, sed tale est hominum ingenium, vt neque hæc pauca, & facilia seruet, & tria sunt, quæ ex te petit hic, nempe vt timeas eũ, vt ambules per omnes vias eius, vt diligas eum ex toto corde, quibus nihil potest esse facilius. Melius profecto August. ser. 59. de verbis Dñi in princip. ait. Colimus Deũ, & colit nos Deus, sed nos sic Deum colimus, vt non eũ meliorem faciamus. Colimus enim eum adorando, non arando; ille autẽ colit nos tanquã agricola agrũ, quod ergo nos ille colit meliores nos reddit, quia & agricola agrum colendo facit meliorem, & ipsum fructum in nobis quærit, vt eum colamus. Cultura ipsius est in nos, quod non cessat

Deut. 10. v. 12.

verbo suo extirpare semina mala de cordibus nostris, aperire cor nostrum aratro sermonis, plantare semina præceptorum, expectare fructũ pietatis. Et fructus noster non illum ditiorem facit, sed nos beatiores &c. Stultus proinde, & insipiens populus, qui reddit Deo idolatriam, & iniurias, cum timorem, amorem, & cultum deberet reddere.

Vel etiam potest hic locus referri ad illum alium n. 15. vbi populus hic veluti brutus equus incrassatus, impinguatusque dicitur recalcitrasse, *Sapientia vero non inuenitur in terra suauiter viuentium*. Iob. 28. vbi Hieronymus ait. Hanc sapientiam non habet quispiam, nisi carnem suam crucifixerit cum vitijs, & concupiscẽtijs Galat. 5 & consuauiter dicti sunt viuere illi, qui nullo iugo disciplinæ teneãtur, & effrenes, ac præcipites in labem prorumpunt vitiorum, comedentes, & bibentes surrexerunt ludere, & veluti impinguati equi calces Domino impegerunt, indeque iure merentur dici stulti, & insipientes.

Iob. 28. n. 13.

Galat. 5. n. 24.

Vel etiam hæc stultitia, & insipiẽtia pensanda erit ex illo Deuter. 4. *Scitis quod docuerim vos præcepta, atque iustitias sicut mãdauit mihi Dominus Deus meus sic facietis, & obseruabitis, & implebitis opere, hæc est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc, dicant: En populus sapiens, & intelligens*, vbi notandum est verbum Hebr. *chochmah*, quod sapientiam vertit interpres, proprie significare scientiam agendorum, vt loci sensus sit, quem ponit Oleast. hæc præcepta sunt sapientia, & intelligẽtia vestra, per quas si actiones vestras dirigatis, videntes vestra opera recta, & cum prudentia facta, commendabunt sapientiam vestram. Sic ille. Quid mirum igitur si appelletur populus stultus, & insipiens, quia sapiẽtia legis longe recedens insipientum

Deut. 4. n. 5.

mores

Universidad de Deusto
Biblioteca

mores secutus fuerat; vnusquisque enim ex operibus suis, ait idem Oleast. commendatur, aut arguitur vnde, & iudicia Dei appellantur præcepta, quæ si quis seruauerit, iudicabitur sapiens, vtpote qui iudicia Dei sequatur, sin minus stultus cum á recto iudicio recedat, & ea, quę in Scriptura illi tradita sunt ad salutem, in mortem sibi conuerterint, proindeque eis aptatur illud Psalm. 68. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua.* vbi Origenes. per mensam Iudæis appositam scripturã interpretatur, in qua Dei verba, & præcepta veluti salutares epulæ proponuntur; at impij, & prauo, ac corrupto stomacho, labores eos in venenũ, noxiumque humorem conuertebant. Cum tamen eadem mensa ad fideles deueniens salubriter pascat eorũ mẽtes; quæ maior autem potuit esse stultitia, quam in proprium malum conuertere ea, quæ in commodum fuerant concessa? Quia vero ipsi impie stultitiam affectarunt. Apud Isai. 29. n.10. Miscuit vobis Dominus spiritũ soporis, claudet oculos vestros Prophetas, & Principes vestros, qui vident visiones, operiet. Nunquid & erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati, quẽ cũ viderint scientes literas, dicent: Lege istum: & respondebit: nõ possum, signatus est enim. Vides caliginem, & lethargum Iudęorũ? Vt Scripturæ sensum nequeãt percipere, qui cum possent noluerunt? Caliginem etiam, & mentis obscuritatem, qua diuinitus sunt perfusi Iudæi, describit Isai. 6. dum ait vidisse se Deum super solium excelsum, & eleuatum, & cõcludens ait: D*omus repleta est fumo.* Isai. 6. n.4 hanc fumi obscuritatẽ, mẽtis cæcitatẽ Iudæorũ esse ait Tertull. in apologet. & lib. 3. cont. Marcion. c. 6. in hunc modum. Hanc obtusionẽ sensuum salutarium meruerant labijs diligentes Deum, corde autem longe absistentes ab eo &c. vnde quia mente cæci, & corde penitus obtusi non viderunt Solem, sicut ponderat August. lib. 1. de consens. Euangel. c. 13. & 18. de ciuit. c. 35. vbi ait. Multi Iudæorum, quem voluerunt venisse, non agnouerunt, excæcati in cordibus suis, præcedẽtibus meritis suis &c. Videndus denique Adrianus Finus lib. 7 c. 35. cum ait in synagogis Iudæorum eos, qui Moysis libros populo ad audiendum parato legunt, post lectionem faciem obtegere velamine; idemque fieri a multis alijs: confitentes vtique dicta cæremonia cæcos se, obtusos, & stultos ad intelligẽdam sacram Scripturam, factoque suo confitentes quod literis docuit Paulus 2. Cor. 3 n.14. Obtusi sunt sensus eorum, vnde vsque in hodiernũ diem cum legitur Moyses, velamen positũ est super cor eorum, quis proinde nõ dicat cum Moyse, populũ hunc stultũ admodum esse?

Deut. 9. n. 24.

Stultus insuper, & insanus populus, qui doctrinam Domini nõ percepit, neque didicit quantum malum sit iniqua Deo reddere, quod eos docuit Moyses. Deut. 9. quando post enarratas offensas, quæ contra Dominum commiserant ait: *Semper fuistis rebelles à die, qua nosse vos cœpi, & iacui coram Domino quadraginta diebus, ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecaueram ne deleret vos, vt fuerat comminatus, & omnes dixi. Domine Deus ne disperdas populum tuum, &c.* qua in re, vt bene notauit Oleast. voluit Moyses docere quanti constiterit peccatorum remissio, vt ea deinceps cauerent, & cum hoc illis proposuerit iã Moyses, miratur modo eorum insaniam, & stultitiam, qui tam facile ad eadem peccata redirent.

Nunquid non ipse est Pater tuus. Cum populum stultum, & insipientem di-

xerit

xerit Moyses, id iã probat in sequentibus verbis *Nunquid non ipse est Pater, &c.* videtur enim carpere in eis quod ignorauerint id, quod animalia etiã percipiunt, parentes .s. quos homo tantum nescit, dum sub rudi, & omnino stulta est infantia, & mens respondet corpori; ita vt sicut istud parvulum, & debile prorsus est, ita mẽs, & intellectus minime operetur, sed sub ignorantia delitescat, quod prosequitur Augustinus tom 7. lib. 1 de peccat. mer. & remis. contra Pelag cap. 8 dicens. Poterat Deus, quod multis etiam pecoribus præstitit, quorum pulli quamuis sint paruuli, neque accedentibus corporis incrementis, etiam mente proficiant, quoniam rationalem animam non habent, tamen etiam minutissimi, & currunt, & matres agnoscunt, nec suggendis vberibus cura, & ope admouentur aliena, sed ea ipsi in maternis corporibus loco abdito posita mirabili facilitate nouerunt. Contra homine nato, nec ad incessum pedes idonei, nec manus saltem ad scalpendũ habiles, & nisi opere nutriẽtis ad motis labris papillæ vberis ingerantur, nec vbi sunt sentiunt, & iuxta se iacentibus mammis, magis possunt esurientes flere, quam suggere. Pro nde infirmitati mentis congruit hæc omnino infirmitas corporis Similia habet lib. 22 de ciuit c. 22. de huiusmodi ignoratione. Ad hanc ergo videtur allusus Moyses, dum in memoriam reuocat quod Deus sit Pater, ipsi vero huius rei obliti, & ignari quasi rudes infantes tam iniqua illi reddiderunt. Huiusmodi autem commemoratio titulorum, quibus ad Dei obsequium tenebatur gens illa, acerrima profecto est obiurgatio, vnde de simili dicit Terent. in Andri. scen. 1. Isthæc commemoratio quasi exprobratio est, & Senec. in re simili dixit lib. 7. de beneficijs c. 25. Non est ista admonitio, imo cõuitium, quod bene merentur ingrati, vnde & Deus exprobrauit Dauidi post adulterium, & homicidium, quæ in eum contulerat beneficia.

Pater. Appellatio ista, & potestatis est & pietatis ait Tertul. lib de Orat. c. 20. dicitur autẽ hoc in loco Deus Pater ratione creationis; vt bene aduertit interlinealis, cum habet, Pater creatione non generatione: quod etiã notauit Ioan. Steph. Durant. lib. 2. de rit. Eccles. Cath cap. 48. vnde S. German in theoria rerum Ecclesiast. ait. Tunc ò homo cum Deũ Patrem appellas recte dicis, is enim nostrum Pater, & Creator est; & iterum. Deus re vera Pater omniũ nostrũ est, quasi omnes cõseruans, & in hoc sensu De⁹ dicitur Pater pluuiæ Iob. 38. & ad Eph 1. n.17. Deus dicitur Pater gloriæ, vbi videndus est Cornelius à lapide. Et in eodem Diuus Franciscus, teste Magistro conformitatũ lib. 1. conf. 12. §. 30. omnes creaturas appellabat sorores, eo quodtã á Deo sint productæ, quam homo, & in eodem veluti gradu ab eo emanauerint, quo ad corpus, excepto formationis modo: quibus similia habet Philo lib. de decalogo, cum ponderat omnes creaturas velut germanas esse ratione vnius patris. Eodem denique sensu etiam Iacob c. 1 appellauit Deum Patrem luminum. 1. Angelorum, prout ibi exponit Didym. Alex. vbi videnda sunt quæ diximus. Dicitur autem peculiari ratione pater istius gentis, quã sibi adoptauit, cui dicit Isai. 1. n. 2. *Filios enutriui, & exaltaui.* Vbi D. Chrysost to. 1 ait. Nõ cõmune illud in omne hominũ genus collatũ beneficiũ opponit ipsis, cuiusmodi erat, quod essent geniti, sed insigne quoddam, ac præcipuum, nempe quia in filios adoptati essent.

Iob. 38. n. 28.

Iacob. 1. n. 17.

Deinde aduertendum est nomen Patris non creationem duntaxat,

nudamque

Universidad de Deusto
Biblioteca

nudamque importare, sed gubernationem simul, imo & præcipue, ni fallor, idque deduco ex Matth. c. 6. vbi Christus Dominus dixit: *Scit Pater vester, quia his omnibus indigetis*, vnde Matth. 6. n. 32.

Ephes. 4. n. 6. Ephes. 4. *Vnus Deus, & Pater omnium, qui est super omnia, & in omnibus*, curans .s. domum suam, & omnes res ad illam spectantes, & necessarias, sicut ibi annotarunt Chrysost. & Theod. & sane in Scriptura Pater hanc singularem curam denotat, sic enim ex plurimorum mente, Dauid vocauit Moysem, & Aaronem Hebræi populi Patres Psalm. 77. & Moyses appellat Ioseph quasi Patrem Pharaonis, & Psalm. 102. dixit Dauid. *Quomodo miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.* Hebr. *Sicut diligit Pater, & visceratur Pater*, intimo .s. affectu, qui in visceribus est, tangitur, & commouetur; vnde Chrysost. lib. 1. de prouid. expendit Deum nobis esse, ac dici Patrem, & matrem, quod nos Paterno, & materno pleno æstimationis, & teneritudinis amore prosequatur, & totam curam nostri habeat, & omnimodam, cum vero ex Arist. 1. Econom. c. 2. matris sit nutrire, & Patris erudire, matris lac prębere, Patris vero necessaria prouidere, sese Patrem, matremque appellans Deus vtrumque nobis munus impendere testatur, iuxta illud Ps. 102. vbi vtrũq; illi nomen, & pondus amoris tribuitur: *Benedic anima mea Domino, & ne obliuiscaris omnes retributiones eius*, Hebr. *Genuflecte in teneritudine tua anima mea Iehouah, & nũquam obliuiscaris ablactationum, festinationum, redditionum, maturitatum eius*, quæ omnia maximã curam denotant in Deo parente, à quo didicit Paulus quando dixit 1. Thess. 2. *Facti sumus in medio vestri tanquam si nutrix foueat filios suos*, vbi ex Theoph. Theod. & Ansel. parens, & nutrix simul intelligitur, imo, & vtriusque

Psal. 77. n. 5. Psal. 102. n. 13. Psal. 102. n 1. 1. Thessal. 2 n. 3. 7.

amor exprimitur, idque videtur insinuare Syriacus dicens: *Fuimus inter vos mansueti, & tanquam nutrix, quæ diligit filios suos*, vnde statim addit Apostolus: *Ita desiderantes vos, aude volebamus tradere vobis non solum euangelium Dei, sed etiam animas nostras*, vbi si Græcus consulatur tex pro desiderantes habetur, *Eimiromeni*, id est, obiecti, colligati, detendi cupidine vestra, & Theoph. exponit. Ita est euangelium impertiri honorificenti us, animam autem impendere, adeoque vitam difficilius est, vehementiorisque, ac veluti magis insanientis; vbi aduerdendum est insanum dici amorem Parentum, quod consonat dictis à Platone, vbi maniam appellauit. Licet autem Deus Pater creaturarum sit in hoc sensu, atque etiam gentium omnium, peculiariter tamẽ dicitur Pater gentis Hebrææ, vnde Exod. 4. dicitur: *Primogenitus meus Israel*, ex quo loco præsentẽ nostrũ explicat Rupert & Theod. cum ait: cum te seruũ possedit, sed adoptionẽ tibi largitus, & Pater est vocatus cum immutauerit te, & renouauerit in adoptionem, vt etiam primogenitum te vocaret.

Exod. 4. n. 22.

Qui possedit te. Hoc verbum possidendi in prima matre reperitur, quãdo dixit Genes. 4. *Possedi hominem per Deum*, & ad prolis productionem pertinet, nam in Hebræo est Kanecha, quod inter cætera significat tarquam in nido positũ excluſit, & sane filius est quasi parentum possessio, & supellex, vnde iure naturæ est Patris in filium potestas, hincque Patres vocãtur Domini, vt Sap 11. & Eccles 23. indeque factum est vt Persæ (teste Aristotel. in Politic.) liberis vterentur quasi seruis; inde etiam Sclaui (teste Accurs.) filios arbitrio suo vendebant, & occidebant.

Genes. 4. n. 1. Sap. 11. n. 25. Eccli. 23. n. 1.

Aliquando etiam verbum possi-

dendi

dendi creationẽ indicat, vt patet Ps 138. *Tu possedisti renes meos*, hoc est creasti & creãdo possedisti, & Gen. 14. *Benedictus Abrahã Deo excelso, qui creauit cælũ, & terrã*, Heb. *Kone*, id est, possessor, qui possedit: vel cõparauit, creando .s. & eodem c. n. 22. *Possessorem cæli, & terræ*, vbi 70. vertunt: *Qui creauit cælum, & terram*, & Psalm. 103. *Impleta est terra possessione tua*, id est, creatura tua, sicque habet editio Romana vetus. Et profecto apud Hebræos possidere, creare, atque etiam gignere eodem verbo *Kauah* significantur, & quia idem verbum significat etiam emere, vt patet Genes. 25. vbi habetur *De agro, quem Kauah*, id est, emit *Abraham à filijs Heth*, posset etiam hoc in loco verti; *Qui emit te*, sicut notauit Oleast. emerat siquidem Deus Iudæos ab Ægyptijs redimendo eos, vt idem Deus dixit Exod. 6. *Eruam de seruitute, & redimam in brachio excelso*, & Deut. 7. *Eduxit vos Dominus in manu forti, & redemit de domo seruitutis, & de manu Pharaonis*, similia habentur Deut. 9. n. 26 &. 13. n 5. &. 21. n. 8. & 2. Reg. 7. n. 23. &. 2. Esd. 1. n. 10. Esth. 13 n. 16. Psalm. 76 n. 16. & alibi sæpe, ideoque hoc in loco ex Hebræo legit Caiet. *Emptor tuus*, idque explicans ait. Cõmemoratur beneficium redemptionis ex seruitute Ægyptiaca non pretio pecuniæ, sed miraculorum. Et Procop. eleganter, qui ex manu hostium seruum eripuit, iure vtique tenet, quem redemit; ex fictitijs vero Dijs te asseruit, ne tamen herum seruii, verum Patrem filij vocat, qui ob id primogenitus vocatur, ipsomet dicente: *filius meus primogenitus Israel*. Vatab. legit *Qui te comparauit*, explicat vero dicens, asseruit in libertatem, alludit ad seruitutem Ægyptiacam. Carthus. mixtice, possedit per fidem, & gratiam quandiu ei seruisti, cui accedit Interlinealis dicens, possedit per fidem, expulsis erroribus, vel possedit te iure sui vniuersalis dominij, quoniam ipse est omnium Dominus, etiam iniquorum, de iure, & si non de facto, imo, & de facto, quantum ad hoc quod ei resistere nequeunt, & suã in eis, dum vult, voluntatem exercet; vnde de Oolla, & Ooliba per Ezech. testatur, *Et habui eas* Ezech. 23.

Psal. 138. n. 13. Genes. 14. n. 19. Psal. 103. n. 24. Genes. 25. n. 10. Exod. 6. n. 6. Deut. 7. n. 8. Ezech. 23. n. 4.

Vel *possedit te* conseruando inesse, quandiu subsistis, sine cuius manutenentia nec ad momentum posses subsistere, ita Carthus. Rupert. vero explicat, possedit vt Dominus, fecit vt figulus, creauit vt Deus, fuerit tibi hoc commune cum cæteris gentibus, quod fecit, & quod creauit, at singularis beneficij est quod possedit. Quãto ad proprietatẽ vocum, vel distinctionem sensuum magnæ est potentiæ quod possedit, maioris quod fecit, maximæ quod creauit: è contrario, magnæ fuit gratiæ quod creauit, maioris quod fecit, maximæ quod possedit, sic Rupert. in verbis ludit, per allusionem ad beneficia.

Fecit. Etsi de more Scripturæ superius verbum hoc posterius declaret, nihilque noui secum importet, possumus tamen hoc explicare ex illo Psalm. 149. *Lætetur Israel in eo, qui fecit eum*, quod Hebræi exponunt, exaltauit, extulit, ornauit, magnum fecit, hoc enim in fine superioris Psalm. posuerat cum dixit, *Exaltauit cornu populi sui*, afferuntque exemplum, in quo facere, idem sit quod ornare, & magnum facere ex 1. Reg 12. *Dominus qui fecit Moysen, & Aaron, & eduxit Patres nostros de Ægypto*: nec repudianda explicatio, quæ etiam Apostolico vsu cõfirmatur, sic namque Paulus Heb. 3. dixit, Christum fidelem esse ei qui fecit illum, .s. Apostolum & Pontificem, hoc enim repetendum est ex versu præcedenti, vnde Vatab. vertit, *Qui constituit illum*, alij vero: *Qui præfecit illum*, nimirum qui illum præfecit, &

Psal. 149. n. 2. 1. Reg. 12. n. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lit, & exaltauit, quæ explicatio iuuat maxime contra Hereticos Arrianos asserentes Dei Filium factum esse, & in hoc sensu conuenit profecto verbū faciendi peculiari ratione huic populo, nam in hac gente ornanda, illustranda, præficienda, & exaltanda multum operæ, ac sumptus posuit Deus, neque enim communibus tantum cæterarum gentium beneficijs eam prosecutus est, sed singulariter assumens, & seligens in peculium sibi de cunctis populis, segreganſque in gentem sanctam, & regnum sacerdotale, vt dicitur Exod. 19. portans denique super alas aquilarum, singulari illos studio semper fouit, honore prætulit, & facultatibus auxit, adeo vt quia Deus in hoc sensu fecit hanc gentem, opus Dei dicatur Isai. 29. *Hæc dicit Dominus ad domum Iacob, qui redemit Abraham: non modo confundetur Iacob, nec modo vultus eius erubescet, sed cum viderit filios suos opera manuum mearum, &c.* & c. 45. *Interrogate me super filios meos, & super omne opus manuū mearum mandate mihi,* & c. 68. *Et nunc Domine Pater noster es tu, nos vero lutum, & figulus noster es tu, & opera manuum tuarum omnes nos.* Etenim cum reliquæ gentes fuerint per creationem factura Dei, fuerunt tamen veluti siluestres labruscæ, errati, cæque vites, & infructuosæ, aspere, horride, atque inordinate dispersæ: at populus Israel, fuit quasi vinea ex selectis à Deo surculis, & plantis depacta in cornu filio olei, id est, in montosa Palestinæ terra fluente lac, & mel, & præcipua terrarum omnium, quam Deus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius, quam Deus sepiuit, & lapides elegit ex illa, plantauit eam electam, & ædificauit turrim, &c. Proindeque non immerito dicitur fecisse Deus eam gentem, imo quia sic fecit, dicitur illi facta, & in hoc sensu explicat Agell. verbū istud cum ait: fecit, adhuc teneram seruauit, & sustulit, & ita fere Caiet.

Exod. 19. n. 4.

Isai. 29. n. 22.

Isai. 45. n. 11.

Isai. 68. n. 8.

Isai. 5. n. 1.

Deut. 11. n. 10.

Nisi forte velimus hoc interpretari vt exprobratio sit, quasi dicat; nōne iste est Deꝰ, qui fecit te, & tamē adoras tu ea quę fecisti, quę cū sint opera manuum tuarum, potius te deberent adorare, sicut, & tu teneris adorare Deum, qui te fecit: in quam sententiam facit Aug. ser. 55. de verbis Domini post med. vbi ait. Inueniſti Deū, & colis idolum, istud non vis attendere, quod mundus est opus Dei, idolum opus est fabri? Si faber idolo sicut dedit figuram, cor daret, ab ipso idolo faber adoraretur. Quomodo enī ò homo faber tuus Deus est, sic homo idoli faber est. Quis est Deus tuꝰ? Quis te fecit quis est? Deus fabri. Qui illud fecit quis est? Deus idoli. Ergo si idolum cor haberet, nonne fabrum adoraret, qui illum fecit, quo in loco Aug. concludit, idolum si cor haberet, & mentem, adoraturum fabricatorem suū, vt inde colligat quanta vesania sit relinquere Deum, qui fecit idolatram, & adorare idolum, quem fecit idolatra, quod etiam videtur arguere Moyses in præsenti, dum in memoriam reuocat impijs idolatris eum Deum, quem reliquerunt, vt ad idola adoranda diuerterent, esse ipsū, qui, eos fecerat, eosque tantis bonis affecerat. Vbi etiam obseruandum ex eodem Aug. quod olim poterat hominibus obijci; nonne ipse est, qui fecit te? at modo ingratis filijs noui testamenti merito potest obijci, nonne ipse est, qui præterquam quod fecit te, taliter factus est propter te? Sic vero habet Aug. ser. 58. de verb. Dom. ant. med. Ingrate ideo ne tu minus æstimas eum, qui fecit te, qui dicit ille quid factus est propter te? Æqualis enim Patri Filius, per quē factꝰ est homo, vt minor esset Patre, factus est homo, quod nisi fieret, quid esset

homo? &c.

homo, &c.

Creauit. Hoc est confirmauit, atque ad soliditatem perduxit, sic enim posset verti ex Hebr. Itemque plerique vertunt, nam licet hæc quatuor verba ad eundem sensum spectent, habent tamen aliquid peculiare, quo differant. Vnde Caietanus asserit hoc in loco quatuor beneficia contineri: primum Paternitatis adoptiuæ, de qua dictum est Exod. 4. *Primogenitus meus Israel,* & proponitur illis verbis, *Nunquid non ipse est Pater tuus?* Secundum beneficium est redemptionis ex seruitute Ægyptiaca, innuiturque ibi, *qui possedit te*: tertium efficientiæ, qua videlicet effecit ipsum populum liberum: quartum directionis quadraginta annis in columna nubis, & ignis per desertum, & per legem instruendo, &c.

Exod. 4. n. 22.

Melius tamen hoc explicabitur, si supponamus illius populi veluti generationem fuisse in Ægypto, vbi sic est natus, quasi pullus in nido exclusus; factus est etiam, & seruatus, cum contra præceptum Regis iniqui, natos Hebræorum infantes vis diuina seruauit. Creatus postremo cum ad iusti populi multitudinem, ac firmitatem perductus est; nam verbum Hebræum *iechonenecha*, quod Diuus Hieronymus legit, *creauit te*; significat stabeliuit, & confirmauit. Vatablus explicat, præparauit te, aut concinnauit te, id est, dedit tibi eam famā, quam habes, & á qua populus diceris, & haberis.

Vel potest etiam explicari in hūc modum. Pater, qui eos condidit, qui possedit, qui eos tanquam verus Deus sibi de seruitute Ægyptia vindicauit. Fecit, cum illos, lege data, quodammodo formauit, & de rudibus, ac luto similibus, ad disciplinam effinxit: postremo creauit, vel vt diximus ex Hebræo, significantius confirmauit, cum terræ promissæ possessione data, tanquam stabili sede locauit. Emmanuel Sà exponit: possedit vt peculiū, fecit, scilicet, corpus, creauit, scilicet, animam.

Ex his igitur propositis beneficijs bene infertur stultitia, & insipientia, quam Moyses proposuerat & conuincitur ingratitudo, quæ tunc clarius eluceſcit, cum in benefactorem impudentius insurgit, qua de re videndus Origenes homil. 17. in Genes. & Chrysost. hom. 67. in Genes. cum pōderant præmisisse Iacobum ea bona, quæ Ruben à Deo, vel à natura acceperat, vt clarius eius ingratitudo, & malignitas pateret, proindeque acerbius incusaretur. Vide, inquit Chrysostomus quanta sapientia iusti, volēs enim accusationem magis intendi, prius dixit priuilegia ei à natura concessa, & dignitatem, quam tenebat, quod principium filiorum, & primogenituræ honore clarus sit: & postea voluntatis peccata illius quasi in ærea columna inscribit, monstrans quod nihil proderunt nobis ea, quæ à natura insunt, nisi & voluntatis bona opera sequantur, hæc enim sunt, quæ laudem habent, & vitium, &c. Volens itaque accusationem magis intendere, beneficia refert, quæ præ alijs reddere debuissent meliorem Ruben, dū autem ijs factus nequior, ingratus extitit, acerbius vrgetur, cum referuntur, sic etiam & in præsenti. Vnde Procop. hoc in loco ait: Stultus ergo, & insipiens, quia Creatorē, & Factorem suum digna veneratione non coluit, immemor eius beneficij, quo eū Deus de manu inimicorum eruit, & possedit, per mare rubrum duxit, mana de cælo dedit, ipse ingratus idola coluit dicens: *Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.*

ANNOTAT. I.

Decet maxime virum Principē, & Doctorē subditos acri reprehensione vrgere.

VErum magistrum, rectū gregis Dominici rectorē sese nobis hoc in loco proponit, & probat Moyses, dū acribus, duris, ac liberis verbis inuehitur in stultū populū & insurgit in gentē ingratā nihil omnino reformidās, nilue timori cedens, quē Principū virorum defectū carpit Deus per Oseam cū ait: *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatē eorū subleuabūt animas eorū, & erit sicut populus, sic & Sacerdos* quē locum intelligit Hieron de illis, qui eo quod viuūt de peccatorib⁹. dissimulāt eorū peccata, palpant, & laudāt. Sacerdotes, inquit, peccata populi mei comedūt, de quibus scriptum est, *Qui deuorant plebem meā vt cibū panis*, & idcirco peccata populi mei comedunt consentientes sceleribus delinquentiū, qui cum eos peccare perspexerint, nō solū non arguunt, sed laudant, atque sustollunt, & beatos prædicant; vnde æqualiter populus, & Sacerdos indignantis sententiam sustinebunt. Similiter explicat Greg hom 17. in Euangel post med dicens. Cur peccata populi comedere dicuntur, nisi quia peccata delinquentiū fouēt ne tēporalia stipendia amittant? Sed & nos, qui ex oblationibus fideliū viuimus, quas illi pro peccatis suis obtulerūt, si comedimus, & taceamus, eorum proculdubio peccata manducamus: similia habet Bern. serm. 77 in Cant. in princ. dicens. Peccata populi mei comedent quasi dicat peccatorum pretia exigunt & peccantibus debitam solicitudinem non impendunt: quem dabis mihi de numero præpositorum, qui non plus inuigilet subditorū vacuandis marsupijs, quam vitijs extirpandis? &c. Addit autem Propheta, quod inde suboritur grauissimum malum dicens: *Et ad iniquitatē subleuabunt animas eorum*, id est, faciunt illis animos, dum peccata non reprehendunt, sed laudant, ad grauius, & frequentius peccandum; similisque est ille locus apud Ezech. vbi conqueritur de iniquis pastoribus, qui non ascenderunt ex aduerso, neque opposueruut murū pro domo Israel, sed liniebant parietem absque temperatura, & consuebant pululos sub omni cubito manus, & faciebant ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas, quæ verba in sui reprehensionem accommodat Hildeber. epist. 74 post princ. Eo quod nō insurrexerat reprehensione, cum necessaria illa foret Dum, inquit, blandis, & lenibus, quibus te tibi redderem, indulsi, cubito tuo quasi pululum suppossui, quasi ceruical, quo capta est anima tua, feci. Tali pululo, talique ceruicali circa filios delinquentes vsus est Heli cum diceret: *Non est bona fama filij mei, quam audio de vobis*. De huiusmodi correctione Greg. Nazianz in Orat de Epiphan. his loquitur verbis: Heli sacerdos pro filiorum iniquitate damnatur, quod eos diuina sacrificia temerantes minus seuera animaduersione plectebat: & quidem corripuit, sed lenitate, & mansuetudine patris non seueritate, & autoritate pontificis. Ego patrem exuens. indui pontificem, &c. Similia sunt quæ habet Basil. in reg breuior. interrogat. 47. ad med. vbi ponderans dicta verba Heli ait: quia de illis non meritas pænas sumpserat, neque eo modo, quo æquū erat, aduersus ipsos indignatus fuerat, vsque eo de iracundia irrita uit, vt & populus vna cum filijs ipsius

Ozæ. 4. n. 8.

Psal. 52. n. 5.

Ezech. 13. n. 18.

1. Reg. 2. n. 24.

internecione absumptus sit, & arca ipsa capta in hostium potestatem deuenerit, & sub hæc omnia ipse miserabili exitu vitā terminauerit. Quod si aduersus eos, qui adhibita contestatione peccantes, à peccato auertere conati fuerant, Dei vehemens adeo ira exarsit, quid de ijs dicendum est, qui, & consci j sunt, & conniuentes dissimulant? Qui quidem nisi ea præstiterint, quæ in epist. ad Corint. ab Apostolo scripta sunt, his verbis. *Quare non magis luctum habuistis vt tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit?* Et quæ de inceps ipsos fecisse ipse Apostolus testatur, cum ait: *Ecce enim hoc ipsum secundū Deum contristatos esse vos, quantam in vobis operatur solicitudinem?* Hi inquā, nisi hæc omnia præstiterint, prorsus periculū est, ne nūc etiam omnes simile exitium incurrant &c. Videndus Ephræm de Heli Sacerdote in fine, vbi idem argumētum prosequitur dicens: Heli cum mollior, segniorque in filijs corrigendis esset; non, sicut conueniebat, eum ab ira Dei exemit, liberauitque veneranda senectus, non Sacerdotalis honor, &c. quod item prosequitur Chrysost lib. 3. aduersus vituperat. vitæ monast. non longe à princip. vbi ostendit quantum malum inferat vrgenti reprehensioni parcere, cum opus sit illam infligere, videtur siquidem cum iniquis de impietatibus participare, qui illico non occurrit, sicut innuit Paulus cum ait: *Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum*, id est, nolite miscere vos operibus peccatorum, & peccantium, hæc enim nullum fructum afferunt, nisi seram, & inutilem pœnitentiam, ac remorsum conscientiæ: magis autem redarguite, quasi velit; ex hoc aperte cōstabit impietatem vobis omnino displicere, si delinquentes quā citissime, & acerbissime redarguatis; super quæ verba sic ait Augustinus ferm. 18. de verb. Dom post med. videte quemadmodum vtrumque cōplexus est: nolite cōmunicare, magis autem redarguite. Quid est nolite cōmunicare? nolite consentire, nolite laudare, nolite approbare: Quid est magis autē redarguite? Reprehēdite, coercete, corrigite. Deinde in ipsa coercione alienorum peccatorū, cauendū est ne se extollat, qui alterum corripit, & Apostolica illa cogitanda sententia, qua propter, *qui se putat stare, videat ne cadat.* Foris terribiliter personet increpatio, intus lenitatis teneatur dilectio, neque ergo consentientes sitis malis, vt approbetis, neque negligentes vt non arguatis, neque superbientes, vt insultantes arguatis. Sic Augustinus ostendit quonam pacto debeant pastores occurrere delinquentibus subditis acriter reprehendendo, sed blande sub tali rigore diligendo.

Estque optimus hac de re locus apud eundem August. serm. 49. de verb. Dom. secund. Ioan. post med. vbi assignans discrimen inter verum pastorem, & mercenarium, ex verbis Christi Domini id deducit quando dixit: *Mercenarius videt lupū venientem, & fugit*, tunc ait. Si viderit mercenarius aliquem peccare, aut sentire secundum pernicie animæ suæ, aut aliquid facere sceleratum, & obscænum, & tamen quia videtur haberi alicuius momēti in Ecclesia, vnde sibi sperat commoda, non reprehendit, mercenarius est Et cum videt hominem perire in peccato, videt illum sequi lupum, videt illius guttur trahi morsum ad supplicium: non illi dicit: peccas, non illum obiurgat, ne perdat commoda sua, hoc est ergo cum viderit lupum fugit: non illi dicit; scelerate facis: non corporis, sed animæ hæc est fuga: quem vides corpore stare, fugit animo, cū videt peccatorem, & non dicit illi; peccas, &c.

1. Cor. 5. n. 2.

2. Cor. 7. n. 79.

Ephes. 5. n. 11.

1. Cor. 10. n. 12.

Ioan. 10. n. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si dicente me (inquit Deus ad Ezechielem c.3.) *ad impium; morte morieris: non annũtiaueris ei, neque locutus fueris; vt auertatur à via sua impia, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Ac si aperte dicat (inquit Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus apud Baron. tom. 9 anno Christi 740.) si ei peccata sua non annuntiaueris, & si eum non argueris, vt conuertatur, & viuat; & te, qui non increpasti, & ipsum qui te tacente peccauit, flammis perennibus tradam. Cui enim dispensatio verbi commissa est, etiãsi sancte viuat, & tamen perdite viuentes arguere aut erubescat, aut metuat, cum ijs omnibus qui eo tacente perierint cõdẽnabitur. Et quid ei proderit nõ puniri suo, qui puniẽdus est alieno peccato. Vidẽdus Greg. 2. p. pastoral. c. 4. vbi ait. Sæpe rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, vnde ad eos Dominus per Prophetã Isai 56 ait. Canes muti non valentes latrare, & apud Ezechielem non ascẽdistis ex aduerso nec opposuistis murũ pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini. Ex aduerso, inquit, ascendere est pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire, & in die Domini in prælio stare. Similia habet in registro lib. 1 epistolarũ epist 24. & lib 18. moral. c. 3. & Rodulphus lib 8 in Leuit c. 3 ait. Dum omne quod libet, licet, dũ mala gesta nullius auctoritate redarguũtur, sed quod peius est, quæ redarguere oportuerat, peruerso fauore laudãtur, superbia modũ humanũ transcẽdit, iracundia in amentiam conuersa, quaquauersum sanguinem sitit; luxuria habenis proiectis, quid liceat, quid non liceat, nequaquã discernit, & ce necesse proinde est vt quis magno animo liberoque ore occurrat, & in publica scelera inuectus excandescat.

Hinc est quod de Christo Seruatore, & pastorum Principe dixit Isai. 11. *Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium*, id est, erit liberrimus in reprehendendis impijs nam ex eodem Propheta constat virgam assumi pro correctione, siue supplicio, quã Deus in manu Assur ad corripiendum populum constituit. Non parcet igitur illa vox, quã diuinus halitus animat & format terrenorum hominum vitijs, neque alius est spiritus labiorum, quam oris virga, nam spiritum pro furore sumi ad Canticum Moysis iam ostẽdimus, satisque notũ est. & insuper videri potest Sanct. in Zach. 5 n. 9 & qui vocatur hic labiorum spiritus, dicitur virga oris Apocalyp. 1. *Ex ore eius gladius vtraque parte acutus exibat*, hac virga, seu labiorum spiritu idem Dominus occidet Antichristum, iuxta illud, *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.* Hoc spiritu labiorum luxus inanes fastus, & stultas superborum hominum cogitationes, vanaque verba depressit, sicuti videre est apud Luc cap. 11. vbi de suis moribus audiuerunt viri superbissimi, quæ á nemine sibi obijci posse arbitrabantur. Neque lenius, & mitius egit contra diuites, & eos, qui voluptatibus intemperantibus indulgebant Luc. 6 quibus in locis toties contra illos grauissimæ sonant obiurgationes, & horribiles minæ, imo terribilia intorquentur fulmina quoties triste illud vę reperitur & repetitur, ideoque mihi placet expositio Chrysostomi homil. 38 in Matth. vbi explicat, cur laudaturus Christus Dominus Baptistam prius expectauerit, vt discipuli Ioannis, qui eum conuenerant, discederent, sic enim habet Lucas: *Et cum discessissent nuntij Ioannis, cæpit de Ioanne dicere ad turbas: quid existis in desertum videre? &c.* Hoc igitur ideo factum fuisse abeun

Isai. 11. n. 4.

Apoc. 1. n. 16.

2. Thess. 2. n. 8.

Luc. 11. n. 42.

Luc. 6. n. 24.

Luc. 7. n. 24.

tibus discipulis putat Chrysost. ne forte si coram eis Ioannem commendaret, illi velle assentiri putaretur, aderant enim malitiosi auditores qui facile suspicarentur Christum, aut Ioãni, aut discipulis morẽ gerere voluisse; at vero Christus Dominus. cuius verba potius verbera secum asportabant, & vulnera infligebant, ne quid molle de ipso putaretur, etiam vera dicturus de Ioanne, expectauit suorũ discipulorum discessum, ne leuem assentationis notam incurreret.

Vbi statim occurrit notandũ, quod si nec turbis licet assentari, quomodo licebit adulari Principibus, vnde totius Reip. ruina, & casus oritur? Sicut obseruat Seneca 6 de benef c. 30 post med. vbi ait. Non vides quẽadmodũ illos. s. Principes in præceps agat extincta libertas, & fides in obsequium seruile submissa, dum nemo ex animi sui sententia, suadet, dissuadet que, sed adulandi certamen est, vnum amicorum omnium officiũ, vna contentio, quibus blanditione fallat? Ignorauere vires suas, & dum se tã magnos, quam audiunt, credunt, attraxere superna, & cum discrimen rerum omnium super ventura illa, vtilem & necessariam rupere concordiam: secuti iram, quã nemo reuocabat, multorum sanguinem hauserant, fusuri nouissime suum, dum vindicant inexplorata pro certis, flectique non minus existimant turpe, quam vinci, & perpetuo credunt, quæ in summum perducta maxime nutant. Ingenia super se casura regna fregerunt, nec intellexerunt, in illa scena, & vanis, & cito diffluentibus bonis refulgente, ex eo tempore nihil non aduerti expectare debuisse, ex quo nihil veri audire potuerunt. Sic ille describit quæ ima proueniant, ex eo, quod Principibus verum non proponatur, sed per assentationem eis placere nitantur, qui vera proferre tenẽtur. Vidit hoc suo etiam æuo, & deprehendit Cic. 1. li. officiorũ, multos. s. esse qui quod sentiunt, etiamsi optimum est, inuidiæ metu non audent dicere. Proindeque idem Cic. apud Dionem lib. 44. monet in omnibus consultationibus neque gratiam spectandã, neque odia, sed eam vnumquemque sententiam dicere debere, quam ipse optimam censeat. Nec omittendus hoc in loco Epictetus cum ait. Approbato eos, qui bene consulere cupiunt, non etiam eos, qui vbique adulari student: illi enim vtile in veritate cernunt; isti vero, ea, quæ potẽtibus placent, spectant: corporumque vmbras imitãtes, omnibus illorum dictis assentiuntur. &c. quod quadrat in nostra tempora; quando multi minus ingenue cum proceribus agunt, plures, qui veri copiam non faciunt, plurimi, qui adulantur: quod omnes gratijs litant. Sed libet adnectere hoc in loco quod August. habet 1. de ciuit. c. 10. vbi multus est in hac re, & de iniquis loquens ait Plerumque ab eis docendis, admonendis, aliquando etiam obiurgandis mala dissimulatur: vel cum laboris piget, vel cum os eorum coram verecundamur offendere: vel cum eorum inimicitias deuitamus, ne impediant, & noceant in istis temporalibus rebus, siue quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas, siue quas omittere formidat, infirmitas. Ità (vt quamuis bonis displiceat vita malorum, & ideo cum eis non incidant in illam damnationem, quę post hanc vitam talibus præparatur, tamen, quia propterea peccatis eorum damnabilibus parcunt, dum eos in suis, licet leuibus, & venialib⁹, metuunt) iure cum eis temporaliter flagellẽtur, quamuis in æternum minima putantur: & quamuis non in tãtum eos mutuant, vt ad similia perpetranda cedant: ea ipsa tamen, quæ cum eis non perpetrant, nolunt ple-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rumque corripere, cum fortasse possent aliquos corripiendo corrigere. Flagellantur simul, non quia simul agunt malam vitam, sed quia simul amant temporalem vitam. Ad hoc enim speculatores, hoc est, populorum præpositi constituti sunt in Ecclesijs, vt non parcant obiurgando peccata. Nec ideo tamen ab huiusmodi culpa penitus alienus est, qui licet præpositus non sit, in eis tamen vitæ huius necessitate coniungitur, multa mouenda, vel arguenda nouit, & negligit deuitans eorum offensiones propter illa, quibus in hac vita non indebitis vtitur, sed plus quam debuit delectatur &c. Liceat annectere quę habet Hieronymus Plato bene meritus de Religioso statu libro illo, quem scripsit de officio Cardinaliũ ad fratrem Flaminium Cardinalẽ. Perdẽt, inquit, fortasse, & merito qui Pontifici, aut alijs Principibus resistunt ob aliorum Principum gratiam, aut studium partium, vel ob aliquam propriã commoditatem. Qui vero amore iustitiæ, aut Religionis, bonique communis id facit, si præsertim reliquæ etiam vitæ testimonium consentiat, potius vt dixi, multum acquiret, &c. quæ in eandem sententiam prosequitur. Videndus item Ammian. lib. 29. vbi de Theodoro pulchre ait. Solus pene omnium erat, cuius linguã non effrænem, sed despicientem, quæ loqueretur, nullus claudebat periculi metus. Sed ó tempora, ó mores, cum videmus id, quod Plin. in Paneg. ait. Videmus curias elingues, in quibus dicere quod velis, periculosum; quod nolis, miserum est. Et Philo lib. de migratione Abrahæ. An non vides, ait, istos adulatores, qui tã noctu, quã interdiu permulcent aures suis Regibus, nec tãtum applaudunt dictis eorum singulis, sed & prolixis eos ornant laudibus, quos tamen execrantur taciti, quantumuis fausta ominãdo propalam? &c. Hic est vnicus ille multorum hodierni temporis scopus, applaudere Principi, ac Prælato, & in omnibus assentari, attenteque animaduertere, cuius genij, & naturæ sit, vt ijs commodis sese aptare possint, quo morum congruentia, summum apud eum locum queãt obtinere. Sic olim consiliarij Cambisis Regis ex Herodot. lib. 3. cui sciscitanti an suam liceret sororem in vxorem ducere? Regi licere, respondent, quidquid velit. Talis Stratocles ille Demetrij, qui non raro, teste Plut. illud vsurpabat. Quidquid Rex Demetrius iubet, id esse erga Deum sanctum, id esse apud homines longe iustissimum. Sunt denique tales, qui in malitia sua lætificant Regem (vt cum Propheta Osea cap 3 loquar) & in mendacijs suis Principes.

Facit in hanc sententiam id, quod notauit Saluian. lib. 8. de prouid. in princ. nullum .s. esse adeo iniquum, qui putet dignum esse reprehensione, proindeque, etsi magister, ac pastor videat aberrantes oues, dum corripiuntur, ægre ferre obiurgationem, nullatenus frangendum illius animũ, neque deprimendũ depressione vultuum auditorum. Nulli, inquit, grata reprehensio est, imo quod peius multo est, quamlibet malus, quamlibet perditus mauult mendaciter prædicari, quam iure reprehendi, & falsarum laudum irrisionibus decipi, quã saluberrima admonitione seruari. Et cum hæc ita sint, quid agendum est: nunquid voluntati improborum hominum seruiendum, aut si sibi illi etiam friuolas laudes deferri volunt, decet nos friuola, atque irridenda deferre? Maxime cum à fidelibus viris nec illi quidem irrideri debeant, qui se rideri volunt: sicut nec illi quidem mendaciter prædicari, qui se cupiunt titulo falsæ laudis ornari: qui non tam illud, quod vnusquisque

eorum cupiat audire, quam quod nos dicere deceat, considerandũ est: præcipue cum Propheta dicat: *Væ illis qui dicunt, dulce amarum, & amarum dulce:* ac per hoc modis omnibus tenenda veritas, vt quod in re est, hoc & in verbis sit, &c. Corripiendi proinde sunt, & acriter obiurgandi, qui digna reprehensione committunt; maxime autẽ post Dei notitiã, & amicitiam dissolutam; quod bene expendit Chrysost. ad illa verba Isai. in cap. 5. *Quomodo facta est meretrix ciuitas plena iudicij,* vbi ait. Non tanta cum acrimonia eos obiurgamus, qui nullius sunt momenti, vitamque exercent flagitiosam, vt eos, qui prius quidem visi sunt, studio virtutis excoluisse vitam, tandem vero edidisse documenta improborum, &c. Cum ergo Moyses viderit promissiones factas ab Israelitis de obseruatione legis, cum recoluerit initum fædus cum Deo, viderit acceptа ab illo præcepta, & hæc omnia agente illa postposita, grauissimũ idolatriæ scelus incurrisse; acribus, & vehemẽtibus verbis in stultum, & insanum populum merito hoc in loco inuehitur. Sic enim faciendum esse docuit postea Christus Dominus cũ blasphemantibus Pharisæis dixit, Matt. 12. n. 34. *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali?* Et Ioann. Baptista Luc. 3. n. 7. *Genimina viperarum, &c.* vbi crudeles simul, & ingratos appellauit, insuper malitia repletos: etenim proles viperę matris ventrem erodit, & sic foras erumpit, per crudelitatem, sicut ibi aduertit Chrysostomus, & testatur Plin. lib. 1. c. 62. deinde & vipera supponit pro malitia, & astutia sine virtute; & Religione, iuxta illud Genes. 3. n. 1. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* Hanc etiam verborum acrimoniam secutus Paulus Galat. 3. n. 1. non veretur Galatas insensatos appellare: *O insensati Galatæ:* contumelia quidem materialis, non formalis, quia non cõuiciãdi animo prolata, sed ex amore, & zelo, vt duros Galatas feriat, molliat, corrigat. Ita Gregorius 3. p. pastoral. c. 8. & paulo post n. 3. iterum ait Paulus: *Sie stulti estis, vt cum spiritu cœperitis nunc carne consumemini?* Et Act. 13. in Elymam Magum, qui quærebat auertere Proconsulem Sergium Paulum a fide, inuectus ait n. 10. *O plene omni dolo, & omni fallacia: fili diaboli inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini?* Quibus verbis nihil asperius. Et ne quis posset dicere Paulum, dum talia dixit, passum fuisse aliquid humanum, & præ iracundia excessisse in verbis, Lucas ante præfatus est dicens: *Saulus autem, qui & Paulus repletus Spiritu sancto intuens in eum dixit: O plene, &c.* Ipse etiam Paulus ad Titum. 1. 12. Cretenses appellat, *Semper mendaces malas bestias:* subiungit deinde: *Quamobrem increpa illos dure.* Græce, ad viuum, seuere, dure. i quia Cretenses duri sunt, ideo oportet eos dure increpare, & aspere, nam cum Cretensibus est cretisandum, vt est in Prouerbio. Sed obijcies, quia videtur cõtrarium modestiæ Christianæ, imo & Christianæ doctrinæ, Paulus enim Rom. 12 n. 14. *Benedicite, & nolite maledicere,* quibus verbis videtur prohibere omne maledictum, & Christus Matth. 5. n. 22. ait. *Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Respondetur, quod Christus non prohibet irasci, sed sine causa, sicut exponit Aug tom. 4. lib. de serm. Domini in monte cap. 19. in fine. Vnde, vt inquit idem Augustinus: Facile excusamus Paulum a culpa, cum vocat Galatas insẽsatos, quos appellat filios. Similia habet Chrysost. homil 5. de laudibus Pauli, cum ait quod Paulus Galatas insensatos vocando exemplũ nobis præbuit, & regulam vt negligentiores

Isai. 5. n. 20.

Sup. n. 3

Act. 13. n 10.

Tit. 1. n. 12.

Rom. 12. n. 14.

Matth. 5 n. 22.

Matth. 14 n. 4
Luc. 3. n. 7.

Gen. 3. nu. 1.
Galat. 3. nu. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiores voluntatis Dei, nequaquā cura leuiori tractemus; sed acrioribus verbis infectemur sicut Paulus fecit, & Moyses hoc in loco docet, dum in Israelitas inuehitur

Galat. 2. n. 11.

Quoniam vero nequitia, & ingratitudo manifesta erat ideo apertissimis verbis ingratam, & stultam gentem vrget, sicut delicti conditio exigere videbatur, quod ponderat Aug. in eo, quod Paulus reprehenderit Petrum in facie quoniam reprehensibilis erat. Sic enim habet lib quem fecit de expositione illius epistolæ Quod autem hoc ei coram omnibus dixit, necessitas coegit, vt omnes illius obiurgatione sanarentur, non enim vtile erat errorem, qui palam noceret in secreto emendare. Simila sunt quæ habet idem August. epist. 19. vbi Petrum, & Paulum commendat, hunc quod libere reprehenderit Ecclesiæ Principem, cum opus fuit publica obiurgatione; illum quod libenter acceperit correctionem. Est laus, inquit ille, iustæ libertatis in Paulo, & sanctæ humilitatis in Petro, &c. quæ prosequitur pro hac sententia.

Licet autem quandoque vtile admodum sit omittere quæ reprehendenda occurrunt, ne, vel occultum malum notius fiat, ad illudque per notitiam iter pateat, vel peccator impudentior reddatur, dum in publicū prodit, quod ipse latere existimabat: horum primum eleganter prosequitur Pacian. Barsilon. Epis. tom 3. Bibliot. parænes. de pænit. dicens. Vnū vereor ne inculcando quæ fiunt, admoneam magis peccata, quam reprimam, meliusque fuerit Attici Solonis exemplo tacere de magnis scelaribus, quam canere: eo vsque progressis nostratium moribus, vt admonitos se existiment, cum vetantur. Hoc enim (puto) proxime Ceruulus ille profecit, vt eo diligentior fieret, quo impressius notabatur, & tota illa reprehensio dedecoris expressi, ac sæpe repetiti non compressisse videatur, sed erudisse luxuriam. Me miserum! puto nescierant Ceruulum facere, nisi illi reprehendendo monstrassent. Exasperati sunt reprehensionis iniuria, indignati sunt mores suos ab aliquo posse reprehendi, atque vt cænum solet tunc maxime fætere, cum moueas & incendium tunc magis ardere si vertas, & rabies tunc vehementer sæuire si prouoces, &c.

Secundum probat Bern. serm 3. de Cæna Dom cum ponderat verba illa Christi Domini *Vnus vestrum me traditurus est* reddit enim rationem, cur Iudam non nominauerit, ne impudentior redderetur, si palam fieret & diuulgaretur eius impietas Specialiter, inquit, non defugiat traditorem suum ne fieret impudentior, vel inuerecundior manifeste deprehensus &c. qua de re videndus Greg. 8. moral c 4, & 10 Moral c 3.

Matth. 26. n. 21.

Solet item publica reprehensio, & vulgata criminum notitia in desperationem deducere, sicut aduertit Plutarc lib de discrim. adulat & amici vbi ita scribit. Ferunt adolescentem quendam á Pythagora, cui operam dabat, multis præsentibus, compellatum asperius, suspendio vitam finisse, atque ab eo tēpore Pythagorā nunquam, alio præsente, quenquam corripuisse: subdit deinde Plutarc Oportet tanquam morbi turpis, ita peccati etiam detectionem, & sanationem occultam esse, considerandum est quam sint pertinacia, atque contumacia vitia, non enim, quod est apud Euripedem, amor dumtaxat castigatus magis premit, sed quoduis omnino vitium, si quis coram multis liberius reprehendat, impudentiam induit &c. quæ videnda sunt, maxime vero ad finem dicti libri, similiaque sunt apud Ouidium de Ponto cum dixit.

Vulneris id genus est, quod cum sanabile non sit
Non contrectari tutius esse puto.
Curando fieri quædam maiora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.

Prou. 25. n. 2.

Hinc est quod Chrysost. hom. 6. & 7. in Act. Apost. docet prius mollia, & tenera reddenda esse pectora, & corda delinquentium, quò possint increpationem suscipere, alioqui minime profuturam, si dura corda petat, & aggrediatur, & Prosp. lib de vit. contempl. c. 5. asserit eum, qui nimia asperitate increpatur, eadē offensum nec increpationem recipere, nec salutem: quod confirmari potest ex eo loco Prou. c. 25. vbi sic habetur: *Acetū in nitro qui cantat carmina cordi pessimo*, vbi Beda ait. O aptissimam similitudinem! cuius hæc expositio est, quod si acetum mittatur in nitrum, fumigat instar calcis viuæ cum aqua perfunditur, & excandescit, ac si denuo accendatur, sic & impius cum à sapiente corripitur, inflāmatur in iram, excandescit in verba, accenditur in probra, qua in re recolenda sunt quæ habet Greg. 13. moral. c. 3. Magna prædicationis arte agendum est, vt qui ex aperta correctione deteriores fiunt, quodam temperamento correptionis ad salutem redeant, vnde, & Paulus dicit: *Quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundātiorem circundamus, & inhonesta nostra abundantiorem honestatem habent, honesta autem nostra nullius egent*; sicut enim inhonesta membra in corpore, ita quidam sunt intra Ecclesiam. &c. vbi præclara similitudine magnus Doctor ostendit quomodo sub velamento, & veluti emplastro honoris, curanda sint aliquorum delicta, quæ si propalentur, omni prorsus curatione carebunt.

1. Cor. 12. n. 23.

Facit in hanc sententiam id, quod habet Isidor. Pelus. lib. 3. epist. 279. Quemadmodum, inquit ille, periti medici in morborum initijs remedia haud temere adhibēt (propterea quod deflectionis impetus oblata medicamina debilitat, ac veluti in aquam conuertit) verum aliquantisper expectant dum morbus de acrimonia non nihil remittat, ac denique ad medendum se conferunt: eodem modo, nec vigente mærore eum, qui præ ipsius magnitudine velut temulentia quadam laborat, obiurgare conuenit, nam alioqui sermonem, non secus ac collyriū, inutilē imprudentes reddemus, &c. quib⁹ cōiungenda sunt quæ habet Clem. Alexan. 1. pedag. c. 8 vbi reprehensionē appellat chirurgiá affectionū animæ, ea ratione, quod sicut chirurgus vt vlcus aperiat, prius aperiendum disponit, alioqui potius officiet, perdet, & occidet, quam sanabit, sic & qui reprehendit, tandiu præstolari debet, quoad vsque tempus, & occasio adsit ad correctionem ad mouendam.

Cum igitur sic se res habeat, tamen Magister, Præsul, ac Pastor cum viderit corruptos hominum mores in publicum prodisse, viresq; acquirere eundo, debet occurrere, & toto animi conatu sese opponere, alioqui scelera ipsa nutriturus, si dissimulet, & taceat, sicut recte ait Ambros. ser. 6. Malui, inquit, peccatum vestrum incusando acriter increpare, quam leuiter dissimulando, nutrire, quisquis enim fratrem non arguit peccantem, quodammodo hortatur, vt peccet, &c. quibus similia habet Pacian. dic. Paræsen. videndusque erit Hieron. tom 3 epist. ad Theophyl. vbi docet nullatenus nutriendam audaciam, quod facile fiet, si vitia dissimulentur: multaque de hoc argumento habet Cyprian. lib. de lapsis, vbi inter alia ait. Imperitus est medicus, qui tumentes vulnerum sinus, manu parcente, contrectat, & in altis recessibus viscerū virus inclusum, dum ser-

uat, exaggerat. Aperiendum vulnus, & secandum, & putredinibus amputatis, medella fortiori curandum est. Vociferetur, & clamet licet, & conqueratur æger impatiens per dolorē gratias aget post modum, cum senserit sanitatem. Accessit ad cumulum malum fallens, & blanda pernicies, emersit nouum genus cladis, irrita & falsa pax, periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura, &c. quibus verbis sub metaphora medici, ac vlceris ostendit quomodo adhibenda sit acris obiurgatio, ne mala in deterius prolabantur.

Videndus item erit Greg. 13. moral. c. 3. ad fin. vbi de peccatoribus, qui & documento & nocumento alijs possunt esse sceleribus suis, ait. Quādo alijs cognoscentibus peccant, alijs etiā cognoscentibus increpandi sunt: ne si prædicator tacet, culpam approbasse videatur, atque hæc crescens in exemplum veniat, quam pastoris lingua non secat. Sācta ergo Ecclesia cum per prædicatores suos quædam facta malorum sub dispensatione inuectionis increpat, labia quasi parcens mouet, sed tamen parcendo nō parcit, quia ab inuectione culpæ generaliter non tacet, & concludens caput ait; hoc ipsum ampliu quod tacet, gemite, quia se tacente, sperueršorum culpas excrescere conspicit, &c.

Matt. 13. *n.* 27.

Facit in hanc sententiam locus ille Matth. vbi serui Domino nunciarunt de zizanijs super seminatis ab inimico homine dicentes: *Nonne bonum semen seminasti in agro tuo, &c.* vbi Chrysol ser. 97. obseruat id propterea fecisse seruos ne crimen taciturnitatis incurrerent, spectat siquidem ad seruos magni Patris familias quæ impia inuenerint, Domino nunciare, & iniquitatibus, quoad potuerint, occurrere; alioqui si omiserint ipsis in culpam imputanda quæcunque tacuerint, sic vero habet Chrysol. Vigilantes serui prętimore ista cur euenerint expauescunt: hoc metuentes ne zizaniorum germina ad illorum redirent offensam, quorum conscientia præter iactum boni seminis nihil habebat. Hinc est quod auditum sui Domini præuenerunt, ne securi de innocentia, reatum de silentio sustinerent, &c. Hæc est ratio cur Ber. lib. de anima c. 11. vehementer dolet, & lachrymatur se aliorū scelera magno eū detrimēto suæ cōscientiæ tacuisse, & dissimulasse, sic ergo incipit dictū caput. Multitudinē iniquitatū meatū expauescens, aliorum transgressiones reprehendere timui, & ideo mortis autor extiti, quia virus, quod clamādo expellere potui, non expuli.

Maximum reputauit Sathanas impedimentum fore reædificandæ Hierusalē, quod Dominus constituerat, si summo Sacerdoti impingeret grauissimum crimen commissionis, & omissionis; commissionis, quod ipse mulierem alienigenam susceperat in vxorem contra præceptum Domini Deut. in c. 7. omissionis vero, quod filios non obiurgarat, plurimosque de populo non reprehenderat, cum idem facinus perpetrassent, sic enim exponit noster Scalant. lib. 2. de vision. symbol. c. 38. locum Zachariæ 3 de aduersante sathana vbi dictum crimē sufficere arbitrabatur ad hoc, vt Deus à beneficio restaurandi templi cessaret, cum grauissimum sit in eis, qui bus increpandi obligatio incumbit, si à reprehensione abstineant. Inde enim est quod Deus huiusmodi hominibus imponat aliorum crimina, quibus ipsi non occurrunt, vt patet apud Ezech. *Si dicente me ad impium morte morieris, non annunciaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur à via sua impia, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua exquiram*: vbi Maldonat. ait: tu morte

Ezech. 3. *n.* 18.

tis propter mortē eius, quia tua negligentia perijt anima vna de populo meo. Iterumque apud eundem prophetā: *Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum, &c.* Huius igitur rei conscius Moyses non palpans leuiter, nec adulatus, sed vehementissime vrgens, & accerrimē obiurgans in gentem suam hoc in loco insurgit.

Mich. 3. *n.* 8.

Huius etiam vestigijs inhærens Michæas longe aliter atque de pseudo prophetis dixerat, ait. *Verumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini iudicio, & virtute, vt annunciem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. Audite hoc principes, qui ædificatis Sion in sanguinibus*, quo in loco licet videā expositores aliò rem deflectere, notāda tamen censeo verba illa, *Repletus sum Fortitudine spiritus Domini*, magna siquidem fortitudine opus est vt quis valeat irrumpere, & obiurgare impios principes, & magnates, qui cum attrita fronte sint, & duro corde, imo lapideo necesse est vt vir propheta, & prædicator sit sicut malleus conterens petras, sunt enim monstruosi plerique homines, qui carneum, imo, & luteum habentes corpus, imbecillum quidē & infirmum ad exercenda opera virtutum, & pænitentiæ, cor tamen habent lapideum, cui proinde adhibenda est fortitudo spiritus Domini, qualis etiam data est Ezechieli, cum illi dictum est: *Vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam, nec timeas eos, neque metuas, facie à eorum*, vbi Hebraic. habetur, pro eo, quod nos habemus vt silicem, præ silice, indicatur vero necessaria fortitudo ad cōterenda dura corda, de quibus Zacharias: *Posuerunt cor suum vt adamantē*, proinde fortiori, duriori, & acriori voce, & spiritu agendū est contra adamantinum cor. Addit deinde diuinū Oraculum: *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum*; vbi per valentiorem, & duriorem, fortitudinem significat interritam ad obiurgandum, & resistendum audaciam, quod magis explicat Hebræus codex: qui pro eo, quod habemus *Facies eorum*, habet, è regione facierum eorum, id est, vt te illis opponas reprehendendo, & opponendo quidquid opus fuerit, vnde intelligitur melius ille locus 3. Reg. 14. vbi vxor Ieroboā consulēs Ahiam pro morbo filij, muneraque ei deferens, audiuit á propheta: *Ego missus sum ad te durus nuntius. Vade, & dic Ieroboam qui exaltauit te de medio populi, &c.* quem locum referens Hieron in c. 3. Mich. ait; dicitur quid secum illa portauerit (panes. s. uuas passas, & vasculum mellis) & tamen propheta non scribitur accepisse, quippecum, & corripuerit eam, & venturum luctum prædixerit iam, vero vt durus nuntius mollescat nihilo fieri potest, cum valentiores sint duris corde, & impijs in operando ijs qui, à Domino mittuntur, quibus minime conuenit id: quod Nazianz. in sentētijs dixit: auro loquente iners est omnis oratio, persuadet enim illud, etiamsi nullam vocem edat, imo & vocem aufert, vt corripiat offerentem, quantunuis antea deliquerit, sicut videre est in eo quod contigit Demostheni, qui contra Milesios oraturus pridie ab eorū legatis veluti linguā aureā accepit, dum multā pecuniā largiūtur sequenti igitur die sine voce, & veluti elinguis apparet conquestus se hesterna nocte acutissimo morbo, angina. s. quo fauces anguntur, & strangulantur, laborasse; cui tamen vir é media plebe repentinum morbum carpens dixit, nō angina, sed argentangina laborare, hic enim morbus, & vocem aufert, & spiritum intercludit, ne qui eo laborat, delinquentes corripiat, & contra eos, sicuti decet, occurrat.

Ezech. 3. *n.* 9.

Zachar. 7. *n.* 12.

3. Reg. 14. *n.* 6.

At mansuetissimus Moyses pro lo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

co, & tempore insurgit hic contra nequissimã gentẽ, etenim si vnquam, tunc certe videtur homo nõ temere, sed cum ratione irasci, quando vindicandi peccati causa efferbuerit is affectus, sicut eleganter dixit Nyssen. lib. de beatitudinibus ser. 4. prope finẽ ad illa .s. verba, *Beati mundo corde*, vbi tum ipse, tum alij, quos citat Maldonat. legunt locum illũ Matth. qui irascitur fratri suo temere, aut sine causa, reus erit iudicio; est enim sicut dixit Basilius homil. de ira pars animi irascibilis nobis ad multa virtutis opera necessaria quando velut miles quidam, iniquit ille, apud ducem arma sumens, paratus est eius iussu auxiliũ præbere: sic iracundia si rationi adiutrix contra peccatum fuerit veluti canis Pastori, &c. Et Nyssen. loco citato, adiectio dictionis temere, ostẽdit tẽpestiuum, & opportunum esse ẽ pe iracundiæ vsum: quum vindicandi peccati causa efferbuerit; is affectus, hœ iræ species Phineesõ Scripturæ testimonio assignatur, cum cæde delinquentiũ minas Dei aduersus plebem commoti placauit. Deincepsad ea, quæ per voluntatem delinquuntur, transit, &c. Sic Plato quoq; lib. 2. de Rep. vult suum ciuitatis custodẽ instar generosi canis iracundum simul, & mansuetũ, quorũ vtrumque perfectissimo nexu coniunctum in Moyse reperitur, dum alias mansuetissimus proponitur, hic vero ira percitus acrius corripit.

Matth. 5. n. 2.

Iuuat deinde hanc Moysis excandescentiam, quod suæ vtilitatis, aut passionis igne haud accenditur, qui enim illo corripiuntur, alienum profecto ignem offerunt Deo, cui solus ille placet, qui diuino numine inspirante, accenditur. Deut. 10. Arreptis Nadab, & Abiud filij Aaron thuribulis posuerunt ignem, incensum desuper offerentes coram Domino, ignem alienum, quod eis præceptum nõ erat, egressusque ignis á Domino deuorauit eos, & mortui sunt coram Domino: etenim proprius ignis Deo offerendus erat ille, qui in altari holocaustorũ ardebat, dicebaturque ignis Domini, quoniam á Domino fuerat mirabiliter concessus, vt patet ex c. 9. Leuit: siue quia iussu Dei ad illud vsque tempus seruabatur in altari, vt patet Leuit. 6. & cum omnia in figura contigerint illis, ignis vtiq; de cælo zelũ Dei adumbrabat, sicut ostendit Greg. lib. 13. moral. c. 27. & alij, quos citat Lauret. verbo ignis, & Sophon. 3. dicitur, in igne zeli mei deuorabitur omnis terra, & Psalm. 78. vsque quo irasceris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus? Vbi Agell. quandiu zelus tuus, quẽ in nobis velut ignẽ accendisti, qui honorem tibi debitũ falsis Dijs detulimus, exardescet? Hoc igitur facto admonemur ne alienum zelũ Domino tanquã illius proprium offeramus, suntenim plerique, qui ob illatas sibi offensas accenduntur, & propris passionibus desæuiunt, puniunt, verberant, plectunt, & occidunt, & quod maius est, putant hoc igne se thymiama odoris suauissimi Deo offerre, quod præcipue imprudentibus euenit, qui nesciunt talem ignem, neque de cælo missum, neque in altari Dei á sacerdotibus fotum, sed potius esse alienum à Deo, quanquam proprium sit offerentium: contra quos egreditur à Domino ignis, eosque deuorat, qui igni suo alios deuorare, & absumere pararunt, idque coram Domino, eo quod ipsi coram hominibus alienum, & falsum ignẽ proponebant. Non profecto hoc accensus Moyses, in suam gentem efferbuit, sed totus zelo Dei correptus cõtra eos inuehitur, dolens de ingratitudine, clamans contra impietatem, & impudentiam.

Deut. 10. n. 1.

Leuit. 9. n. 24. Leuit. 6. n. 12. 1 Cor. 10. n. 11. Sophon. 3. n. 8. Psal. 78. n. 5.

Quoniam vero maxime retrahit ab officio corripiendi timor verbi asperi, ab auditoribus correptis sicut

notauit Aug. ser. 21. de verbis Apost. post princ. vbi ait. Nulla est causa, quæ magis faciat hominẽ dispẽsatorẽ Dei pigriorem ad redarguendos contradicẽtes, quam timor verbi asperi, &c. Illud ob oculos proponendum, quod Dauid dixit, & in præsens argumentum obseruat Aug. ibidem: *Sperabo in Deum, quoniam ipse liberabit me de laqueo venantiũ, & à verbo aspero.* Facile enim contẽnit verbum asperum hominũ, ne asperitatem reprehensionis abijciat, qui Dei adiutorio confidit, & in eo sperat liberari. Pro qua re plura habet Aug lib. 50. homil. hom. 24. in med vbi alloquẽs eos, quos grauioribꝰ reprehẽsionibus aliquãdo percusserat, ait. Vobis itaq; dico, siue præsẽtibus siue absentibus, quibus inimicus efficior verũ prædicãs, quibus cõsulendo videor oneros⁹, quorũ requirẽs vtilitatẽ, cogor offendere volũtatem. *Nolite fieri sicut equus, & mulus non habentes intellectum*, nam & hæc iumenta eos calce, morsuq; appetunt, à quibus curãtur. vt curẽtur, eorũ vulnera contrectantur. Nõ parcis, nõ parco: aduersaris, aduersor; resistis, resisto. Luctanos cõparat, sed causa separat. Tu inimicꝰ es medico, ego morbo. Tu diligẽtiæ meæ, ego pestilẽtiæ tuæ. *Cũ vobis*, inquit, *detraxerint, & dixerint omne malum aduersum vos propter iustitiã, gaudete, & exultate, quia merces vestra multa est in cælis, &c.* & hom. 25. post princip. Quid mihi hodie maxime faciendũ, nisi vt commendem vobis periculum meũ? periculum autẽ meũ est, si attẽdã quomodo laudatis, & dissimulem quomodo viuatis, ille enim nouit sub cuius oculis loquor, imo sub cuiꝰ oculis cogito nõ me tã delectari laudibus popularibus, quã stimulari, & angi quomodo viuãt, qui me laudant, &c quæ prosequitur, quibus similia habet ser. 3. de nat. Dom. post med cũ ait. Nõ mihi licet tacere, plꝰ timeo illũ, qui iubet, quam illum, qui detrahit, &c.

Psal. 90. n. 3.

Psal. 31. n. 9.

Mat. 5. n. 11.

Quoniam vero oppositorum eadem est ratio, postquã Moysen acriter in Dei offensores inuectum pastoribus Ecclesiæ Dei proposuimus, libet etiam detestari eos, qui præ incuria, & desidia iniunctũ munus correctionis omittunt, imo & vitia palpado, viciosos perdũt, qui quantũ Ecclesiæ exitiũ afferãt, colligi potest ex illo loco Apocal. vbi dicitur: *Visum est in cælo aliud signum magnum, draco magnus habens capita septem, & cornua decem, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum secum, & misit eas in terram*: quo in loco magna est concertatio inter grauiores interpretes quid nomine cæli significetur, vbi draco apparuisse dicitur, & quia aliorũ sententias examinare modo nostrũ non est, illas assumimus quæ ad præsens institutũ inseruire videbuntur. Ribera igitur ideo apparuisse asserit in cælo, quia bellũ infert militanti Ecclesiæ, quæ in cælo descripta erat, & præcipue propter bellum, quod gerit cũ ijs, qui inter fideles instar sunt stellarum. Neque video, cur hæc sentẽtia impugnetur ab Alcaçar hoc in loco, & video Ecclesiam militantem sæpius appellari cælorum Regnum apud sacros interpretes noui testamẽti, & quia hoc satis tritũ est, satis in præsenti sit nobis Greg. 19. moral. c 5. vbi ait. Sæpe in sacro eloquio Regnũ cælorum præsentis tẽporis Ecclesia dicitur. Cæterum cum bellũ hoc factum fuerit in Ecclesia, nostro argumẽto inseruit expositio, quam Alcaçar affert; putat enim draconem apparuisse in cælo nõ solũ vt denotaret inferre bellũ Ecclesiæ (quã Apoc. magna cũ energia depingit in cælo) verum etiam in hoc bello magnam recoli inesse fiduciã fore vt Ecclesiam ipsam superaret. Etenim quod iactantia, & gloriatio fingatur alas habere, & ad cælũ vsque eos extollere, qui Remp. se oppressuros esse cõfidunt, patet ex illo Isai. 14. *In cælum*

Apoc. 12 n. 3.

Isai. 14. n. 10.

Dan.8. n.10. 2.Mach. 9.n.10. 1.Mac.1. n.1.

consecndam,&c. vbi loquitur de Nabuchodonosor,& Daniel c.8. de Antiocho. Magnificatũ est vsque ad fortitudinem cæli; & de eodem iterum 2. Machab. 9. Sydera cæli contingere se arbitrabatur, & de Alexãdro Magno 1.Machab. 1. Exaltatum est,& eleuatum cor eius.

Si vero inquiras, cur tam superbe præsumpserit draco iste de victoria reportanda: id ego arbitror, & callidi tati, atque astutiæ draconis tribuẽdum, insuper, & bellico instrumento, quo rem conficere parabat. De astutia patet ex illis verbis. *Ecce draco magnus rufus*, vbi teste Alcaçar in serpẽtis figura alluditur ad eam speciem serpentis, quam olim dæmon Euam decepturus induit, quapropter nominatur in Apoc. Serpens antiquus: iã vero serpens rufus cæteris exitialior, & callidior reputatur. De instrumẽto vero patet fuisse caudã, licet enim septem habuerit capita, per quæ septem nefarij spiritus recte intelligun tur, quos dæmoni sancti Patres adscribunt, spiritus .f. superbiæ, auaritiæ,&c. ad quæ vt ad capitalia omnia peccata rediguntur, quæ doctrina nititur illis septem dæmoniorum spiritibus, de quibus Matth in c.12.& Luc. 11. estque manifesta doctrina Gregorij 21. moral.c.31.Casian.lib.de institut. c.1 & colat. 5.c.2. qua de re vidẽdus D. Tho. 1.2.q.84.art.4.& Scholast in 2.d.42.Cur vero ad septem illa vitia reuocãtur, bene ostẽdit Valẽtia. to 2 disp.6.q.14 punct.2. Quãuis igitur hic draco semptem habuerit capita,& ora munita dẽtibus illos nequaquam dicitur misisse in Sãctos. Licet insuper habuerit decem cornua, illis eos non ventilasse, sed cauda eius trahebat tertiã partẽ stellarũ cæli,& misit eas in terram; quis igitur non videt per caudã adulationẽ, & assentationem significari? Etenim in animalibus cauda symbolum assentationis est, cauda enim, & blandiũtur, & se se tota hominibus ingerunt, vt patet in cane apud Tob. qui cauda blandiebatur. Qui igitur blãdiuntur bellũ inferunt,& dũ adulando extollũt,perse quendo deprimunt, quod Dauid ex Symmachi sententia eleganter dixit: *Proijcientes me, nunc circundederunt me*, vbi ille legit: Beatificantes illico me, circundederunt me, vt .f. mihi bellum inferrent,& Psal.148. *Oleum peccatoris non impinguet caput meum*, in Hebræo est: vnguentum primum, hoc est excellentissimum impiorum hominum ne frangat caput meũ, mollia siquidem adulantium verba, vnguẽta licet, ac fomenta videantur, caput nõ leniunt, sed frangunt, iuxta illud Psal. *Molliti sunt sermones eius super oleũ, & ipsi sunt iacula*, vbi Hieronymus vertit: nitidius butyro os eius, pugnat autem cor illius; molliores sermones eius oleo, cum sint lanceæ, Hebr. sic reddũt Regia biblia, linierunt præ butyris os suum, & conflictus cor eorum, id est, mollia fuerunt verba eius præ oleo, & ipsa gladij stricti, &c. Ideoque Salomon Prouerb. 1. *Fili si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis*, Hebr. Fili mi si te alliciant peccatores noli Septuaginta: Ne te deceperint viri impij, neque volueris: quę omnia monẽt fugiendã assentationis vocẽ, sicut ex hoc loco monet Greg lib.4. moral. c.25 vbi ostẽdit adulatione augeri vitia,& incurabilia reddi, sic enim habet. Hinc fit vt incessanter crescat culpa fauoribus nutrita: curari enim vulnus negligitur, quod dignũ laudib⁹ videtur. Vnde bene per Salomonem dicitur: *Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis*: peccatores enim lactant, cum vel perpetranda mala blandimentis ingerunt; vel perpetrata fauoribus extollunt; quibus similia habet Ber.epist.74. Quod si roges quid lactationi cum adulatione cõmune? Respondet Salas ad dictum locũ nihil callidius, aut prudentius serpente, & tamen hic lacte inescatus capitur. Sic Cardanus in serpente. Ita prudentia,& astu præstantes viri adulationibus lactati captari solent. Ergo Salomon: Si te, inquit, lactauerint peccatores, id est, adulationibus quasi lacte capere velint, ne consentias. Aliter bellum experieris atrocissimum, mortemque quãcitissime sustinebis, quod ostendo in Sisara, cui Iael occurrens, lenibusque verbis adulata dixit: *Intra ad me Domine mi: intra, ne timeas*, qui ingressus tabernaculũ eius, & opertus ab ea pallio dixit ad eam: *Da mihi obsecro paululum aquæ, quia sitio valde*, quæ aperuit vtrem lactis,& dedit ei bibere, & operuit illum. Vide lenissima verba, vide insuper, & amicissimam lactationem; ideo enim aquam petenti, lac dedit, vt se summa ipsum accipere humanitate significaret, spemque securitatis optimã injiceret, dum videret ille sibi, quod potionis genus ea in domo esset optimum, offerri. Est enim lac aqua præstantius,& quod mali aliquid perpessis nonnullum esse solet solatium, vt apud Athenæum lib. 3. de Menandr. refertur, at, at longe aliter mens Iaelis se habebat, ideo enim videtur lac præbuisse, vt de via, & fuga fessum, formidine fractum, ac debilitatum, quam celerrimo, & profundissimo somno deprimeret, sicque securius, ac melius bellum assentationis conficeret. Cum enim sit lactis natura humidior, crassior,& fumosior, caput instar vini petit, spirituque, ac fumo dẽsiore oppletum soporare solet, vnde capitis dolore, aut vertigine laborãtibus á medicis denegatur apud Plin. lib.28.c.4 Itemque biliosis,& febricitantibus apud Hippocratẽ in aphorismis. En qualis fuerit lactatio! Sed iam mollia verba durũ clauũ proferentia videamus tulit enim clauũ tabernaculi, ait sacer tex. quem ferreum dixit Græc.codex, licet aliter videatur sentire Orig.ibi,& Aug li.12.cõtra Faust. c.32.assumpsit pariter & malleũ, vbi significanter Hebr. posuit malleum in manu sua Vides arma quibus bellũ tantũ conficere vult Iael? vbi meminisse licet Claudian.cum dixit.

Omnibus armatur rabies pro cuspide ferri,
Pro telo geritur, quidquid subiecerit irã.

Ingressa igitur abscõdite, & cum silentio posuit supra tẽpus capitis eius clauum, percussumque malleo defixit in cerebrum vsque ad terram: qui soporem morti cõsociãs, defecit,& mortuus est: mollia itaque verba eã capitis partem (tempus .f) quæ mollissima,& tenerrima esse solet, petiere, quo citius mortem ille oppeteret,& victoria pro muliere lactante staret contra acquiescentem illi, dum adulationibus pellexit.

Meliora proinde sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis, sicut dixit Salomon Prou.27. vbi Hieron. siue qui eius nomine Auctor circumfertur, agnoscẽs draconis vafriciem,& calliditatem ait: Melius est à Domino, qui nos vt filios Pater erudire consueuit, vulnera afflictionũ perpeti, quam diaboli blandimentis decipi, qui vt nos cælesti hæreditate priuet, nostris fauere solet erratibus quasi leue sit malum, quod agimus, &c. vbi non omittendus Pacian. parenes. ad pænit ad fin. cum ait. Facinoris viam monstrat innoxijs, qui nocentibus post scelera blanditur.

Melius item est à sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi, iuxta monitum eiusdem Salomonis, vbi Hebr. Græc. Chald. & iuxta veterem translationem: Bonum est, siue melius audire increpationem sapientis, super virum audientem carmen, siue canticum, aut vocem nabli stultorum. Quis enim non malit vt Paulus acriter arguat, & Sathanæ etiam tradat delinquentem in in

Tob.12. n.9.

Psal.16. n.10.

Psal.148. n.5.

Psal.54. n.22.

Prou.1. n.10,

Matt.12. n.45. Luc.11. n.26.

Iudic.4. n.18.

Prou.27. n.6.

Eccl.7. n.6.

1.Cor.5. v.5.

teritum carnis, vt sit spiritus saluus in die Domini, quam audire Ioab ad Amazam dicentē, Salue mi frater, simulque percutientem eum in latere, & effundentē intestina eius in terram, ita vt secundum vulnus non apposuerit, quia illo minime opº fuit ad occidendum; et enim blandæ benedictiones innocentium seducunt corda, & Sirenes in delubris voluptatis dum aures canendo demulcent, mortem conciliant, & lamia nudans mámas instar Siſaræ lactat, vt securior occidat. Tandem scitum est illud Catonis, melius multo de quibusdam acerbos inimicos mereri quā eos, qui dulces videātur, sicut habet Cicero lib. de amicitia, cum quo simul videnda sunt quæ disserit Plutarc. lib de differ. adulat. & amic. & Hesiod. in ergis. Neque vero omittendus Thaumatur. ad cit. locum Ecclesiastis vbi acute aduertit sapientem vnicum, qui corripiat, opponi stultis adulantibus, sic enim habet. Atqui multo magis, inquit, optandū sapientis vnius obiurgationē excipere, quam totius chori improborū, & miserorū hominū cantantium auditorem fieri, ille siquidē prodest, dum corripit, isti vero bellum inferunt, dum laudant.

2. Reg. 20 n. 7.

Rom. vlt. n. 18.

Quia igitur adulationis bellum cauda peragitur, illa quidem aggreditur maxime diabolicus draco, & petit stellas cæli, eos .s. qui cæteros fidelium suo lumine colluſtrant, quæ est expositio Thom. qui Greg. citat. & confirmatur ex c. 3. vbi constat Sardensem, & Laodicensem Episcopum fuisse quidem stellas, qui in Episcopali dignitate constituti erant, nihilominus vtrumque lethali scelere esse immersum, atque adeo á dæmone deiectum, & conculcatum. Deinde etiam, quia hic locus Apocal. videtur manifeste respicere illum Dan. 8. Vbi Antiochus, & Epiphanes dicūtur deiecisse de fortitudine, & de stellis, & conculcasse eas, vbi Hier. & Theod. existimant denotari Iudæorum plurimos, qui nobilitate, doctrina, & pietate illustres erant, minarum, & tormentorum terrore de obseruatione Mosaicæ legis fuisse ab Antiocho deiectos, & ad idolatriam pertractos. Allusio igitur est vnius loci ad alterum, quę videtur consistere in deiectione stellarum, sed disparitatem, & oppositionē in deturbatione videntur continere, illa enim persequendo facta est terrore tormentorum, ac pænarum minis, hæc vero cauda blandiendo, & assentando facta est. Bellū ita que draco infert non ignobilioribus tantū, sed illustrioribus viris adulando, quod si eos, qui videbantur esse fixę stellæ illorū virtutes palpando deturbat, quid non faciet, quē non deijciet, prosternet, & conculcabit si illius vitia laudet, peccata commendet, & impietates in virtutes blandiendo commutet? Et sane caudis infernalium vulpium accensis, incēditur seges magni Patris familias, quantū vero noceant ostendit Ber. ser. 7. in Psal. 90 cum aduertit disparitatem numeri, quem Regius Vates indicauit ad illa verba, *Cadent à latere tuo mille.* contra quos adulatores videndus est Hierony. ad illa verba Ecclesiast 15 In risu faciunt panem, & vinum, vt epulentur bibentes, inuehitur enim contra adulatores magistros in hunc modū. Nunc Ecclesiastes accusat eos, qui loquuntur, & docent ea, quæ populū audire delectent, quod peccatores palpent in vitio, & strepitus concitent audientiū. Nonne quando in Ecclesia lasciuit orator, & beatitudinē, & Regna cælorum multitudine pollicetur, videtur tibi in risu facere panem, qui panis lugentium est, & non ridentium (beati quippe lugētes, quoniā ipsi ridebunt.) Quod autē sequitur pecunię, vel argento obediunt omnia, argentū pro sermone sēper accipitur, eloquia

Dan. 8. n. 10.

Psal. 11.

enim

enim Domini, eloquia casta, argentū igne examinatū; hoc assueuerat, quot eloquentiæ, & orationi, quæ verborū sit fronde composita, facile vulgus cedat ignobile, &c.

Qua igitur pœna digni censendi erunt, qui cum peccatorum vlcera aperire ex officio teneantur, palpando potius corruptionem, & nocumentum afferunt, & cum acriter debeant vrgere, molliter laudant, & cū dolorem ingerere debeant, plausum adulando venantur, sunt enim verba sapientum, Magistrorum, & Prælatorum stimuli, sicut dixit Salomon non risus, & gaudij instrumē. tum, vbi Hieron ait: Verba sapientū sicut stimuli, quæ in similitudinem stimulorum corrigant delinquentes, & pigros mortalium gressus aculeo pungente cōmoueant, si cuius igitur sermo non pungit, sed oblectationem facit audiētibus, iste nō est sermo sapiētis. Hoc stimulo nec dum Paulum, sed adhuc Saulū puto in via confossum erroris audisse: *Durum tibi est cōtra stimulum calcitrare, &c.* Sapientis igitur Moysis verba veluti stimuli stultum populum pungunt vulnerāt, & dissecant, quo peccati stultitiam abijcientes, & in mentem redeuntes, ad Deum, quem per summam nequitiam deseruerant, per pœnitentiā reuertantur.

Eccle. 12. n. 11.

Act. 9.

ANNOT. II.

Proponitur malum ingratitudinis erga Deum.

CVm Dei beneficia præ omnibus recolēda sint, & præ oculis iugiter habēda, sicut prosecuti fumus ad Cant. Exod 15. tex. 1 dolendū sane, imo & lugendū est quod omnino pereant, dū ingratis conferuntur, sicut bene aduertit Tertul lib. de pænit c 2 vbi ait. Quantulum dispendij si ingrato benefeceris; quod etiā dixit Ber ser. 2. in Cœn Dom. Nunquam, inquit, non perit quod datur ingrato. Ideo igitur vt diuinæ liberalitatis affluentiam ostēderet Moyses, quæ etiā impijs & ingratis tot, ac tanta beneficia minime profutura cōfert: insuper & in maiorē ingratæ gentis confusionē, quæ nihilo melior tot acceptis bonis reddita fuerat, eadem hoc loco refert. Enim vero si magna iniuria est ab ingratis mala accipere, quāto maius vituperiū erit pro bonis mala reddere præ summa ingratitudine? Loquens de Moyse Paulus Hebr. 11. ait. *Fide Moyses, &c. maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi*, vbi Paulus alludit ad illud Hebræi, quem Moyses voluit rixantem cū fratre conciliare, ille vero ingratus respondit: *Quis cōstituit te Principem, & Iudicem super nos, &c.* Improperium igitur, & ignominia Christi fuit ab ingrato populo mortem sustinere, dissamari, & dici publicanorum amicum, & legis violatorē, cū eorum morbos sanaret in sabbatho, illorum esuriem saturaret, & mortuos ad vitā reuocaret; quæ enim maior potest esse iniuria, etiam si alias Regiū dicatur, quam male audire cum bene feceris, quo sensu Chrysost. Theophyl. Oecumen. & alij prædictum Pauli locum interpretātur: sed maius sane improperium; eorū Benefactori sic improperabant, Parenti insultabant, ac Possessori impijssima reddebant pro præstantissimis beneficijs. Ignominiosa proinde hæc exprobratio Moysis Hebræis fuit, dum & quæ acceperant á Deo, commemorat, & quæ ipsi reddiderint obijcit.

Heb. 11. n. 26.

Exod. 2. n. 14.

Cum vero ingratitudinis propriū sit sibi debita reputare, quæ gratis accepit, quod dixit Bernardus de diligendo Deo: Delictum, inquit, maximum, vti datis, tanquā innatis, & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

acceptis beneficijs gloriam vsurpare benefici, quod etiam acute, vti solet, aduertit Chrysolog. in ingrato diuite, dum illi dixit Abraham: *Fili recepisti bona in vita tua*: obseruat igitur discrimen inter accipere, & recipere; accipere enim nullum debitum connotat, at vero recipere denotat ea, quæ debita sunt comparare, vnde quia impius, & ingratus diues diuina beneficia sibi debita arbitrabatur, eadem recepta putabat, ideoque Deo minime referebat. Sic ergo habet Chrysolog. Videtis fratres, quia Abrahæ sancti verbo istius diuitis animus proditur, sensus arguitur, intellectus punitur, qui non sibi data, sed reddita credidit quæcunque Domino largiente possedit? Intelligite quo sensu incesserit, quo corde ambulauerit, qui Deũ sibi credidit debitorem, & Dominum suum male diues vsuris suis addixit obnoxium: qui etsi recepit bona, non pro bonis mala, sed pro malis bona recepit indignus. Sic ille ingratitudinem diuitis, promeritumque supplicium probat, dum sibi arrogat quæ acceperat, quæ Domino referre debebat, gratias iugiter reddendo: etenim si quæcunque bona facimus, Domino referre debemus, iuxta illud Prouerb. 16. *Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.* Hebr. *Volue ad Dominum opera tua, & firmabuntur cogitationes tuæ*, nã in Hebr. est, *Gol*, quod cum noster interpres traxerit á verbo, *Galah*, quod est reuelare, & discooperire, vnde Chrysost. hom. 41. ad populũ de confessione peccatorum dicta verba intelligit, cæteri à verbo Gallal duplicante secundam deducunt, quod significat dissoluere, aut vertere, vnde Caietan. legit. Verte ad Dominũ opera tua, alij volue, aut deuolue, id est quidquid boni feceris, id quidem in Deum conijcito, atque illi acceptum referto: & dirigentur cogitationes tuæ, nimirum rectissime feren-

Luc. 16. n. 25.

Prou, 16. n 3.

tur, nec stulte aberrabunt, quod fieret si quidquam tibi ipsi arrogares, vnde Chrysost. ex pilæ ludo venuste hic similitudinem aucupauit, sic enim habet Orat. 8 tom. 5. Opera nostra bona in Deum referre debemus, quem admodum in spheræ ludo vnus iacit, alter vero refert pilam, tandiuque eleganter ludus producitur, quandiu inter vtriusque manus iacta & reciprocata spha ra non excidit, &c. cui suffragatur Seneca lib. 2 de benef. c. 17 & cap. 32. vbi agens de referenda gratia, mutuatum accepit exemplum ex eodem ludo: sic enim habet c. 32. Qui accepit beneficium, licet animo benignissimo acceperit, non dum consummauit officium suũ: restat enim pars reddendi, sicut in lusu est aliquid pilam scite, ac diligenter excipere, sed non dicitur bonus lusor, nisi qui apte, & expedite remisit, quam acceperat. Nec tamen ideo non bonum lusorem dicam, qui pilam vt oporteat, excepit si per ipsum mora quominus remitteret, non fuit. Similia habet dicto cap. 17. vult igitur sapiens vt ad Deũ deuoluamus opera nostra, manusque agiles habeamus & expeditas, vt cum beneficij pila venerit, illico repercussa, & prę gratiarum exhibitione reuocata, ad Deum redeat.

Cum ergo ita ex gratitudine teneamur facere, hoc ingratitudinis ingenium est, nempe quæ à Deo gratis accepit, veluti debita, & recepta existimare, quod vt Moyses ab ingrata Hebræorum mente cogeret procul exulare ad primam vsque conditionem, seu creationem deuenit, vt totũ á Deo constaret gratis datum, indeque ingratam gentẽ per omnia concluderet, quę talia Deo reddidit, à quo prima etiã bona, & õnia vlteriora acceperat, nullo suppposito merito, quod potissimum in beneficijs dixit Seneca lib. 3. c. 12. his verbis: plus est quanuis idem detur, si ei detur quem nosse

á tuo beneficio incipis. &c. sed procul dubio est beneficia ei conferre, cui & esse datur, & vt bona dentur à non esse per creationem reuocatur, tunc enim non solum quæ á Deo accipiuntur illi debentur, sed etiam is, qui accipit, totum se reddere debet.

Notandus autem venit hoc in loco Psalm. 65. vbi de reditu ex Babylonica captiuitate sermo est, & vers. 21. dicitur: transiuimus per ignem, & aquã, & eduxisti nos in refrigeriũ, introibo in domum tuam in holocaustis: reddã tibi vota mea, &c. vbi Agell. aduertit quasnam hostias Dauid polliceatur Domino. Hostias, inquit, eas solũ cõmemorat, quæ non ad expiandũ peccatum aut delictum, sed ad gratias agendas, & vota persoluenda pertinẽt: neque enim liberatis á captiuitate, & pro ea re sacrificantibus, aliæ hostiæ congruebant, quam holocausta, & pacificæ victimæ, & pro voto redditæ, &c. quasi is, qui in libertatem à Deo asserti fuerant, iam deinceps pro tanto beneficio grati, minime ausi fuerint delinquere, vnde quidquid Deo in posterum offerrent, totum in gratiarum actionem, & non pro expiatione alicuius admissi sceleris futurũ esset. Clarius in rem præsentem Aug. vult enim in sacrificio exterius oblato designari quonam modo Hebræi diuinitus liberati, & nos etiam á peccatis educti teneamur Liberatori Deo nosmetipsos offerre, imo, & referre, nempe totos Deo reddere, cui nos totos deuinctos beneficijs deprehendimus, sic ergo habet Aug Quid est holocaustum? totum incensum: aliæ sunt partes sacrificiorum, aliud holocaustum; quando totum ardet, & totum consumitur igne diu no, holocaustum dicitur: quando pars, sacrificium. Introibo in domum tuam in holocaustis, totum enim meum consumit ignis tuus, nihil mei remaneat mihi, totum sit tibi: Sic Aug. deuinctos Deo ostendit, quos Deus de captiuitate liberarat, sic & Moyses beneficia accepta commemorat, vt totum, & in omnibus debitorem conuincat, & dum refragandi locus non adest, amplius inde confundatur, qui cum totũ se deberet Deo referre, talia potius, & quæ nec nominari queunt, reddiderit.

Vera quidem gratitudo ea est, quæ etiam in minimis semper aliquid reperit, quod ipsam in gratiarũ actionem cieat, & prouocet; nullus siquidem tam vilis, & abiectus erit, qui se viliorem alium, & inferiorem non inueniat, proindeque cum se meliorem iam alio inueniat, gratulandi etiã Deo sufficiens motiuum habebit, quade re eleganter philosophatur Basil. hom. in martyrẽ Iulittam post med. dicens: Nemo nostrum se submouerit á gratiarum actione per vllam quantumlibet vitæ se circunstãtem ærumnam, is modo ne ingrate velit quamque gratiam sibi impertitam agnoscere, ac percensere. Habet enim vnius cuiuslibet nostrum vita non pauca, nec indigna recognitione admodum iucunda, & contemplatione: si tamen nonnunquam sustinuerimus id inspicere, quod infra nos est, atque ita ex comparatione ad id, quod deterius est, bonum, quod ipsi possidemus, quanti sit prætij admetiamur, & expendamus. Seruus es? Habes te vno deiectiorem. Quod vno superior es, ne esto ingratus, quod neutiquam addictus es pristino, quia nullæ tibi infliguntur plagæ. At ne huic quidem causæ defuerint referendæ gratiarum actionis. Neque enim iniectæ sunt ei compedes. Non vinculis astrictus est ligno. Nec vincto desit causa reponendæ gratiæ sufficiens, vel quia sinitur viuere. Quod datur solẽ contueri, respirare aerem: ob hæc gratias agit. Nullo tuo merito plecteris? Gaudium tibi ingerat futurorum spes.

Iusto ne est supplicio addictus? Gratias itaque agito quod eorũ, quæ ausu temerario designasti, hic luis pœnas, vt ne lethaliũ peccatorũ gratia, æterno seruieris tradendus supplicio. Sane hũc in modum licuerit ei, qui gratus esse pergit, aut mediocrem gratiam pro præsentibus bonis benigno Largitori exoluere per omnem omnino vitam, & vitæ exercitia omnia, &c. Si ergo ille, qui se infimum pene inuenit, dũmodo aliquo saltem se superiorẽ inueniat, grates ob id Deo potest, ac debet agere, quid putandũ est debuerit populus ille, qui cæteros tot diuinitus collatis beneficijs, quot illi exprobrãtur, præcellebat? Quid non meruerit maior omnibus populus, dũ posterior ingratitudine, prior in scelere deprehenditur? Excessũ ingratitudinis huius gentis per beneficiorum excessum expendere possumus, iuxta illud Greg. hom. 9. in Euang. dicentis: Cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum, tantoque esse humilior, atque ad seruiendũ Deo prõptior quisque debet ex munere, quãto se obligatiorẽ esse conspicit in reddẽda ratione, &c. sed pro ratione reddenda irrationali vitulo Diuinũ detulit honorẽ, & pro beneficiorũ incremento amplio creuit, in scelere, & quẽ humiliare debuerat tot donorum onus, in superbiã extulit eorundem obliuio, denique qui promptior ad seruiendum esse debuit ex munere, filios immolauit pro munere dæmonijs, & nõ Deo illi reddidit bona, á quo non acceperat. cũ dixit: *Hi sunt Dij tui, qui te eduxerunt de terra Ægypti*: huic vero reddidit, quæ solus stultus, & insipiens populus posset reddere, & quæ prudens, ac sapiẽs Moyses minime ausus est recensere.

Insuper cum Hebræa gens in memoria deberet retinere, & in ore iugiter versare quæ á Deo acceperat dona, de more illorum, qui se gratos profitentur, ita beneficiorum immemor reddita est, vt eadẽ illi in memoriã reuocare necessum habuerit Moyses, cum hoc in loco ait. *Nonne ipse est Pater tuus, &c.* Quæ summæ ingratitudinis nota iure censetur.

Refert Ezech. beneficia Israelitico populo á Deo collata cũ ait: *Nũc Dñe Deus noster, qui eduxisti populũ tuũ de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc, &c.* Cur autẽ hæc retulerit Propheta aperit ibi Theod. Orat. 9. dicens: Pristina commemorat beneficia, vt grati animi significatione, dum ea se tenere in memoria asserit, misericordiã sibi conciliet, &c. Vrget siquidẽ diuinã bonitatẽ acceptorũ recordatio, quæ & gratitudinem indicat, & ad vlteriora prouocat, at hoc in loco obliuio donorũ diuinam iustitiã irritat, idque tãto magis, quãto maiora sunt, quæ collata fuere, ad quorũ præsentiam, & obiectionẽ ingratus, conuictus, cõfususque tenetur populus, ita vt nihil in sui purgationẽ valeat respõdere, dũ tã male respõdit Benefactori suo, cui ea mala reddidit, quę melius explicat Moyses dũ tacet. *Ezec. 9. n. 15.*

Vnde iam melius intelligemus in præsentem ingratitudinem nostri text. verba: *Populę stulte, insipiens*, consueuit enim Scriptura stultos, & insipientes appellare, quos Deus propria ipsorum iniquitate ita conuincit, vt nihil prorsus habeant, quod pro se excusandis respondeant. Oseæ 4. sic habet diuinum Oraculum: *Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam.* Vbi Chaldæus habet: Insipiens factus est populus meus, id est, nihil respondere potuit more insipiẽtis, qui nihil habet, quod respondeat. 70. Rem magis elucidant dicentes: Quasi non habens scientiã. Hinc est, quod cum Christus Dominus, argueret eos, qui negabant sabbatho licere curare, de illis habet sacer text. *Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad inuicem quidnam facerent.* i. ad mo- *Oseæ. 4. n. 6.*

dum

dum stultorum conuincti nihil responderunt constricti rationibus à Christo propositis. Ad hunc igitur modum populus iste dicitur á Moyse stultus & insipiens, qui tantis beneficijs propositis, dum ingratus extitit, nihil omnino potuit excusationis adhibere, quod adhuc illustro ex illo loco Hierem in cap. 12. *Confundemini à fructibus vestris propter iram furoris Domini*, vbi Septuaginta habent: Confũdimini gloriatione vestra, ab opprobrio in conspectu Domini, vbi eleganter Theod. quæ putatis illustrare vos, verbi gratia, opes, potentiam, hæc vos pudore perfundent, dum causam agetis apud Deum, eius enim beneficia abunde experti, contraria illi rependitis, &c. quomodo igitur non redderetur stultus, & insipiens præ confusionis taciturnitate populus ille, qui pro ijs bonis, quibus gloriabatur tot mala reddidit? Quomodove posset respondere tantis conuictus donis is, qui tam male respondit Donatori, vbi notãdus venit Gregorius Nyssen. lib. de Opif. hom. cũ ait. Manus datæ sunt homini vt meli⁹ loqueretur, sunt enim hominis man⁹ quę pro ipso respondent, & rationem de illo reddũt, & dum bruta pedibus respondent calces impingendo benefactori suo; homo extollendo manus in sancta, Domino vere respondet. Sed lubet hoc in loco, & irrationabilia proponere, vt quæ illa retulerint, cum Israelitica gente conferamus. Etenim serpens apud Ælian lib. 13. variæ hist c. vlt. eum à quo altus fuerat, magno in vitæ periculo protexit Leo apud Gell. lib. 5. c 14. à ferarum quibus obiectus erat, feruulum, à quo molestia quadã liberatus erat, laniatu liberauit. Delphinus apud Athenæ, lib. 13. Milesiũ à quo viuus emptus, & in mare liber remissus olim fuerat, naufragio in medijs vndarum fluctibus, pereuntẽ excepit, saluum, & incolumen ad littus vexit, & conseruauit Et cum multa de canibus suppetant, satis sit modo Ambros. 6. Hexamer c. 4. statim post princip um, vbi ait. Quid de canibus loquar, quibus insitum est natura quãdam referre gratiam, & solicitas excubias pro dominorum salute prætẽdere? Vnde ad immemores beneficij, & desides atque ignauos clamat Scriptura Isai: 56. *Canes muti nescientes latrare*: quis non erubescat gratiam bene de se merentibus non referre, cum videat etiam bestias refugere nomen ingrati? Et illæ impertitæ alimoniæ seruant memoriam, tu non seruas salutis acceptæ? Et post multa tandem celebre affert exemplum gratissimi canis erga dominum suum, & deinde subinfert. Quid nos dignum nostro referimus Creatori, cuius cibo vescimur, & dissimulamus iniurias, & sæpe inimicis Dei eas, quas a Deo accepimus epulas, exhibemus. Sic Ambrosius. At Israel neque etiam quæ bruta faciunt, de se benemeritum agnoscendo præstant, vnde iusta est ea querela Dei apud Isai. *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit*, vbi Hieronymus obseruat Israelitas, neque ea reddere, quæ bruta etiam animantia solent reddere, cognitionem, scilicet, & submissionem, vnde & eis inueniuntur stultiores, quibus similia habet Chrysost. tom. 6. serm. 9 de Ascens. post med. quem etiam Isaiæ locum nostro argumento aptat Basil in Reg. fusior. resp. ad 2. ad med. vbi ait: Inter eos, quos diligendos natura incitamur, sine dubio is præstat, qui bene etiam de nobis meritus est: atque hæc animi affectio non hominum peculiaris est modo, verumetiam ipsis cum omnibus fere animantibus communis, vt videlicet eos diligant, á quibus beneficium acceperũt: *Cognouit* enim, inquit Isaias, *bos possessorem suum, & asi-* *Hier. 12. v. 13.* *Isai. 1. n. 3.*

nus

nus præsepe Domini sui, nolim autem id dictum esse de nobis, quod sequitur: *Israel autē me non cognouit, & populus meus non intellexit*; nam de canibus, compluribusque eiusmodi animalibus quod attinet cōmemorare quam insignem beneuolentiam declarant, & gratitudinem in eos, à quibus ipsis alimenta præbentur. Quod si natura nobis tributum est, vt ad complectendos beneuolentia, atque amore eos excitemur, qui bene de nobis meriti sunt, neque labor est vllus, quem vt illis pro collatis in nos officijs gratiā referamus, non libenti animo excipiamus, quæ nam obsecro inueniri orationis facultas potest quę data nobis à Deo beneficia digne satis queat explicare, quæ quidem numero adeo sūt multa, vt numeri vim omnē effugiant: vi vero, ac magnitudine tanta, vt, vel vnicum modo ex ijs idoneum sit, propter quod nihil nō subeamus, vt illius voluntati obsequamur, &c. tandemque concludit hominum erga Deū ingratitudinem ansam præbere diabolo exultandi contra Deum, cum videat nos Deo ingratos, sibi vero obsequentes, cum ab illo innumera acceperimus beneficia, à diabolo vero in multa, & grauia protrudamur scelera.

Sed adhuc contra Iudæorum ingratitudinem vrgere possum⁹ ex eo, quod non solum irrationabilia superet, sed ipsa etiā insensibilia; etenim arbores cultoribus suis fructus proferunt, & pro cultura prouentus reddunt at vinea Domini sabaoth acetum præbuit pro vino, & pro vuis spinas & ficus nō floruit, mentitumque est opus oliuæ, & arua cibū non attulere, vbi Hierony. ait de Iudæis: Hęc est ficus, ad quam tertio venit Pater familias, & quasi non facientem fructus vult subuertere: pro qua agricola, cui commissa fuerat, deprecatur, vt det ei spatium, & dicit: Domine dimitte eam, & istum adhuc annum donec fodiam circa eam, & mittam stercus, & siquidem fecerit fructum: sin autem tunc succides eam. Agricola iste, vel Gabriel est, vel Michael, cui commissus est populus Iudæorum, qui Dominum deprecatur in passione, & dicit: Domine da ei spatium pœnitentiæ, & noli eos subuertere, & siquidem fecerint fructum: non dixit quid sustinerent, neque dixit: si fecerint fructū permanebunt vt erant, sed si fecerint fructū, suspensa est sententia vt subaudiatur, transferes eos in Ecclesiam gentium, & in alteram vineam transplantabis. Venit Dominus tertio, & non inuenit in eis fructum: dedit primum legem per Moysen; secundo locutus est per prophetas, tertio ipse descendit: & post passionem datis ad pœnitentiam quadraginta quatuor annis, quia non fecerunt fructum, quarto subuersi sunt, &c. quæ prosequitur vbi ostendit vineā facientē non vuas, sed spinas, non iudiciū, sed clamorē crucifige, crucifige, & non habemus Regem nisi Cæsarem, fuisse Synagogam, vnde & illam exterminauit aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.

Cum ergo irrationabilia, & insensibilia in ingratitudine superent Israelitæ quid mirum si confundantur veluti insipientes, & stulti deprehendātur? Confunditur siquidem terra ipsa quando subacta aratro, imbribus irrigata noxijs purgata herbis, fructus non afferat, vnde Ioel in c. 1. de sterilitate futura ait: vinea confusa est, deinde etiam confusum est triticum. Pagnin & alij vertunt: aruit, elegantius vero Hieron. Pulchra metaphora describitur sterilitas vineæ, quasi ipsa vinea confundatur, & erubescat se nō respondisse votis & sudoribus agricolæ eam excolentis; sunt enim hæc beneficia, vt etiam vulgari sermone dicitur, quibus etiam insensibilia pudet non respondisse, & proinde confunditur

Abac. 3. n. 17.

Luc. 13. n. 7.

Ioel. 1. n. 12.

funditur si non respondet acceptis, imo non solum confunditur ingratus, ita vt nihil habeat, quod respondeat, quin potius male respondet, dum datum negat, quod acceptum nō refert, aut gratulatur, sicut acute dixit Tertull. lib. de pœnitentia c. 5. Respuit datorem, cum datum deserit; negat beneficium, cum beneficium non honorat. &c. Graue nimis deliquisse cōstabat ingratus, dum confusus silentio nihil, quod respondeat, habet, sed grauior iam extat culpa, qui negat beneficium ex eo, quod non honorat, honor autem beneficij est gratitudo, alioquin non beneficium, sed debitū reputabitur. Qua in re notanda venit quædam gratitudo nihil reddens, gratissima tamen, dum de reddendo non curat, quod possumus in primis probare ex eo, quod habetur apud Senec. lib. 1. de benef. c. 25. vbi sic ait. Nullo magis Cæsarem Augustum demeruit, & ad aliqua impetranda facilem sibi reddidit Furnius, quam quod, cum patri Antonianas partes secuto veniā impetrasset, dixit. Hanc vnam Cæsar habeo iniuriam tuam, effecisti vt viuerem, & morerer ingratus; quid est tam grati animi, quam nullo sibi modo satisfacere, nec ad speciem quidem exequendi vnquam beneficij accedere? &c. dum Furnius se ingratū profitetur, gratissimum exhibet, & dum nihil reddit, totum refert; nam si sicut dixit idem Senec. lib. 3. de benif. c. 1. ingratus est, qui dissimulat, qui non reddit, ingratissimus omnium, qui oblitus est; gratus procul dubio erit, qui minime dissimulat, imo perpetuò vrgeri fatetur, qui non reddit, quia non posse reddere dolet, gratissimus item, qui perpetua memoria laborans id vnū lachrymatur, quod sine gratitudine mortē subeat.

Plura confitetur Iacob à Deo accepisse, quæ proponit Genes. 32. quia vero tam multa accepta multam gratitudinem exigebant, ipse se imparem tantis beneficijs professus, gratum probat, dum æquiualens reddere non posse comperit, & proinde ingratum ingenue confitetur dicens. *Minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua, quam expleuisti seruo tuo*; quasi velit se propterea non referre quas debet gratias, quia quas acceperat gratias (sic enim ex Hebr. intelligit ibi miserationes Caiet.) omnem Iacobi gratitudinem superabant; quia tamen nihil subterfugit gratitudinis ingenium, inuenit mutuatum, vnde posset reddere, cum aliās omnino impotens esset, etenim Ecclesia volens Deo reddere gratias pro summo beneficio á Filio Dei accepto, corpore. s. & sanguine suo sub speciebus panis, & vini, quia se imparem tanto oneri inuenit, ab eodem Domino accepit, quod redderet, ideoque ait: *Vnde, & memores nos serui tui, &c. offerimus tibi de tuis donis, ac datis*; alioqui nihil reddi tura, nisi referret eadem, quæ acceperat, quod etiam fecisse videtur Dauid cum ait? *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi calicem salutaris accipiam, &c.*

Genes. 32. n. 10.

Hinc igitur licet iam coligere miseriam, & impietatem ingratitudinis, quæ nihil reddens, malitiæ conuincitur, dum oblita saltem deprehenditur, sed dum mala pro bonis reddit, summæ iniquitatis rea comprehenditur, adeoque stulta inuenitur, vt nec verbum possit proferre, quod proprium stultorum, & insipientium est.

Venit item obseruanda hoc in loco cōnexio, & veluti sympathia quā stultitia habet cū ingratitudine, sicut videre est in Psal. 13. vbi habetur: *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus*, quo in loco Nebiens. legit. *Ingratus*, Hebr vero habetur: *Nabal*, qui supponit pro stulto simul, & ingrato, quia, & vtroque morbo laborauit; nam cum á

Psal. 13. n. 1.

Dauide,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauide, eiusque militibus tanta bona receperit, quanta retulit vnus de pueris suis Abigail vxori illius 1. Reg. 25. n 15. &. 16. ipse reddidit pro eis malum; nam pueris Dauid dicentibus ad Nabal: *In die bona venimus, quodcunque inuenerit manus tua, da seruis tuis, & filio tuo Dauid*, ipse respondit: *Quis est Dauid, & quis est filius Isai? Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris, quos nescio vnde sint? Iuit igitur vxor eius ad Dauid, munera detulit, eique dixit: ne ponat Dominus meus Rex cor suum super virum istum iniquum Nabal, quoniam secundum nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo.* Quod si indagari velimus vnde prouenerit stultitia hæc, & insipientia, id videtur facer tex. referre cum ait n. 3. *Porro vir eius durus, & pessimus*, & n. 37. Postquam illi rem aperuit vxor eius, *factus est quasi lapis*; ex hac igitur duritie prouenit stultitia, & ingratitudo Nabalis, cuius peruicax cor neque beneficia peruadebant, neque gratitudo tangebat. Huius similis videtur durities Iudæorũ, de qua dicitur Isai. 48. *Sciui quia dures tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ferrea*, & Deut. 31. *Ego scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimã*, similiaque habentur Act. 7. & Hiere. 3.

Isai. 48. n. 4. *Deut. 31. n. 27.* *Act. 7. n. 50.* *Hier. 3. n. 14.*

Cor igitur durissimum istius gentis in causa fuit tantæ ingratitudinis, quæ tot, ac tantis beneficijs nihilo emollita erat erga benignum Parentẽ durior indies euasit. Nequissimũ sane cor, quod durũ est; vnde Ecclesiasti. 3. *Cor nequam grauabitur doloribus*, in Græco est: *Cor durum*, quasi durities pro iniquitate supponat, & nullum peius sit cor, quam quod durum est, opponitur siquidẽ benignissimo Dño. Vnde tanquã singulare beneficiũ promittens Deus ait se ablaturum cor lapideum, & daturum carneum; nam lapideum descẽdit in profundũ quasi lapis, & demergitur quasi plumbum in aquis vehementibus, sicut contigit Pharaoni, cuius induratum est cor, de quo videndus Aug. lib. 2. quæst. super Exod. q. 18. &. 24. & lib. de prædest & grat. c. 6. vnde Paulus Hebr. 3. monet tanquam præsentissimum malum fugere cordis obdurationem: qua propter sicut dicit Spiritus Sanctus Psalm. 94. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, propter quod infensus fui generationi huic, & dixi semper; hi errant corde*, vbi Apostolus consulit Hebræis, ne sequantur patrum suorum vestigia pergentium per desertum, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto: quæ exacerbatio fuit hæc, & irritatio? Quando s. dixerunt Aaroni: *Fac nobis Deos, &c.* nam is, qui obduratur, facile sibi efformat Deos, diuitias, honorem, & voluptatem, &c.

Hebr. 3. n. 8.

Magis vero adhuc explicatur duritia illius populi ex eo, quod additur: *Quadraginta annis proximus fui generationi huic*, vbi Pagnin. legit: *Litigaui*, Campens. *Lis mihi fuit cum illo hominũ genere*, Pratens. *Molestia affectus sum.* alij. *Displicuit mihi generatio illa*, quibus in lectionibus nobis proponitur malitia obdurati cordis, cum quo litigat Deus multiplicatis beneficijs nõ vno die, mense, annove, sed quadraginta annis, ipse vero durior indies opponitur Deo, veluti litigator, quod significat Paulus legens: *Offensus fui generationi huic*, pro eo, quod nos habemus: *Proximus fui*; quibus proinde inquit Deus, *Iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam*, vbi illud, *Si introibunt*, vim habet negationis, vt postea latius expendemus. n. 41. ad illa verba: *Si acuero vt fulgur*; ideoque Hieronym. transtulit cum negatione, *Vt non introirent in requiem eius*, & Paulus similiter ait, *Iurauit non introire in requiem ipsius.*

Adeo igitur necessariam censuit Paulus doctrinam de abominanda huiusmodi obduratione, vt quotidie illam inculcandam esse voluerit. dicens. *Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum, sed adhortamini vos metipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis*; quo in loco lectio Syriaca habet: *Cauete, custodite vos à tali corde, maxima diligentia vos seruate*: vbi allusio videtur esse ad illam custodiam militum á Pilato iniunctam: *Ite custodite sicut scitis*, & ad illud: *Omni custodia custodi cor tuum*; nempe adeo mortiferum hoc malum est. vt omnem custodiã postulet per singulos dies, donec hodie cognominatur, Græce: *vsque ad finem vitæ*, quæ hodie nominatur, quia solũ tempus præsens habet, etenim sicut dixit Eccl. c. 3 & c. 16. *Sicut sexcenta millia peditum, qui congregati sunt in duritie cordis sui, &c.* vnde merito discessurus á discipulis suis, & profecturus in cælum exprobrauit duritiem cordis, quę nequissima pariter, & periculosissima est, cum nec cedat doctrinæ, nec beneficijs emolliatur, imo stulta, & insipiens pessimam vicem reddat, & talia Benefactori referat, quæ potius abominãda sunt, quã nominãda. Nisi forte hæc gentis illius ingratitudo ex impudentia sit orta, solent enim, qui præfricatæ sunt frontis, neque agnoscere, neq; reminiscei acceptorũ beneficiorũ, vnde Xenophon in lib. de educatione Cyri ait. Ingratitudinis potissima comes est impudentia; quam sane videntur petere verba nostri textus: *Hæccine reddis?*

Hebr. 3. n. 12. *Eccles. 3. n. 27.*

Sed notandum est hoc in loco verbum illud, *reddis*, quod ingratos maxime pulsat, percutit & vrit; nã diuina in nos beneficia vrgent, pungũt, & adigunt ad reddẽdas Deo gratias, ita vt nihil aliud videãtur proclamare, & nihil clarius in eis eluceat, quam ratio reddẽdi Deo grates debitas, quod perspicies ex Psal 102. vbi se prouocãs Dauid ad gratitudinem ait: *Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius*, quo in loco appellat diuina beneficia retributiones, non quod de Deo prius bene meriti simus, eaque pro meritis nostris retribuat, sicut iam in stulto diuite ostendimus, sed quod pro ijs, quæ ille de nobis est meritus, si non possumus paria (vt vere non possumus) saltem ad laudes retribuendas nouerimus esse vndequaque constrictos. Itaque cum nomen ea, qua potest, ratione rei essentiam, & proprietates indicet, propterea Dauid appellat retributiones diuina beneficia, vt intelligamus nihil tã cõuenire diuinis beneficijs acceptis, quã pro illis gratias retribuere, referre laudes, reddere obsequium. Vnde alij vertunt eũ locum, sicque habetur in Vaticano codice. *Noli obliuisci omnes laudes eius.*

Psal. 102. n. 2.

Secundum istum ergo loquendi modum sensus huius exprobrationis: *Hæccine reddis Domino*, est. Cum tot retributiones acceperis à Deo, & ad reddendas gratias vndequaque tenearis, in tantam vecordiam, & stultitiam prolapsus es, vt pro gratijs, iniurias reddas, & pro retributionibus, contumelias rependas, cum nihil magis cõueniat beneficio, quam gratitudo, sicut notauit Aug. serm. 28 de verbis Apost. ante fin. vbi loquens de claudo sanato à Petro in nomine Iesu Christi Act. 3 ait. Obsequium sanatorum testimonium Conditoris est, nihil enim tam testatur Deum benefactorem, quã si illico creaturæ obsequantur, & gratias reddant. Hinc est quod notauit Philo lib. de special. leg. ad fin. propterea s. sine dentibus nasci infantes, ne contingeret eis mordere vbera, quibus alerentur, nequissimum siquidem foret, vt qui inepti sunt ad reddendas matri gratias, apta secum asportarent instrumenta

Act 3. n. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ingratitudinis. Ille, inquit rerum Parens, & Conditor, cuius nullum opus est superuacuũ, dentes, non vt cætera membra, nascenti statim addidit, ne infantem lacte nutriendum grauarent inutiliter, & fontes vberum, per quos alimenta diriuantur, vexarent inter suggendum: sed in tempus præstitutũ, hoc est ablactãdi, exortũ eorũ distulit, &c. Rudiores vtique Iudęi infantibus, qui Parenti, & Creatori Deo iniqua reddunt, & vix in lucẽ editi in eũm insurgunt, & clamorosis vocibus aduersus illum extolluntur.

Hoc propriũ solet esse animi grati, quod minime cõtentus est si æqualem reddat gratiam, aut beneficium, sed insuper reddendo nititur acceptũ superare, quod dixit Ambros. lib. 1. offic. c. 31. Nec mensura, inquit, pari, sed vberiori reddendum arbitror, & vsum pensandum beneficij: etenim superiorẽ non esse in referẽdo, quã in conferendo beneficio, hoc est minorẽ esse, quoniã, qui prior contulit, tempore superior est, humanitate prior. Vnde imitanda nobis est in hoc natura terrarum, quæ susceptum semen multiplicatiori solet numero reddere; non dare cuique vix licet, non reddere vero non licet. Possumus & nos illustrare Ambros. dum iubet terrenum hominem in reddendis gratijs terram, vnde sumptus est, imitari. ex Basil. hom. 6. in ditescent. vbi ait. Imitare ò homo terram, vt illa fructus proferto, vt ne illa cõspiciaris esse deterior, &c. Cũ ergo teneatur homo cumulatiori numero reddere, eo ingratitudinis deuenit, vt quando maiora sunt beneficia, quã vt possit soluere, ad odium accurrit, ne soluat, quod dixit Seneca epist. 19. Quidã quo plus debent, magis oderunt. Leue æs alienũ debitorem facit, graue inimicũ. Clarius epist. 80. in fin. cũ ait. Prima causa est, cur quis ingratus sit, si satis gratus esse non potest: eo perductus est furor, vt perniciosissima res sit beneficia in aliquẽ conferre. En quomodo accepta gratia reddat homines gratos, quia enim referre nõ possunt, ingrati fiũt, & quod possibile erat soluere, impossibile adhuc reddunt, dum ingratitudini multoties iniurias addũt, vt prorsus nequeant gratias agere, dum offensas reddiderũt: alioqui facile possent á debito se leuare, cũ ex eo, quod non possent actu, saltem desiderio referrent, memoria, & voluntate; nam sicut dixit eleganter Ber epist. 181. in princip. Facta factis compẽsari oportet, verum id quidem multũ est ad me, nam vnde sufficerem pauper, & modicus? Sed rebus pauper, & viribus, nõ voluntate. Æquabo ergo beneficia votis, qui factis non possum, desiderijs diues sum, & certe verus beneficus (qualis plane est Deus) amplius non requirit, nam quomodo beneficus, qui non & benevolus sit. Deniq; benevolẽtia fructus est beneficij, nisi quis forte beneficium putat, quod in spe seuerit, aut timore diuiserit, sed quis non videat hoc relictum, illud venditũ, neutrũ datũ? Oportet autem beneficiũ, vt vere sit, esse gratuitũ. Dãti itaque rependi quidquam gratius ab accipiente nõ potest, quã si gratũ habuerit, quod gratis accepit: & hæc benevolentia creatur de benevolentia dantis in animo accipientis, beneficio quidem intercedente. Hac me fateor locupletem: hanc decore puro dignam profecto offero remunerationem meo Benefactori: hanc deuotus immolo sacrificiũ laudis Factori omnium. Sic ille docet quid reddendum sit Omnipotenti Deo, quãdo impotẽs quis omnino deprehẽditur ad reddẽdum æquale, & æquiualens illi, qui indatis superat, & animo dandi excedit omnia, quæ ei referre possumus. Vnde Theologi constituunt discrimen in reddendis gratijs, & compensandis iniurijs, quod pro his satisfieri

potest, pro illis non item; qua de re videndus Veg. lib. 7. in Trident c. 9. D. Tho. Palud, & Capreol. in 3. d. 20. Similia sunt quæ habet Bern. de vita solitaria ad fratres de monte Dei post med. Gratiarum, inquit, actio est in intellectu, & cognitione gratię Dei, bonæ voluntatis: indeficiens ad Deũ, & indefessa intentio. Hæc enim est, de qua dicit Apostolus: *Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio*, ac si dicat: semper quidem velle adest, sed aliquando iacet, hoc est inefficax est, quia perficere opus bonum quæro, sed non inuenio, &c. Suffragatur huic sententiæ Chrysost. hom. 32. in c. 12. in Genes. vbi loquens de Abrahamo ait. Sciebat manifeste, quod nihil aliud requirebat Dominus vniuersi post innumera, & ineffabilia beneficia sua quam animam gratiarum actioni studentem, & scientem fateri gratiam pro ijs, quæ iam aderant, &c. Plura hac de re habet Basil. hom 5 in mart. Iulitam. Cum ergo Israelitæ & intellectu deberent percipere diuina beneficia, quo semper recognoscerent, & voluntate gratiarum redditionem optare, & stulti fiunt in intellectu, ne agnoscant, & pessimi fiunt voluntate, dum offensas reddunt, & Benefactorem odio habent.

Rom. 3. n. 18.

Olim Persæ maiorẽ in modũ Deos ipsos ab ingratis negligi arbitrabantur, quam à quocunque alio, ideoque seuerissime eos puniebant, quos referre gratiam posse sciebant, si tamen ingrati existerent, nec referrent. vt videre est apud Xenoph. lib. 1. cyro pæd. Amian lib. 23. Themist orat 3. Ioan. Tzetzes hystoriæ ver chil. lib. 3. c. 98 de Macedonibus, id solum affirmat Senec 3 de benef c 6. & de Philippo Macedonum Rege 4. de benef c. 37. qui ingratum militem erga Macedonem, qui eum naufragum in villam suam transtulit, lectulo suo cesit, affectum, semianimemque recreauit, diebus triginta impensa sua curauit, viatico instruxit, subinde dicentem: gratiam tibi referam, videre mihi tãtum Imperatorẽ contingat; adij. Imperatorem, bona cuiusdam illi postulauit, Imperator concessit, expulit eũ, à quo exceptus fuerat, bonis suis. Ille non vt rusticus, iniuriam tacitus tulit, cõtentus quod non & ipse donatus esset sed Philippo epistolam strictam, ac liberã scripsit, qua accepta ita exarsit, vt statim Pausaniæ mãdaret bona priori domino restitueret. Cæterum improbissimo militi, ingratissimo hospiti, auidissimo naufrago stigmata inscriberet ingratum hospitem testantia. Addit vero Seneca Dignus quidem fuit, cui non inscriberentur illæ literæ, sed sculperentur, qui hospitem suum nudo, & naufrago similem in id, in quo iacuerat ipse, littus expulerat.

Augetur autẽ & grauitas tanti criminis Israelitarum, quoniam Ægyptij, alijque diuinitatis titulum vilissimis, ac turpissimis rebus detulere, vt scribit Diodor. Sicul. lib 1. c. 4. Plin. lib 2 c. 7. Tertul. in apolog. c 11 quod affecti ab eis beneficijs, gratiam referre volucrint, vnde citatus Diod. tradit ex ea re celebrare Ægyptios, vt præter alias nationes, erga bene meritos de se gratos; existimantes magnum vitæ subsidium esse gratiæ retributionem, falsè vero, & per irrisionem Tertul. ait. Et hinc concederis, opinor, illum Deum deificum (qui Deũ faciat propter acceptum beneficium) iustitiæ præcellere, qui nec temere, nec indigne, nec prodige tantũ præmiũ dispensarit. Orta itaque est idolatria ex eo, quod homines, vt ingratitudinem effugerent, diuinitatem attribuebant ijs, à quibus deuincti erant beneficijs, colentes eos, & adorantes, quo magis gratitudinem suam testatam relinquerent, vt & D. Aug. libro de spiritu & littera cap. 11 ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratitudinem reducit veri Dei cultum, & religionem. cum enim Deus nostrorum bonorum minime indigeat, & nostra inopia illi quid quam reddere nequeat, inde à gratitudine exorditur Dei cultus, ideoque Chrysost hom 22. in Genes. loquens de Abraham ait. Sciebat manifeste quod nihil aliud requirebat ab humano genere Deus vniuersi post innumera & ineffabilia beneficia sua, quam animam gratiarum actioni studentem, &c.

Cum ergo gratitudo ex eo, quod nequeat æquiualens pro beneficijs reddere, eò deuenerit, vt terminum superet, modũ transcendat, dum pro diis colit quæ vilissima sunt; eo tandem deuenit Iudæorum ingratitudo, vt Deo à quo tot, ac tanta acceperat beneficia propiam auferre deitatem voluerit, & turpissimis rebus, imo, & demonibus detulerit, quibus nihilo debitor existebat. vnde Erasmus de cõscrib epist recte dicit non minus periculosum esse in quis benefacere, quam bonis mala inferre, posset insuper, & ex nostro text supplere: periculosius esse ingratis benefacere, quã malis mala inferre; hi enim, si quando læduntur, vim vi repellunt aut eis, à quibus nocumentum accipiunt, quæ valent mala inferunt, & vindictam iniuriæ coæquant aut pro viribus sumunt; at ingrati longe maiora mala inferunt quam possunt, & augustiora tribuunt bona, quam valeant: enim vero ingrati Iudæi diuinitatem á Deo auferre nequeunt, licet enim ipsi denegetur, semper Deus est, & tamen quo possunt modo auferunt, dum cultum soli Deo debitum, alijs rebus attribuunt, quibus etiam pro iniquitate sua longe quic maius attribuunt, quam quisquan elargiri valeat, aut ipsæ ad recipiendu capaces sint, nempe deitatem & libertatem ab Ægypto, cum dicunt: *Hi sunt Dij tui, qui te eduxerunt de terra Ægypti,* vnde Seneca 1. de benef cap. 24. ait. Tutius est quosdam offendere, quam demeruisse.

Quon am vero in hoc extitit huius gent s ingratitudo, vt colligi po test ex verbo illo, *reddis* videamus quid tandem redd derint Deo Israelitæ pro ijs quæ Deus ipsis reddiderat Primó igitur acceperunt à Deo mercedem laborum suorum, diuitias ſ Ægypti, deinde non veluti seruos, sed vt liberos, & ingenuos in libertatẽ asseruit imo Ægyptios tot plagis affecit vltimoque tandẽ supplicio confecit quod Israelitas tanquam seruos oppresserant Vniuersum igitur istius libertatis benefic um retulit ingratus populus in vitulum & multis post decursis annis, assertorem suum cõprehedit, & l gauit, morteque turpissima condẽnauit, vt inhonorũ redderet, à quo fuerat summo honore prosequutus

Notissimũ eũ locũ Sap 2. ab illis verbis, *Circumueniamus iustũ*, de Christo Dño, eiusque pas one intelligi, scitũ vtique est, de quo vidẽdus Aug. 17 de ciuit c 20 & lib 12 cõtra Faust c 44. & in Ps 62 & 63 Amb. lib. de Ioseph. c 3. & in Ps 35 Cypr lib 2 cõtra Iudę c. 14. Athan in synop. vbi de lib Sap. Clem. Alex 5 stromat n 6 Chrysost hom 43 in Matt & hom. 5 in illud Isai *Vidi Dominũ*, Cyril Alex lib 5 in Isai in id c. 59 *Oua aspidũ ruperũt*, Bonauẽt. Raban Hugo Card. Carthus. Vatab. & Guarin vtraq; Glossa & Lyran Sixtus Senens. tom 2. lib 8 hæref. 9. Sic ig tur ibi pro Iudæis habetur. *Morte turpissima condemnemus eum*, Vatab. & Guarin *morte infami*, Iansen & Cõplut. *turpi*, ex Græc *deformi, indecora, fœda* & *contumeliosa* quæ verba de cruce intelligũtur, sicut videre est apud Suar 3 p to. 2 q. 46 ar. 4 vbi D Th in 2 arg. hoc testimonium affert, de quo etiã videri po test Salmer prologom 1 can 8 Bellar

Sap. 2. n. 2.

tom. 1. lib. de adorat imag. ác. 26. vsque ad trigesimum ineluſiue, Ioan Fernand. tom 1 thesauri c 171. Baron. tom 1. annal. vbi de crucifixione Saluatoris Lipsius, & Gretser libris suis de cruce. Fuit itaque turpissima ex animo Iudæorũ Christi mors, vnde & scandalũ eis fuisse perhibetur à Paulo

1. Cor. 1. n. 23. 1. Cor. 1. imo & maledictũ, vt patet ex epist ad Galat. c. 3 & Deut. 31 Lexque

Galat. 3. n. 13. indignum censebat crucifixi cadauer,

Deut. 31. n. 33. quod versaretur in aliorum oculis, ea

Deut. 1. n. 23. que de causa præcipiebat, vt eodẽ die sepeliretur, quod bene tractat Gretserus lib. 1. de Cruce c. 38.

Cæterum notandum est turpitudinem mortis Christi eliciendam esse ex ijs, quæ sequuntur: *Erit enim respectus ex sermonibus illius*, quæ verba á plerisque video in varios sensus distrahi quos nouissime bene ibi affert Ceruant. & licet non audeam improbare, quãdo præclarissimos patronos habent, quos ego antesignanos amplector, & tanquã duces veneror, existimo tamen sic esse intelligenda. Turpissima morte condemnabimus eũ, habebimusque respectum ad verba, quæ ipse locutus fuerit, statim atque ad ipsum comprehendendũ accesserimus; respiciemusque, & obseruabim⁹ quid nam ipsius animum magis pũgat, & vrat, inde enim facile eliciemus quæ nam illi acerbior, & turpior futura sit mors, vnde & textus Græcus ad verbum habet: *Erit enim eius obseruatio, & inspectio ex verbis eius.* Cum ergo, vt in Christum manus inijcerent, deuenere ad hortum, dixit illis Christus Dominus: *Tanquam ad Latronem exijstis cum gladijs, & fustibus comprehendere me? &c.* Hæc igitur verba denotarũt quam graue fuerit Christo Domino veluti latronem comprehendi, quandoquidem eo tempore, quo tantam exhibuit patientiam, conqueritur de comprehensione facta instar latronis, qui enim ad tam multas ignominias tacuit, ad hanc conquestus, testatur eam sibi acriorem, & præ omnibus ipsius animum magis vigere, ac pungere. Qui ergo tam acerbum reputauit instar latronis quæri, & cõprehendi; nihil acerbius sustinuit. quã cum latronibus crucifigi, & morte affici. Fuit igitur respectus in verbis illius, eaque respicientes Iudæi, qui ab eodem Deo fuerant à turpissima captiuitate educti; turpissimo comprehensionis genere alligant, turpissimaque morte crucis, inter latrones afficiunt, vt talia redderent ei, à quo tanta acceperant, turpissimam vtique mortem, à quo nobilissimam acceperant libertatem.

Matt. 26 n. 55.

Mat. 27. n. 38.

Vineam de Ægypto transtulit Deus, proiecit gentes, & purgauit terram, vt vineam plantaret, illa tamen pro vuis fecit spinas, de quibus vidẽdus Ambros lib. de institut. virg. c 14. vbi explicat illud Cant. 2. *Sicut lilium inter spinas*, seu vt ipse legit, *in medio spinarum.* Christus, ait ille, erat lilium in medio spinarum, quando erat in medio Iudæorum, &c tales enim fructus reddidit vinea plãtata in cornu filio olei, vnde & meruit, quod ei dicitur per Isai c. 5. *Ponam eam desertam & non fodietur: & ascendent vepres, & spinæ, & imbribus mandabo, ne pluant super eam imbrem*, quæ verba ponderans Theod. c. 13 ait. Mandauit nubibus desuper, ne pluerent super vineam Sorech, id est cælestibus beneficijs, fecerat enim spinas, ex quibus Christum coronauerat, & non iustitiam, sed clamorem, quo in crucem eum extorserat, quod etiam prosequitur Chrysol. ser. 164. post princ. vbi ait. Ager quoties longa incuria syluescit, & toto luxuriæ agrestis fœdescit horrore, peritissimi cultoris vtique semper aperitur, & purgatur incẽdio, ac studio benigno cultoris ignis apponitur, vt exustis sentibus, reueletur prima facies campi, præstetur agricolæ liberitas, fiat faci-

Cant. 2. n. 2.

Isai. 5. n. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis via vomeri, sit germinis ferax sterilis diu terra, & longa, ac mæsta otia læto lætissima iam repræsentet in fructu. Ergo vbi Iudaicus cespes continuo aratro legis, & iugi cultu effætus ad inopiam non respondit germini, non labori, sed pro tritico lolium reddidit, protulit pro vitibus spinas, Christus ad fata gentium diu ni cultus conuertit industriam, ignem mittit primum maximus Magister in terram, & quidquid naturalis scalefecerat luxus, quidquid arefecerat brumalis rigor, artifici depurgat, & consumit incēdio, &c. quibus in verbis alludit Chrysol ad verba illa Christi Domini: *Ignem veni mittere in terram*, quo scilicet gentes ad semen suscipiendum, & fructum ferendum tricesimū, sexagesimum, centesimū præpararet, confertque eum, quē secum affert ignem, cum igne rubi, qui etiā si accensus fuerit, adhuc tamen spinas non consumpsit, imo vndique spinarum aculeis opertus remansit, quoysque aduenirет tempus reddēdi, imo imponendi coronam spineam Creatori suo, pro qua re optime dixit Aug. ser. de temp. ignem in rubo viridi Spiritus sancti ignem repræsentare, qui diu quidem in Synagoga arsit, nec tamen eius viriditatem, id est, rebellionem, consumere potuit, de quo est illud Stephani. *Vos semper Spiritui sancto restitistis, sicut Patres vestri, & vos*, quæ verba indicant ingeniū, seu naturam ita ex se ad resistendum compositam, vt cum in Spiritus sancti igne sit infinita actiuitas ad agendum, & consumendum, nihil tamen, aut parum, profecerit vnquam in naturali Iudæorum resistentia superanda, & pro beneficijs mala iugiter redderet.

Vt Deus educeret populum suum de Ægypto percussit illam, illasque accolas, conuertendo aquam in sanguinem, quæ fuit prima plaga, qua in re & eos confudit, qui aquam pro Deo colebant, dum eam in sanguinē transfert, & tali cōuersione Hebræorum infantium necem, qui in flumen proijciebantur, vindicat, quod dixit Theod. q. 19. in Exod. Cur, inquit, primam aquæ plagam intulit Deus? Quia valde gloriebantur Ægyptij de fluuio suo, & pro Deo habebant, vt qui parem vsum illis præberet, atque nubes cæli, deinde propter pueros Iudæoru in illū demersos, fluuius enim ille mutatus in sanguinem, veluti cōquerebatur de cæde puerorum per Ægyptios commissa. Sic ille ostendit plagā sanguinis cessisse in maximū beneficium Iudæorum, dum à Deo vindicantur de filiorum nece, quodq; magis ea in re notandum occurrit, quod sicut notauit Ioseph. lib. 2. antiquit. Amnis sanguineis fluentis prolabens ad potus inopiā Ægyptios redegit cum præter aquam fluminis nullum fontem haberent, nec coloris tantum id erat vitium, sed si quis siti coactus gustaret, confestim acri dolore corripiebatur, eratque talis aqua solis Ægyptijs, Hebræis vero dulcis, atque potabilis, & omnino pristinam naturam retinens.

Pro tanto igitur beneficio, hanc Domino dederunt retributionem, vt cum Saluiano loquar lib. 7. de prouid. post princ. vt in quantum eos beneficijs suis ille ad se illexerat, in tantum illi ab eo recederent, sanguinem vtique Dei sitibundi super se, & super liberos suos postulāt, pro quo potius sanguinem, & vitam suam fundere deberent, quæ verba ponderans Chrysost hom 3. ex trib°, quas fecit de prodit. & myster Cen ait. Quā bene furor cæcus, quā digno præcipitio iactaris in insaniam, quænam excæcatio est pertinacissimę mētis, sic velle aliū perdere, vt prior malis ipsa perire? Sub alieno exitio, tuos impia iugulas, & in tuā sobolē parricidalē vibras dextrā. *Mat. 27. n. 25.*

Ecce currit per tui generis prosapiā nunquam expiandi vena facinoris, & cum crimine radicis suæ pullulant iniqua plantaria. Egreditur ex metallo veteri sui tam cruenta progenies, & infecta sanguine nascitur infausta posteritas. En quæ bona ad hæredes tuos quodam sacrilegij testamento transmittis! Macula sanguinis innocentis te perfundis, & posteros perimis: pertinaciter quidē in mortem nostri Redemptoris insistis, sed crudeliter tuos natos mucrone impietatis extinguis. Quære iam cui possis videri nō noxa, quæ erga filios tuos extitisti pertinax parricida, &c quib° similia habet Hieron. ad citat. locum Matth. & in c. 1. Sophon. Prophetæ.

Exod. 2. n. 6. Voluit Deus vt Moyses memoria recoleret aquis Nili fuisse exceptum, & conseruatū donec Pharaonis filia afferri ad se iussit fiscellā, allatāque aperiens, & cernēs in ea paruulū vagiētē, illius miserta educari iussit; hoc igitur in causa fuit ne Moyses aquā Nili in sanguinē conuerteret, & à propria natura deturbaret, hāc enim cōuersionē nō Moyses fecit, sed Aarō, vt patet Exod. 7. cū dixit Dns ad Moysen: *Dic ad Aaron: tolle virgā tuā, & extende manū tuā super aquas Ægypti, &c.* vbi Abul affert ex Hebr duas rationes ob quas nō Moyses, sed Aaron percusserit aquas Nili, quarū secunda est, quia Moyses liberatus fuerat de aquis, & ideo non erat rationabile, quod percuteret aquas, quibus potius gratus semper debebat existere. Oblitus, ingratus, & stultus populus in ipsius gratiā fuisse à Domino conuersas aquas in sanginē in detrimētū, & pernicię Ægyptiorū, eiusdē Dei sanguinē clamoribus super se, & super posteros suos imprecatur, vbi videndus Cyril. Hierosol catech. 13 cum ponderat de latere Christi percusso exisse sanguinē, & aquam, vt Iudæos sanguinarios demonstraret, pec caminosos, & Dei sanguini adstrictos, *Exod. 7. n. 19.* sic vero habet Iesus aquā immisit de latere vnà cū sanguine, fortasis propter duas cædes, alterà iudicantis, alterā vero clamantiū: aut propter credētes, & nō credētes, Pilatus enim dixit: *Innocens ego sum*, & aqua lauit manus, clamantes autē dicebant, *sanguis eius super nos*; Erant igitur hæc duo de latere fortasis; iudicanti aqua, clamātibus vero sanguis. Ac rursus aliter intelligendum: Iudæis quidem sanguis, Christianis vero aqua: illis quidem tanquam insidiatoribus ex sanguine condemnatio, tibi vero nunc credenti per aquam salus. Sic ille, cuius prima explicatio in eo consistit, quod aqua denotat mortem, & condemnationem Pilati, cui in damnationem fuit aqua, qua Christū innocentem confessus, adhuc tamen in mortem tradidit; sicut & sanguis interitum cessit ijs, qui eum clamoribus postularunt. *Mat. 27. n. 24. Ioan. 19. n. 34.*

Videndus in hanc sententiā Chrysost. tom 3. hom. 2. de Cruce, & latrone, cum ponderat ea, quæ Domino patienti Iudæi nequiter reddiderunt. Scissæ sunt, inquit, petræ, & disruptum est velum templi, & Iudæorum secreta patuerunt. Egresso Rege gloriæ disrupta sunt symbola Regni, aperta sunt monumēta, & surrexerūt mortui. *Si Filius Dei es, descende de Cruce, & credimus tibi.* Cōsidera nunc vocē filiorū diaboli, quomodo imitātur vocem paternā: Diabolus dicebat, *Si Filius Dei es, mitte te deorsum*, & Iudæi dicūt, *Si Filius Dei es, descēde de Cruce.* Pariter cruci figūt latrones, nō tāquā inimici latronū, participes enim erāt sceleriseorū, sed vt infamarent Dominum suum. Illi dixerunt: *Dimitte nobis Barabam*, latrones petierūt latronē. Dicit Pilatus: *Regem vestrum crucifigam?* At illi dicebant: *Non habemus Regē nisi Cæsarē.* Abnegauerunt Dei Regnum, & traditi sunt Regno Romanorū, quia quod habuerūt, nō intellexerūt, ideo quod pe- *Mat. 27. n. 40. Matt. 4. n. 6. Luc. 23. n. 18. Ioan. 19. n. 15.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tierunt acceperunt; coronauerunt crucifixum spinis, obtulerunt ei fel, & acetū. & hęc ipsa futura olim prędixerat Moyses dicēs: *Generatio praua, & exasperans hæc Domino retribuisti?* Et qui dederat manna in deserto, huic tu fel offers? Et qui de terra tibi delitias produxit, tu illi spinea imponis coronā? Ideo clamat Isaias dicens: *Sustinui, vt faceret vuam, fecit autem spinam.* Dicunt Iudæi: *Sanguis eius super nos, &c.* illis ad condemnationem, nobis ad iustificationē. Non est sanguis Christi deterior Babylonico igne, ille scit sanctorum in camino honorare corpora, & Chaldæorum comburere, quanto magis sanguis ille scit perdere incredulos, & saluare fideles, &c.

Vrgebat Deus signis simul, & plagis Pharaonem, & Ægyptios quo citius, eodemque die populum istum dimitteret. *Dimitte*, inquit, *Populum meum, vt sacrificet mihi: quod si adhuc renuis, & retines, ecce manus mea, consti tuitque Dominus tempus dicens; cras faciet Dominus*, id est, nisi hodie dimiseris, eras punieris, & iterum. *Dimitte populum meum, sin autem resistis, ego inducam cras locustas in fines tuos.* Sed age videamus quidnam stulta gens Domino reddiderit pro tanta diligentia, pro stabili, ac repetita cura educendi populum de captiuitate, vt nec diem dilationis sustineret, quin nouū maturaret supplicium. Vrget Deus Pharaonem, at illi vrgent Pilatum, vt Christum morti tradat, & crucifigendum decernat, &c. & qui olim tot fecerat, vt eos de Ægypto educeret, postea etiam plura edidit, vt ad se adduceret, & conuerteret, ipsi vero iniurias reddebant, & calumnias, & mortem machinantur pro vita mortuis restituta. Ingratique simul, & stulti aiunt: *Quid facimus quia hic homo multa signa facit?* Vbi responsio ad manum aderat: quid enim faciendum homini tot signa patranti, nisi credēdum illi? Aliter illi obsunt miracula, & signa, cum vel vnum sufficere posset, vt & homo simul, & Deus crederetur, multa vero signa nullum signum, ac vestigium intellectus testabantur in eis, qui assensum fidei illis non præstabant. Si enim vera signa erant, insuper & multa: vel inutilia erant, quia supernaturalia signa, & præclarissima, vel quia multa, quorum vtrunque damnabile foret illi, qui tam stultum proferret iudicium. Quod si huic insaniæ addamus quæ etiam illi reddiderunt, quando tandem ad vineam æternus Pater misit filium suum; insurrexerunt siquidem dicentes. *Hic est hæres, venite occidamus eum*, in argumento colligebant ex eo, quod esset hæres, & Filius Dei, illi inferendam esse mortem, cum potius recta ratio dictare videretur, vt quia hæres erat, reciperetur, at stulti contra id inferunt, quod solus stultus, & insipiens posset deducere, sicut etiam & secundo inferunt: *Occidamus eum, & habebimus hæreditatē eius*: minime enim sequitur, vt qui Deum occidit, bona Dei possideat, cum nullum sit bonū quod Deus non custodiat, & tueatur nullum, quod ipse non conferat. At talia solet inferre, qui solus talia potuit Deo reddere, insanus mente dum infert, stultus item dum refert, & reddit. Tertio item dicunt: *Si dimittimus eum sic, venient Romani, &c.* Nonne à Romanis liberabit, qui à morbis, & morte liberat? Non liberabit á Romanis, qui solo verbo milites Romanos, & totam cohortem deiecit? Non liberabit à Romanis, qui eos super Iudæos, imo & eosdem deleturos adducet? Vnde & quia occiderunt, ne Romani venirent, & tollerent locum, & gentem, venerunt Romani, tulerunt quæ Iudæorum erant, deleuere locū, & in non gentem deduxerunt, hoc enim recta consequentia sequebatur

Exod. 9. n 1.

Exod. 10 n. 3.

Matt. 21. n. 38.

Ioan. 11. n 47.

ex eo,

ex eo, quod sibi ipsi proposuere, sic enim colligit Aug ser. 59. de verbis Domini, & Greg. 24. moral. c. 14.

Eduxit Israelitas Deus in columna nubis, & ignis, quæ eos protegebat diu, ne solis ardore vrerentur, cum enim iterfacerent per terram Ægypti, & Arabiæ, aliaque loca solis caloribus præferuida, æstuantiaque, & per depressas valles atque excelsos montes transirent, quibus in locis ob multam radiorum solis reflexionem acrior, atque molestior est eiusdem solis calor; benignus Dominus, & misericors Pater tantam eiusmodi molestiam ab illis propulsauit, vt tradunt Hebræi, eosque secutus Lyran. & Interlineal. in c. 13. Exod. vbi Hug. Victor. Iust. Martyr dialog. cum Thryphone, Genebr. in Psalm. 114. Clem. Rom. lib. 8. constitutionum Apostolicarū, & Torniel. anno mundi. 2544. n. 24. Eadem vero columna nubis dicitur & ignis, quia sicut Hugo Victor. ait, erat contra calorem obumbrans, & contra tenebras illuminans; qua de re plura videnda sunt apud Perer Exod. 13. d. 6. & apud cit. Torniell.

Pro hac igitur miraculosa columna reddidit Hebræus populus aliam, cui bis alligatus est Filius Dei, & quia eam reddiderat dilectus ab eo populus, illam amplexatus est in ea vapulaturus, sicut dixit beata virgo Mater apud Brigittam lib. 1. c. 10. deinde vero ad illam alligatus manibus, pedibusque, ac collo, sicut ait. Ioan. Ekius trac de pass. art. 4 consider. 4. & Philip. dies ser. 2. de pass. qua de re plura qui velit adeat Daniel. Malon. ad c. 5. de flagellat. Christi apud Paleot. de sacris stigmat.

Psal. 104. n. 37.

Eduxit Hebræum populum Dominus cum argento, & auro, petierunt enim ab Ægyptijs vasa argentea, & aurea, vestemque plurimam, *Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptijs, vt commodarent eis, & spoliauerunt Ægyptios*: vbi ita Caiet. Tanta gratia narratur data Israelitis in oculis Ægyptiorum, vt non solum commodauerint, sed etiam induxerint eos ad petendum, offerendo benigne sua, & incitando, vt confidenter peterent; nam pro eo, quod latinus Interpres vertit, *Vt commodarent eis*, Hebr. habetur, *Vaias cilum*, id est, fecerunt petere eos. Hoc igitur modo reddidit Deus mercedem laborum suorum, quid vero illi reddiderint videamus ex Lipomano ad c. 22. Exod. vbi agens de adoratione vituli ita habet. Ingratitudo impia fuit contra Deum, cum ex eo auro, quod Dominus Deus eorum illis tradiderat, spoliatis Ægyptijs, in iniuriam Dei, Deos Ægyptios coluerunt, quos sane suo bono senserant postratos, & victos á suo ille vero Deo, & sancto, &c. Inaures igitur idolo fabricando committunt. vt aures Dei vocibus obturatas profiterentur, & illius doctrinam penitus reiecisse testarentur. Vnde Tertul. in scorpiaco ait. Iubet Aaron inaures fæminarum suarum in ignē conferri, amissuri enim erant in iudicium sibi, vera ornamenta aurium, Dei voces. Aduertit autē D. Aug. lib. 22. contra Faust. c. 71. post princ. tom. 6. cur Deus iusserit aurum, & argentū auferri ab Ægyptijs, aitque. Ægyptij sacrilegi, & iniqui erāt, qui auro illo, hoc est Dei creatura, malè vtentes, ad Creatoris iniuriam suis idolis seruiebant, &c. veluti igitur ingratis abstulit aurum, & argentum, quibus abutebantur in summam Dei offensionem, & contemptum. At maiorem ingratitudinis notam incurrerunt Israelitæ, qui diuinitus consecuti aurum, & argentum, imo in horū acquisitione á Deo gratiam adepti, qui eos ad iuges reddendas gratias compellebat, dona Dei in idola conflant, & beneficia diuina in grauem iniuriam conuertunt.

Exod. 12. n. 35. & 36.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed adhuc disquirendum quid Domino deinde reddiderint, iniquitatẽ vtique maximam; nam sicut ibi obseruat Oleast. Magna ingratitudo est beneficium non referre, maior non cognoscere, sed omniũ maxima non quæ sunt benefactoris, tribuere. Recte quidem ingratitudinis gradus veluti per assensũ, seu incrementũ enumerat, sed dum maximam censet ingratitudinẽ in eo positam, quod benefactori non tribuantur, quæ ad illũ pertinent, adhuc totã Iudęorũ ingratitudinem neq; exhaurit, neque exponit; etenim illi non tantum Deo denegarunt, quæ ad ipsum spectabant, sed insuper & quæ illius propria erant, primum homini, deinde rei insensibili detulerunt: illud vtique constat ex eo, quod Aaroni dixerunt. *Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant, Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit.* Vbi Caiet. acute ait. Manifestant se nihil pendere Deum, nullam Dei rationem habere, sed Moysis dumtaxat, aiunt enim, quod Moyses eduxit eos de Ægypto, pro nihilo habentes tot diuina miracula in illa eductione. Vbi vides Caiet. existimare eo deuenisse dementiam, & ingratitudinem Iudæorum, vt Moysi attribuerint eductionem ex Ægypto, quod solius Dei opus erat. Deinde etiam, & recenter facto idolo dicunt: *Hi sunt Dij tui, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Iam diu, & multis elapsis diebus, educti fuerant ex Ægypto in manu potenti, & brachio excelso, & operi manuũ suarum tantum beneficium tribuunt, vnde per Oseam ait Deus: *Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia*, id est, ego liberaui eos de Ægyptiaca seruitute, ipsi vero mentientes dixerunt de idolis: *Hi sunt Dij tui, qui te eduxerunt de terra Ægypti*: ita Hieronym. Cyrill Theod. Theophyl. & Lyran: Vel ad minus potest esse sensus. Ego sæpe eos liberaui, nec tamen salutem suam mihi acceptã retulerũt, sed idolis, nam in Scriptura idolum mendacium dici solet, sicut ostendit Hierony. Ose. in c. 1.

Exod.32. n.1.

Exod.32. n.4.

Ose.7. n.3.

Quo igitur tempore sibi Deus in sponsam eligebat Synagogam, & dotalia instrumenta conscribebantur in monte, ante thalami genialis ingressum, adultera iam fornicatur cũ idolo, & adulterio præuenit amorẽ sponsi, ad quod respiciens Moyses cum de monte descendit, vitulumque, & choros conspexit, iratus valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis, vbi Theod. q. 68. ait: Cum tabulæ eiusmodi dotalium instrumentorum formam haberent, sponsa vero in ipso limine thalami nuptialis ad committendum adulterium declinauerit, iure profecto dotales literas effregit, &c.

Exod. 32 n.19.

Eduxit Deus sitientibus Israelitis aquam de petra, eamque largissimã, vbi notandus venit Paulus 1. Cor. 10 referens enim præcipua beneficia populo illi collata ait: *Omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritalem mãducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt, bibebant autem de spiritali consequente eos petra, petra autẽ erat Christus.* Vbi meminisse videtur Apostolus illius petræ, quæ similitudinem Christi gerebat, vtpote qui vera est petra, è qua fluxit sanguis sitim concupiscentiæ nostræ restinguens, vt eandem petram â Iudæis percussam proponeret.

Exod. 17 n.16. Nũ. 20. n.11. 1.Cor.10. n.1.& 2.

Non quod ego existimem vnam, & eandẽ fuisse petrã, quæ aquas protulit Israelitis, & eosdem fuit comitata, sicut Hebræi tradunt, videturque deduci ex tex. Syriaco, qui habet: *Bibebant de petra spirituli, quæ cum ipsis veniebat*, oppositũ siquidem tenent Theod. Sedul. Oecumen. Chrysost. Anselm.

Claud. Guilliel. Caiet. Cornel. á Lap. & alij ad dictum locum Pauli, & Iræn. lib. 4. c. 28. Tertul. lib de Baptis. c. 9. Etenim Paulus loquitur nõ de petra corporali, sed spirituali, id est, typica, significata tamen, non significante, id est, Christo, quasi dicat Paulus, Christi diuinitatis virtute, quæ erat petra spiritalis, significata per petram dantem Hebræis aquam, quæ item spiritalis petra Hebræos semper comes per desertum sequebatur, data est Hebræis aqua de petra illa materiali: Ita Chrysost. Ambros. Ansel. & Oecumen. Quod autem non fuerit eadẽ petra probatur, quia miraculum de quo Exod. 17 accidit. 40. diebus ab egressu ex Ægypto vno plus, minus ve, vt colligitur ex Iosepho lib. 3. antiquit. c. 1. secundum vero miraculum numer. 20. contigit quadraginta annis transactis; primũ factum est mansione. 11. Raphidim; secundum vero in mansione. 33. in Cades; in primo legimus populum non modo murmurasse aduersus Moysen, sed & Deum tentasse: *Est ne Deus in nobis; an non?* In secundo vero populum versum in seditione contra Moysen, & Aaronem; primũ factũ est corã senioribus, secundũ corã omni Israelitarũ multitudine; primũ cõmissũ fuit soli Moysi, secundum Moysi, & Aaroni; primum in petra montis Horeb semel percussa, secundum in alia petra existente in Cades, bis percussa; itaque nõ eadẽ fuit petra, quæ aquas protulit, sed diuersa, sicut & loca, & tẽpora, & miracula, vtraq; tamen petra Christũ largientẽ aquas salientes invitã æternã referebat. Quod vero ãplius est Exod. 17 percussa petra tãtũ aquas protulit: at vero Num 11. bis percussa largissimas aquas effudit, quo plus enim precutiebatur, eo ãplius sese effundebat. Hunc igitur lapidẽ reprobauerunt ædificantes, qui pro tali lapide, scaturiẽte per vulnera reddiderũt, & eũ petra illa esset Christus, quæ etiam apud Zachar. operta oculis conspicitur c. 3. septem enim oculi iuxta tritam scripturæ phrasim plures indicat, ac si totum in eo lapide esset oculus, indicat non minus offensas, & plagas Christo illatas doloriferas fuisse, ac si in oculis lædere-tur, est enim oculus talis conditionis, vt vel ad leuem tactum maxime offendatur, & acutissimum dolorem sentiat, plenus igitur oculis proponitur ille lapis Christus, vt eius dolorem expendamus; quade re vide D Th. 3. p. q 46. art. 6. & optima sunt ea verba Beatæ virginis ad Brigittam lib. 1. reuelat. c. 10. Quia filius meus naturæ erat optimæ, ideo vita cum morte in eius corpore certabat, at vero Iudæi, qui lapidem istum ad ædificium reprobauerunt, ipsum non aliter, ac si lapis esset, vehementer percutiebant, & cum vt durum lapidem percuterent, & percussionibus probatum haberent potius, quia durus erat, reprobarunt, cum potius ob id eligendus foret, quo melius super ipsum ædificati subsisterent; firmius siquidem, & stabilius est ædificium supra firmam petram fundatum, at stulti Iudæi ædificantes lapidẽ reprobauerunt, qui nobis factus est in caput anguli; Insuper, & doctrinam, & sermonem Christi reprobauerunt, quia durus ipsis videbatur, cum tamen bis é durissimo saxo fluenta aquæ sibi emanasse conspexissent, dixerunt enim: *Durus est hic sermo*, vbi Guarric. ser. 1. de sanct. Benedic. ait. Offenderunt in lapidẽ offensionis, & petram scandali, cuius probata virtus corripiebat, & erudiebat insipientes, probatque mentes: cum ipsi virtutem sapientiæ duritiam lapidis interpretarentur, duraque omnia, disciplinam, vultum, sermonem causarentur. *Durus est*, inquiunt; *Hic sermo.* Esto: sermo durus est, nunquid non verus est? Lapis durus est, nũquid non pretiosus est? Quare autẽ veritas

Ioan.6. n.60.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dura est tibi, nisi propter duritiã cordis tui? Nec ob aliud pretiosum electum á Deo lapidem reprobauerunt, nisi quia durum putauerunt, erat quidem petra Christus, sed virtute, non duritia. Erat petra, sed quæ conuerti posset, imo conuersa est in stagna, vel fontes aquarum, vbi mollia, & humilia, quibus influeret, inuenit corda fidelium; nam & isti, qui offensi specie duritiæ retrorsum abierunt, si permãsissent cum Apostolis, bibissent forsitan, & ipsi cum eis de consequenti eos petra, bibissent flumina aquæ viuæ de petra percussa in cruce fluentis largissime, ita vt hodie bibat populus, & iumenta: imo suxissent etiam mel de petra, oleumque de saxo durissimo.

Iusta igitur est ea sententia, qua factum est, vt qui hæc reddiderunt electo lapidi, qui eos iugiter comitabatur, ab eo iam destituti, fluentis gratiæ penitus carerent, & ad nos perueniret superna gratia, & quæ olim amara censebatur, dulcorata nobis facta est ligno crucis, in cuius signum Deut. 28. & Exod. 15. Moyses misso ligno dulces, ac potabiles reddidit amaras aquas; qua de re Tertul. lib. cõtra Iudæos c. 13. ait. Lignum passionis Christi, hoc enim lignum tunc in sacramento erat, quo Moyses aquam amaram indulcauit, vnde populus, qui siti peribat in eremo, bibendo reuixit, sicuti nos, qui de sæculi calamitatibus extracti, in quo commorabamur siti pereuntes, id est, diuino verbo propinati, ligno passionis Christi aquam baptismatis potantes, fide, quæ est in eum, reuiximus. Sic ille. Qui igitur lapidem scaturientem cædentes dereliquerunt, siti arescunt, & compauescunt, quod ibidem Tertul. deducit ex illo Hier. 2. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui non poterant aquam continere.* Indubitate, ait Tertull. non recipiendo Christum fontem aquæ vitæ, lacus contribulatos cæperunt habere, id est, synagogas in dispersione gentium, in quibus iam Spiritus sanctus non immoratur, vt in præteritũ in templo cõmorabatur ante aduentum Christi, nam & istam sitim diuini spiritus eos passuros dixerat propheta Isai. dicens c. 65. *Seruientes mihi potabuntur, vos autem sitietis, & à contribulatione spiritus vlulabitis.* Denique c. 14. ait Tertul. Iã non lapis offensionis erit Christus neque petra scandali, sed lapis summus angularis post reprobationem assumptus, & sublimatus in cõsummationẽ, & petra sane illa apud Danielẽ de monte præcisa, quæ imaginem sæcularium Regnorum comminuet, & conteret, &c.

Neque vero omittẽdus hoc in loco Ambros. ser. 21. in Psalm. 118. ante med. cum ait. Dominus Iesus abstulit spolia Iudæis, hoc est Regnum cælorum, & dedit genti facienti fructus eius. Abstulit virtutem panis, & virtutem aquæ, prophetam, & admirabilem consiliarium, & prudentem architectum, & sapientem auditorem: illis abstulit, nobis dedit Merito exulto, sicut qui inuenit spolia multa. Sine labore meo inueni spolia, quæ non habebam; inueni heptateucum, inueni libros Regnorum, inueni prophetarum scripta, &c. inueni admirabilem consiliarium Christum, inueni Paulum prudentem architectum, &c.

Notandum etiam hic quod aduertit Rupert. in eo, quod Israel pugnaturus contra Philistæos: *Castrametatus est iuxta lapidem adiutorij, inito autem certamine terga vertit Israel Philistæis, & cæsa sunt in illo certamine passim per agros quasi quatuor millia virorũ.* Sic ergo habet ibi Rupert lib. 1. c. 13. Tunc præsagio suo frustrati sunt, & nunc eius lapidis nõ habere adiutorium, quem in malum sibimetipsis reprobauerũt

1. Reg. 4. n. 1.

iuxta quod Scriptura dixit: *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Et tunc quidem sacerdotis vnius Heli domus vna concidit, ipso quoque corruente, fractisque ceruicibus moriente, nunc autẽ tota gens captiuata est, tota ciuitas cũ templo suo funditus in fauillas dispertijt, sacerdotio illo quoque cadente, suumque opprobrium per omnes gẽtes circunferente, quia pollutum, fordidatum, imo, & electum est eodem, quo viuimus, quo redempti, & emundati sumus, nos credentes Christi sanguine talem eis dedit terram, vt de ea, dicat, *Vt suggeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo*, id est, tam fertilis & abundans, vt in ipsismet etiam petris apes mellificarent, & in petrosis oliuæ maximam olei copiam proferrent; quid pro melle reddant ostendit Matth. 27. quando sitienti Christo: *Dabant ei bibere vinum cum felle mixtum*, qua de re videndus Chrysost. hom. 2. de cruce, & latrone.

Matt. 27. n. 34.

Vineam plantauit Deus, sicut superius diximus, & dum expectauit fructum vitium, fellis obtulit, seu vinum cum felle mixtum, quod adumbratum probat Hierony. lib. aduersus Luciferianos in Noe, quem filij irriserunt, sicut & Iudæi Deum Parentẽ illudentes blasfemarunt, sic vero ille habet. Noe vineã plantauit, & bibens de ea inebriatus est: natus quoque in carne Christus Ecclesiã plantauit, & passus est: nudatum Patrem irrisit maior filius, & minor texit, & Deum crucifixum illuserunt Iudæi, & honorauerunt Gentiles, &c.

Pane item de cælo allato pauit eos Deus in deserto, imo & postea carnem suam in cibum, & sanguinem suum in potum sub specie panis & vini largiturus aduenit, ipsi vero reddiderunt illi mortem pro vitali cibo, & pro pane vitæ supplicia, iuxta illud Hier. *Venite mittamus lignum in panem eius*, quod Ecclesia communiter intelligit de Christo Domino, licet secundum historiam de Hier. intelligatur, illius enim corpus panis verus fuit, qui de cælo descendit, crux vero lignum fuit, explicans autem Ambros. in præfat. ad Psalm. 35. dicta verba ait; *Injciamus lignum in panem eius*; bene panem dicit pro carne eius, ille alimentum detulit, isti pro beneficio retulere supplicium. Non mirum ergo si esuriunt, qui sibi vitæ æternæ alimoniam denegarunt. Pulchre duo ista iunxerunt; *Injciamus lignum in panem eius.* Nesciebant quid loquerentur Iudæi, & mysterium loquebantur. Paradisum nobis crux reddidit Christi, hoc est lignum, quod Adæ Dominus demonstrauit dicens, *De ligno, quod est in medio paradisi edendum, & de ligno scientiæ non edendum*: errauit Adam, mandata non tenuit, interdictum gustauit, per lignum cæpimus esurire, quia suum caro accepit alimentum. Ideo Dominus in Christo carnem dedit, & lignum, vt fames antiqua cessaret, &c. Et Tertul. lib. contra Iudæos c. 11. ait. In corpus eius lignum ipsum est, sic enim Christus reuelauit panem corpus suum appellans, cuius retro corpus in pane prophetas figurauit, &c.

Hier. 11. n. 19.

Dum tamen talia reddiderunt, & mortem pani vitæ astruxerunt, videndus Cyrill. Hierosolymit. catech. 13. vbi insultans, & ridens eadem obijcit verba, quæ ipsi crudeliter protulere: *Mittamus*, inquit, *Lignum in panem eius.* Vita non conteritur, quid frustra laboratis? *Et nomen eius non recordabitur amplius*: vanum est vestrum consilium, *Ante solem enim nomen eius* in Ecclesia permanet: quod autem vita erat supra lignum suspensa, Moyses deplorans dicit Deuteronom. 28. *Erit vita tua suspensa coram oculis tuis, & metues dies, &*

Deut. 28 n. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctes, & non credes vitæ tuæ. Huius typum perfecit Moyses crucifigens serpentem; vt qui erat læsus à viuo serpente, aspiceret æneum serpentem, & credens sanaretur. Siccine æreus quidem serpens crucifixus seruat, Filius autem Dei incarnatus, & crucifixus non saluabit? Vbique per lignum salus. Noe tempore per ligneam arcam vitæ fuit conseruatio; male tempore Moysis vidēs virgam erubuit eam, qua percussum est: virga igitur Moysis potuit, & Christi Crux non potuit? Sic ille ostendit quam stulte gens illa mortem voluerit inijcere in vitæ panem, quomodo tamen à proposito fine frustrati, & decepti fuerint á diuina Sapientia, dum ipsi suæ insipientiæ vires totas exerunt, & ingratitudinis summam proferunt, cum talia reddunt ei à quo talia acceperunt.

En igitur quæ stultus populus Deo reddidit tam multis, ac tam præclaris beneficijs cumulatus per summam imprudentiam, insimulque impudentiam, cum potius deberet iuges gratias referre tanto Domino, & Parenti. Etenim si gratus animus tenetur recognoscere mala, à quibus liberatus est, vt pro ijs gratias Deo reddat, sicut bene prosequitur Augustinus libro de sancta virginitate cap. 52. vbi ait. Quidquid mali ipso custodiente non committitis, tanquam remissum ab illo reputate: ne modicum vobis existimantes dimissum, modicum diligatis: & tundentes pectora publicanos ruina iactantiæ contemnatis, &c. & lib. soliloq. cap. 15. Scio Domine quod nullum peccatum est, quod vnquam fecerit homo, quod non possit facere alter homo, si Creator desit, á quo factus est homo: sed quod non facerem, tu feci sti; quod abstinerē, tu iussisti, & quod tibi crederem, gratiam tu infudisti, &c. Si ergo etiam mala, quibus quisquam caret, debet tanquam Dei beneficiū recognoscere pius animus, vnde Paulus dixit: *Gratia Dei sum id, quod sum.* Addidit vero Aug. Et id, quod nō sum, quod enim homo maior peccator nō euadat, Christi gratiæ debetur: sane qui præclara Dei beneficia accepit, & ingratus denuo existens benefactorem Deū ostendit, grauiora meretur mala, quam fuerint optima bona, quæ accepit; qua in re ingratus in malis reddendis, item & accipiendis proportionatur grato animo in bonis recognoscendis, & denuo promerendis. Etenim sicut alias diximus, dum gratus pro acceptis beneficijs grates Deo reddit, vlteriora meretur, & accipit à Deo dona, quod in præsenti satis sit confirmare ex Sap. 18. vbi sic habetur: *Qui ante læsi erant, quia non lædebantur gratias agebant: & vt esset differentia donum petebant.* Vbi sermo est de densis tenebris, quibus Ægyptij detinebantur, & à pleriſque expositoribus declaratur de Hebræis, qui immediatè antea Deū magnificasse dicuntur, quod tenebras non experirentur, quibus Ægyptij confundebantur. Hi igitur gratias modo etiam agebant, eo quod Ægyptij, qui prius læserant, lædere penitus nequibant, vtpote in proprio loco defixi; ac nec se quidem valentes mouere: statim igitur post istam gratiarum Deo redditionem, nouum beneficium ab eodem promanasse asseritur. *Propter quod*, inquit, *ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & solem sine læsura bonihospitij præstitisti.* Vbi Lorinus in rem nostram ait, Præmium hoc fuisse scribitur grati aduersus Deum animi, solet enim gratus animus benefactorem ad noua conferenda dona accingere, & vrgere. Sicut igitur, & gratus animus noua promeretur bona, & vlteriora acquirit munera, sic, & ingratus, qui mala reddidit Bene

Sap. 18. n. 2. & 3.

factori, noua patitur, & grauiora cogitat subire supplicia, & ablationem sustinet bonorum, quibus nihilo melior redditus fuerat, sic enim qui induratus extitit, tanquam Nabal, dum accepit, sentire, & plorare cogitur carentiam eorum, quæ ab illo vi auferuntur; quod Ephræm de Morte ad finem sic prosequitur. Sicut oculi, quæ nimis appositа sunt, & propinqua, non cernunt, ita & animæ ingratæ dum post bonorum ademptionem, gratijs, ac donis præteritis afficiuntur, interea dum bonis frui liceat, tanquam ijs minime contenti, nullam eorundem largitori gratiam habemus: at illis iam priuati beneficium tandem cognoscimus, beatum que prædicamus, &c. Hinc est, quod donationes, & hæreditates auferuntur ingratis, vt patet leg final. cod. de reuocat. donat. & ex Authent. de nuptijs §. ingratitudinem; atque etiam post mortem, qua cætera intereunt, & intermittuntur vitia, ingratitudo adhuc viuere, & superesse censetur, imo in illam probatio admittitur, vt patet ex leg. siquis filium. ff. de in offic. testam. & qui libertate fuerant donati, ob ingratitudinem seruitutem incurrunt, vt patet ex leg. 2. codice de libert. & eorum liberis, & filius emācipatus ob ingratitudinem redit ad patriam potestatem, vt patet ex leg. vnica cod. de ingrat. liber.

Neque vero priuatur tantum ingratus ijs quæ habet acquisita, sed insuper ijs, quæ non habet, habiturus, tamen esset, nisi ingratus extitisset, proindeque incapax eorum omnino redditur. Loquens Christus Seruator Luc. 8. de ijs, qui supernis admonitionibus rebelles inueniuntur, diuinumque rorem eo, quo deberent, animo, & beneuolentia minime excipiunt, ait. *Videte quomodo audiatis, qui habet dabitur illi: quicunque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.* Vbi illud sese offert difficile, quomodo auferendum sit ab aliquo id, quod nōdum habet: nemo enim spolium patitur eorum, quibus nondum potitur. Nodum soluit Tertull. 4. cōtra Marc. c. 19 dicens. Quid aufertur? Vtique quod dabitur. Ac si diceret, illud auferetur ab ingrato, quod ipse potuisset habere, nisi ingratus extitisset; etenim quia Deus paratus erat conferre, censetur ea ratione saltē habere, proindeque ijs spoliabitur, quæ posset habere, quia per ingratitudinē incapax, & indignus redditus est, qui acciperet. Quid proinde mirum si datis, & acceptis priuatur ingratus, qui nec datis etiam, nec habitis spoliatur? Iustum vtique si datis, ac dandis priuetur stultus populus, qui pro datis talia reddidit, quæ nec nominari possunt, quanto magis reddi.

Luc. 8. n. 18.

ANNOTAT. III.

Stultus, & insipiens iure dicitur peccator.

ETiamsi peculiares rationes in gente Hebræa reperiantur, ob quas à Deo vocatur hoc in loco populus stultus, & insipiens, quas seq. annot ad longum prosequemur, hæc tamen appellatio illi competit, quatenus peccatū incurrit; nā sicut ostēdimus apud Iacob. c. 1. n. 16. §. 1. & c. 2. n. 11. §. 1. Magna insipientia est peccatū, quæ proinde insipientem denominat peccatorem, vnde Psal. 5. *Nec habitabit iuxta te malignus, neque permanebūt iniusti ante oculos tuos*, Hebr. habetur: *Non stabunt*, seu *non consistent stulti*, seu *insipientes coram oculis tuis*; vbi Rabbi Dauid ait, iniquum, & stultum vna maceria, vnaque definitione contineri, propterea quod iniquus sapientiæ viam non sequatur. & Psalm. 74. *Dixi iniquis, nolite inique agere*, Hebr. *Stul-*

Psal. 5. n. 6.

Psal. 74. n. 5.

tis, nolite insanire, stolidis, ne agatis stolide; vnde Saluian. 5. de prouid. in fin. ait. Legi quondam in quodam loco: nemo malus nisi stultus; si enim saperet, bonus esse mallet. Exue nequitiam si vis habere sapientiam; eodemque libro statim post princip. versans illud Pauli 1. Cor. 1. *Si quis videtur sapiens, stultus fiat, vt sit sapiens*, ait: hoc est dicere, si quis vult esse sapiens, sit bonus, quia nemo vere sapiens, nisi vere bonus. Nos diuerso malarum mentiũ vitio, & vt diuinitas ait, reprobo sensu bonitatem pro stultitia repudiantes, & nequitiam pro sapientia diligentes, tanto quotidie prudentiores nos credimus, quanto peiores sumus, & quæ tandem, rogo, spes emendationis in nobis est, qui non errore opinionis ad malum ducimur, sed studio malæ voluntatis adnitimur, vt semper peiores esse videamur? Sic ille deplorat eorum impietatem, qui rem apertissimam præ malitia ignorantes, peccatorẽ vtcumque sapientem vocant, cum vulgatissimum sit omnes impios esse stultos. Vnde Clemens Alexan. Orat. ad gent. post medium ait. Volo vos rogare, an non vobis videtur absurdum, vos ipsos, qui estis Dei figmentum, & ab ipso animã accepistis, & omnino Dei estis, alij seruire Domino, & præterea colere quidẽ pro Rege tyrannum, pro bono autem malum? Quis enim ò per veritatẽ, sanæ mentis, bonũ relinquẽs versatur cũ vitio? Quis est autẽ qui Deũ fugiens, viuit vna cũ Dæmonijs? Quis autem, cum possit esse Dei Filius, delectatur seruitute? Et paulo inferius ait. Adhortatur ad salutẽ clamãs, & dicens: do tibi fili, terrã, & mare, & cælum, & quæ in eis sunt, solummodo ó fili Patrem sitias, Deus tibi gratis ostendetur, &c.

1. *Cor.* 1. *n.* 18.

Hinc est quod deeẽ tribus ob propria scelera perpessæ grauissima supplicia, & in mentem suam reuersæ, ac impietatũ stultitiã agnoscẽtes dicũt: *Postquam cognoui*, 70. habent, *Ostendisti mihi; percussi femur meum, & erubui*, vbi Hieron. ait. Dolentis, & plangẽtis, & super errore pristino plorãtis indiciũ est, vt femur manu percutiat, & stultum se antea fuisse fateatur. *Confusus*, inquit, *sum & erubui*, siue ex die confusionis: quod enim tẽpus nõ est cõfusionis nostræ, si recordemur antiqua peccata, & omniũ, quæ male egimus, capiam⁹ memoriã? Sic Hieron. ostẽdit quantã confusionẽ pariat peccati stultitia, quæ inde peccatrici gẽti exprobratur, vt ad se redeat, mentemq; petat, & intellectum pulset, quæ peccando extra mentẽ facta fuerat velut stulta, & insana.

Hier. 31. *n.* 19.

Hinc Salomon ait: *Ne impie agas multum, & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo*, vbi Hieron. & Albin. de quolibet peccatore locum intelligunt, sicut etiã & Chaldæus, quibus occidit sol, id est intellectus, & ratio in meridie, & proinde non dimidiãt dies suos, vt patet in Saule, Achitophele, Absalone, Ammone, in Pharaone cum suis, atque etiam in Sodomitis, quibus, quia nõ vigilãt, torpẽte, soporata, ac sopita ratione, dũ á Deo vocãtur, stulti appellantur cum illo, cui dicitur: *Stulte hac nocte, &c.*

Eccl. 7. *n.* 18.

Luc. 12. *n.* 20.

Appellantur igitur stulti quia stultẽ moriuntur, qui stulte vixerunt, hoc enim significat illud Iob cap. 5. *Morientur, & non in sapientia*, vbi 70. habent. *Interierunt, quia non habebant sapientiam*, quæ verba licet extenuationem habeant, stultitiam tamen significant, est enim Hebraismus, quo non in sapientia dicitur pro insipienter, quia moriuntur veluti stulti, cum nihil de futuris cogitauerint, quod longe aliter contingit sapientibus, & iustis, de quibus Nazianzen Orat. funeb. de Patre suo ait. Viros iustos, & sapientes ita vitam totam suã instituere, vt nihil aliud sit vita eorũ quã mortis exercitatio, meditatio, & prælu

Iob. 5. *n.* 25.

dium, quemadmodum etiam iubet Socrates apud Platonem in Phędone cum disputat de morte, ibi enim definit veram philosophiam, seu sapientiam nihil esse aliud, quam perpetuã quandã mortis exercitationẽ, & meditationem, de qua sapientia videndus Chrysost. hom. 66. in Gen. & Ambros. lib. de bono mortis, præsertim c. 8. & Prosper lib. sententiarum ex Aug. sentent. 50. vbi inter alia ait. Nõ facit malam, nisi quod sequitur, mortem Aug. lib. de discipl. Christ. c. 2. vbi inter alia. Non potest male mori, qui bene vixerit.

Cum igitur peccator male vixerit, in insipientia moritur, quia tam impie transegit vitam, & nihil de futuro prouidit: cum prudentia iuxta Hieronymum in cap. 8. epist. ad Hebræos à prouidendo dicta sit, inde Plutarc. in Pomp. Attico dixit prudentiam quodammodo esse diuinationem, vt ea quæ ventura sunt, præ noscens, præcaueat, & præueniat; at stultus peccator, quia nihil præintellexit, ac prouidit, intercipitur, & confunditur, cum morte præuentus nihil illi superfit ad agendum, & æternitas adsit ad patiendum, & plangẽdum; nouaque exorietur stultitia ijs, qui stulti fuerunt in vita, quorum insaniam bene describit Chrysostomus homil. 1. de pœnitentia in Iona detrectante præceptum sibi à Domino iniunctum, & fugiente á facie Domini. Quo nã, ait, fugis homo? Nunquid alium audiuisti Prophetam dicẽtem: *Quo vadam à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* In terram? Sed Domini est terra, & plenitudo eius: si ad infernum, ades: si in cælum, tu illic es; si in morte, & illic, inquit, tenebit me dextera tua, quod & super hunc aduenit: Sed tale est peccatum, quod ad ignorantiam multam redigit animam, &c.

Itaque cum miser peccator stultus sit, & insipiens, dum libens, ac volens bonum super omnia diligendum sibi amittit, & pleraque mala conciliat, tandem malo suo sapiens erit, sed sapientia, quæ nihil illi proderit, nisi in maius pœnæ, & doloris incrementum; quod eleganter dixit Greg. 15. moral. c. 31. vbi cæcitatẽ stulti peccatoris, eiusque infelicem futurã sciẽtiam sic describit. Impiorum oculos culpa claudit, sed in extremum pœna aperit, & ideo recte subiungitur Iob 21. *Cum reddiderit, tunc sciet*: nescit enim impius mala, quæ fecit, nisi cum pro eisdem malis puniri iam cœperit, vnde & per Prophetam dicitur: *Vexatio dat intellectum*: hinc per Balam de se metipso dicitur Numer. 24. *Dixit homo, cuius obturatus est oculus, qui cadet, & sic aperientur oculi eius*. Consilium quippe contra Israelitas præbuit: sed post in pœna vidit, quid prius ex culpa commiserit. Iniquus post casum oculos aperit: qui post culpam iam in pœna sua conspicit, quia malum debuit vitare, quod fecit. Omnis peccator prudens erit in pœna, qui stultus fuit in culpa: qui ibi iam dolore constrictus ad rationem oculos aperit, quos hic voluptati deditus clausit, & pœna torquente exigitur, vt sapiat, qui hic excæcante se superbia, desipiebat, cui tamen sua sapientia iam tũc minime proderit, quia hoc vbi operari iuxta sapiẽtiã debuit, tẽpus amisit, &c.

Iob. 21. *n.* 19.

Num. 24 *n.* 3.

ANNOT. IIII.

Quã stultus, & insipiens fuerit Iudæorum populus.

SEcundo loco notanda venit in nostro tex. stultitia, & insipiẽtia istius gentis, quæ ex eo maxime constabit, si aduertamus veram sapientiã in cultu Dei, Religione, & Pie

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate consistere, vnde Moyses Deut. 4. ait: *Scitis, quod docuerim vos præcepta, atque iustitias, sic facietis ea in terra, quam possessuri estis, & obseruabitis, & implebitis opere, hæc enim vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc dicant. En populus sapiens, & intelligens.* Vbi Procopius ait. Summa sapientia, & scientia est obseruatio mãdatorum Dei, & Brixian. ait. Est consummata sapiẽtia cognoscere Deũ, & viuere secundum voluntatem eius, obseruat autẽ Caiet. iuxta Hebr. haberi pro eo, quod nos habemus: *En populus sapiens*: tantum, *populus sapiens, & intelligens*, sicque legit Pagnin. Non solum, inquit ille, quod est populus sapiens, & intelligens, sed etiam quod est solus sapiens, & intelligens, quod etiam explicat Vatabl. tantummodo populus iste est sapiẽs, & prudentissimus: quasi hæc sapientia non solum cæteras superet, sed etiam destruat, & anihilet, & fere nulla sit sapientia, nisi quæ Religionem comitatur. Aduertit autem Oleast id quod statim sequitur; *gens magna*, quod sic explicat: Gens magna, intellige in sapientia, reputantur enim sapientes magni apud omnes. Id ipsum etiam probatur apertissime ex toto c. 28. Iob, maxime vero ex illis verbis n 28. *Et dixi homini, ecce timor Domini ipse est sapientia, & recedere à malo intelligentia*; quod magis exponentes Septuaginta verterunt: *Cultus Dei est sapientia, & abstinere à malo intelligẽtia*, vbi D. Isidorus explicat veram sapientiam constare, & veluti conflari tum ex notitia Dei, tum ex recta operatione, sic vero ille habet. Re ipsa summa sapientia est vera de Deo opinio, scientia vero summe diuina, actio optima. Illa de Deo verã sententiam assequitur; hæc à malis abstinet. Illa verbis de Deo, diuinisque rebus disputat; hæc agendi laude cõmendatur. Si ergo is, qui Deo carus, & amicus est, scit, ac sapit, vtramque est amplexus virtutem, tum eam, quę in contemplando, tum illam, quæ in agendo versatur. Et illam quidem tanquam animam, hanc vero veluti corpus &c.

Deut. 4. n. 5.

Iob. 28. n. 28.

Deinde etiam constat quod cum Deus vera, & summa sapientia sit, si homo illi adhæret, non solum intellectu eum agnoscendo, & credendo, sed voluntate amando, & obsequẽdo, sapiens profecto euadet, iuxta illud Deuteron. 33. *Qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius*, & Psal. 93. *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum*, quod potest explicari ex Deuteron. 8. *Sicut erudit homo filium suum, sic Dominus Deus tuus erudiuit te, vt custodias mandata Domini Dei tui.*

Deut. 33. n. 3. *Psal. 93. n. 12.* *Deut. 8. n. 5.*

Hoc item probatur ex illo Eccles. 1. *Initium sapientiæ timor Domini*, vbi. sicut alibi latius ostendimus, timor Domini significat Religionem, & obseruantiam erga illum, cuius acceptionis innumera suppetũt exempla Genes. 20. n. 11. Deut. 6. n. 18 Iob. 1. n. 1. & c. 8. n. 9 Psalm. 21. n. 24. & seq. & Psalm. 24. n. 14. & Ps 32. n. 18. proindeque Olimpiod. legit: *Pietas in Deum initium est sensus*, hoc est iudicij, facitque hunc sensum: à Religione, & cultu Dei in vniuersum incipit vera sapientia & interpres Clemẽtis Alexand. lib. 2. stromat. *Sapientiæ ergo initium est Religio*: quia vero vox Græca, pro qua habemus, *initium*, significat principatum, vel dominatum; sensus etiam esse potest; Religio tanquam Princeps debet sectari ab eo, qui prudentiæ regulis adhæret, cæterisque rebus sapienter præferri debet; nam sicut dixit Ambrosius in Leuit. Præferenda est Religio necessitudini, Pietas propinquitati: ea enim demum est vera Religio, quæ præponit Diuina humanis, perpetua temporalibus. Et quia initium, & caput

Eccl. 1. n. 16.

in sacris

in sacris literis in idem coincidunt, vt, *in capite libri scriptum est de me*, id est, in principio, & *in capite omnium platearum*, id est, in initio, si constituamus cum Cyrill. Alex. lib. 2. de recta in Deum fide ex omnibus virtutibus moralibus vniuersæ sapiẽtiæ mysticum corpus, huius sane caput merito Religioni attribuitur, vnde & aliqui vertunt: *Caput sapientiæ timor Domini*, & quidem sicut ex capite vitales spiritus diriuantur, qui vitam, motumque illis afferunt, sic aliæ virtutes, vt sapienter exerceantur, à Religione quodammodo vim, motũ, & directionem sortiuntur. Denique quia vox Hebræa, *Rasith*, à radice, Ros, & principium, & caput, & primitias significat, iuxta illud Numer. 18. *Primitias eorum, quas dabunt Domino, tibi dedi*, Hebr. pro primitijs *Rasithim*, inde potest etiam hoc in loco verti, *Primitiæ sapientiæ timor Domini*, quod optime in Religionem, cultumque Dei adaptatum comperiemus, si iustum, & sanctum virum arbori, & recta illius opera fructibus decoctis, & maturis conferamus; *Nam omnis arbor bona bonos fructus facit*, & iustus lignum est, *Quod fructum suum dat in tempore suo*, vbi Ambrosius agnoscit allusionem ad lignum sapientiæ, vir enim iustus, & sapiens sapienter profert fructum, ideoque dicitur dare illum in tempore suo. Cum ergo ex fructibus de legis præscripto primiriæ Deo offerri deberent, certe Religio, & cultus Dei bene primitiarũ obtinet rationem, hæc enim veluti Princeps, & corona totius sapientiæ, quæ in virtutibus consistit, & ex eis constat, Deo peculiariter consecratur. Quod si adhuc recolas apud Hebræos initium vsurpari sæpe pro perfecto, vt Eccl. 11. *Breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius*, id est, primum, & præcipuum, ac perfectum dulcorem habet fructus illius; vnde Aug. in Enchirid. c. 1. & 2. ait, veram sapientiam singulare Dei donũ esse, & neminem à se ipso posse esse sapiẽtem: vnde sensus erit: præcipuũ, melius, ac perfectius totius sapientiæ est, cultus & Religio Dei.

Psal. 39. n. 8. *Thren. 4. n. 1.* *Num. 18. n. 11.* *Matt. 7 n. 17.* *Psal. 1. n. 3.*

Hinc est quod apud Oseam in c. 6. dicitur: *Misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiam Dei magis, quam sacrificium*, vbi Ribera scientiam Dei vocat timorem Dei, & veram legis eius custodiam. Videndusque erit Basilius homil. in Psalm. 48. ad illa verba: *Stmul insipiens, & stultus peribunt*; vbi veluti definiens ait. Demens, siue stultus dicitur qui his destituitur, quorum cognitio mentem hominis præcipue adornat vt sunt Dei Patris notitia, item Verbi, quod in principio erat apud Deum, assumptio, & à Sancto Spiritu illuminatio procedens; quam sane sensatam mentem habẽt, qui possunt cum Paulo dicere: *Nos mentem, siue sensum Christi habemus*: remque reducens ad Iudæos præfiguratos in eo stulto, cuius anima repetita est, & diuitias omnes reliquit, ait. His plane per suam ipsorum insciti am elisis, simul & confractis, nos alienigenæ diuitias ipsorum hæreditate capimus: nostra namque sunt mandata, nostri Prophetæ, qui á sæculo iusti fuerunt, nobis diuitias reliquerunt eorum, qui in sua stultitia perierunt.

Ose. 6. n. 6.

Ex dictis igitur iam constabit, cur Iudæorum populus stultus dicatur, quod, scilicet, timorem Dei, eiusque cultum, & Religionem deseruerit, in quo vniuersa consistit sapientia, ideoque merito stultus, & vecors appellatur, qui in insanijs, id est, idolatrijs deuolutus deprehenditur, quod eis exprobrat Amos in cap. 3. dicens: *Congregamini super montes Samariæ, & videte insanias multas*, vbi Hieronymus ait. *Videte insanias multas*, vt pro Deo adorent vitulos, & immolent filios

Amos. 3. n. 9.

suos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baruc 3 n.12.

suos. Similiter, & Baruc in. c. 3. *Audi Israel. Dereliquisti fontem sapientiæ, discevbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus*: hæc enim omnia deseruerunt insanum populum, eo quod deserto Deo, eiusque cultu, & Religione, ad idola desciuerat stultissimus. Vbi illico occurrit Ambros. epist. 56. post princ. inquirens rationem cur deserentibus Deum, quærentibus, & postulantibus idola, abigne prodierit fabricatus vitulus. Quod omnis perfidia, inquit ille, similis immanitatis, atque insipientiæ bestialis sit; cuius rei indignitate percitus fregit tabulas Moyses, & comminuit vituli caput, atque in puluerem redegit, vt omnia impietatis aboleret vestigia. Sic Ambros. ostendit irration le animal brutali correspondisse menti, & desiderio; & insipientem vitulum fuisse cõcessum stultæ postulationi, etenim sic decebat fieri genti, quæ acsi cerebro, & ratione careret, pro capite, & pro patre noluit Deum habere, sed idola petijt, quod non nisi stultus, & insipiens faceret.

Hinc est quod in pœnam propriæ stultitiæ ludei, qui cæteras gentes stultas, & insipientes reputabant, vt postea dicemus, cum eisdem computantur Act in c. 4 quem locum iam superius expendimus, similisque est ille alius Psalm. 32. *Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum*, vbi Euthym. per populos Iudæos intelligit cui item suffragatur Hug Cardin. illud tamen aduertens pius displicuisse Deo cogitationes Iudæorum, quæ sunt quid minus, quam consilia gentium, ideoque cogitationes reprobatas, consilia vero dissipata: quod magis adhuc potest cõfirmari ex eo, quod Aquila vertit *Irritat consilia gentium*, abrogat, & quasi suam autoritatem non adiungit; *Reprobat autem Iudæorum cogitationes*. Sic etiam Mich in c. 1. *Audite populi omnes*, hoc est duodecim tribus, exponente ibi Theod. & alijs. Appellantur igitur Iudæi populi, quia in sacra Scriptura, & apud profanos etiam auctores male audit multitudo, vnde imperitum vulgus dicitur, & stultorum multus numerus declaratur. Hoc denique conficit Chrysostom. tom. 1. exposit in c. 2. Isai. ante fin. vbi ait Quẽadmodum adoratio Dei hominem prouehit in sublime, ita & cultura idolorum humiliat, ac deijcit in imum. Quid minus generosum, quidve abiectius homine, qui à spe salutis vltroneus decidit, Deumque vniuersitatis Opificem sibi infensum, & hostẽ promeruit? qui capite prono in terram inaminata, ac lapides veneratur? Deus quidem ad tantum nos promouit honorem, vt ipsis etiam cælis nos reddiderit sublimiores. é diuerso diabolus toto annisu studuit homines male persuasos in tantam deturbare dejectionem, vt plus insensatis stupidiores ac sensu vacuos effecerit. *Incurauuit se homo, & humiliatus est vir*. Hæc increpatio abunde sufficiebat auocare à morbo tali eum, qui mente esset præditus. Sic Chrysost. probat demẽtiam, & stultitiam eorum, qui vero, ac viuente Deo relicto eiusque cultu, & Religione contempta, ad inania, & insensibilia idola declinant, & decidunt, sicut sæpe, ac sæpius Iudæos feciſſe compertum est. Et hæc sit prima ratio cur dicatur in præsenti: *populus stultus, & insipiens*.

Act 4. n.25. Psal.32. n.10.

Mich.1. n.2.

Secunda desumitur ex mutabilitate, & inconstantia istius gentis, quæ nunquam in bono permanens, & nusquam fidei diuinæ adhærens, suæ stultitiæ testimonium præbuit: *Stultus enim vt luna mutatur*: quæ mutatio cõsideranda est penes approximationẽ, & recessum ad solem, sicut optime exposuit Philosophus, Theologusque præclarissimus Nyssen. lib de anima & resurrectione p. st initium, vbi hãc

Eccl. 27 n.12.

astrologiam

astrologiam sic declarat. Luna cum apud nos lucet, ex superiori parte non illuminatur, nunc enim radios solis à tergo recipit, nunc á fronte, & a facie ad nos conuertit, & tunc nobis splendet, cum maxime distat à sole, obscuratur autem, cum ei propinquat, &c. Secundum hæc igitur considerãda est stulta mutatio, & instabilitas Iudæorum, qui modo Deo appropinquabant, deinde recedebant, longius remanentes, quod bene exponit Aug. epist. 119. c. 5. cum ait. Anima humana recedens à sole iustitiæ, ab illa .s. interna contemplatione incõmutabilis Veritatis omnes vires suas in terrena conuertit, & magis, magisque obscuratur in interioribus, ac superioribus suis, sed cum redire cœperit ad illam incommutabilem Sapientiam, quanto magis ei appropinquat affectu pietatis, tanto magis exterior homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, omnisque lux illa ingenij, quæ ad inferiora vrgebat, ad superiora conuertitur, & à terrenis quodammodo auertur, vt magis magisque sæculo moriatur, & vita eius abscondatur cum Christo in Deo. Sic Aug. docet quomodo stultus peccator, cum á Deo recedit, in tenebris versetur, etsi apud profanos mundi dilectores multum fulgere videatur: è contra vero, cum Deo appropinquat, licet externe obscurari censeatur, vero tamen lumine, & gratia totus perfunditur, & illustratur. Recessit à Deo stultus populus, & *Dereliquit Deum factorem suum*, & tunc sibi lætandum, ludendumque videbatur, sicut contigit quando surrexerunt ludere, & voces cantantium audiebantur in castris, & quam lucem, ac gratiã Deo referre debebat, idolo reddebat. Cumque paulo antea Deo adhærens præceptorum obseruantiam Deo polliceretur; statim ab illo defecit, ac lunæ instar, modo soli Deo approximabat, mox deinde recedebat. Imo veluti mare feruens recessus, & accessus patiebatur, iuxta illud Isai. 57. *Impij quasi mare feruẽs*: 70. *Fluctuabunt, & quiescere non poterunt*: vbi D. Hieron. ait. Hoc licet de omni impio possit intelligi, tamen proprie refertur ad populum Iudæorũ, qui sicut mare feruens quiescere non possunt, sed redundant fluctus eius, & reuoluuntur ad littora, atque iterũ resorbentur, & in se fracti, &c.

Isai. 57. n.20.

Hinc est quod propter leuitatem, iustabilitatem, & mutabilitatem populus ille leuis nũcupatur, cum Christianus grauis propter permanentiã, & adhæsionem Deo asseratur; sicut acute interpretatur D. Ambros. illud Psalm. 34. *In populo graui laudabo te*: sic enim habet. Populus grauis, hoc est non inquietus, & mobilis, qui *Sedit manducare, & bibere, & surrexit ludere*, grauis populus, qui fidem Deo seruat, & qui non aliqua leuitate mutatur, neque nutet, & fluctuet: quibus in verbis leuitatem, & mutabilitatem stulti populi Iudæorum carpit, qui instar lunæ qualibet hora mutabatur, & instar maris qualibet leui aura huc, illuc agitabatur, neutiquam sibi constans, nullibi Deo fidelis; iuxta illud Prouerb. 15. *Cor stultorum dissimile erit*. 70. habent. *Corda imprudentum non secura*. & catena Patrum Græcorum: *Stultorum corda lubrica, & instabilia*. & Hebr. habet. *Lochen*, quod aliqui vertunt *Non sic*: non aduertentes vocem *Chem* si capiatur pro aduerbio significare, *sic*, si vero sumatur vt vim nominis habet significare rectum, & firmum, ac stabile; vnde orta est lectio. 70. *Nõ secura, non firma, non stabilia*: his accedit noster vulgatus dicens; *Cor dissimile*, quod idem est, ac non stabile, neque sibi cohærens, nullique sententiæ obfirmate adhærens; quod optime exposuit Greg. 3. p. pastoral. admonit. 19. dicens. de istis quidẽ ab Salomone

Psal.34. n.18.

Pru.15. n.7.

scribitur,

scribitur. *Cor stultorum dissimile erit*: cor quippe sapientum sibimetipsis semper est simile, quia dum veris persuasionibus acquiescit, constanter se in bono opere dirigit. Cor vero stultorũ dissimile est, quia dum mutabilitate sua se varium exhibet, nunquam idẽ, quod fuerat, manet. Sic Greg. explicat cum Salomone stultorum ingenium, qui perpetua inconstantia laborantes, nunquam in eodem statu, & sententia permanent, sicut videre apertissime est in Iudæis perpetua leuitate, & varietate iactatis, vnde merito dicitur populus stultus, & insipiens.

Tertia elicitur ratio cur stultus dicatur ex eo, quod secutus fallacem sensum, & apparentem sensualitatem; veritatem minime introspexerit, sed veluti irrationale pecus apparẽtia tãtum perceperit; etenim sicut dixit Greg. Thaumaturg. teste Greg. Nyssen. in Orat. de illo post med. fallax, & incertum rerum veritatis iudicium sensus est, aditum per se ad profunditatem mentis, & intelligentiæ præcludens, id est, quod iudicium nixum sensibus, certum, prudens, sapiensque esse nequaquam posit, imo inde oritur quod intellectus à vero aberret, & desipiat, quia veritas per sensus ingreditur ad intellectum, ideoque qui sensibus solummodo credit, temporalibus fidit, & terrenis adstringitur, in rebus superioribus, & in supernaturalibus à vero aberrabit, & stultus, ac insipiens deprehendetur, vnde, & populus hic dicitur. n. 15. *Incrassatus, impinguatus*, & à Paulo dicatur habere velamen super cor. Quod cum Theodoret. sic intelligendum est, vt Iudæi splẽdorem vultus Moysis, claritatem, & gloriã Christi, & legis nouæ significantẽ minime sustinẽtes, sed vmbris, cæremoniisq; exterioribus insistẽtes, obcæcati sic habẽt obtusos, & hebetatos mẽtis oculos, vti olim obtusos habuerunt corporis oculos, cũ in fulgẽtẽ Moysis faciẽ intenderent: nam qui terrena solũ sapiebãt, & sensibilia sectabantur, qualibet nobiliori claritate proposita detinebãtur. In cuius rei significationem, cũ Christũ Dominũ irriderent in domo Caiphæ; *Velauerũt faciẽ eius*, quasi nec volentes, nec valẽtes præ sua stultitia, & intellectus imbecillitate in tam nobilẽ splendorem aciẽ intendere, sed illius luce obfuscati ipsum velauerũt, sicut olim Moyses seipsum. Etenim Iudæorũ stultitia potius, quã ignorãtia affectata fuit. Sed audiamus Chrysolog. ser. 64. in fine; vbi confert Iudæos cum mortuo Lazaro, qui adhuc obediuit voci Dei; & cũ vultũ opertũ sudario habuerit, luce tamẽ illa perfusus resurrexit. Iudæi, inquit, parebunt corda vestra obstructio ra inferis viscera vestra duriora mortuis, oculi vestri tetriores sepulchris, cũ vox, quæ patefecit tartara, vestra non patefecit arcana, cum iussio quę exsuscitat mortuum, mentes vestras non suscitat: cum lux, quæ illustrat sepulchrum, vestram non illuminat cæcitatẽ. Similia sunt, quę habet Ambros. ser. 91. in fine, vbi stultitia mistius populi cum Diaboli scientia confert, dum quod iste confitetur conuictus, ille negat stultus & cum diabolus clamans doceret, & proferret Dei notitiã, indoctus perstitit Iudaicus populus in insipientia sua. Sic ergo habet Ambros. Tanta est incredulorũ perfidia, vt tolerabilior sit diaboli confessio. Dicebat enim diabolus: *Iesu fili Dei viui, quid venisti ante tempus perdere nos?* Et cum hæc audirent Iudæi, ipsi tamen Dei Filium denegabant: dicebat diabolus, vt scriptũ est: *Scio te quis sis: tu es Filius Dei viui.* Dicebant Iudæi, *Nescimus quis sit.* Videndus in hanc sententiam Tertullian. 4. cont. Marc. cap. 36. vbi memor illorum cæcorum qui irridebant Dauidem volentẽ ingredi arcem Sion, meminit Iudæorũ

Luc. 22. n. 64.

2. Cor. 3. n. 15.

Matt. 8. n. 29.

Marc. 1. n. 24.

2. Reg. 5. n. 6.

Luc. 18. n. 19.

cæcorum præ stultitia motus argumento illius cæci, qui filium Dauid precabatur vt illius misereretur, quẽ increpabant prætereuntes, eo quod vociferaretur, cum Deus vel præparationem cordis audiat, & antequam vox sit in ore, auris Dei iam sit in corde, sicut dixit August. in Psalm. 31. sic vero habet Tertull. ad illa verba *Increpabant eum, vt taceret.* Merito, inquit, quoniam vociferabatur: non quia de Dauid filio mentiebatur, *Fides tua te saluum fecit*, fidem hominis etsi melius oculatam, etsi veri luminis compotẽ exteriori quoque visione donauit; nã si aliquando Dauidem in recuperatione Sionis offenderant cæci resistẽtes, quominus admitteretur in figuram populi, proinde cæci non admissuri quandoque Christum filiũ Dauid, & ex omni diuersitate bonus cęcis quos ille iusserat cædi: at quin, & hoc filius Dauid Anthitesim de suo retundendam, nam & qui Dauid offenderant cæci: nunc vero eiusdem indecoris homo supplicem se obtulerat filio Dauid, idcirco ei satisfacienti quodammodo placatus filius Dauid restituit lumina cũ testimonio fidei, qua hoc ipsum crediderat exorandũ sibi esse filium Dauid, & tamen Dauid audacia hominum puto offenderat, non valetudo, &c. Cæci itaque præ stultitia Iudæi nec eum agnoscũt, quem cæci confitentur & venerãtur, periculosiori vtique cæcitate laborãtes, quam qui corporali tantum detinentur, aqua stulti, & insipientes denominantur.

Hinc est, quod in ipsorum confusionem, & ad concludendam eorum cæcitatem eis obiicit Dauid non agnouisse eum, quem vniuersæ gentes viderunt, & adorarunt; sic enim interpretatur D. Greg. lib. 1. in 1 Regũ c. 2. illud Psal. 97. *Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.* Quasi inquit ille, perfidiã Iudæorũ confundat, &c. cum enim gentes, quæ stultæ reputabantur à Iudæis, salutare Dei Verbum in carne viderint oculis fidei, & agnouerint, multo sane insipientior, & stultior gens Hebræa conuincitur, quæ oculis videns factum hominem, & manibus contrectauit, renuit tamen, & abiecit, eo quod meliori cognitioni internos clauserit oculos; quod idem Gregor. annotauit ad illa verba Annæ multo ante prolata, quã filius Dei homo aduenerit: *Quia lætata sum in salutari tuo*: ait ergo Gregor. Iam Dei Salutare mundus excepit, omnis caro vidit, Iudæus non credidit, &c quæ maior igitur potuit esse insania, & ignorantia, quã nec id videre, nec credere, quod etiam insipiẽtes & stultæ gentes agnouerunt? Cuius rei culpam adhuc nobis proponit idẽ Greg. 18. moral. c. 19 ante med. cum explicat illud Iob. 28. *Eos, quos oblitus est pes egẽtis hominis, & inuios*, quæ verba bifariã Iudæis attribuit in hunc modũ. Quis hoc loco alius accipitur egens homo, nisi ille, de quo per Paulum dicitur: *Qui propter nos egenus factus est, cum dives esset?* Cuius videlicet egentis hominis pedes sancti Prædicatores fuerũt: an pes eius non erat, qui tentus in cõpedibus dicebat: *Pro quo legatione fungor in catena?* Sed eorum, qui vmbra mortis, & lapis caliginis extiterunt, pes hominis egẽtis oblitus est: quia in ipso initio nascẽtis Ecclesiæ, dũ sancti Apostoli cælorum regnum Iudææ prædicare voluissent: videntes quod eis nihil omnino proficerent, ad prædicandum gẽtibus defluxerunt: sicut ipsi in suis actibus dicunt: *Vobis oportebat primum loqui Verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes*, de quibus, & per Psalmistam dicitur: *Transferentur montes in cor maris*: quia repulsi sunt à Iudæa Apostoli, in hoc gentilitatis salsum translati sunt: qui sunt ergo, qui immensa duritia pro

1. Reg. 2. n. 1.

Iob. 28. n. 3.

2. Cor. 8. n. 9.

Ephes. 6. n. 9.

Act. 13. n. 46.

Psal. 45. n. 2.

Psal. 97. n. 3.

obscuritate cordis, quasi quidam lapis caliginis, & vmbra mortis a peregrinante sanctorum populo diuiduntur, nisi hi, quos pes egentis hominis est oblitus, id est, quos prædicatores Domini pro superbiæ suæ tumore reliquerunt: quos recte quoque, & inuios vocat: quia dum in infidelitate sua obdurati sunt, verbis ad cor viam præbere noluerunt. Ecce qualiter stultitiam affectauerint, qui doctrinæ viam obstruxerunt, se inuios euangelizantium pedibus exhibentes, & corda velut lapidea opponentes, quo citius illis relictis ad gentes conuerterentur, imo & cum auditui, & disciplinæ viã per vim Petrus aperiret, minime patefecit. Via vtique ad fidem auris est, fides enim ex auditu, dum ergo Petrus seruo Pontificis non manum, aliud ue membrum abscidit, sed auriculã, viam fecit veritati Iudæo, & quia ille seruus erat, seruitutemque cæterorũ adumbrabat, libertati itidem aditum nũtiauit, sicut prosequitur Ber. serm. 28. in Cant. ante med. Merito, inquit ille, Petrus abscidit auriculam serui, vt viam faceret veritati, & veritas liberaret eum .i. liberum faceret. Iam pridem Deus fidei viam fecerat venturi Christi per legem, eamque non quoquo modo, sed quia nouerat tardum, & stultum populum, multiplici, ac diuturna opera eum adaptauit, & disposuit, vt cohærentiam agnosceret inter vtrumque testamentum, inter vmbras, & lucem, inter figuras, & figurata; hoc enim sine dubio velle videtur Tertull. 2. contra Marc. c. 19. in princip. cum ait. Legem non duritia promulgauit Auctoris, sed ratio summæ Benignitatis populi potius duritiam edomantis, & rudem obsequio fidem operosis officijs dedolantis, &c. Quid enim est operosis officijs dedolare, quam lapidea corda construendę fabricæ abscindendo, & dirigẽdo præparare? Sed stultus populus durior euadens, & nulli regulæ adhærens, sed praua, & sinuosa, imo & tortuosa generatio persistens, sapientiæ & doctrinæ aditum penitus intercluſit.

Augetur insuper & insipientia istius gentis, quod libros apud se habuerint plenos doctrina, in quib⁹ descriptus cõtinetur Filius Dei in carne, ita vt nihil aut fecerit, aut passus fuerit, quod prius Iudæis nuntiatum non fuerit; sicut optime prosequitur, & demonstrat Tertull. toto lib. contra Iudæos, Cypr. Iustinus Martyr, Zeno Veron. Episcop. sermonibus in Exodum, & innumerialij, qui ea de re scripsere, ipsi tamen in tenebris stultitiæ sepulti, sepulchra item sunt sacrorum librorum, & cum illorum opinione locupletes iactent, eorum intelligentiæ sunt prorsus ignari, sicut cuidam, qui magnam librorum copiam sibi comparauerat, obiecit Isidor. Pelusiot. lib. 1. epist. 127. dicens: Plurimos libros, vt audio, emisti: atque opinone locuples es, eorum lectionem ignorans; atque idem faciens, quod ij, qui frumentum comprimunt, ac tineas alunt. Nam libri quoque tinearum patres, & nutritij fiunt, cum vincantur. Quare aut opibus tuis vtere, aut ingentem eruditionem ne læde, nimirum hic quoque comicos sales colligens (dum librorum corruptor, aut librorum sepulchrum, aut tinearum altor appellaris) vt qui ingens vtilitatis talentum occultaris, quod alijs concreditum, atque elaboratum est, a te autem improbe defossum. Instar igitur huius, Iudæi sacris ditantur libris inopes intelligentia, vnde Ambros. serm. 21. in Psal. 118. ad med. ait. Lex spiritalis est, illam non audit Iudæus, qui audit corporaliter, sed ille audit, qui audit in spiritu. Habent illi libros, sed sensum librorum non habent: habent Prophetas, sed non habent illum, quem prophetauerunt, quomodo enim habent, quem nõ receperunt?

ceperunt? Ideo cum Moyse, & Elia mihi apparuit (sc. Christus) quia ab illis recessit. Hebręi spoliauerũt Ægyptios, & vasa eorum abstulerunt: Iudæorum spolia habet populus Christianus, & totũ habemus, quod illi habere se nesciebant. Illi aurũ, & argentũ materiale abstulerũt, nos aurũ mẽtis accepimus, nos acquisiuimus cælestis sermonis argentum. Sic ille Iudæorũ insciam probat, qui sacros apud se habentes libros, doctrinæ in eis contentæ prorsus ignari sunt, nec mirum si sacra eloquia minime percipiunt, & diuina mysteria haudquaquã agnoscant, cũ nec ipsos characteres diuinos, quos vel rudes infantes tenẽt, ipsi intelligãt, vel apprehẽdãt. Characteres cælestes appellauit Iren. 4 cont. hæres cap. 18. Signa, & prodigia quibus Hebræũ populũ Deus instituit tum in Ægypto, tum in deserto, & in terra Chanaã, de quibus Hieron epist ad Algasiam interpretatur fere illud Pauli: *Cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes*: quæ Iudęis data sunt veluti prima rudimẽta, & initialis, ac puerilis charta, in qua Dei notitiã discerẽt: accõmodãs se De⁹ puerili, & insipiẽti Israelitarũ ingenio, sed *stulti sapientiã, atque doctrinã despiciunt*, sicut attestatur Salomon. Vel vt alij legũt, *deprædantur*, vel *spoliant*: vt veluti pauperes nobis proponantur sacræ literæ Veteris testamẽti, de quib⁹ Olympiod. locũ intelligit: alij iuxta Ethym. Hebr. *exarmant*, sicut enim de ciuilib⁹ legibus dictũ est¹ ab Imperatore Leone in libello, qui ciusdẽ cõsilia inscribitur. Iura impietas exarmat, deornat, denudat; sic stulti isti sapientiam contentam in sacris voluminibus exarmant, dum veros sensus auferũt, quibus veluti hastis ipsos impugnamus, deornãt, & denudãt vero intelligẽtiæ auro, & splendenti argento doctrinæ; cum enim stulti sint sapientiã, & doctrinam exarmant, & deornant.

Galat. 4. n. 5.

Prou. 1. n. 7.

Insuper, & quia stulti sunt, in medijs diuitijs, & thesauris egent. *Quid enim prodest stulto, & insano homini habere diuitias, cum sapientiam emere non possit?* Sicut ait Salomon; hebr. *Quare hoc pretium in manu stulti?* Græc. *Ad quid pecuniæ prosunt stulto, posteaquam sapientiam*, vtpote excors, *comparare non valeat?* Vbi Chrysostomus locum explicat assumpta similitudine hominis, qui equum habet, nec tamen equitare, aut habenas moderari uouerit: vtraque vero Glossa locũ intelligit de Iudæis, iuxta præsens argumentum, in hunc modum. Quid prodest populo Iudæorũ infideli habere diuitias Scripturarũ, cũ in his intelligere Christũ nõ possit? Imo secũdũ eundẽ sapientẽ tantũ abest, vt illis prosint, quin potiꝰ dedecent illos diuitiæ. Hinc iã Amb. epist. 10. ad fin Diuites illos pauperes, & esurientes, quos Dauid meminit dicens: *Diuites egerunt, & esurierunt*: Iudæos interpretatur, his verbis. Pulchre Dauid inquit. *Diuites egerunt, & esurierunt*, quoniam cum haberent Scripturarũ thesauros, cælestiũ egerunt qui non intellexerunt, & esurierũt, qui nullũ spiritualis gratiæ gustarũt cibum. Nihil igitur affectu sapientis ditius, nihil insipientis egentius, &c. habent illi diuitias, quibus ditemur, sed inter quas illi egeant, habent panes ad quorũ præsentiã miseri esuriunt, nos pascimur: habẽt fluẽta, quibus magis sitiãt, nos & abluamur, & saturemur: habẽt lucẽ, & gloriã Dei, qua perfũditur, & illustratur omnis terra, ipsi vero veluti fumo obscurantur, sicut ostendit Hiero. in c. 6. Isai cũ ait. Pulcher ordo, postquam terra repleta est gloria Domini, Iudæorũ templum impletũ est ignorantiæ tenebris, &c.

Prou. 17. n. 16.

Prou. 19. u. 10.

Psal. 33. n. 11.

Percontantibus Gentilium Magis *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?* Heroꝰ des ex resolutione Principum Sacerdotũ, & Scribarũ, misit illos in Bethlehẽ, & dixit: *Ite, & interrogate, &c.* vbi

Matt. 2. n. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Autor operis imperfecti homil. 2. ante med ad illa verba: *Et tu Bethlehē terra Iuda, &c.* Miserā istorū Iudæorum conditionē sic deplorat. O infælices Iudæi: Herodem docuerunt, quia de Bethlehē nascitur ipse, qui est gubernaturus populū Israel: & se nō docuerunt, postquam natus est, vt crederēt ei. Herodes illis credidit, quasi vera dicentibus, vt persequeretur Christū, & ipsi sibi non crediderunt, vt susciperent eū. Merito proinde brutos corde appellat Iudæos Zeno Veron. Epis cop. tom. 2. bibliot ser. 12. de Exod Eo quod celebrāt, legūt, & pertractāt ea, quæ nō intelligūt, sed tantū clausis oculis mētis palpāt. Quādiu, inquit, Iudæe bruti cordis nec dū discutis tenebras: si vis Pascha legitimū celebrare, agnus requirēdus est tibi, atque vtinā tu inuenias: dignus es enim immolatione tali, qui salutē tuā in incerti pecoris sitā viscerib⁹ opinaris; sane quod passim multos occidis, edacitatis est tuæ: quod diuersis in locis, vanitatis; quod cū amaritudine comedis, infelicitatis. Hoc taceo, quod cōmemoratio est ingrati, non remediū, sacrificiū, quod ipse reprobat fieri, qui præcepit Hoc solū dico: imple vel in cæteris legē, sicut scriptum est, præcinge lumbos tuos: induc pedibus calceamenta, arripe baculum manu, in eremū proficiscere si vis imitari maiores. Similia habet serm. 7. 9. 10. 11. & sequentibus.

Prou. 24. n. 7.

Excelsam dixit Salomon stulto sapientiam Prou. 24. quia non potest pertingere ad eā, sicut ibi Lyran. explicat, vtpote quę stultū superet, & excedat, ideoque in infimis remanet, & humi repit. Mirabātur Iudæi (quod stultorū propriū est) quod Christus literas sciuerit, cū nō didicerit, & non mirabantur, quod cū Deus esset, factus fuerit homo, quod natus ex Virgine sine matre, quæ lōge maiora, & admirabiliora erāt, sed deridebant, nēpe quia altiora erant, & qualia minime comprehendere potest sibi relicta humana stultitia: vbi notandus venit Chrysolog serm. 85. cum ponderat id, quod Ioan. refert: *Mirabantur Iudæi dicentes: quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Bene, inquit, mirantur Christum, quod non didicerit, scire; quādo ipsi probantur, quæ didicerint, & doceant legis præcepta, non scire: dicente Domino: *Tu es Magister in Israel, & hæc ignoras?* Mirantur Iudæi iam rebelles, nolunt credere: mirari norunt, detrectant sapere, nescire possūt: Quod Virgo peperit derogas? Nō miraris: quod Deus nostro sentitur, & operatur in corpore, abrogas, non fateris? Quod cæcus videt, surdus audit, claudus currit, surgit mortuus, & tota Christus arcana Dei loquitur non miraris? Hic est ipse, qui non didicit literas, sed donauit: hic est, qui sensum condidit, per quem literæ finguntur: Peritus legis, Autor omniū, cur literas non didicerit, admiratur! Deus vtique adest Origo cunctorum, qui facit esse, quod non fuit: cum nō didicerit, dicet? Sic ille stultam admirationem in Iudæis ostendit; dum ea mirantur, quæ non tam miranda censentur: ea vero stulti deridenr, & despiciūt quæ mirari potius deberēt, & quorum fidem, & mysterium deberent inquirere.

Ioan. 7. n. 15.

Hinc iam intelligetur cur in veteri testamento non reperiatur expressa Diuinarum personarum facta mentio, & manifestatio, vtpote quod altissimum mysterium stultorū corda penitus superaret, & excederet, & cum Iudæi terrenis adhærentes suprema, & diuina minime possent assequi, si plures in Diuinis audirent esse personas, plures Deos dicere minime verentur, sicut aduertit Theod. q. 2. in Deut. vbi loquēs de distinctione Diuinarum personarū ait. Iudæis adhuc infirmis hæc exacta theologia exhiberi

non

non poterat: quoniam inde dicendi plures Deos occasionē ceperent: id circo nomen Diuinum in veteri testamēto singulari numero pronūciatur, &c. Similia habet q. 34. in eundē lib. vbi quærit, qua de causa Deus in veteri testamento subiecerit Iudæos terrenis maledictionibus, & benedictionibus, his quidem adstringens eos qui legē obseruarēt, illis vero qui cādē infringerēt, vt patet Deut. 27. cum longe aliter Christus Dominus se habuerit in promissionibus, & comminationibus; pollicetur siquidē præmia æternæ beatitudinis custodientibus præcepta, præuaricatores vero perpetuis addicit carceribus, & doloribus. Sic ergo habet Theod. Cum Dominus Christus perfectam scientiam traderet perfectis, pollicitus est implētibus Regna cęlorū, trāsgressoribus autē gehennā cōminatus est: at vero Iudæis humi repenti præditis animo, & terrena sapiente terrenas maledictiones, & benedictiones indulsit; qui enim ne conspicuis quidem miraculis credebant quomodo suscipissent, quę spectant ad vitā æternam. Sic ille.

Deut. 27 n. 28.

Notum satis est serpentem illum, quem Moyses exaltauit in deserto figuram, & symbolū dici Christi Seruatoris in cruce pendentis, & licet suppetant explicationes huius rei, illa in præsenti proponenda erit, quam affert Nicetas in comment. ad Orat. 42. Nazianzen. vbi ita ait. Age iam quasi ex figura ad nos veniamus, Deū enim nos quoque offendimus, atque adeo in spiritualium serpētum morsus incidimus, qui per omne peccati genus nos ferientes morte afficiebāt, quonam modo salutē eōsecuti sum⁹? Aspeximus etiam ipsi serpentem in ligno, hoc est Christum Dominum, ipsumque credētes, atque in eum intuentes salutem adepti sumus, serpēs autē est Christus quia in similitudinē carnis peccati factus est, enim vero

Num. 21. n. 9.

serpens ille æneus serpēs non erat, sed figuram serpentis habebat. venenū autē non habebat: non erat vnus ex nobis, qui serpentis formam subimus, omne enim peccatum serpens vere erat, & qui ipsum admittit, serpens quoque efficitur. Alia quoq; ratione serpēs figura Christi est, quia quemadmodū corporeus serpēs venenū habet quo extinguntur, qui mordentur sed habet vitæ pharmacum, quo accepto, qui percussi sunt, ad vitā reuocātur, sic ex interempto Adamo, huiusmodi medicamentū inuentum est, quod est Christi corpus, cuius vi omne peccati virus á credentibus aboleuit. Possum⁹ adhuc & similitudinē hanc ostendere ex Hieron. in tradit. Heb. ad lib. Reg. vbi notauit Iesahi, seu Iesse parentem Dauidis 1 Reg. 7. Naas, siue Nachas fuisse appellatum, hoc est serpentem: quærunt autē graviores interpretes, inter quos est Auctor Chaldææ paraphrasis, & Rabbi Dauid Kimhi, a quibus illud acceperat Hieron. cur serpens dictus sit vir innocentissimus sine dolo, ac fraude, & responsum est, quia s. minime serpens: sic etiam & Christus qui ex eo natus est secundū carnē, serpens vtique dictus est, & in pente adumbratus, cum tamen minime serpens fuerit, quippequi sine peccato, nec inuentus sit dolus in ore eius. Denique qui plura de hac similitudine velit adeat Augustin. lib. 50. homil hom. 75 & lib. contra Adimāt. c. 25. & lib de peccat marit. & remiss. c 32. & lib. 3. de Trinit. c. 10. & lib. de verbis Apostoli serm. 14.

Fuit itaque serpens in ligno exaltatus expressa figura Christi Domini, sicut ostendit Iustinus Martyr cōtra Triphon. & cæteri Sancti Patres, tam Græci, quā Latini ad quam figuram videtur allusus Paulus Hæbr. 12. cum ait. *Quapropter deponentes omne pondus peccati per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes*

Hebr. 12. n. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes in Auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit passionem: quasi dicat Paulus Aspiciamus in Auctoré salutis Iesum, vt salutem consequamur, quemadmodum Iudæi aspicientes serpentem exaltatum á Moyse sanati sunt.

Cum ergo serpens ille æneus figura fuerit Christi, in eo cernitur magna stultitia istius populi, quod serpẽtem colentes aspiciebant, eique adolebant incensum adorantes, vt constat ex 4. Reg 18. & cũ adorarẽt exẽplar, prototypon effiguratum inuolutum in figura, id postea expressum, & re ipsa diuinitus datum reiecerunt: æneum symbolum receperunt, eum autem qui ad propria venit, sui minime receperunt, quod videtur illis exprobrasse Ezechias, cum dissipans, & conterens æneum serpentem vocauit nomen eius, *Nolestan*, quod Brixian. sic explicat. Sic vocauit Rex serpentẽ illum æneũ quasi dicat; res est ænea, & nihil diuinitatis habet; quare ergo adoratis æs illud, quod nec obesse, nec prodesse potest? Sic ille aperit mentẽ Ezechiæ, ostenditque quomodo fugil lauerit insipientium Iudæorũ adorationem, qui æneum serpentem adorabant, Filium Dei in eo adumbratũ minime adoraturi.

4 *Reg.* 18 *n.* 4.

Neque vero putandum est huiusmodi stultitiam, & ignorantiam Iudæorum eos vllatenus excusare, affectata siquidem erat, iuxta id, quod superius terigimus, expressiusque dixit Salomon Prouerb. in cap. 18. *Non recipit stultus verba prudentiæ*: vbi Auctor catenæ Patrum Græcorum, ait. Cur ita? Quia magis dilexit tenebras quam lucem: ad hæc stultitia captus, & obcæcatus arbitratur sapientiam sibi non esse necessariam. In cuius rei figuram olim Deus liberaturus hũc populũ super rubũ apparuit, ex eoque sursum emicabat, sic enim existimo intelligendum locum, quod

Prou. 18. *n.* 2.

innuit sacer tex *In flãma de medio rubi*. s. exurgente; sic Marc. in cap. 12. dicitur, *Super rubum*, quod Luc. dixit *Secus rubum*. Neq; officit quod Deut. 33. dicitur in rubo apparuisse, nã iuxta phrasim Scripturę id dicitur fieri in aliquo loco, quod iuxta illum fit, quo sensu intelligetur locus ille Luc. 13. vbi Dominus de morte sua loquens dixit: *Nõ capit Prophetam perire extra Hierusalem*. Cum tamen, vt cõstat ex Paulo Hebr. 13. extra Hierusalem passus sit, sed quia prope eam crucifixus est, in eadem dicitur mortuus; sic Ioan. in c. 1. *Hæc in Bethania facta sunt vbi erat Ioãnes baptizans*, cum tamen Ioannes in vrbe minime baptizauerit. Significabat igitur rubus populus Iudæorũ, vt plerique asserunt, satisque modo sit Philo lib. 1. de vita Moysis, & Theod. q. 6. in Exod. obseruat autem citatus Philo quod rubus frutex spinosus est, & inualidus qui nemine ignem admouente subito incensus est, correptusq; totus à radicibus vsque ad cacumen, flamma in morem fonti, scatẽte, manebat integer, & illæsus quasi nõ esset incendij materia, sed ipse ab igne aleretur. Sic ille describit factũ, quod nos prosequimur impletũ in eo, quod populus ille, quantũuis igne diuini amoris fuerit correptus adhuc tamen spinas ingratitudinis reseruauit, durus perstitit, contumax, & ingratus. Licet item diuina luce fuerit illustratus, tenebras ignorantiæ affectans, in eisdem delituit, ardebat rubus, nec cõburebatur amore, nec deflagrabat dilectione; luce perfundebatur, nec illustrabatur doctrina. Primum dixit eleganter vt solet Chrysolog. ser. 164 ante medium, vbi conferens ignem quem Christus Dominus venit mittere in terram, vt sylue scentem, & incultam terram gentium purgaret, præpararetque ad suscipiendũ semen diuini verbi, cum illo igne rubi, qui in medijs Iudæorum spinis ardens,

Exod. 3. *n.* 2. *Marc.* 12. *n.* 26. *Luc.* 20. *n* 37. *Deut.* 33. *n.* 6. *Luc.* 13. *n.* 33. *Hebr.* 13. *n.* 12. *Ioan.* 1. *n.* 28. *Luc.* 12. *n.* 49.

easdem minime combusit, ait. Satagentium ipso suo cinere saginata pinguescerent, & post diuturnam duritiem tenera redderentur, & mollia, ac sic Euangelico apta cultro, semeni redderentur commoda: & felici sulco iam redderent tricesimum, sexagesimum, ac centesimum fructum, sed hic ipse cultus non est nouus agricolæ veteri, & cælesti: nam legem pãgere, gratiam ferere, ignis semper opere consueuit. Daturus legem ignem præmisit in rubo: sed diuinum rubus portauit, non concepit incendiũ: iam tunc aculeis malitiæ plenũ, & ingratũ culturæ legis populũ præfigurans, & nunc in arua gentium cũ destinaret Apostolos, sic eos igneo imbre perfudit, & ignis consedit super eos, vt possent humecta siccare, & sicca infundere, decoquere cruda, frigida calefacere, accendere extincta, comburere noxia: & in opere diuerso, vno, atque eodem igne, ad cælestem copiam tota percolere deserta terrarum. Sed ad illud, quod sequitur transeamus: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Sed baptismo habeo baptizari*. Vrget aqua ignem: cogitanda est talis, tam diuisa coniunctio, vrget vnda flammam, multiplicat flãma vndam, &c. Ostendit itaque Chrysologus diuersos, sed coniunctos effectus istius ignis, imo & ignis cum aqua coniunctionem, quia materiã sic dispositam inuenit in gentibus, vt quid quid vellet operaretur, etiamsi primo statim aspectu repugnantiam secundum naturam pollicere videretur, cum tamen ignis in rubo Iudęorum minime accenderit ignem, imo quo magis in eo durauit, durior eua sit ex incendio amoris, & obscurior ex illustratione cælestis doctrinę, quã supernus ignis comitari solet, sicut aduertit idem Chrysol. quod erat secũdo loco propositum,

Vnde bene Leo ser. 3 de pass cap 3 medijs in lachrymis passionis Christi, ridet stultitiam Iudæorum, qui *Mane facto consilium inierunt principes. s. sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent*, mane igitur consiliũ ineunt cum ipsi in media caligine versarentur, & mane conuocant, qui lumen solis extinguere iam parabant. Hoc mane, inquit ille, Iudæi non ortus vobis lucis contingit, sed occasus: nec vestris oculis solitus dies prodijt, sed impijs mentibus nox tetræ cæcitatis incubuit. Hoc mane vobis templum, & altaria diruit, legem, & Prophetas ademit. Regnum, & Sacerdotium sustulit, in luctum æternum omnia festa conuertit, & ser. 8. cap. 1 loquens de faculis, & laternis, quibus ad comprehendendum Christum vsi sunt, ait. Irruerũt in lumen verum filij tenebrarum, & vtẽtes faculis, atque laternis, non euaserunt infidelitatis suæ noctem, qui nõ intellexerunt lucis Auctorem, &c. & ser. 2. c. 2. ait. Densis tenebris splendor solis obductus extraordinarie nocti subdidit diem. In vos Iudæi cælum, & terra sententiam tulit, vobis sol seruitutem suam, diemque subtraxit, vobis famulatum suum elementorum ordines denegarunt: & recedẽte á legibus suis ministerio creaturæ, vestra obcæcatio, vestra est significata confusio. Similia sunt quæ habet August. trac. 112. in Ioan. in med. cũ ait. Deus latebat in carne, & sempiternus dies ita membris occultabatur humanis, vt laternis; & fascibus quæreretur occidendus à tenebris, *Ego sum*, dicit, & impios deiecit. Quid faciet iudicaturus, qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit? Et nunc vbique per Euangelium, Ego sum dicit Christus, & á Iudæis expectatur Antichristus, vt retro redeant, & in terram cadant, quoniam deferentes cælestia,

Mat. 27. *n.* 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terrena desiderant,& in fine tract ait. Comprehenderunt ad quem non accesserunt, quoniam dies ille, illi vero tenebræ permanserunt,nec audierunt: *Accedite ad eum,& illuminabimini.* Si enim sic accederent, non eum manibus occidendum, sed recipiendum, corde comprehenderent; nunc autem quando eum illo modo comprehenderunt,tunc ab illo longius recesserunt,& ligauerunt eũ, á quo soluí potius velle debuerunt, & erãt fortasse in eis, qui tunc imposuerunt Christo vincula sua, atque ab eo postea liberati dixerunt: *Dirupisti vincula mea.* Similia sunt,quæ habet Ruper lib.13.in c.18 Ioan. ad illa verba. *Cohors ergo,& tribunus, & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt.* Sic vero habet: Quomodo tenebræ potuerunt, quæ nunquam lucem comprehenderunt? Cõprehenderũt, inquam, & ligauerunt, quia sola hæc erat potestas tenebrarum, vt comprehenderent ad ligandum, quem comprehendere non merebantur ad intelligendum. Ita comprehenderũt hora sua, & potestate momentanea, quia videlicet post hac,lucem comprehendere nusquam vlla tenebris erit potestas. Sic ille ostendit cæcam Iudæorum stultitiam, qui in media luce cæcutientes, obscuriores permãsere,& dum lumen apprehẽdunt, duriores & frigidiores persistunt.

Psal. 33. *n.* 6.

Psal. 115. *n.* 6.

In quam sententiam vidẽdus Ambros.in Psal.37. vbi ponderat venisse Iudæos ad Christum cum laternis, quæ lucem inclusam,& veluti ligatã, non radios vsquequaque iaculantem, continent,ipsi siquidẽ rationis lucem detinebãt, ne in cognitionẽ veri luminis deuenirẽt: insuper & fumigates deferebãt fasces,quæ fumo, & caligine omnia potius operiũt,& inficiunt, quã illustrent,& irradient, & cum inseruiant ad deferenda defunctorum cadauera, ipsos Iudæos spiritali vita functos, & in malitia sua emortuos protẽdebant, sic ergo habet Ambros. Venit persecutorum turba cum laternis,& ideo inclusam in eis lucem videre eorum oculi nequiuerunt (laterna enim clausum habet, non liberum lumẽ) venit cum fascibus, quæ plus habent in fumo caliginis, quam splendoris in lumine; denique fascibus mortuorum cadauera ardere cõsueuerũt. Sibi ergo Iudæi iã ferebãt incẽdia,qui persequebãtur salutis Authorẽ; venerũt cũ armis significantes se perituros Romanis vsque ad exitiũ totius ciuitatis,& tẽpli. Sic ille probat quomodo cæci Iudæi insipientiam suam affectauerint, & suppliciũ promeritum Diuinæ iustitiæ veluti indicarent, hoc enim aliquando solet euenire peccatoribus, vt ipsismet sceleribus suis,pænam á Deo infligendã, aut inflictam denotent, vnde Tertul. lib.de idolat.c.21.loquens de luminibus præ foribus accensis apud Gẽtiles ait. Accendãt quotidie lucernas, quibus lux nulla est, adfigant postibus lauros postmodum arsuras,quibus ignes imminent, illis competunt,& testimonia tenebrarum,& auspicia pęnarum,&c. Videndus item Chrysost. tom.6 hom.in sanct.Pascha post med. cum ait. Si tibi infidelis dixerit cur coccineam clamydem fuit indutus,& cur genibus flexis Iudæi ipsum accesserunt? Respondẽ: vt Iudæi etiã nolentes ipsum adorarent,& regnũ eius, vel inuiti in terra cõfiterentur,& nũc quidem irridentes ante eum genua flectunt ignari quid faciant. Quin & aliud ænigma clamys illa in se continebat. non solum enim regnum præfigurabat, sed & qua æstuabant Iudęi,sanguinis sitim cædisq; cupiditatẽ demonstrabat Atque illa quidẽ Christi hostes faciebãt ignorãtes quis esset, qui crucifigebatur, aut potius sponte sua occæcati: creatura autem Dominum suum, & Conditorẽ

Mac. 27. *n.* 28. & 29.

non

non ignorauit. In cruce enim suspensum sol sensibilis solem illum Iustitiæ Christum videns,per iniquos iniurijs affectum, non ferens facinus tam audax fugit, terra tenebras offundens,& absurdum existimans operam suam accõmodare, oculosque illorum illuminare, qui maximam hanc omnium impietatem in se admitterent. Non solũ autem sol fugit, sed & terra concussa est, nec ipsa tollerans iniquitatẽ eorum, qui hæc faciebant. Neque enim fratricidio commisso ita Cain terram contaminauerat: neque illam ita grauauerat giganteæ turris ædificatio: neque adeo eam polluerant nefaria perpetrantes Sodomitæ: neque illi qui idola ex ipsa confinxerant: neque Zachariæ sanguis, atque Abel effusus tanto eam pondere presserat, quanto Iudæi ingens hoc scelus tentari ausi. Obid enim etiam duræ petræ findebantur, vt discerent hanc esse spiritalem petram, *Bibebant enim de spiritali sequente petra, petra autem erat Christus.* O Iudæorum insaniam! petræ finduntur,& illi non sentiunt: inanimata quatiuntur, & animati non credunt, &c. quibus Chrysost. ostendit miseram Iudæorum cæcitatem,& stultitiam, dum insensibilibus etiam suo modo confitentibus, & recognoscentibus Christum, ipsi insensibiliores, & rudiores in insipientia,& malitia,& simul pertinaciter remanserunt. Et cum ad eorum oculos reuelandos, & aperiendos Verbum caro factũ fuerit, sicut bene expendit Aug. ad illa verba Ioan. 1. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, &c.* vbi ait: Quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ipsa natiuitate collyrium fecit, vnde tergerentur oculi cordis nostri,& possimus videre maiestatem eius per eius humilitatem. Ideo factũ est Verbum caro,& habitauit in nobis sanauit oculos nostros. Et quid sequitur? *Vidimus gloriam eius.* Gloriam eius nemo posset videre,nisi carnis humilitate sanaretur. Vnde non poteramus videre? intendat caritas vestra, & videte quod dico. Irruerat homini quasi puluis in oculum, irruerat terra, sauciauerat oculum,videre non poterat lucem. Oculus iste sauciatus ungitur. Terra sauciatus erat & terra illuc mittitur, vt sanetur: omnia enim collyria, & medicamenta nihil sunt nisi de terra: de puluere cæcatus &, de puluere sanaris; ergo caro te cæcauerat, caro te sanat: carnalis enim anima facta erat consentiendo affectibus carnalibus, inde fuerat oculus cordis cæcatus. Verbum caro factum est. Medicus iste tibi facit collyrium, & quoniam sic venit vt de carne vitia carnis extingueret, & de morte occideret mortem: ideo factum est in te, vt quoniam Verbum caro factum est, tu possis dicere: *Et vidimus gloriã eius.* Sic Aug exponit quomodo Filius Dei in carne nostram venit curare cæcitatẽ, clausosque aperire oculos; quod etiam prosequitur ad illa prima verba primæ epist. Ioan. in c. 1. *Quod fuit ab initio, quod vidimus, &c.* cum ait. Erat vnde videremus carnem, sed non erat vnde videremus Verbum. Factum est Verbum caro,quam videri possemus, vt sanaretur in nobis vnde Verbum videremus, &c. inde igitur vnde humana cæcitas per salutarem medicũ curari debuerat, sumpsere Iudæi occasionem maioris cæcitatis, dum contemnunt Verbum factum hominem, dum luci illuminãti omnem hominẽ malitiose oculos claudunt, dum contra lucem, luce laternis clausa, insurgunt, dum in terram cadunt cælum minime petere volentes, & stultitiam affectantes, vnde iure dicuntur populus stultus, & insipiens.

Matth. 27 *n.*45.

Matth. 27.*n.*51.

*Genes.*4. *n.*8.

*Genes.*11. *n.*4.

Gens. 19. *n* 5.

2. *Paral.* 24.*n.*22.

Genes. 4. *n.*8.

1. *Cor.*10. *n.*4.

*Ioan.*1. *n.*14.

1.*Ioan.* 1. *n.*1.

Illud item in hac cæcitate enucleandum, quod cæci etiamsi solem nõ videant, illius tamen calorem sentiunt, nemo enim est, qui se abscondat

à calore

Universidad de Deusto
Biblioteca

à colore eius, at ſtultus populus, & clauſit oculos ne lumen agnoſceret, & niueum, ac gelidum ſibi reddidit cor, nec calori peruium permaneret: illud oſtendit Guarric. ſer. 3. de Annũciat. cum Achas Regem reluctantem, & renitentem petitioni ſigni aſſerit adũbrare obſtinationem Iudæorum in agnitione ſigni illius, Virginis ſ. concipientis filium, & parientis: *Dabit Dominus ipſe vobis ſignum, ecce virgo concipiet*: ait ergo. Velint, nolint Iudæi, creauit Dominus nouitatem huius miraculi in ſignum eorum incredulitatis: vtique in ſignũ, cui contradicunt vſque hodie, plus ni fallor pertinacia odibili, quam ignorantia miſerabili. Non aliunde tamen ab origine, & conſuetudine viperei germinis, ſi modo contradicunt huic ſigno, poſt quam factum eſt, qui ab initio in Patre, & Rege ſuo impiiſsimo Achas contradixerunt ne fieret. Locutus eſt enim Dominus ad Achas dicens. *Pete tibi ſignum. Non petam*, inquit, *Et non tentabo Dominum*. O Religio profana, O pietas execranda, O humilitas doloſa. Non tentas, vt ais, Dominum, cõtemnis Dominum: quomodo enim tentares ſi fideliter obediſſes? Nunc autem quomodo non grauius tentas, quem manifeſto contemptu irritas? Nouimus vtique, nouimus dolum, & inuidiam Iudaicæ radicis, quæ & antequam Chriſtus naſceretur, inuidere cæpit gloriæ eius. Sane mira, & plane digna ira Dei, hominum tam dira peruerſitas Iudæorum, &c. vbi recolenda ſunt quæ habet Hieronym. epiſ. ad Hedib. q. 8. tom. 3. vbi ponderans quæ in morte Chriſti contigerunt, ait: terræmota pendentem Dominũ ſuum ferre nõ ſuſtinens, & petræ ſciſſæ ſunt, vt vindicarent duritiem Iudæorum, qui preſentem Dei Filium intelligere noluerunt, &c. Ecce nolentes intelligere, vt agnoſcerent, ſed rationis fores occludentes, vt repellerent.

Iſai. 7. n. 14.

Sed cum adhuc calorem ſolis, luminisve ad reuelationem gentium venientis poſſent ſentire, gelidum opponunt cor, ne calor ſpiritus ingrediatur, & viuant; qua de re videdus Athanaſ. lib. 1 de Incar. vbi videntur alludere ad id, quod Chriſtus Dominus dixit Ioan. in c. 15. *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Sic ergo habet Athanaſ. Opera clamant, & aptius indicant; quid ſpontè abnegant? quantũ libet enim mẽte cæcati ſint, vel exterioribus ſenſibus cernere licet irrefragabilem Chriſti virtutem, atque deitatem: nam, & cæcus quanuis non videat ſolem, eius tamẽ calore ſuſcepto, ſolem ſuper terram eſſe cognoſcit, ita & qui reluctantur nobis, & ſi nõdum credunt, cæcutiuntque hactenus ad veritatis lucem, at vel credentibus alijs, virtute Dei cognitã non negent deitatem, &c. ex quibus planum fit ſtultitiam iſtius gentis, dum ſapientiã repulit, affectatã, & malitioſam, & cõplacitam illis fuiſſe, nam ſicut dixit Salomon Prouer. 15. *Stultitia gaudium eſt ſtulto.*

Ioan. 15. n. 22.

Prouer. 5. n. 12.

Proprium etiam ſtultorum eſſe dixit Salomõ Prouer. 1. *Ea, quæ ſibi ſunt noxia cupere*, quæ verba ad Iudæos deduxit Hierony. quorum ſtultitia in eo relucet, quod ſibi noxia cõcupierunt, & poſtularunt, relictis ijs, quæ ſibi maximè prodeſſe poterant. Cupiebant, inquit Hier. noxia, & odiebant ſciẽtiã; & ea, quæ ſibi ſunt noxia cupient: in hoc quod præſentia diligunt, & futura non appetunt imprudentes, qui verã Dei ſcientiam, dum ſuum diligunt errorem, exoſam habent: deinde etiã conuertit ad Iudæos id, quod eodem c. præceſſerat n. 18. ipſi contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & moliuntur fraudes contra animas ſuas in hunc modũ. Spiritualiter Iudæis congruit, qui inſonti Domino tẽdiculas abſcõ-

Proner. 1. n. 22.

derunt,

derunt, eiuſque Apoſtolos virtutum pennis fultos, dolis circumuenire ſatagebant, qui timentes ne terreſte regnum perderent, cæli, terræque Regem occiderũt, &c. Si ergo ſtulti ſunt qui ſibi noxia cupiunt, & quærũt quis ſtultior inſipiente hac gente, quæ â ſe omne prorſus repellens bonum, omne ſibi acquiſiuit, & intulit damnum? Quod etiam notauit Aug. ſerm. 59. de verb. Dom. cum ponderat illa verba apud Matth. in cap. 21. *Hic eſt hæres, venite occidamus eum.* Ipſum, inquit, occiderunt hæredem, & ideo perdiderunt hæreditatem: in contrarium eis vertit malum conſilium; vt poſsiderent occiderunt, & quia occiderunt perdiderunt.

Mat. 27. n. 21.

Videnda item in hanc ſententiam ſunt quæ habet Gaudent. ſerm. 4. de manduc. agni Paſch. vbi ponderat vigilanti verbo dictum fuiſſe ab Euãgeliſt. Matth. *Principes Sacerdotum, & ſeniores ſuaſiſſe populo, vt poſtularent à Pilato Barabam, Ieſum vero perderent.* Proprio ſiquidem ore fatebãtur amiſsionem Verbi Dei, & ſuam ipſorum perditionem. Principes, inquit, Sacerdotum, & ſeniores perſuaſerunt populo vt peterent concedi latronem Barabam, Ieſum vero perderent, perdiderunt enim Saluatorem Chriſtum, & ex ore ſuo iudicati ſunt, vt moreretur in eis Verbum Dei, id eſt, eloquium Prophetarum, per quos ipſe locutus eſt, & ſicut ſcriptum eſt in Prophetis, deficerent in eis ſapientes, viueret vero in illis Barabas ille latro diabolus, quem tantopere popoſcerunt: & ideo populus, qui antea Dei diceba tur, deſijt illius iam eſſe, vt in hoc etiã illius ſtultitia pateret, qui tantũ Dominum recuſauerat, vt tam vilis, & abiecti Domini iugo colla ſubderet. Vbi item videndus Saluian. lib. 4. de prouid cum ait. Duodecim Hebræorum tribus cum electæ à Deo quondam eſſent, duo nomina ſacroſancta acceperunt: populus enim Dei, & Iſrael appellatę ſunt, ſic enim legimus Iſaiæ. *Audi populus meus, & loquar Iſrael, & teſtificabor tibi*: Ergo Iudæi aliquãdo vtrumque, nunc neutrum, nã nec populus Dei dici poteſt, qui cultum Dei iam olim reliquit, nec vidẽs Deũ (Iſrael enim videns Deum interpretatur) qui Filium Dei denegauit. Sic ille, cui accedit Tertul. lib. contra Iudæos c. 3. in fine, vbi oſtendit ſtultum populum honorificam nomenclaturam amiſiſſe, & felicem eorum conditionem proſequitur, qui Iudæis ſuccedentes in Dei cultum tranſierunt. *Populus*, inquit, *quem non noueram ſeruiuit mihi*; Prophetæ annuntiauerunt. Quis autem populus, qui Deum ignorabat niſi noſter, qui retro Deum neſciebamus? Et quis in auditu auris obediuit ei niſi nos, qui relictis idolis, ad Deum conuerſi ſumus: Nam Iſrael, qui Deo fuerat cognitus, quique ab eo in Ægypto exaltatus fuerat, & per Erythræum pelagus tranſuectus eſt, quique in eremo manna cibatus quadraginta annis ad inſtar æternitatis redactus, nec humanis paſsionibus contaminatus, aut ſæculi huius cibis paſtus, ſed Angelorum panibus manna cibatus, fati q; beneficijs Deo obligatus, Domini Dei ſui oblitus eſt dicens ad Aaron: *Fac nobis Deos, &c.* quæ latiſsime proſequitur, oſtendens quomodo ſtultus populus fuerit ille, qui hoc in loco dicitur: ſtultus, & inſipiens.

Pſal. 17. n. 45.

Facit in hanc ſententiam Ambroſius epiſt. 56. poſt princip. vbi oſtendit rationem cur Aaron annulos, inaureſque petierit ad conflandum vitulum; enim vero cum fides ſit, quæ initiatiue homines facit filios Dei, iuxta illud Ioan. *Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri, his, qui credunt*, & auris fidei conſecrata cenſeatur ex illo, *fides ex auditu*, quod bene proſequitur Bern. ſerm. 20. in Cant. paulo poſt princ.

Exod. 32. n. 2.

Ioan. 1. n. 12.

Rom. 10. n. 17.

vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi ponderat Centurionem agnouisse Christum pulcherrimũ in Cruce, vbi fœdissimus oculis proponebatur. Nigrum sensus renunciat, fides candidum, & formosum probat. Niger est, sed oculis insipientium, nam fidelium mentibus formosus valde, niger reputatione Herodis, formosus confessione Latronis, Centurionis fide: quam formosum aduerterat qui exclamauit: *Vere hic homo Filius Dei erat.* Vnde igitur aduertit pulchritudinẽ crucifixi, quod is sit Filius Dei, qui cum iniquis reputatus est? Nec Euangelistæ hoc diligentia præterijt, sic enim habes: *Videns Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamãs expirasset, ait: verè hic homo Filius Dei erat.* Ergo ad vocẽ credidit ex voce agnouit Filiũ Dei. Merito Petrus abscidit auriculam seruí, vt viam faeeret veritati & veritas liberaret eum, id est, liberum faceret; quo in loco Bernar, alludit ad libertatem, & ingenuitatem filiorum Dei, quam ex eo sortiuntur; quod fidei aditum præbeant per aures, quas illa primo petit, & pulsat, vt ad animam tandem peruadat. Pertinent itaque aures ad fidem; per quam primo homines ad prolem Dei spectant, & de illius familia censentur: in signum igitur abstrahendæ fidei à Iudæis inaures auferuntur. Annuli etiam ad fidem spectant, vnde & beata Agnes dixit: Annulo fidei suæ subarrauit me Dominus meus, & cõuerso post perditionẽ filio pater iusit dari annulũ in manu eius, vbi Ambrosius ait: Annulum quid est, nisi sinceræ fidei signaculum? Abstulit igitur Aaron inaures, annulosque insignum fidei abolendæ ab illo populo, qui velut stultus sibi honorifica munera amisit, vt noxia, & vilissima quæreret. Sic ergo habet Ambrosius loco supra citato. Coactus Aaron petit annulos eorum, & inaures mulierum, quæ tradita in ignem misit, & conflatũ est vituli caput: neque excusare tantũ Sacerdotẽ possumus, neque condẽnare audemus; non imprudens tamẽ, qui annulos Iudæis, & inaures abstulit. etenim qui sacrilegium moliebantur nec fidei signaculum habere poterant, nec ornamenta aurium. Pulchre autem dixit: *Deponite annulos & inaures aureas, quæ sunt in auribus etiã mulierũ vestrarũ,* non quo virorum inaures relinqueret, sed quo viros non habere manifestaret. Fractæ sunt primæ tabulæ, vt repellerentur secundæ, quibus per Euangelij prędicationem perfidia cõminuta euanuit, &c. quibus ostendit summam illius gentis stultitiam, dũ in causa fuerunt, vt omnia bona amitterent, & perpetuis malis inuoluti remanerent.

Marc. 15. n. 59.

Luc. 15. n. 22.

Suffragatur huic argumento Hieron, ad illa verba Mich in cap. 2. *Populus meus in aduersarium consurrexit: desuper tunicam pallium sustulistis;* vbi de Iudæis occidentibus Christum ita ait Pellem suam excoriauerunt, id est, tulerunt à se Dei, quo protegebantur auxilium, & quasi nudas carnes absque cute, & tegmine reliquerunt, vt quidquid videbatur esse pulchrum, operiente desuper misericordia Dei, hoc, illa recedente, præberet videntibus turpitudinem, &c. Quis autem sana mente præditus tegmen abijceret, & turpitudinem suam reuelaret. hoc enim aliquando contigit mẽtis impoti Noe: Quis item sano sensu consistens inter medios degẽs hostes, auxilium quo se tueretur abijceret, nisi stultus populus, qui desuper tunicam pallium sustulit?

Mich. 2. n. 8.

Genes. 9. n. 21.

Vnde iam constabit quanta cum ratione D. Aug in Psalm. 83. contulerit Iudæos cum pueris illudentibus Elisęum, & appellantibus caluum, qui quasi talibus vocibus sibi compellarent diuinam vindictam, à duobus vrsis egredientibus de saltu dilacerati sunt, & in frusta diuisi,

4. Reg. 2. n. 26.

quod in symbolum futuri Iudæorum supplicij iam tum temporis dicitur contigisse, nam sic habet Aug. Eliseus ibat, & insensati pueri clamauerunt post eum: *Calue, calue;* & propter sacramentum implendũ conuersus ad Dominum petiuit, vt eos vrsi de sylua exeuntes comederent: mortui sunt pueri, senes quandoque morituri. Iam occurit caritati vestræ ex Euang quare caluus gerebat personam Christi, & recordamini quod in caluariæ loco crucifixus est, &c. Et in Psal. 84. ait idem Aug. Quid est iste caluus? Nõ vt irredeamus illũ, sed vt ploremus ante illum, nam & irriserunt illum quidam, & à dæmonibus vastati sunt, &c. Facit maxime Rupert. lib 5. in Ps c. 22. vbi ait. Vespasianus Pater, & Titus filius ab vrbe Roma venerunt, & Iudæos interfecerunt: quam ob causam? videlicet quia pueri Eliseo illuserunt, quia stulti Iudæi & principes eorum, pueri centum annorũ propter quod, & maledicti sunt, Domino nostro illuserunt, & eum conspuerunt, & faciem eius velauerũt, colaphizauerũt, & pura induerunt, & spinis coronauerũt & flagellauerunt, tandemq; dixerunt: ascende calue, ascende calue. Quo? in locum caluariæ, in crucem ascende. Cur enim tantus vir pueris in nomine Domini malediceret, nisi lusum eorum prophetico spiritu intellexisset? nam quod intellexerit, ipsa litera præsens innuit: respexit, & vidit eos, & maledixit; plane vidit eos, & intellexit eos; intellexit in eis pueros futuros, pueros malignos. Non ergo maledictio hæc ex amaritudine irascẽtis, sed ex ratione fuit præuidentis. Sic Rupert. amentes Iudæos pueris comparat ratione carentibus, qui velut stulti irriserunt Filium Dei in carne, quo sane facto vsque hodie mortem suorum deplorare coguntur, vt irrisio lamentatione soluatur, imo quod magis est ruinas vrbis suæ, & templi non nisi dato pretio licet lamentari, sicut aduertit Hieronym. in c 1. Sophon. vbi ait. Vsque ad præsentem diem perfidi coloni post interfectionem seruorum, & ad extremum Filij Dei, excepto planctu, prohibentur Hierusalem ingredi, & vt ruinam suæ eis liceat flere ciuitatis, pretio redimunt, vt qui quondã emerant sanguinem Christi, emant lachrymas suas, & ne fletus quidem eis gratuitus sit. Videas in die, quo capta est à Romanis Hierusalem, venire populum lugubrem, confluere decrepitas mulieres, plangere ruinas templi sui populum miserum, & tamẽ non esse miserabilem; mercedẽ postulat, vt illis flere plus liceat, &c. Quotidie videmus Patres puerorum suorum lachrymas emere, pecuniamque elargiri, vt á ploratu abstineant, at senes isti infantes, qui Deũ parentem deseruerunt, & velut stulti sibi noxia elegerunt, vel lachrymas cogũtur emere pro irrisione, qua supremũ Parentem illuserunt.

Denique quam sibi comparauerint perniciẽ stulti Iudæi ostendit Dauid cum in persona Christi de illis ait: *Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis:* quibus in verbis proponitur ingenium Iudæorum, dum ad malum facile in vnum congregãtur, quod Chrysost. annotauit hom. 49. in Act. Apost. cũ Iudæi facta collectione anathematizarunt se neque esuros, neque bibituros donec occiderent Paulum: ait ergo Chrysost. Talis est gens, vt quando in bonum conueniendũ, neque duo concurrunt: quando autem in malum, populus totus, & accipiunt socios, ac principes; hos igitur congregatos asserit Dauid similes esse apibus, & igni in spinis; vbi Agell. ait: duabus rebus comparauit, quæ violenter irruunt, sed quarum impetus cito desinit, & vires non tã alijs nocent, quam se ipsæ consumunt: apes enim vehemẽti impetu insiliunt,

Psal. 117. n. 11.

Act. 22. n. 12.

sed vbi aculeos defixerint, ipsæ moriuntur, & ignis si spinas corripuerit, illico per totum crepatione terribili omnia peruadit, sed sonitus ille, & flãma spinis exustis vt cito cõquiescunt, ita nec carbo quidem ex incẽdio relinquatur, &c. Apes itaque sicut notauit Virgil. 4. Geor.

Spicula sua relinquunt
Affixa in venis, animasque in vulnere ponunt.

Sic & Iudæi dum in Christum insurgunt, se ipsos prosternunt, & dũ Christum vulnerant, ipsi exanimantur: vnde Cassiod. ait: sicut apes pungendo se euiscerant, ita Iudæi Christum occidendo perierunt. Quæ maior autem insipientia poterit reperiri, quam propriam perniciem sibi conciliare, manus inferre, mortem denique sibi concisere? Hoc itidem secunda similitudo ignis denotat, ampliusque constabit si aduertamus Aquil. Symmach. & Hierony. vbi nos habemus: *Exarserunt sicut ignis in spinis*, legere; *Extincti sunt sicut ignis in spinis*: etenim dum insano odio in Christum exarserunt, se ipsos pariter, & penitus extinxerunt; & dum suum interitum conciliant, nobis summum emolumentũ operantur. quæ est alia stultitia vt totum insipientiam prorsus redoleat, quod notauit Aug. legens sicut. 70. *Circundederunt me sicut apes fauum*, deinde vero ait. Quid ab ignorantibus gestum sit mystica subtilitate Spiritus sanctus loquitur, mel quippe apes operantur in fauis: nescientes autem persecutores Domini fecerunt eum nobis in passione dulciorem, vt gustemus, & videamus quã suauis est Dominus, qui *mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram*; Aug. suffragatur D. Leo ser 1. de pas. c. 5. vbi Iudæos alloquens ait. Mors Christi nos liberat, vos accusat; merito soli nõ habetis, quod omnibus perire voluistis.

Viden si potuit stultior, & insipiẽtior populus reperiri, quam Iudæorũ, qui præ ingratitudine talia Deo reddidit, quæ nec nominare fas est, sibiq; propriam consumptionem comparauit, & velut phræneticus, & insanus manus in medicum violentas iniecit, & dum illum crucifigit, maledictionem incurrit eorum, qui in ligno pro delictis pendent: dum parentem parricidæ occidunt, á filiorum honore deturbantur; dum Dominum contemnunt, neque populi eius nomenclaturam retinent; dumque columnæ alligant flagellãdum, vna eis calamitatis columna totus terrarũ orbis est, per quem varie fusi, sparsique sunt, sicut dixit Nazianz. orat. 12. vbi Elias Cretens. n. 36. ait. Columnæ ex ære, vel lapide, ait, erumnas, aut vituperationes aliquorum continentes, eas prætereuntibus spectandas exhibent; meritoque proinde Tertul. in apolog. c. 31. ait. Iudæis erat apud Deum gratia vbi & insignis iustitia, & fides originali non auctorum: vnde illis, & generis magnitudo, & Regni sublimitas floruit, & tanta felicitas, vt de Dei vocibus, quibus edocebantur, de promerendo Deo, & nõ offendendo, præmonerentur, sed quanta deliquerint fiducia Patrum inflati, ad declinandũ deuitantes, à disciplina in profanum modum, & si ipsi non confiterentur, probaret exitus hodiernus ipsorum, dispersi, palabundi, & cæli, & soli sui extorres vagantur per orbẽ sine homine, sine Deo Rege, quibus nec aduenarum iure, terram, patriam saltẽ vestigio salutare conceditur, &c. talis itaque redditi sunt præ nequitia, & ingratitudine, qui præ insipientia, & stultitia talia Domino reddiderunt; vnde gloriæ, & honoris nomenclaturas amittentes hanc præ omnibus iure acquisierunt, quæ illis hoc in loco tribuitur: *Populus stultus, & insipiens.*

ANNOTAT. V.

Quomodo Deus dicatur Pater hominum?

VT ea, quæ sequentibus annotationibus á nobis tradenda sunt clarius elucescant, illud præmittendũ est, magnã .s. concertationẽ esse inter Latinos Autores de Etymologia huius nominis, *Pater*, nam Varro lib. 4. de lingua Latina á patefaciendo deductũ esse putat. Cornut. vero in comment. ad Pers. á patrando dictũ existimat, alij Patrem quasi pastorẽ á pascendo deriuant; alij á patiẽdo, alij tandem á portando desumunt, vtcumque tamẽ se res habeat; melius ostendemus Deum Parentem hominum, si singula, quæ parentibus á dictis Autoribus tribuuntur cum Deo Parente conferamus.

Ergo Patrem hominum se ostendit Deus patefaciendo, nam initio statim nascentis orbis ostendit se velle esse Patrẽ cũ dixit: *Faciamus hominem, &c.* quæ verba ponderans August. lib. 3 de Gen. ad lit. c 12. ait Deum quando cæteras creaturas produxit dixisse, *secundũ genus suum*, aut quid simile, quãdo vero hominem creauit, non idem asseruit, sed illud aliud, ad imaginẽ, & similitudinem nostram. Etenim verba illa: secundum genus suum (hoc est iuxta genus suum) significant virtutem illam, quam omnia animantia habent ad generandum sibi similia, quod etiam in homine reperitur. & sic exposuit Aug. Hoc est ergo secundũ genus, vbi & seminum vis, & similitudo intelligitur succedentium decedentibus; ideo ergo quia genitum animal generanti simile nascitur. dicitur esse iuxta genus suum: cur & de homine non ita dictũ est: faciamus hominem ad imaginẽ, & similitudinẽ nostram secundum genus, cũ & hominis propagatio manifesta sit? Sic August cui quæstioni responsio in eo videtur consistere, quia si quodlibet animal generãti se simile nascitur, cum Deus sibi similẽ hominẽ produxerit, ostẽdit proprius, ac verius ipsum Deũ esse hominis Patrẽ quã illũ ipsum, qui hominẽ in lucem editum generauit, & ideo qui à Deo recedit veluti in aliam speciem transit, quod bene dixit Chrysol. de prodigo loquens: à se migrat, & ab homine trãsit in bestiã paternę pietatis immemor gratiæ genitoris oblitus, & D. Aug. in Psal. 70 ibi: Dñe qui similis tibi obseruat qualiter homines Dei similitudinẽ amiserint: & cũ hæc filiatio cõsistat in Dei obsequio, & obedictia, aliã pessimã similitudinem voluit homo appetere immemor verborũ nostri tex. Qui fecit, & possedit, & creauit te; ait ergo August. expendens quomodo homo voluerit esse similis Deo, vt nullo sibi dominãte, fieret sicut Deus, quia Deo nullus vtique dominatur: quæ est ista peruersa similitudo, &c. Volui esse peruerse similis tibi, factus sum similis pecori, &c. quodque amplius est. Deus semper est Pater, etiam cum nos filij, nec sumus, nec esse volumus quod fatetur ille perditus filius, qui confitẽdo se indignum filiatione, ipsum tamen adhuc compellat Patrem, ait enim: Pater non sum dignus vocari filius tuus. Cur ergo ipsum appellas Patrem qui filium esse minime mereris? Vtique quia quantumuis filius Patrem deseruerit, & se iam non appellauerit filium, ille semper & Pater est, & vocatur, & in recessu filij, & in accessu; quod videtur adumbratũ in illa scala Iacobo ostensa, per quã & ascendebant Angeli, & descendebant, cũ tamen perpetuo innixus scalæ Deus ostenderetur, vbi D. Hieron. agnoscit mysterium præsenti argumento non incongruum, ait enim epist. 11. ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

umbratum ibi esse, & impiorum ascẽsum ad Deum, & descensum iustorum á Deo per peccatum. Quantũuis igitur & peccator in terra sit, ascendat confidenter ad Patrem, qui semper innixus est scalæ, insuper & iustus cum á gratia ceciderit meminisse debet se reliquisse Patrem, quem diligere tenebatur, ad quem tandem ascendere confidenter poterit quandoquidem nullum filium deserit, & à paterna pietate non recedit. Cæteri quidẽ parentes cum filios generant operi venereo, sed naturalissimo operam dantes ratione priuantur, at Parens hic dum hominem produxit de illo dicitur Sapient. 9. *Sapientia tua constituisti hominem vt dominaretur creaturæ, quæ à te facta est*: vox Græca significat elaboratum opus, seu vas singulari artificio, & consilio constructum, propositoq; Creatoris ipsius fine, qui mox additur de dominatu, decebat enim Parentem Deum principem rerum omnium producere filium, vt non tantummodo veluti seruus intelligeretur conditus, sed ad principandum productus, quod magis colligũt sancti Patres, Nyssen. de Opif. hominis, Cyrill. 3. cõtra Iulian. Greg. 9. moral. c. 27. & Chrysost. ex illis verbis: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinẽ nostrã.* Cætera enim imperio suo edidit, dixit enim, & facta sunt, at vero hominem cõsultatorijs, & hortatorijs præmissis produxit, vt & sapiẽtia in eius opificio reluceret, & amor parentis, non imperium denotaretur.

Sap. 9. n. 2.

Genes. 1. n. 26.

Cum ergo se demonstrauerit parentem patefecit summam erga nos benignitatem, pro qua re est optimus locus apud Aug. lib. de verbis Dom. secund. Matt. ser. 16. vbi inter alia sic ait. Multum interest inter peccatũ irascentis, & crudelitatem odio habentis, nam & filijs nostris quandoque irascimur, odisse vero filios quis inuenitur? In ipsis quoque pecoribus mater aliquando buccula sũ; gentem, vitulum tædio quodam auertit irascens, sed visceribus amplectitur matris: quasi tædium facit cum impingit, queritur tamen si deest, &c. Quod totum ad Deum conuersum, eum parentem demonstrat, etiam cum auersum videmus, & paternum affectum probat, ac patefacit dum maxime occultatum arbitramur; qua de re videndus Bernard. serm. 16. in Cantic. ante med. vbi inter alia ait. Non est quod a Patre formides, qui etsi quandoque feriat, aut emendet, nunquam tamen vt vindicet. At vero cogitantem quod Patrem offenderim, est certe quod pudeat: etsi nõ quod terreat: *Voluntarie genuit me Verbo veritatis*, nõ stimulo carnalis cupiditatis excusit, quemadmodum genitor earnis meæ. Deinde etiam non pepercit Vnigenito pro sic genito. Ita ipse quidem Patrem se exhibuit mihi, sed non ego me illi vicissim filium. Quanam frõte attollo iam oculos ad vultum Patris tam boni tam malus filius? Pudet indigna gessisse genere meo, pudet tanto Patri vixisse degenerem: & cætera, quæ prosequitur eleganter in eandem sententiam.

Patefecit etiam Paternam dilectionem cum Matth. 23. dixit: *Nolite vocare Patrem super terram, vnus est enim Pater vester, qui in cælis est*; vbi Abulens. q. 22. & 23. asserit fundamentum huius promissionis esse, quia nullus pater in terra reperitur, qui pater omnium hominũ sit, imo nec qui pater totius vniº hominis sit, quilibet enim dimidiatus Pater est, carnis. s. progenitor, nõ vero animæ, quæ præcipua pars hominis est. Cũ vero Deº animã producat, merito ipse Pater est; etenim Plato dixit animam esse totum hominẽ, & Arist. 9. Etic. c. 4. hominẽ dixit præcipue esse mentem: quam quidem veritatem mater illa septem filiorum 2. Machab. 7. cõfessa dixit ad

Matt. 23. n. 9.

2. Mac. 7. n. 22.

illos.

illos. *Nescio qualiter in vtero meo apparuistis, neque enim ego spiritum, & animam donaui vobis, & vitam, sed mundi Creator, qui spiritum vobis cum misericordia reddet, & vitam*: quo forte respiciebant Iudæi, qui quantũuis se de Abrahamo parente iactarent; quãdo ad Deũ accedebant aliquid petituri, quo fidẽtius id facerent, & certius concessionem sibi pollicerentur Deum Parentem compellabant, vt Isai. 63. *Tu enim Pater noster, &c. Abraham nescivit nos, & Israel ignorauit nos, & tu Domine Pater noster*: quasi cæteri parentes non fuerint, neque dici possent in comparatione Dei, & c. 64. *Pater noster es tu*; & Malach. 2. *Nunquid non Pater vnus omnũ nostrum? Nunquid non Deus vnus creauit nos? &c.* Imo & ipse Deus prouocat ad huiusmodi nomẽclaturã Hier. 3. dicens. *Saltem a modo voca me Pater meus, &c.* quasi voluerit Deus vt ignobili seruorũ nomine omisso, filiorũ appellationẽ in maiorẽ gloriã sibi vsurparent. Carpit Martialis quendã, qui Patrẽ suũ Dominum appellabat, quasi se in seruorum numerũ & conditionem adscriberet lib. 1. epigr. 4.

Isai 63. n. 16.

Isai 64. n. 8.

Malac. 2. n. 10.

Hier. 3. n. 4.

E seruo scis te genitum, blandeque fateris
Cum dicis Dominum, Socibiane, Patrem.

At supremus hic Pater vt summam erga homines benignitatem patefaceret, quos seruos cõdidit, filios habere voluit, quod bene admiratus Ioan. dicit 1. epist. c. 3. *Videte qualem caritatẽ dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus.*

1. Ioan. 3. n. 1.

Quod si Pater dicitur à patrando, quæ Deus patrauerit pro nobis constat ex argũmẽto Pauli Rom. 8. quod á minori affirmatiue Logici appellant: si quod minus videbatur faciẽdũ factũ est pro nobis, ergo etiã quod magis faciendum videtur. *Si proprio Filio suo*, inquit Paulus, *non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Ex quo loco Hilar. 6. de Trinit. recte colligit Christum esse Filium Dei naturalem, cui Pater omnium nostrum non pepercit propter nos filios adoptiuos, quos in tantum dilexit vt Filium naturalem daret, vnde iam cætera facile pro nobis patranda constaret. Solent parentes ea, quæ potiora sunt filijs concedere, & quæ difficiliora sunt pro filijs patrare, vt cætera inde, quæ supersunt, facienda facili negotio colligant, quod optime probat Hieron epist. ad Damasc. vbi obseruat id quod inuidus filius dixit quando pater vt perditum, sed iam restitutum filium exciperet vitulum saginatum occidit: *Nunquam dedisti mihi hadum.* Aduertit igitur quid filius patri obiciat; quid item filio pater fecerit: melior vtique erat vitulus hædo, illum igitur Pater occidi fecit, at inuidus filius nec hædum sibi concessum obiecit, quem pater non tribuit, quia meliora solent patres filijs elargiri, ait ergo Hieron. Nunquam pater deteriora dat munera, habes vitulum immolatũ, ingredere manduca. Quid hædum quæris, cui agnus est missus? Et ne dissimules te nescire, quod missus est, Ioannes tibi eum in eremo demonstrauit. *Ecce agnus Dei, &c.* & Pater quidem quasi clemens, & pænitentiam tribuens te hortatur ad vitulum non immolans hædũ quẽ stare scit ad sinistram. Sic Hieron, ostendit optima, & prima, ac præclarissima patrem concedere, vnde posteriora minime deneganda cẽseantur. & qui agnum tribuit, & filium concedit ei, qui hędũ postulauerat, cętera quidem patraturum velut Patrem aperte constat.

Luc. 15. n. 29.

Patrem etiam se exhibet Deus in pascẽdo, dũ hominem cõdidit post parata omnia necessaria, dumque pænitentẽ conuiuio excipit, famelicũ recreat, & reficit, quod bene versat Tertul. de pœnit. c. 8. vbi ait. Illum notissimum Patrẽ nõ tacebo, qui prodigũ

Rom. 8. n. 32.

filium reuocat,& post inopiam pœnitentem libens suscipit,immolat vitulũ præopimum, conuiuio gaudiũ suũ exornat. Quid ni? Filium enim inuenerat,quẽ amiserat, cariorem censerat quem lucri fecerat. Quis ille nobis intelligendus Pater? Deus. s. tam Pater nemo,tam pius nemo,&c Hinc est quod apud Matth. & Luc. ait Dominus. *Nolite soliciti esse dicentes, quid manducabimus,aut quid bibemus? Scit enim Pater vester cælestis, quia his omnibus indigetis*: vt .s. nobis innotescereat qua cura,& diligentia ea, quæ nobis necessaria essent,á Deo ministranda forent; paterna s. qua nulla maior. Vnde Gregor lib 19 moral. c. 14. versans verba illa Iob c. 29. *Pater eram pauperum*;ita ait. Plerumque multa hominum pauperibus largiuntur, non quia eosdem pauperes diligunt, sed quia si minime tribuant iram iudicij supremi formidant: qui si Deum non metuerant,quæ habent dare noluissent. Quia igitur aliud est bonum opus ex præcepto, aliud vero ex effectu facere,sanctus vir vt mentem nobis suæ operationis insinuet, dicit: *Pater eram pauperum*; non enim patronum se, vel proximum, vel adiutorem pauperum, sed Patrem fuisse testatur: qui nimirũ magno caritatis officio studium misericordiæ vertit in affectum naturæ, vt eos quasi filios cerneret per amorem,quibus quasi Pater præerat per perfectionem. Sic ille, ex cuius doctrina constat,qua mente Christus nos securos reddere voluerit, nihil omnino defuturum ijs, qui Patrem habemus Deũ,quando ipse solicitus admodum de filijs & quærit solicitudine amoris, & impertitur parentis affectu omnia necessaria.

Matth.6. n.31. Luc.12. n.11.

Iob.29. n.16.

Si denique Pater dicitur à patiẽdo, seu portando,quis tot patitur offensas,tot dimittit scelera, tot dissimulat peccata,tãdiuque expectat sicut summus omnium Parens? Vnde Tertul. lib.de pœnit.c.8. ait. Etsi acceptum ab eo prodegeris, etsi nudus redieris, recipiet quiaredijsti,magisde regressu tuo,quam de alterius sobrietate lætabitur. Si famem tuam cum saturitate mercenariorum paternorum compares,si porcos, immundum relinquas pecus,si Patrẽ repetas, vel offensum. Sic Tertul. cui suffragatur Chrysost. hom de pœnit. ad fin. cum loquens de eodem Patre prodigi, qui perditũ filium sic excepit,ac si in nullo ab eo læsus fuisset,ait Non turbatus est Pater,sed mitibus suscepit manib⁹. Quid ita? Quia Pater, non Iudex erat, &c. Iudex quidem nihil inultum remanere patitur,sed impietati obuiat gladio,& flagello occurrit, Pater vero extensis brachijs,vt paterno excipiat animo, induat visceribus, inuisceret corde, omnia enim sustinet, portat, ac patitur,quia Pater est: ideoque veniam impetraturus filius non excusationes allegat, non emendationem vouet, non flagello se submittit deprecando, sed Patris tantum nomen inuocat dicens : *Pater peccaui*: sciens Patrem omnia proculdubio dimissurum,qui omnia patitur cum Pater sit. Patrem vocat (inquit Hieronym. tom. 4. epist. ad Damasc. quæ est de hac parabola)qui se filij nomine fatetur indignum: vt .s. dignus reddatur,qui Patrem adit,& inuocat, omnia siquidem tolerare debet, dissimulare,& dimittere qui Pater est. Pater itaque omnium est Deus,& quia omnes diligit, & quia se eis manifestat, & quia multa pro eis patitur, & quia eos pascit,& alit: tandemque eos sustinet,portat,& patitur.

ANNOT. VI.

Qua ratione Deus dicatur Pater Iudæorum.

QVoniam Moyses in præsenti Israelitis obijcit Diuinã Paternitatẽ,quæ eos in officio cõtinere poterat,cuius ipsi obliti ab officio & filiatione desciuere, eã in præsenti prosequemur, vt & Iudæorum dignitatem diuinitus concessam ostendamus, & eorum stultitiam, dum tam facile amiserunt,aperiamus. Merito itaque synagogæ proceres tantæ dignitatis titulo gloriabantur apud Isai.c 63.cum dicebant: *Tu Pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu Domine Pater noster à sæculo nomen tuum*; vbi Hieron. ait: tu es Pater noster, qui Creatores omniũ, cæteræ siquidẽ gentes Dominum, ac Creatorem suum possent appellare Deũ, at gens Hebræa omnium Dominum, peculiarem Parentẽ appellabat, vnde apud Ioan. in cap.8.dicebant. *Nos ex fornicatione nati non sumus,vnum Patrem habemus Deum*, vbi Rupert. Re vera, inquit:gentis huius magna, & singularis nobilitas est.

Isai 63. n.16.

Ioan. 8. n.41.

Age igitur & Patrem ostendamus ex notis, ac signis parentis. Primum igitur signum inculcatur,quod Pater dicatur à patefaciendo; Hoc late prosecuti sumus ad Cant Moysis Exod. 15.vbi ostendimus eloquia Dei tradita,& iudicia ipsius manifesta fuisse Iudæis,quibus veluti filijs cor suum aperiebat, & doctrinam instillabat,vnde Salomon eos conuocans ad audiẽdum Parentem Deum dicebat. Prouer. 1. *Audi fili mi disciplinam Patris tui*; quæ verba liceat modo cum Lyran. Bed.Hugo.& Dionys de Parente Deo interpretari patefaciente filijs suis Iudæis iudicia, & eloquia sua.

Prou.1. n.8.

Quod si Pater dicitur à patrando recolenda vtique sunt ea, quæ Deus in educendo populum istũ de Ægypto,atque deducẽdo ad terrã promissã mirabilia edidit, quæ quia notissima sunt,prosequi nõ licet,& cũ velut Pater in mirabilibus suis veluti filium eduxerit Israelem, Ægyptios profecto veluti durissimus Rex flagellauit, & oppressit tanquam viles seruos,vnde Salomon Sap.11.assignãs discrimẽ inter Hebræos, & Ægyptios, de illis ait. *Hosquidem tanquã Pater monens probasti*: de Ægyptijs vero ait: *Illos autem tanquam durus Rex interrogans condemnasti*, Græce, *Præfectus, prædurus*, quale saxum; sic enim tanquam ad alienos factus est Ægyptijs, quando velut filios amplexatus est Hebræos.

Sap. 11. n.11.

Patrem insuper se probauit pascẽdo, ipse de cælo panẽ ministrauit, carnes attulit in abundantia, conuertit rupes in fontes aquarum, deniq; eos introduxit in terram fluentem lacte, & melle, id est, omnibus bonis, & delicijs abundantem; dumque panem, & cibum præstitit Patris munere functum se testatur, cum dixit Matthæi 15. *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus*, vbi filios appellat Israelitas, Gentiles vero canes dicit.

Mat.15. n.26.

Si vero Pater dicitur à patiendo, ipse quidem *mores eorum sustinuit*, vbi notandum est verbũ illud, sustinuit, quod miram patientiã denotat, vnde Rupert.ad c.3.Ose. n.3. ait. Mirã Dei patientiam, cuius & Paulus in Act. Apost.meminit his verbis:*Per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit*, populum rudem, & spiritualia nescientem mysteria, patienter sustinuit,& quãuis multorum ex illis corpora prosterneret in deserto, vt patet c.23 Numer.29.&37. residuis tamen multis,& magnis blandiebatur miraculis,circumducendo illos,& docendo,vt Moyses ait, & custodiẽdo quasi pupillam oculi sui. Quod si vbi nos habemus: *mores eorum sustinuit*: cõsulatur Græc. tex. inueniemus ferre mores idẽ esse,ac se accõmodare ad illos, eisque inseruire.notauitq; Budæus in cõment.linguæ Græcæ Marcũ Tulliũ hoc verbũ in ista significationeGręcã

Act.13. n.18.

Deut.32. n.10. & 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

t solet, cum Attico suo vsurpasse, quando lib 13. epist 29. ait. Indulge mbitioni meæ insanæ, & insolenti, el elationi meæ: & tunc sensus erit: ndulsit Deus, & sese accommodauit ubijciens,& inseruiens moribus Iu ræorum. Vnde Isai. cap. 46. *Audite me domus Iacob, & omne reliquum domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo. Ego feci, & ego feram. Ego portabo, & saluabo.* Isai. 46. n. 3.

bi D. Hieronymus ait. Docet eos in ar puerorum, atque lactentium, ita Deo quasi matris vtero, & vulua prægnantis ex Ægypto esse portatos: non quod Ineffabilis Dei, incomprehensibilisque maiestas, aut vterũ habeat aut vuluam, & est sensus, qui vos genui ab infantia, & meo vtero, vulnaque gestaui: ipse vsque ad senectam protegam, non meam, sed vestram, vt eos doceat Diuina misericordia esse saluandos.

Neque nouum, aut mirũ est si Deus vt Patrem se probet, matris similitudinem afferat, hoc enim in maiorem cedit amoris manifestationem, nam sicut aduertit Chrysost. lib. 1. de prouid. post med. Deus Pater, ac mater nobis dicitur, & est, quod paterno, & materno nos pleno æstimationis, & teneritudinis amore prosequatur, imó omnes naturales affectus longe excedat, inter amores autem parentum, sacro eloquio commendatum habemus matris amorem, cum Dauid dixit de Ionath. 2. Reg. 1. *Amabilis super amorem mulierum*, idque magis aperiens, ait. *Sicut mater vnicum amat filium, ita ego te diligebam*, & apud Isai. 49. *Nũquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui*, Vbi notanda est vox Hebræa, *Issa*, id est, virago, in qua teneritudine viget amor erga primã, recenterque natam prolem, & vbi habemus infantem suũ aduerbũ ex Hebræo. *lactentis sui*, erga quos matres summopere afficiuntur: *& si illa oblita fuerit.* Pagnin. *Etiam si istæ obliuiscantur, at ego non obliuiscar tui.* Est itaque maternus amor extrema linea amoris, & ex Platone lib. 26. qui est de pulchro, ad furoris speciem, quę Græcis mania dicitur, lunæ cognata reducitur: quo amore nihil quidem mollius est. teste Nazianz. Orat. 31 n. 8. itemque Æneid. 8. nihilque hoc amore feruentius, & ad dura toleranda, arduaque aggrediẽda. Vnde stulta reputatur, & est struthio, *Quæ indurat ad filios suos, quasi non sint sui.* 70. *crudeliter tractat filios suos, quasi non sę ipsam*; de qua videndus Plin lib. 10 c. 1. Et cum maxime reluceat amor parentum in patiendo, mater plurimum testatur affectum hac in re, sicut prosequitur Basil. hom. in varios Scripturæ locos, vbi ait. Mulier tenerũ est animal, cui Conditor teneriorem naturam dedit, vt paruulos humanius, ac benignius educaret. Vt puer bene nutriatur mulieris natura dulcior est, humaniorque creata, si enim mulier austeri or fuisset, nequaquam plorantem infantem, vlnis ac pectore foueret, atque complecteretur; nunquam proprij sæpe cibi oblita vbera infanti tãta patientia præberet; nunc autem matrum viscera somnum sæpe à palpebris discutiunt, si quando infanti breue quid acciderit, &c.

2. Reg. 1. n. 26.

Isai. 49. n. 15.

Iob. 39. n. 19.

Hanc igitur patientem dilectionẽ in se testatur Deus sustinens durissimos Israelitarum mores, quos statim perderet, nisi benignitate portaret. Vnde D. Chrysost. lib. 1. de prouid. circa med. tom 5. expendens illa verba Psalm. 102. *Quomodo miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.* Miratur Diuinam Clementiã, quę omnem humanam excedit, & ideo non comparatiue asserit Dauidem fuisse locutum hoc in loco, sed ex humanis ad homines loquens desum-

Psal. 102. n. 13.

psisse summum apud eos pietatis exẽplum. Non comparans, inquit, dicit; quæ enim humana Clemẽtia Diuinæ Bonitati conferri posset, sed quia exẽplum summæ affectionis nullum nos maius nouimus, quam patris ad filiũ. Nisi fortasse Isai. maius aliquid docuit, qui matris potius exemplo vsus est, &c. Ex eo igitur patris, matrisque nomine vtitur Deus, vt ex ijs, quæ naturales, & humani parentes sustinere, & pati solent præ amoris magnitudine, ascendamus ad cognoscẽda longe grauiora, & acerbiora, quæ cælestis Pater sustinuit, & passus est in educenda, deducenda, introducẽdaque gente Iudæorum in terrã promissam.

Quod optime ostendit Chrysost. tom. 1. proæm. item primo in Isai. ant. fin. vbi versans verba illa: *Sabbatha vestra odit anima mea*, & illa: *Lauamini, mundi estote*, ait. Ipse dixit; *Non audio vos*, ideoque dixit. *Lauamini*, ad quem sensum illa prædicas? Vt ex vtroque vtilitatem reportes. Illa intentat, vt ipse timeam, hæc infert; vt mihi per hoc adsciscam salutem. Si forte spem salutis à se proiecerunt, qua ratione dicis: lauamini? At qui Pater ipse est amantissimus filiorum, solus bonus præ quouis Patre, viscera diffundens fuæ exorabilis Clementię. Vtique condiscas eum esse Patrẽ, dixit eis: *Quid faciam tibi Iuda?* Non nosti quid facias? Noui, verum nolo. Natiua habitudo peccatorum pænitentiam vltricẽ reposcit: sed Diuinę Clementiæ magnitudo cohibet: quid tibi faciam? Ignoscam ne tibi? Sed eo efficieris incogitatior, ac segnior. Adoriar te? Sed mea erga homines benignitas id non fert. Quid tibi faciam? *Vt Sodomam ponam te, & vt Gomorrham te subuertam? Conuersum est cor meum*: nulli obnoxius perturbationi hominẽ imitatur commotũ affectibus, verius matrem repręsentat liberos deamantem. Conuersum est cor meum, quasi dicat mulier de puero: conuersum est cor meum secundum maternam affectionem. Sicut igitur illa sustinet, patienterque se habet, & potius iram in se conuertit, quam in filium; sic & Deus omnem paternum, maternumque affectum superans offensas patitur, & iniquitates portat, eorumque fert scelera, quorum ipse se fecit Patrem.

Ose. 11.

Probat insuper & Deũ Patrem esse in portando locus ille Isai. 28. vbi dicitur: *In loquela labij, & in lingua altera loquetur ad populum istum, cui dixit: hæc est requies mea, reficite lassum*, quo in loco Forer. vult esse sensum quod Deus se accommodauerit insciticæ illius populi, & immutatam pronuntiationem assumpserit, qualis solet esse eorum, qui cum balbutientibus solent balbutire, sicut facere solent parentes, nutrices, & pædagogi, quorum magna probatur sustinentia, dum diminutã loquelam paruulorum imitantur, & grandæui iam puerilem linguam induunt. Et sane instar pædagogi, ac balbutientis patris se habuit Deus cum ea gente, sicut eleganter prosequitur Nazianz. orat. 5. de Theolog.

Isai. 8. n. 11.

Nouerant hanc diuini Parentis sustinentiam ipsimet Iudæi, qui cum eum grauiter offendissent, confidenter tamẽ adibant veniam impetraturi dicentes apud Isai. *Cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ: Et nunc Domine Pater noster es tu, nos vero lutum, ne irascaris Domine satis, & ne vltra memineris iniquitatis*: vbi Diuus Hieron ait Si nostra consideremus merita, desperandum est: si tuam Clementiam, qui flagellas omnẽ filiũ, quẽ recipis; audemus preces fundere: tu enim Pater noster es, qui dignatus es dicere: *Filius primo genitus meus Israel.* Scientes esse nos filios, audemus dicere: *Ne irascaris Do-*

Isai. 64. n. 8.

Exod. 4.

mine satis Et sane quia ipse Pater est statim c. 65. introducitur velut Pater offensores filios ad se vocans extensis manibus, cum ait. *Expandi manus meas tota die*; vbi D. Hierony. ait. Possumus expansas manus, & in largitate donatis accipere, quod eis petentibus nihil denegarit, & statim addit. Significant expansæ manus, & Parentis clementiam suos filios in sinu recipere gestientis. qui é contrario ambulauerunt in via nõ bona, & secuti sunt cogitationes suas: quod quidem videmus in sene Patre accurrente, & cadente super collum filij, vt eum intra viscera reciperet, qui substantiam suam in regione longinqua consumpserat viuẽdo luxuriose.

Isai. 65. n. 2.

Si Pater etiam dicitur á portando, ipse quidem Deus portauit Israelitas in humeris suis, sicut n ii latius prosequemur. Cum itaque Deus illius gentis Pater fuerit, & Patris munus tot modis obierit, illa per summam ingratitudinem Patrem offenderat, reddens pro beneficijs offensas, pro amore idolatriam, pro obedientia contemptum, iusto Dei iudicio meruit vt in maiorem confusionem, & pudorem nomine filij populum illum & puniat & perdat, sic enim intelligendum censeo locum illum Ezech. 20. vbi apostropha habetur ad gladium, scilicet, Nabuchodonosoris, facta à Deo, seu in persona Dei, quidquid refragentur Hebræi, & illorum studiosi: sic igitur ait Deus. *Qui moues sceptrum filij mei succidisti omne lignum*; quasi dicat, quia me Patrem aspernatus, meumque filiũ esse omnino oblitus est, ideo ego dum punio, filium appello, non vt leuior sit ictus, sed atrocior & qui succidat thronum eius, qui pro eiusdem throni conseruatione Filium meum naturalẽ occidere ausus est. Ait vero D. Hierony. eo in loco. Loquitur ad gladium Nabuchodonosor, vt veniat contra Hierusalem, & ad ipsum apostropham facit: tu es qui moues, atque subuertis sceptrum filij mei, imperium, videlicet, populi Israel: deinde ad prophetã; hic gladius probatus est mihi, & hoc cum sceptrum meum, Regnumque subuerterit, quod vltra non erit, & in Sedechia finietur. Sic ille ostendit ex eo tale supplicium subijsse gentẽ Israel, quia oblita est talem colere Parentem, ipse vero tantæ memor iniuriæ, dum punit filiationis meminit in maiorem ignominiam & confusionem filij, qui non sterit Parentis talis præceptis, & obsequio. Vnde iustissima est ea quæ rela apud Hier. in c 35. vbi Diuinum Oraculum ait. *Præualuerunt sermones Ionadab filij Redab, quos præcepit filijs suis, vt non biberent vinũ vsque in diem hanc, quia obedierunt præcepto Patris sui: Ego autem locutus sum ad vos de mane consurgens, & loquens, & non obedistis mihi.* Iuste itaque conqueritur Deus quod plus ponderis habuerint verba Ionadab apud filios suos, quam præcepta Domini sæpe, ac diligenter repetita, & tanto studio commendata, quodque magis est; obedierunt Rechabitæ in difficili hominibus præcepto de non ædificanda domo, non plantanda vinea, aut possidenda, neque alio semine serendo, vnde, & in tabernaculis perpetuo habitabant, quæ omnia humanis desiderijs omnino opponuntur, ipsi tamen ad amussim obseruarunt: at Israelitæ paterna verba omnino abijcientes, talia illi reddiderunt, quibus indigni facti sunt, vt Dei filij appellarentur.

Hier. 35. n. 14.

Teste Valerio Maximo lib. 3. c. 5. Degeneri Africani filio annulus è manu detractus est, in quo caput Africani parentis sculptum erat; addit vero Max. Dij Boni quas tenebras, ex quo fulmine nasci passi estis! in re ité prẽsenti ijs, qui á tanto Parente degeneres defecerunt, honorificus iste titulus adimitur, alius vero subrogatur

Ezech. 20. n. 10.

pessimus,

pessimus, dum filij diaboli à summa veritate asseruntur: *Vos ex Patre diabolo estis.* Quia vero, & ipsi gloriabantur post Deum patrem habere Abrabam, ne quid honoris illis superesset dixit Ioannes Bap. *Ne velitis dicere patrem habemus Abraham*: addit vero Hierony. huius rei rationem ad c. 65. Isai. dicens. Quomodo possunt huius esse filij, qui dixerunt ligno, & lapidi: genuisti nos, vbi Hieron. alludit ad illud Hier. 2. *Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic cõfusi sunt domus Israel ipsi, & Reges eorũ, principes, & sacerdotes & prophetæ eorum dicentes ligno: Pater meus es tu: & lapidi, tu me genuisti.* Qui ergo in tantam insaniam deuenerunt vt insensibile lignum, durumque lapidem parentes vocauerint, omnem prorsus honorificam paternitatem demeruerunt. Vnde, & iustè se tanto titulo priuatos agnoscentes dicunt Isai. in c. 63. *Facti sumus quasi in principio cum non dominareris nostri, nec inuocaretur nomen tuũ super nos*, vbi exponente Hierony. non solũ iam minime esse, aut dici filios Dei, sed nec etiã illius populũ appellari fatentur. Lyran. vero explicat dicẽs; tãquã extranei á te dimissi sumus in manib⁹ inimici nostri.

Ioan; 8. n. 44.

Matth. 3. n. 9.

Hier. 2. n. 26

Isai. 63. n. vlt.

Quia vero & Scriptura consueuit quemlibet ab operibus, & indole denominare, vt inter alios ostendit Basil. hom. in Psal. 7. in princ. Brixian. in c. 1. Hier. & Chrysost. proem. 1. in Isai. ait enim citatus Basil. Ipsa Scripturæ cõsuetudo peiores à peccato magis censere, quam à parentibus solet, quamobrem diabolũ Apostolus perditionis filium appellat, & Iudã Dominus in euangelio filium perditionis vocauit; filios autẽ sapientiæ eos vocat, qui in Dei cognitione sunt instituti, & confirmati: *Iustificata est*, inquit, *Sapientia à filijs suis, & si fuerit*, inquit, *ibi filius pacis, &c.* Hinc merito argumentatur Chrysost. vt ostendat Iudæos, qui olim filiorum Dei nomen sortitifuerant, diaboli filios iure, & more Scripturæ appellandos, sic enim habet hom. 2. de cruce, & latrone post med. Considera vocem filiorum diaboli quomodo imitantur vocem paternam, &c. videndus idem Chrysost. hom. 17. ex varijs in Matth. vbi ostendit illud, quod Dominus dixit Cananææ: *Non est bonũ tollere panem filiorum, & mittere canibus*, dictum fuisse in confusionẽ Iudæorum, qui cum antea essent filij, cæteræ vero gentes velut canes, malitia sua meruerunt á filiatione Dei deturbari, & in miserã canum conditionem deuenire, sic vero habet. Hæc ad opprobriũ dicebantur Iudæorum, qui filij vocati, canes effecti sunt, dicente Paulo: *Videte canes, videte malos operarios*; quo in loco Theod. ad rem præsentem ait. Canũ propria est impudentia, quoniã ergo sæpe conuicti, quod prædicationem sæpe adulterarent, & corrumperent, in sua improbitate perseuerabãt, eos merito canes vocauit, sed hoc erat olim nomen gentiũ; non est enim, inquit Dominus, bonum accipere panẽ filiorum, & dare canibus, sed cum rebus translata sunt nomina, & gentes quidem filij, Iudæi autem vocantur canes, &c. Sed & D. Th. ibi refert quandam glossam, quæ ita habet: natura canis est, vt statim ex ira latret, non ex ratione, sed ex consuetudine, sic & illi Isai. 56. *Canes impudentissimi nescierunt saturitatem, ipsi pastores nescierunt*, quod intelligemus melius ex Aug. lib. de gratia noui testam. vbi versans hunc locum Apost. ait. Canes appellauit non ratione, sed consuetudine contra insolitam veritatem latrantes: hęc enim canũ natura, vt cum quibus habent consuetudinem, siue illi boni, siue mali sint non ad eos latrent; insolitis autem personis visis, etiã innocentibus irritentur. Ita Aug. canum naturam prosequitur, quæ in ea gente comprobata est ex eo, quod

Matt. 15. n. 26.

Philip. 3. n. 2.

Isai. 56.

rabie, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

rabie, & furore excandescens insurrexit in Dei Filium, non aliunde prouocata, nisi quia nouam doctrinam in veteri tamẽ lege sub cortice literæ contentã attulit, siue aperuit, & demonstrauit.

Vbi notandum profecto est Iudæis, quos Deus velut filios habebat, Deũ velut Patrem de Cælo panem misisse, filium .s. suum, qui dicebat; *Ego sum panis, qui de cælo descendi*; ex eo enim quod homo non poterat ad cælũ panem quæsiturus ascendere, ipse ad homines descendere dignatus est, sicut aduertit Aug. ser. 127. de tempore; qua in re Iudæos filios sibi comprobauit, iuxa illud, quod idem Dominus dixit Luc. in c. 11. *Quis ex vobis Patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi?* Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris; quanto magis Pater vester cælestis? &c. Vbi Tertul. lib. de Orat. Domin. c. 6 ostendit, inquit, Dominus quid à Patre filij expectẽt. Esurientibus igitur porrexit de cælo panem, sed ipsis conuersus est in lapidem, in quem Iudæi rabidi dentes acuerunt, vt & morderent, & infringerent, at & dentes confregerunt, & propria rabie perciti, & iracundia cõfecti extincti sũt; quod prosequitur Chrysol. ser. 55. ad dicta verba Luc. dicens. Christus venerat filijs, id est, Iudæis, quos genuisse tali clamore quærebatur Isai. 1. *Filios genui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me*: venerat ergo filijs, venerat panis de cælo, qui dixit: *Ego sum panis, qui de cælo descendi*: sed Iudæis est conuersus in lapidem offensionis, & petram scandali, dicente Domino: *Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali.* Quare petram: quia mordere petram, non panem à Patre quærere gestiebant; *Circundederunt me*, inquit, *Canes multi.* Denique postea quam illi ex hominibus in canes probantur esse conuersi, cælestis illis in petram conuersus est panis, nõ dantis vitio, sed accipientis nequitia qui illos nõ reficeret, sed necaret: nec in fundamento positus promoueret ad culmen, sed eos, qui sui Patris tendebant ad necem, in profundã daret, & volueret ruinam.

Luc. 11. n. 11.

Isai. 1. n.

Illud autem notandum, quod cum Iudæi fuerint canes impudentia, & rabie, minime fuerunt in gratitudine, imo tales, quos canes mordeant, & arguãt, vbi notandus venit Basil. hom. 9. Examer. cum ait. Memoria beneficiorum canis gratiæque reddendæ, quem ingratum, beneficiorumque immemorem nõ pudore, ac dedecore asperserit? Iam quidem, & interfectis à latronibus in solitudine dominis, complures à cadaueribus canes non recessisse, sed ibidẽ expirasse memoriæ traditur. Nonnullos etiam cæde adhuc recenti duces illis fuisse, qui latrones inquisierunt & ad pœnam maleficos rapi fecerunt Quid hic isti dixerint, qui nullo suum opificẽ, altoremque Deũ prosequuntur amore: sed vt amicis etiã, & necessarijs vtuntur, qui loquuntur aduersus Deũ iniquitatem, eiusdem participes mensæ facti, & ad alimoniam sumendam admissi aduersus beneficum suum altorẽ blasphemas voces tolerant efferri? Si ergo ex sentẽtia Basil. canis gratitudo pudore, ac dedecore ingratos aspergit, sane irrationales canes istos vrgẽt, mordent, & lacerant, dum in beneficum insurgunt Dominum, dum nefaria reddunt Parenti: Vnde in re simili dixit Chrysost. in c. 2. Isai hom. 1. Talis structura sermonis (qualis nẽpe est nostri text. hæccine reddis Domino, &c.) acerbiorem morsum imprimit Iudæis, &c.

Notandum item venit contra Iudæos argumentum Chrysol. cit. loco vbi ostendit non posse non esse bonũ panem, quẽ Pater mittebat filijs, alioqui, vel ipsi non essent filij, vel Deus non esset Pater eorum. Si Deum, in-

quit,

quit, credis, & confessus es Patrem, quidquid iusserit, quidquid in te elegerit, crede tibi satis esse salutiferũ: crede satis esse vitale. Sic Abraham vbi Deum Patrẽ vidit, credidit, mandatorum formas non attendit asperas, & acerbas: circuncisionẽ recipit verecundã: & quæ cælestis Pater iubet nõ discutit, sed iudicat gloriosa. Hinc Isaac Patris super se gladium cum videret, hostiã se esse eum horrere cum dolore poterat, est gauisus: hinc Iephte filia patris munus, patris vota, sua morte tota gratulatione persoluit. Soli Iudei Parentem non agnoscunt, imo & contra Dominum insurgunt, quia noua venerat indutus carne, antiqua deleturus crimina, & omnia soluturus peccata.

Gen. 27.

Gen. 22.

Felices igitur, qui Patrem agnoscunt clamat Tertul. lib. de Orat. Domin. c. 2. hoc est, quod Israeli exprobratur, quod cælum, ac terram spiritus contestatur Isaiæ. 1. *Filios dicens genui, & illi me non agnouerunt*, sic enim ille legit locũ, & quia non agnouerunt circundederunt velut canes oblatrantes, & morsibus petentes, cũ potius, & se ipsos, & sua, & iuges reddere tenerentur gratias pro tanto honore, & beneficio, quale erat eorum dici, & haberi Patrem: infelices item, qui tantam filiationẽ amiserunt propria ingratitudine, & malitia, quod bene prosequitur Chrysost. ser. 2. de verbis Apost. habentes autem eundẽ spiritum, &c. in med. tom. 6. vbi expendens allegoriam Pauli, quando dixit: *Abrahã duos filios habuit, &c. Vna in seruitutem generans*: ait hoc ipsum ad seruitutem natum esse, non Parentis est crimen, sed filiorum, qui nascuntur, quoniam enim sua malitia se ipsos libertate priuauerunt, & à iure ingenuitatis exciderunt, non secus quã malæ frugis mancipia tractauit eos Deus terrore continuo, pœnisque, ac minis castigans, quin & hodie multi patres liberos suos, non vt filios, sed vt seruos metu coercent; quæ culpa non parentum est, sed filiorum, qui causa fuerunt parentibus vt seruilem in modum ab eis educarentur. Eundẽ ad modum etiam Deus eius temporis populum terroribus, ac minis erudiebat, non aliter quam nullius frugis seruum: nec tamen hæc culpa Dei fuit, sed Iudæorum respuentium frenum, & durioribus lupatis opus habẽtium. Siquidem in ipso veteri testamento multos reperire liceat, qui nõ ad eandem sint tractati disciplinam, vt Abel, Noe, Abraham, Isaac, & Iacob, &c. Iudæorum itaque culpa fuit, quod Dei filiationẽ amiserint, quod instar seruorum à Deo fuerint reputati, dum talia Parenti reddiderunt, à quo talia, & tanta acceperũt, & ad nos conuersus est Dominus Pater iam reditus, qui ipsum & Deum cõfitemur, & Patrem appellamus, qua de re optime Autor operis imperfect. in Matt. hom. 49. ait. Verus Iudæus est Christianus, dicente Apostolo Rom. 2. *Nõ qui in manifesto Iudæus est, sed qui in occulto.* Vera Iudæa Christianitas est, cuius nomen intelligitur confessio. Illi itaque Iudæi, populusque Dei desierunt esse, qui negarunt, cum etiam iuxta nomen proprium Iudæorum tenerentur confiteri; nos in illorum locum subrogati sumus, quia ipsum profitemur, & confitemur.

Galat. 4. n. 22.

Negauerunt olim Israelitæ Deum ad idola declinantes, ipse item eos populum esse negauit, & cum tandem Deum negauerunt apud Pilatum, ipse in æternum eos negauit plebem suam futuros, cuius rei symbolum habemus apud Daniel in c. 9 vbi cum Propheta deprecatus pro populo dixerit: *Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti*, & n. 16 *Hierusalem, & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum, nomen tuum inuocatum est super ciuitatem, & super po-*

Dan. 9. n. 15.

pulum

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulum tuum. Deus loquens Prophetæ per Gabrielem Archangelum inuerſo ſermone ait illi: *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & conſumetur peccatum, &c.* Vbi Theod. Orat. 9. in Dan. ait. Ante omnia alia illud eſt animaduerſione dignũ Propheta in deprecatione ſua loquente de populo, & de Hieruſalem, ita vt diceret: populus tuus, & ciuitas tua, & ſanctuarium tuum, reſpondere Deum, ac dicere Danieli: *Septuaginta hebdomades conſciſſæ ſunt ſuper populũ tuũ, & ſuper ciuitatem ſanctam tuam*, quaſi nolentem populũ ſuum vocare eum, qui antiquitus eus populus nuncupatus fuit, neque item ciuitatem, quæ ipſius olim appellata eſt. Hoc erga magnum Moyſen quoque fecit, quãdo enim conſtructo vitulo, Diuino illum cultu venerati ſunt, dixit ad prophetam Deus: *Feſtina, deſcende celeriter hinc, peccauit enim populus tuus.* Exod. 32. n. 7. Ait itaque Deus ad prophetam per Archãgelum: tua admiſſa deprecatione concedam, vt Hieruſalem ædificetur, & populum tuum iubebo redicum in patriam conſequi, quo ad antiquetur præuaricatio, & conſummetur peccatum, id eſt, quoad augeatur impius ipſorum conatus, & peccatum ad exitum perducatur: peccatum autem conſummatũ, & præuaricationem antiquatam, ſiue auctam, & ad ſummum perductam, crucem vocat quam auſi illi ſunt contra Dominum parare: nam ante hoc tempus infinita auſi facinora pænas dederunt, & luerunt ſupplicia pro ijs, quæ patrarant, ſed rurſus impetrata venia, clementia digna-i ſunt; poſt iuſaniam vero, contra Dominum cõcitari crucis facinus auſi fuere, nunquã aſſecuti ſunt, vt in priſtinum ſtatum reuocarentur. Sic ille oſtendit quomodo Deus denegauerit populum illum, qui eum re ipſa negauerat, idola colendo, & diabolum potius elegerat, quod poſtea etiam per ſummam impudentiam, & nequitiam fecit, quando Barabam petijt, Deum vero Parentem denegauit. Et populus igitur Dei, & filius item Dei eſſe deſijt, qui talia Domino reddidit, qui Deum parentem negauit, qui in Filium eius inſurrexit, tandẽque occidit.

Neque vero ſolum filij Dei eſſe deſiere, ſed quia Deum parentem repulerunt, parentes erga filios ſuos minime ſe exhibuerunt; iuſto enim Dei iudicio puniti ſunt, vt paterni amoris obliti filios comederint, & filij etiam obliti affect° tot titulis debiti patres in cibũ ſũpſerint, de quo optime Domin° apud Ezech. in c. 5. ait. *Iſta eſt Hieruſalem in medio gentium poſui eam, & contempſit iudicia mea, vt plus eſſet impia quam gentes; ideo hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego ad te, & ipſe ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium, & faciam in te, quod non feci, & quibus ſimilia vltra non faciam, propter omnes abominationes tuas. Ideo Patres comedent filios in medio tui, & faciam in te iudicia, &c.* Ezech. 5. n. 5. & ſeq. Vbi D. Hieronym. ait. legimus in Regum volumine famis neceſsitate cogente á matre filium deuoratũ; 4. Reg. 6. Ioſephus quoque in obſidione Hieruſalem multa huiuſmodi facta commemorat, & quia viderat Hieronym. nullibi ſcriptum, quod Patres filios comederint, aut filij Patres, ait. Niſi forte in multis neceſsitatis malis, etiã hæc facta eſſe credendũ ſit. Satis nanque credibile eſt hoc tum ex demerito Iudæorum, dum talem Patrem veluti rabidi canes malignis morſibus comederunt, tum ex diuina iuſtitia, quæ hoc illis redditura ſupplicium pollicetur, ſolet enim diuina iuſtitia, proportione quadam, ſibi aſſumere inſtrumenta, quæ & ſupplicio ſint accõmodata, & inflictas pænas iuſtas eſſe indicent. Quid enim eſt quod minatur Deus impio Achab infelicem mortem, aitque illi per Eliam, quod ipſius ſanguinem canes eſſent lambituri, & de facto ita contigit, nã mortuus eſt Rex, & linxerunt canes ſanguinem eius iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat. Ingratum appellat Diuinis beneficijs hunc Regem D Ambroſ. lib. de Nabuthe c. 6. relatus in Gloſſa, & dum ingratus extitit, iure canes poſt mortem eius ſanguinem lambunt, etenim illi defunctis dominis ſuis gratiſsimum teſtãtur animum, ſicut multis proſequitur Pier. Valer. lib. 6 tit. de amicit. vbi inter alia ait. Ambroſius refert occiſo Antiochiæ milite, canẽ cadaueri comitem adſtitiſſe, qui dũ ciulatu mæſto rapti Domini deſiderium diu teſtaretur, ingentem hominum coronam ad fidelitatis ſpectaculum contraxerit, donec eo inſpecto, qui cædẽ patrauerat, in eũ inſilierit, tãque diu prehenſum continuerit, donec re pateſacta, percuſſor ſit in ſuppliciũ raptus. Canes igitur, qui in Dominorum cadauera admodum grati eſſe ſolent, vnde, & pro gratitudinis ſymbolo, teſte eodem Pier. aſſumuntur, in ingratum communi Domino ſeruum deſæuiunt, & illius ſanguinem lambunt, quaſi pro Domino Deo tã quam iſtitiæ diuinæ miniſtri pugnent contra inſenſatum, & ingratum Regem. 3. Reg. 21 n. 19. Sup. c. 22 n. 38.

Cũ igitur & Iudæi in Parentẽ Deũ inſurrexerint, merito à parentũ munere deturbantur, & paterna viſcera deſerunt, quæ talem Parentem deſeruerant, & iuniores gentiles ſubrogantur in locum antiquorum filiorum, in cuius rei ſymbolum iam olim ſeniores filij reprobati, & iuniores aſſumpti proponuntur, ſicut proſequitur D. Hierony. in c. 7. Ezech. lib. 8. dicens. Sacra narrat hiſtoria ſeniores plurimos à Domino reprobatos, & iuniores electos in typum ſynagogæ, & Eccleſiæ. Senior Cain abijcitur, & Abel iunior eligitur Geneſ. 4. Iſmael filius Abraham alienus à Patre, & Iſaac iunior hæreditatẽ accepit Geneſ. 21. filiorũ quoque Iſaac, ſenior venator Eſau eſt, & vagatur in ſaltibus, iunior Iacob ſimpliciter habitat domi Geneſ. 25. vnde ſcriptum eſt in Malach. *Iacob dilexi, Eſau autem hodie habui*, Malach. 1. & recte iuxta Apoſtolum Roman. 9. nihil in matris vtero conſtituti boni, vel mali fecerant, nec habebant meritum, nec offenſam, vt alter eligeretur, & alter abijceretur, niſi quod in typo, vt diximus, ſynagogæ, & Eccleſiæ ſenior repellitur, & aſſumitur iunior, & gens Iudæorum, quæ filiationis Dei honorem obtinuerat, ab illo iure deturbatur, & quæ comparatione illorum non erat gens, iam vere inclamat Deum Parentem ab eodem Deo edocta, vnde Cyprianus tract. de Orat. Dominic. ait. In Iudæorum exprobrationem Chriſtiani quando oramus. *Pater noſter*, dicimus, quia noſter eſſe cæpit, & Iudæorum, qui eum reliquerunt, eſſe deſijt. Cen. 4. Gen. 21. Gen. 25. Malach. 1. Rom. 9.

ANNOTAT. VII.

Quomodo filij noui teſtamenti Deum Parentem ſortiantur.

CVm poſt lapſum primi Parentis omnes naſcamur filij iræ, paterna Dei charitas ſtatuit per aduẽtum Filij Dei naturalis in carne, vt ex aqua, & Spiritu ſancto Dei filij dicamur, & ſimus, qua de re Ambroſ. lib. 7. in Luc. cap. 11. ad illa verba, *Iam non ſum dignus vocari filius tuus*, ait. Nouit eſſe diſtantiam inter filium, amicos, mercenarios, & ſeruos: filius per lauacrum, amicus per virtutem, mercenarius per laborem, ſeruus per timorem. Similia habet Anaſtaſius,

lib quæst. ex Script q. 1. ex Clement. Rom. lib 3 constit. cap. 18 vbi ait. Qui est baptizatus fit hæres Christi, Religiosus Dei filius, orans Patrem tanquam filius, & dicens: *Pater nôster, qui es in cælis.* Suffragatur D. Leo serm. 6. de Natiuit. cap. 2. & Nyssen Orat. de sanct. Trinit. ad finem, vbi ait. Vt in Israel non licebat Regnum susci pere nisi vnctio præcessisset; ita extra hanc rationem nominum, quæ apud nos in vsu sunt, parem vim Scripturæ ostendit, nimirum quod nec filij quidem Regnum absque Spiritus sancti dignitate (id est, vnctione) accipiatur, &c. ad hoc enim, vt quis in regalem ordinem filiorum Dei trãsferatur, necesse est prius sortiri vnctionem ab Spiritu sancto, iuxta illud Ioannis: *Vos vnctionem habetis à sancto,* de quo loco videndus Hieronymus lib. 2. in cap. 3. Abacuc, vbi ostendit vnguentum istud esse spirituale, idque in baptismo conferri; quod idem tenet Cyrillus Alexand. relatus tom. 1. Concil. in Ephesino Concil. cap. 1. & Oecumen. ad dicta verba Ioann. & sane recte conuenit primæ vnctioni, à qua Christiani denominamur. Clarius idem prosequitur Nyssen. Orat. de Resurrectione Christi longe á principio cum ait. Aduenit Regnum vitæ, ac dissolutũ, & disturbatum est imperium mortis, alia contigit natiuitas, sæculum aliud, alia vitæ spes, ipsius naturæ nostræ tranformatio: quænam natiuitas? *Non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed à Deo prodita.* Qua ratione hoc? Aperte tibi gratiam sermone ostendam? Hic partus per fidem, quasi in vtero coalescit, atque gestatur: per regenerationem baptismatis in lucem editur: nutrix huius Ecclesia est, mammæ doctrina: cibus, panis supernè dimissus: ætatis perfectio, sublimis speculatio: matrimonium, sapientiæ conuictus: liberi, spes: domus, Regnũ: patrimonium, ac diuitiæ, paradisi delitiæ: finis vero loco mortis vita sempiterna in beatitudine sanctis destinata. Sic Nyssen. describit filiationis Dei rationem.

1. *Ioan.* 2. *n.* 20.

Quia vero hæc dignitas summa erat recte aduertit D. Ambrosius, vt beneficium cõtemplaremur, iugiterque in mente versaremus, ne per ingratitudinem ab eadem, sicut Iudæi, deciderem⁹; sic enim habet 8 in Luc. cap. 17. Nõ te præferas quia filius Dei diceris: agnoscenda gratia, sed non ignoranda natura Etenim sicut dixit D. Leo serm. 6. de Natiuit c. 4. vbi ita incipit: Magnum est dilectissimi huius muneris sacramenti & omnia dona excedit hoc donum, vt Deus hominem vocet filium, & homo Deum nominet Patrẽ, per has enim appellationes sentitur, & discitur quis ad tantam altitudinem ascẽdat affectus. Hinc est quod Ecclesia proęmijs vtitur, quãdo Deũ Parentẽ sumus vocaturi dicẽs: *Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audemus dicere, Pater noster:* quasi sine huiusmodi instructione minime auderemus Deũ appellare Parentem, nam sicut dixit Greg hom 6 in Ezech. Quid hac altitudine sublimius dici potest? &c. Et Euthym. in c. 6. Matth. ait. Iubet Christus vt dicamus, Pater: vt cælestẽ cognationẽ ad memoriã reuocemus, & quo munere affecti simus. Cassian vero collat 9. c. 18. Deũ vniuersitatis, ac Dominũ Patrem nostrũ esse voce propria confitentes, de cõditione seruili in adoptionem filiorum nos profitemur ascitos, &c. Vbi vtrumque in memoriam reuocat, & summũ honorẽ á Deo concessum, & infimã naturæ nostræ conditionem ad illum assumptam. Elegans illud Theodorici Regis apud Cassiodor. lib. 4. vari. cap 42. sub parente publico, genitoris minime sentiri debet amissio: possemus

& nos dicere, sub Parente Deo optari posset naturalis parentis amissio, si ille hunc secum minime pateretur. De suo Principe dixit Plinius in panegyr. Talis fuit, vt sub illo filios tollere libuerit, expedierit: quasi optima esset filiorũ conditio, qui sub tali parente adoptati moriebantur; nos possumus dicere sub quocũque alio filios, vel tollere libuerit, ac licuerit vt sub hoc Patre nascerẽtur, in cuius filiatione illis omnia suppetunt bona, omnia abscedunt mala, quique morte sua vitam nobis conciliauit, vt renati sub filiatione Dei prodiremus, quod bene prosequitur Nyssen. Orat. de sanct. fest. Paschat. vbi conferens veterem carnis natiuitatem cum spirituali ait. Tunc in doloribus partus edebatur nũc absque parturitionis cruciatibus natiuitas existit: tunc ex carne carnales nati sumus, nũc quod natum est, spiritus est ex spiritu, tunc filij hominum, nunc filij Dei nati sumus: tũc in terram de cælis relegati sumus, nunc is, qui cælestis est, etiam nos cælestes fecit: tunc vnus locum morti introeunti dedit, per vnum etiam nunc contra vita introducitur: tunc per mortem vita excidimus, nunc autem á vita mors tollitur: tunc præ pudore sub ficu occultabamur, nunc per gloriam ligno vitæ appropinquamus, &c.

Hebr. Pater dicitur Ab, deducitur-que ex Abah, quod est desiderare, & concupiscere, & sane hic Pater præ omnibus alijs, non iam parentibus, sed rebus etiam, desiderari potest, quæri, & exoptari: imo sub isto Parente desideria omnia nostra complentur, & satiantur. Desiderat insuper hic Pater à nobis diligi, & coli veluti Parentem magis, quam timeri, vt Dominum, propterea enim, sicut ait Chrysostomus hom. 40 in c 21. Matth. in principio mandatorum non dixit: *Timebis Dominum tuum ex toto corde tuo, sed diliges;* dilectionem enim ab hominibus exigere non est dominij, sed paternitatis, &c.

Deut. 19. *n* 9.

Sapient. 14. acerbo luctu dolens Pater, cito sibi rapti filij imaginem fecit, quod alij de Syrophane Ægyptio ponente filij sui simulachrũ, alij de Nino respectu filij sui Beli intelligunt, quo filiorum memoriam conseruarent: hoc sane alijs parentibus opus erat, at noster hic parens apud se habet essentiam suam, in qua veluti in causa, principio, & origine relucent filij, imo & apud se imaginem suam habet, nempe Filium naturalem, in quo etiam nostra relucet imago, nostram enim sibi copulauit humanitatem in vnitate suppositi, nõ quidem in remedium obliuionis, ipse siquidem ait: etiamsi mulier obliuiscatur infantis sui, se minime nostri obliuione posse teneri, sed vt de illius memoria certi simus, & illius amoris memores. Meminit Magist. scholast. histor. in Genes & Hieron. in cap. 2. & in cap. 8. Ose. Regem Assyriorum Ninum filij sui imaginem effomasse, vt diximus, quo illius facile recordaretur; vtinam & huius Parentis signaculum super cor, & brachium nostrum poneremus, quo perpetuo illius recordaremur, qui solus hanc memoriam meretur, cum solus verus Pater sit, & cuius hoc proprium nomen est, sicut notauit Hieron. ad illa verba Hierem. *Fortissime, magne, & potens Deus exercituum;* vbi ita habet. Ista nomina potẽtiam indicãt Creatoris, cæterũ propriũ nomen Dei Pater est, quod in Euangelio per Dominum reuelatur dicentem: *Pater manifestaui nomen tuum hominibus.*

Sap. 14. *n.* 15.

Hier. 32. *n.* 18.

Ioan. 17. *n.* 6.

Superstitiosi olim censebãtur filij, qui parentum imagines domi tanquam Deos penates haberent, & colerẽt, sicut refert Cicc. 2. de natur. Deor. neque digni habebantur, qui ob id religiosi reputarentur: at indigni

profecto, qui Christiani dicantur, qui huius parentis memoriam, & viuam imaginem apud se nõ habuerint, neque obseruauerint. Fuere olim parentes, qui totos dies precarentur, & immolarent pro filiorum suorum salute, & incolumitate, sicut meminit Lactant lib. 4. c. 28. Cæterum hanc parentum affectionem longe superans Deus Parens, se ipsum obtulit in filio, pro filijs, & cum clamore valido, ac lachrymis pro ipsis precatus est Deũ, Parentem Dei filius factus homo; imo nihil magis in votis habet, quam salutem nostram, iustitiam, & sanctitatem, id enim iugiter nos ab eo precari præcipit, cum dicimus ex illius præscripto: *Pater noster, fiat voluntas tua*, vbi Tertul. lib. de Orat. Domin. c. 4. ait. Quid Deus vult quam incedere nos secundum suam disciplinam? petimus ergo substantiã, & facultatem voluntatis suæ subministret in nobis, vt salui simus, & in cælis, & in terris, quia summa est voluntas eius salus eorum, quos adoptauit. Item dicentes: *Fiat voluntas tua*, vel eo nobis bene optamus, quod nihil sit mali in Dei voluntate, etiamsi quid pro meritis cuiusquam secus irrogetur,

Sed iam quomodo parentis officiũ erga filios, noui testamenti exercuerit iuxta notas parentis, quas superius proposuimus, exponamus. Etenim si Pater dicitur à patefaciendo, ipse nobis omnia aperuit, & patefecit, nempe Scripturas: & cum olim multifariam, multisque modis locutus sit in prophetis, nobis locutus est in Filio, & in Verbo. Est enim Verbũ externum conceptuum, ac internorũ verborum naturale signum, sicut præter Physiosophos, docet Basil. hom. in princ. Ioan. & Damasc. lib. 1. fidei c. 17. Sed Deus non tantum voce nobiscum locutus est, sed Verbo suo, vt se tandem manifestaret manifestatione sua, est siquidem Verbum manifestatio Patris, siue Diuinitatis, sicut recte ostendit Ferrar. 4 cont. gent. c. 12. cuius hæc sunt verba. Christum Dei sapientiam nominat Paulus, ipsum autem sapientiæ Verbum mente conceptum est quędam manifestatio Sapientiæ intelligentis, sicut & in nobis omnes habitus per actus manifestantur. Quia ergo diuina Sapientia lux dicitur, provt in puro actu cognitionis consistit; lucis autem manifestatio splendor est ipsius ab eo procedens: conueniẽter, & Verbum diuinæ Sapientiæ Splendor lucis nominatur, secundum illud Apostoli de Filio dicentis; *Cum sit splendor gloriæ*. Vnde & Filius manifestationem Patris sibi adscribit dicens: *Pater manifestaui nomen tuum hominibus*. Hinc est quod Nazianz. Orat. in Christi Natiuit. dixit. Natalẽ diem Domini vocari theophaniam, & natalitia vtroque enim modo appellari potest duobus nominibus vni eidem rei impositis; Deus enim hominibus apparuit, & ideo theophania vocatur, id est, Dei apparitio, & manifestatio: in Filio enim genito ex vtero viscera misericordiæ suæ nobis patefecit, in Filio imagine sua se nobis manifestauit, in Filio Verbo suo nobis locut⁹ est, & expresit quæ antea apud se recõdita habebat, & se Parentem nostrum proposuit.

1. Cor. 1. n.

Ioan. 17.

Neque mirum si in Filio, imo, & Filius nobis manifestauit supernaturalem, ad optiuamque filiationẽ, quando ipse nobis Deum parentem conciliauit & in filios illius asciuit, quod totũ prosequitur Aug. trac. 2. in Ioan. ad illa verba: *Quotquot autẽ receperũt eũ*, vbi ita ait. Quid eis præstitit? Magnã beneuolẽtiã, magnã misericordiã. Vnicus nat⁹ est, & noluit manere vnus. Multi homines cum filios non habuerint, peracta ætate, adoptant sibi, & voluntate faciunt, quod natura non potuerunt; hoc faciunt homines. Si autem aliquis habeat filium vnicum,

gaudet de illo magis, quia solus omnia possessurus est, & non habebit qui cum eo diuidat hæreditatem, vt pauperior remaneat. Non sic Deus Vnicum eundem ipsum, quem genuerat, & per quem cuncta creauerat, misit in hunc mundum, vt non esset vnicus, sed fratres haberet adoptatos, non enim nos nati sumus de Deo, quomodo ille Vnigenitus, sed adoptati per gratiam illius. Ille enim venit Vnigenitus, vt solueret peccata, quibus peccatis implicabamur ne adoptaret nos, propter impedimentũ eorũ, quos sibi fratres facere volebat, ipse soluit, & fecit cohæredes. Non timuit ille habere cohæredes, quia hæreditas eius nõ fit angusta si multi eã possederint, &c. & similia habet Psal. 49.

Verum hoc in loco in dubiũ potest vocari quomodo filios Dei asseramus factos in nouo testamento eos, quibus sola potestas videtur concessa, vt possint fieri filij Dei iuxta illud Ioann. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, quorũ verborum prima expositio sit Chrysost. hom. 9. in Ioan. quẽ de more sequitur Theoph. & Euthym. Quærit autẽ Chrysost. cur nõ dixerit Ioan. Dedit eos filios Dei fieri, sed dedit eis potestatem. Similem difficultatem sibi proposuit Greg. Nyssen. lib. de Opific. homin. cur. s. post illa verba Genes. 1. *Faciamus hominẽ ad imaginẽ, & similitudinem nostram*, non subiecerit statim Scriptura, fecitque hominẽ ad imaginẽ, & similitudinem suã; vt. s. ita innueret nos similes Deo per nos ipsos reddere debere, quo merces operis nostra foret, neque alius nostrę similitudinis nobis laudes auferret, quando enim aliquã effigiẽ attẽte cernim⁹, nõ ipsam laudam⁹, sed pictorẽ eius admiramur, quapropter vt nostra esset laus reliquit nobis Deus, vt ad eius similitudinem redderemur cõpositi, quod clarius dixit Origen. lib. 3. periarch. c. 6. vbi eadem verba Genes. expendit, & addit statim Scripturam dixisse: *Ad imaginem Dei fecit eum*, & de similitudine siluisse, non aliud indicando, quam quod imaginis dignitatem in prima conditione perceperit homo, similitudinis vero perfectio in consummatione sita sit; vt, scilicet, ipse homo sibi propriæ industriæ studijs, & diuinæ gratiæ adiumento illam ex Dei imitatione compararet; cum possibilitatem sibi perfectionis in imagine Deus diuinitus dederit, vt in se ipso similitudinem eiusdem Dei perficeret: sic autem intelligendus est Aug. lib. 6. de Genes. ad literam c. 27. & 28. præsertim si eius retractationẽ videamus lib. 2. retract. cap. 24. Est autem summæ, & singularis bonitatis Dei optimum argumentum, sicut dixit Nazianz. Orat. 1. apologet. facere vt virtus, nostra quoque ex parte aliqua sit. Ideo igitur potius voluit Deus nobis potestatem facere, vt Dei filij fieremus summa cũ laude nostra, quã nos facere potestate sua Dei filios sine merito nostro; illud enim nostrum inuoluit meritum ad coronam, hoc totum pendet a Diuina potestate.

Ioan. 1. n. 12.

Genes. 1. n. 26.

Ex his patet expositio Chrysost. qui voluit rationẽ filiationis positam esse in progressu, non autem in sola prima collatione gratiæ, vt sic nobis inculcaret Ioan. multã nobis opus esse diligẽtiam, data á Deo potestate perficiendi imaginem Dei in nobis; quod enim, inquit ille, per mysticam generationem omni priori crimine abluamur, per baptisma nobis largitus est Deus; quod autem in puritate mentis in posterũ perseueremus, necvllis amplius sordibus coinquinemus vitam, nostræ virtutis est, & diligentiæ. Secutus est Chrysost. Theophyl. & clarissime Euthym. ait: *Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri*, non statim fecit eos filios Dei, ne per ignauiam perdant gratiam, sed dedit eis potestatem, vt diligentiores reddantur: aliud est enim per

Universidad de Deusto
Biblioteca

baptismum aliquem á Deo adoptari, aliud per Euangelicorum præceptorũ obseruationem filium Dei fieri, nam illud principium est, hoc finis; illud sane Dei donum, hoc autem studium facimus egregium. In eo igitur sensu dedit nobis potestatem filios Dei fieri, quod idem est, ac facere filios Dei, ipse enim est, qui primo, & principaliter concurrit ad dictam perfectionẽ, & progressum, qui ex eo, quod liber est, non violentus, in nostra potestate dicitur posit⁹; quod prosequitur Chrysostomus hom. 2. in 1. ad Corint. D. Augustin. lib. contra duas epist. Pelag. cap. 2. & 3. qui etiam videndus erit lib de bono perseuerantię cap. 8 & lib. de natura, & gratia cap. 64. & lib. 5. de Trinit. c. 16.

Hinc vero intelligetur cur Paulus nos iam homines esse noluerit, sed supra homines, nam 1. Cor. 3. ait: *Cum enim quis dicat ego quidem sum Pauli, alius autem, ego Apollo, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Quæ verba acute Aug. ser. 22. de verbis Apostoli commentatus ait. Quid eos facere volebat, quibus exprobrabat quod homines erant? homo es? ad Adam pertines? pertine ad filium hominis, & forte dicet tibi: *Iam non dico vos seruos, sed amicos, quoniam quæ audiui à Patre meo nota feci vobis.* Non patitur igitur Paulus dici iam homines, qui potestatem acceperunt reddendi se similes Deo, perficiendique imaginem Dei, quam in prima filiatione sunt sortiti. Videndus idem Aug. lib. 50. homil. hom. 42. post princip. vbi ex eo quod Patrem appellamus Deũ, vult nos secundum illum debere viuere, & cælestes potius esse, quam animales. Inuenimus, inquit, Patrem in cælis, attendamus quemadmodum viuamus in terris, sic enim debet viuere, qui inuenit talem Patrem, vt dignus sit venire ad eius hæreditatem. Similia sunt, quę habet Nyssen lib. de Orat. ad illa verba: *Pater noster*, dicens. Improbæ voluntatis, atque propositi Pater esse, is, qui sua natura bonus est, naturaliter non potest: neque vita contaminatus, sanctus: neque eius, qui huc, illuc circumagitur is, qui alius fieri, ac mutari non potest: neque mortificari per peccatum Pater vitæ: neque eorum, qui vitijs probrosis, & ignominiosis impulsi turpia committunt, is, qui purus, & integer est: neque auari, & raptoris benefactor: nec eorum denique, qui in aliquo malo deprehenduntur is, qui in omni bono cernitur, atque consideratur Parens esse potest, nam si quis expiatione etiã nunc opus habens, se ipsum inspiciẽs, & vitiosam conscientiam suam agnoscens plenam maculis, & scelerum notis inustis, priusquam à tot, tantisq; malis expurgatus sit, se Dei cognationi inferat, ac dicat: Pater, Iusto iniustus, puro impurus: contumelia, atque conuitium plane ea verba fuerint, siquidem suę nequitiæ Patrem Deum nominaret, nam Patris vocabulum causam ex ipso procreati significat, ergo si conscientia vitiosa quis præditus, Patrem suum Deum dicat, nihil aliud quam suorum malorũ quasi Principem, & Autorem eum insinuabit. Si quis igitur graui, tardoq; corde, vt inquit sacra Scriptura atque mẽdacium quærens audet creationis verba vsurpare, sciat is quod non cælestem Patrem inuocat, sed infernũ, quia & ipse mendax est, & eius, quod in vnoquoque conflatur mendacij pater existit. Ille peccatum, & peccati pater est; propterea animi affectibus, atque perturbationibus obnoxij filij iræ ab Apostolo appellantur Colos. 3. Cum igitur vt Patrem Deum in orationibus dicamus, Dominus nos docet, nihil mihi facere aliud videtur, quam sublimem, & altam instituere, atque præscribere vitam; non enim vtique mentiri nos veritas docet, vt

1. Cor. 3. n. 4.

Ioan. 15. n. 15.

dicamus

dicamus nos esse quod non sumus, sed vt dum iustum, & bonum Patrem nostrum dicimus, vitæ integritate propinquitatem referamus, eamque verã esse ostendamus. Cum igitur accesserimus ad Deum prius vitam inspiciamus an aliquid dignum cognatione Diuina in nobis geramus. Quo circa qui ita vitam instituerit, vt Diuinã generis nobilitatem decet, is recte ad cælestem ciuitatem spectat, & Patrẽ cælorum Regem, & patriam suã cælestem nominans beatitudinem. Si talis fueris, ne verearis familiari, & amica voce Deum inuocare, & Patrem tuum vniuersi Dominum nominare, &c quæ in hanc sententiam præclare prosequitur.

Facit etiam id, quod Plutarc in vita Alex. Mag. refert, quod .f. ille cũ se filium Iouis persuasum haberet, in hostes insolentior multo, & fortior irrumpebat. Videndus item Arrianus Phylos. in Epicteto lib 1. c. 3. vbi ait: Quod si Cæsar te adoptaret supercilium tuum nemo sane ferret; si ergo Dei filium te agnoscis, non te efferes? &c. Simlia habet eodem lib. c. 9.

Quod si Pater dicitur à pascendo iuxta superius dicta, quis cum Deo Parente poterit conferri, qui semet ipsum exinaniuit, vt homo manducaret panem Angelorum, sicut dixit Dionys. Alex. in illa recolenda epist cuius meminit Hieron. in catalogo Scriptor. Ecclesiast. tom. 1. vbi dictam epistolam insignem vocat, habetur autem tom. 2. Baronij anno Christi 265. n. 7. Hæc est, inquit ille, Dei exinanitio, vt admittamur ad capiendum eum, hoc enim tremendum sacramentum dicit Apostolus, cum ait, quod se ipsum exinaniuit. Quibus similia habet Aug in Psal 33. concione 1 prope mediũ, & Method. in symposio decem Virginum. Verus itaque hic Pater se ipsum exinaniuit vt nos repleret, & se fecit cibum vt nos aleret, qua de re multa diximus in Cantic. Ezechiæ vers. 2. annot 3. Pascit igitur nos, nõ alio cibo, quã semetipso vt pariter sustentet, atque medeatur, vnde Chrysost. hom 51. in Matth. ad med. ait. Corpus ipsius nobis propositũ est, non vt tangamus solummodo, sed vt comedamus, & saturemur. Adeamus igitur Christum singuli ægrotantes magna cum fide: nam si qui fimbriã vestimenti eius tunc tetigerunt, recte omnes conualuerunt, quanto magis corroborabimur si totum in nobis habebimus? Et hom. 4. in Matth. post med. Quonã igitur modo ab hac tam noxia peste fugiemus? Si illã vtique potionem bibamus, quæ omnes intra nos vermes, serpentesque mortificet: & quod nam, inquies, istud est poculum, quod eam vim habeat? Pretiosus .f. Christi sanguis, si cum fiducia sumatur. Cypr. vero ser. de Cæn. Dom. ad fin. ait: Omnis sapor delectamentorum carnalium fit sumenti hunc cibum quasi raucidum, radensque palatum acutæ mordacitatis acetũ. Verbum bonum, mores compositos affectus pudicos, sensus pacificos illa interior synceritas vbique diffundit. Similia habet D. Leo epist. 23. Greg. Nyssen. orat. Cathechetica c 37. Cyrill. Alex. lib. 4 in Ioan c. 17 Laurent. Iustin. lib. de discipl. & perfect. monast. conuersat. c. 19. D. Th opusc: 58. c. 6. & 21. Ber. ser. 1. in Cæn. Dom. Videndusque erit Iulius Firmicus maternus lib. de myster. & errorib. profan. relig. c. 19. tom. 4. Bibliot.

Si Pater item dicitur à portando, & ferendo, ipse portauit delicta nostra, & brachijs extensis supra se ipsum nos portauit, vt latius prosequemur ad vers. 11. & cum graue fuerit onus, vt ibi videbimus, tam leue tamen factum est amanti Deo, vt non magis illum onerauerit, quam capilli solent caput onerare, quod ornant; etenim Ephes. 5. caput Ecclesiæ Christus proponitur,

Ephes. 5. n. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponitur, fideles vero capilli dicuntur à Ber. & Greg. apud Lauret. Sicut igitur caput deferens capillos illis minime deprimitur, nisi forte debile fuerit, quale erat Absalonis, quod cęsarie grauabatur, sic & Christus Dominus fideles suos deferens, minime illis grauatur, aut deprimitur; quinimo tanti facit, vt numeratos habere dicat.

Quod si Pater à patiendo dicitur, perpende quanta passus sit, qui percussus á planta pedis, vsque ad verticem nihil prorsus sanum, aut illęsum habuit, & cum pro filijs passus sit, noluit vt ipsi paterentur; vnde quia Petrus seruum Pontificis vulnerauit, illico occurrit percussum sanando, & percutientem reprehendendo, quod bene prosequitur Tertul. lib. de patiẽtia c. 3. vbi ait. Cum traditur, cũ adducitur vt pecus ad victimam; ille, cui legiones Angelorum vno dicto de cælis affuissent; ne vnius quidem discentis gladium in vltorem probauit: patiẽtia Domini in Malco vulnerata est. Itaque & gladij opera maledixit in posterum, & sanitatis restitutione ei, quem non ipse vexauerat, satisfecit per patientiam, misericordiæ matrẽ. Taceo quod figitur, in hoc enim venerat. Nunquid tamẽ subeũdæ morti etiã contumelijs opus fuerat? Sed saginari voluptate patiẽtię discessurus volebat. Despuitur, verberatur, deridetur, fœdis vestitur, fœdioribus coronatur. Mira æquanimitatis fides. Qui in hominis figura proposuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus est. Talia, tantaque documenta, quorum magnitudo penes nationes detractio fidei est, penes nos vero ratio, & structio, &c. Denique sicut idem Tertul. expendit, ideo statim Christus Malcũ curauit, quia noluit in vulnere alium pati; quando ipse solus sibi totam passionẽ reseruauerat. Vnde etiam, & comprehensus quasi per consequentiam alios liberandos esse asseruit dicens: *Si ergo me quæritis, sinite hos abire*: quæ itidem fuit ratio cur noluerit sibi in cruce frangi crura, aut comminui os aliquod, etenim olim, teste Pier. lib 34. in ossibus successionem, & propagationem antiqui collocarunt, & ad hoc videtur alluſus poeta 4. Æneid. cum in persona Didonis ad suos Carthaginenses monẽs vt Deos orarent, quo tandem filios concederent eis, qui illam vindicarent, ait.

Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor,
Qui face Dardanios ferroq; sequare colonos.

Nec longe distat hęc doctrina de ossibus ad propagationem significandam á Diuinis literis, cũ in eis reperiamus primam extensionem primi hominis ad mulierẽ, sumpta costa, constitisse. Ideo igitur Christus Dominus, qui verus Pater extitit, noluit sibi frangi crura, ossave, quæ prolem, filiosque significabant, pro quorũ vita ille mortem sustinebat, & quorũ propagationem in effusione sui sanguinis procurabat, quorum salutem ipse solus patiendo acquirebat.

Quod si ille tot modis se Patrem præbuit, & ostentauit, æquitatis ratio postulat tanti Parentis filios nos moribus contestari, & profiteri, vbi notandus venit Chrysol. ser. 67. cum ait. Age vt viuendo sancte, sancto respondeas Patri, Dei filium ille se probat, qui vitijs non obscuratur humanis; similia habet ser. 68. vbi inter alia ait. Qui se Dei filium credidit: actu, vita, moribus, honestate, tanto generi respondeat, & ser. 72. Qui se tanti Patris filium confitetur, & credit, respondeat vita generi, moribus Patri, & mente, atque affectu asserat, quod cælestem consecutus est naturam. Et Cypr. serm. de Orat. Dom. dum Deum Patrem dicimus meminisse debemus vt quomodo nos nobis placemus de Deo Patre, sic sibi placeat, &

ille de nobis, & Petrus Laodicensis: quisquis Deum Patrem vocat, is purus à peccatis, hæresque regni cælestis esse debet; temerarius autem diabolo similis effectus Deum Patrem dicit, quem nunc glorificat, & beat. Et Verant. Fortunat. de Orat. Dom. ait Quisquis Patrem appellat, sicut decet filium, sic vitam suam immaculate dispenset, quia ipse est filius, qui non contribulat genitorem, non exasperat cohæredem; & postea: amittit nomen filij, qui fuerit seruus peccati. Et Auctor operis imperfect. hom. 20. ait Patrem dicendo, veniam peccatorũ & pœnarum interitum per hæreditatem Dei, & fraternitatem cum vnigeto copulatam vno sermone signauit, &c. Vnde Euthymius enarrans Dominicam Orationem ad cap. 6. Matt. ait. Iubet Christus vt dicamus Pater, vt cælestem cognationem ad memoriam reuocemus, & quo munere affecti simus, puta diuina adoptione. Et D. Leo ser. 6. de Natiuit. c. 3. Genus electum, & regium, regenerationis suæ respondeat dignitati, diligat quod diligit Pater, & in nullo ab Auctore suo dissentiat, ne iterum dicat Dominus Isai. 1. *Filios genui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* Nam si in pregenie carnali, & stirpe terrena claris parentibus genitos vitia malæ conuersationis obscurant, & ipsa maiorũ suorũ lumine soboles indigna confunditur: in quem exitum venient, qui propter amorem mundi á generatione Christi non metuunt abdicari? Si autem ad humanam pertinet laudem, vt patrum decus in prole resplẽdeat, quanto magis gloriosum est ex Deo natos in Autoris sui imaginem refulgere, & illum in se, qui illos genera-uit, ostendere? Videndus in hanc sententiam Gregor. Nazianz. Orat. 3. in sancta lumina ante med vbi ait. Tres esse scio saluandorum ordines; seruitutem, sub mercede mereri, filiũ esse: si seruus es, plagas verearis: si mercenarius, ad id solum, vt accipias, attende: si vltra hos, & filius, tanquam Patrem verearis: operare bonũ, quoniam bonum tanquam Patri obedire, & si nihil tibi inde euenire debeat, nam hoc ipsum merces tibi erit, vt Patri gratificeris, &c. Recolendũ itẽ hoc in loco id, quod refert D. August. 3. de ciuit. cap. 4. ex Varrone, vtile scilicet, esse Ciuitatibus vt se viri fortes, etiam si falsum sit, ex Dijs genitos esse credant, vt eodem modo animus humanus velut diuinæ stirpis fiduciã gerens, res magnas aggrediẽdas præsumat audacius, agat vehementius: & ob hoc impleat ipse securitate felicius. Quæ Varronis sententia, addit Augustinus, expressa vt potui, meis verbis cernis, quam latum locũ aperiat falsitatis: vbi intelligamus plura iam sacra, & quasi Religiosa potuisse confingi, vbi putata sunt ciuibus, etiã de ipsis Dijs prodesse mendacia. Sic ille nobis ansam præbet longe aliter progrediendi, cum vere filij Dei adoptiui simus, & ad nos spectet instar filiorum Dei agere, & degere; nam sicut dixit Arist. 3. Polytic. c. 8. Consentaneum est ex melioribus ortos, esse meliores, quibus habet similia 1. Polytic. cap. 4. Et faciunt, quæ habentur ff. si quis intus vocet. l. ex quacunque §. si quis: nobilem ob delictum acriori puniendum supplicio, propter obligationem, quam habet amplexandi virtutem, & nobilitatem maiorum.

Isai. 1. n. 2.

Hinc est quod Parens noster Deus ęgerrime fert si á nobis lędatur filijs, sicut Cæsari olim contigit. Quod si *corona, & gloria filiorum Patres eorum*; sicut dicitur Prouerb. 17. nobis hic Parens corona esse debet, quam supra mentem gestemus, ne quid in eam veniat indecens, quam præ oculis habeamus, vt maximi illam ducentes cætera omnia despiciamus, vnde Clemens Alex. 2. pædag. cap. 8. alludens

Prou. 17. n. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad dictum locũ ait. Nobis Pater vniuersorum, & vniuersæ Ecclesiæ corona est Christus, &c. Ante hunc Parentem, & ad illius pedes abijciendæ sunt quæcunque aliæ coronæ, quodcunque aliud gaudium, gloriæ, & diuitiæ, vt illud fieri comprobetur, quod Isai. dixit: *In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis*; vbi Chald. in tempore illo erit Christus Dominus Exercituum in coronam gaudij, & in diadema laudis residuo populi sui. Hic igitur tantus Parens nobis pro corona, gloria, & honore esse debet; quo vtique redimiti nos existimemus Reges, & principes, vt dignam Regum conuersationem, & vitam habeamus. Iuuat autem maxime ad hoc præstandum id, quod habet Aug. ser. 62. de verbis Apost. statim post princ. in hæc verba. Filij Dei cogitate qualem Patrem inueneritis: Christiani cogitate quæ vobis hæreditas promittatur, nõ talis, qualis in terra possideri à filijs non potest, nisi cum mortui fuerint parentes eorum; nullus enim in terra possidet hæreditatem Patris, nisi mortui. Nos, viuo Patre nostro, possidebimus quod donabit, quia Pater noster mori non potest. Plus addo, plus dico, & verũ dico, ipse Pater erit hæreditas nostra, &c.

Isai. 2. n. 6.

Facit etiam Saluian. lib. 2. ad Eccles. ante med. vbi ait. Quærit fortasse aliquis quid sit istud quod nunc plus exigat Deus é Christianis per Euangelium, quam à Iudæis ante per legẽ, aperta istius rei ratio est: ideo enim maiora nunc Domino nostro soluimus, quia maiora debemus. Iudæi quippe habebant quandam vmbram rerum, nos veritatem. Iudæi fuerunt serui, nos adoptiui: Iudæi acceperunt iugum, nos libertatem: Iudæi maledictum, nos gratiam: Iudæis seruus Magister missꝰ est, nobis Filius: Iudæi per mare transierunt ad eremum, nos per baptisma introimus in Regnum: Iudæi manna manducauerunt, nos Christum: Iudæi carnes auium, nos corpus Dei: Iudæi pruinam cæli, nos Deum cæli. *Quicum*, vt Apostolus ait, *in forma Dei esset, humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis*: nõ contentus s. simplicem pro nobis subire mortem, nisi ipsam voluntariæ necis susceptionem summorum supplicioru perpessione cumulasset. Pro hoc ergo solo quid soluere homo poterit, cui se per vltimam pænarum acerbitatem Christus impendit? Aut quid pro se dignum Domino repensabit, qui se ipsum Deo, à quo redemptus est, Deum debet: Hæc ergo causa est, qua deuotiores esse nos Dominus sibi velit: quia tam magno deuotionẽ nostram pretio comparauit: Dicamus & nos etiam post Saluianũ: Hæc est ratio cur perfectiores nos velit Deus esse filios, quia perfectissimus ipse nobis voluit esse Parens.

Illud deinde monet hæc Dei paternitas, vt s meminerimꝰ, & matrẽ habere Ecclesiã, quæ Dei sponsa est, quod D. Cypr. lib. de vnit. Eccles. scriptum reliquit, illum s. non posse Deum habere Patrem, qui non vult Eccesiam habere matrem; quo loci alludere videtur ad Tertul. lib. de Orat. cap. 2. & lib. ad Martyres c. 1. vbi ait. Ne mater quidem Ecclesia præteritur, siquidem in filio, & pater, & mater recognoscitur.

Insuper, & ex dictis infertur nos, qui vnicum parentem habemus ad inuicem fratres esse debere, is enim in primis frater esse comprobatur, qui fratrum incommoda veluti propria ducit, & sentit, vnde Genes. 34 post quam Sichẽ Dinam violauit Simeon & Leui arreptis gladijs ingressi sunt vrbem, interfectisque omnibus masculis, Hemor, & Sichem pariter necauerunt: Si vero inquiras quomodo duo tantum homines tantam stragem

edere potuerint? Respondetur secundum Rabbinos plures fuisse fratres tam á patre, quã à matre; quibus etiã coniuncti sunt famuli, quo robustior manus, & cohors redderetur; sed adhuc rogare est. Cur duo tantũ fratres in sacra historia nominentur? Quæsito satisfacit Lyra dicens Isti vocantur hic fratres Dinæ, quia magis ostẽderunt se dolere de eius violatione, quãalij. Si ergo & nos fratres debemus esse, confratrũ mala debemus pellere, eisque condolere, & cum potuerimus, occurrere; est enim fraternitas sub Deo parente longe maior, & nobilior, quam sit carnis, sicut prosequitur Ambros. ser. 9. & 29. & postea Aug. ser. 27. de verb. Apost. sanguinis enim fraternitas similitudinẽ tantum modo corporis refert, Christi autem fraternitas vnanimitatem cordis, animæque demonstrat. Vere ergo frater ille est, qui tam corpore, quã vnanimitate germanus est: Verius autem frater est, cuius idem spiritus, & voluntas in fratre est. Melior fraternitate sanguinis Christi fraternitas, quoniam interdũ sibi illa inimica est, Christi autem fraternitas sine intermissione pacifica est. Illa in consortio sæpe despicit germanos, hæc assumit alienum, &c. nam alienum assumit malum Christianus, vt tanquam suum patiatur, & veluti proprio medeatur.

Facit etiã pro hac fraternitate quod Cyrus moribundus ad filios suos apud Xenoph lib. 8. de Cyripæd. dixit. Fratribus sunt communes parentes, vterus, sanguis, ortus, educatio, domus, generis claritas, res familiaris, patrimonium, disciplina, mores quod def sumptum est ex Phylosopho 8. Ethicor. cap. 11. filijsque sub Deo Parente maxime conuenit, vnde Tertul. in apologet. c. 39. ait cætũ ipsum Christianorum vocatum esse nomine fraternitatis ob incredibilem amorẽ vsque etiam ad gentilium stuporẽ, qui non poterant, quin exclamarent: vide vt inuicem se diligant, & vt pro alterutro mori sint parati; qua de re plura habet Minutus in Octauio Arnob. lib. 8. contra Gentil. Irænæ lib. 1. contra hęret. c. 1. Basil hom. 21. Euse. 13. de præparat. Euang. c. 3. & Chrysost. hom. 80. in Matth. Hinc est quod Aug. ser. 182. de tempore ait. Non possunt Patrem appellare, qui se fratres minime agnoscunt, quod etiam aperte habet lib. 2. de Sermone Domini in monte, cuius doctrinam summatim complexus est Autor operis impefecti in c. 6. Matth. ad illa verba, *Pater noster*, Chrysost. que æmulatur Petrus Laodicens. in exposit. Orat. Dom. in. Filij itaque cælestis Parentis comprobantur ij, qui se ad inuicem diligentes fraternitatem vnde quaque amplexantur, & conseruant, alioqui neque filij Dei agnoscentur, qui fratres ad amore prosequendum non agnouerint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TEXTVS.

Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Num.7.

EXPOSITIO LITERALIS.

QVia Moyses exprobrauerunt huic genti præclara beneficia à Deo collata, ipsumque Patrem illius dixerat, modo ostendit, Deum nihil omisisse eorum, quæ optimum decent Parentem, & primo ostendit quomodo à primordijs mundi eos sibi tanquam peculiarem portionem elegerit, eisque terram optimam ad hæreditatem præparauerit, quod vt melius eis innotesceret præcipit notitiam accipere à maioribus, qui iam diu vixerant. & ab alijs, quæ memoriæ tradita erant, acceperant.

Notandũ vero est quod, dies, in Scriptura non semper proprie, sed interdum, ac plerumque pro tempore aliquo certo sumitur, quod multis diebus mensibusque constat sicut aduertit Hierony. in Isai. c. 19. ibi: *In die illa erit altare Domino*; itẽ D. Aug. lib. 2. de Genes. contra Manich. c. 3. Hebraice igitur hoc in loco pro *dierum antiquorum*, seu *præteritorum*, vt legit Pagnin *seu sæculi*, vt legunt. 70. vox, *holam.*, habetur, quæ perpetuitatem sonat, siue æternitatem, qua de voce magna est controuersia apud factos interpretes apud Mich. c. 5. n. 2. vbi late videndus Riber. Sed hoc loco vox hæc coarctatur, & vt Dialectici loquũtur, restringitur ne æternitatem proprie dictam significet; quod bene aduertit Hieronym. vertens: *Dierum antiquorum*, sicut etiam Amos. 9. *Reædificabo eum, sicut in diebus antiquis*, vbi eadem vox habetur: nã sicut ibi quod ædificatũ & reædificatũ est initiũ aliquando habuit, & proinde æternũ esse nõ potest, sic etiã in nostro textu, vbi ad generationes recurritur, quas non esse præcessit, æternitas proprie esse non potest, ac proinde vox, *holam*, idem significat, atque antiquum, quod etiam obseruat Caiet. hic dicens: Interpres bene sensum reddidit, quoniam subiuncta non remittunt ad æternitatẽ, sed ad tempora post diluuium Et Oleast. ait. Admonui sæpius nomen, *holam*, esse ab, *halam*, quod est latere, & abscondere; vnde, *holam*, videtur significare tempus occultũ; proindeq; sensus est; si oblitus es, repete, & memento; si vero nescis interroga ea, quę ab exordio mundi contigere, quando mundus esse cæpit, & inuenies Deum creasse omnes homines, & misericordissime, ac gratiosissime se habuisse cum sanctis Patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob. Ex quibus omnibus cognoscere poteris quam vere Deus sit Pater, Creator, Formator, Possessor que eorũ, & tuus; ideo enim ea Deus iusserat in delebili inscriptione sculpi in memoria, ne vlla vnquam deleret obliuio, iuxta illud Psalm. *Quanta mãdauit Patribus nostris nota facere ea filijs suis, vt cognoscat generatio altera, filij, qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filijs suis, vt ponant in Deum spem suam. &c.* Hinc etiam Deut. 6. *Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi in corde tuo, narrabis ea filijs tuis*, & inferius: *Cum interrogauerit te filius tuus, quid sibi volunt testimonia hæc, & cæremoniæ? dices ei: Serui eramus in Ægypto, & eduxit nos, &c.* Amos 9. n. 10. Psal. 77 n. 6. Deut. 6. n. 7. Deut. 4. n. 32.

Similisque nostro textui est ille locus Deuteron. 4. vbi ostendit Deus quam singulari amore gentem eam fuerit prosecutus, & quam extraordinaria beneficia contulerit, & inter alia ait. *Interroga de diebus antiquis, quæ fuerunt ante te ex die, quo creauit Deus hominem super terram, à summo cælo vsque ad summum eius, si facta est aliquando huiusmodi res, aut vnquam cognitum est, vt audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis sicut tu audisti: Si fecit Deus vt ingrederetur, & tolleret sibi gentem de medio nationum per tentationes, signa, atque portenta, per pugnam, & robustam manum, extentumque brachium, & horribiles visiones iuxta omnia, quæ fecit pro vobis Dominus Deus vester.* In hoc ergo sensu puto præsentem locum esse intelligendum, sicut ex hoc intelligit Figueiro illum Hierem. *Hæc dicit Dominus: state super vias, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea.* Et quam hoc loco memoriam præcipit Deus fatebatur se habere Dauid, cum dicebat: *Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar.* Videndus hac de re Iansenius, & Genebrardus ad illud Psalm. 77. n. 5. *Suscitauit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel*: vbi nomine testimonij, & legis, putant intelligi á Dauide illud Domini præceptum Deuteronom. 4 vbi Dominus ait. *Ne obliuiscaris verborum, quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ, docebis ea filios tuos, ac nepotes.* Et huc videtur respexisse Ezechias Isai. 38. cum morbo mirabiliter releuatus ait. *Pater filijs notam faciet veritatem tuam.* Cum igitur Dei mirabilia per maiores euulgarentur, minoribus facile possent homines posterioris ætatis ea recolere, quæ iamdiu à Deo facta fuerant mirabilia Hier. 6. n. 16. Psal. 142. n. 5 Psal. 77. n. 5.

Cogita generationes singulas. Hebraic. *Intellige annos generationis, & generationis.* Tygurin. in plurali sicut vtrobique legunt Septuaginta. *Expendite animos priorum sæculorum.* Septuaginta; *Intelligite annos generationum generationibus.* Alij, *annos, generationes generationum.* Catena Græc. adhuc *generationes generationum.* Complut. *Annos generationis generationum.* i. annos multarum generationum præteritarũ, seu priscos annos, & est sensus: Attende generationes descendentes de Abraham, Isaac, & Iacob, qualiter Deus se habuit cum Abrahã, & quomodo potius elegit Isaac, & eius posteritatem, quã Ismaelem, & semen ipsius: deinde quomodo vnum filiorum Isaac. s. Iacob dilexerit, fratre eius odio habito, id est, non tam singulari amore dilecto, sed relicto, & veluti contempto. Qualiter deinde filios Iacob elegerit, & posteritatem eorum vsque in præsens præ cæteris gentibus sibi assumpserit in populum peculiarem, & hæreditarium, sicut dictum est Deut. 10. *Patribus tuis conglutinatus est Dominus, & elegit eos, amauitque semen eorum post eos.* Hæc igitur memoria reuoluendo, scies quam gratiose, scilicet, & munificẽter egerit Deus cum Patribus tuis olim, tecumque in præsenti Interroga proinde Patrem tuum, nempe is, qui Patrem habuerit, vel interroget omnium Patrem, & rectorem Moysen, sicut exponit Theodor. vel seniores, qualis erat Iosue, qualis Chaleb, qui de tanto numero populi superstites adhuc extabant. Vel etiã eos remittit ad memorias maiorũ, & parentum suorum traditiones. Vbi notandum est ex Abul. hic. q. 4. quod Parentes, & filij longe aliter in Scriptura sumuntur, atque in iure; in hoc enim omnes ascendentes vocantur parentes, siue Patres vsq; ad tritauum & Genes. 26. Genes. 27. Deut. 10. n. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deinceps vocantur maiores; in descẽdentibus autem omnes appellantur filij vsque ad ter nepotem; deinde vocantur minores. Sed in Scriptura hoc non seruatur, quia Christus dicitur filius Abrahæ, à quo distat per quadraginta duas generationes, vt patet ex Matth & Luc.

Insuper etiam aduertendum est, Scripturam solere eos, qui nos ætate, & sæculo præcesserunt Patres appellare, & maiores, sicut enim Pater filio maior est, ita quicũque senior nomẽ, adeoque vicẽ parentis obtinet, iuxta illud Pauli: *Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt Patrem; iuuenes, vt fratres, anus vt matres.* Et Ioan in sua prima epistola: *Scribo vobis filioli, scribo vobis Patres*; vbi Patrũ nomine ibi accipi debere senes docet Hieron. sicut Aug. etiam illud Psal. *Coram Patribus eorum fecit mirabilia*, de Moyse, & Aarone, quod seniores essent, intelligit; & Romani teste Gellio lib. 2. cap. 14. senes ad Deum prope, & parentum vicũ colebant, vnde Telecrus teste Plutar. in Laconicis interrogatus, cur apud Spartiatas consuetudo esset, vt iuniores assurgerent senioribus? Respondit; vt in eis, qui nihil attinent, honorandis, magis honorent parentes. Vtrouis igitur modo locum intelligas, rem intelliges. Semper tamẽ aduertendum est, quod ideo nos Deus ad maiores nostros remittit pro scientia, & consilio interrogandos, quia sicut dixit Gregor. ex regist. lib. 1 epist. c. 33. nullus fidelior tibi ad consulendũ esse potest quã qui non tua sed te diligit, quales profecto sunt parẽtes, & maiores. Et Bernard. Epist. 82. atque Aristoteles lib. 3. Ethic. c. 3. alios homines in consilium adhibemus, nobis ipsi diffisi, quasi minus ad statuendũ sumus idonei. Cũ ergo ita se res habeat alijs nos debemus cõmittere, alioque interrogare; sapientibus autẽ obedire quã glorioſum est, sicut dixit Isocrat. Orat. de pace. E contra de insipientibus dixit D. Ber. 2. de cõsiderat. ad Eugeniũ Papã: arrogantium, & insipiẽtium vitiũ est errare malle, quã consultare, aut interrogare: & Beda in Collectaneis. Tres infelices in lege leguntur. Qui scit, & non docet; qui docet, & non facit; qui nescit, & nõ interrogat. Hoc in loco possemus de traditionibus Ecclesiæ tractare. Cæterum satis sint, quæ habet Concil. Trid. sess. 4 & 6. Synodus generalis act. 7. & Azor. 1. tom. lib. 8. c. 4.

1. *Timot.* 5. *n.* 1. *Ioan.* 2. *n.* 12.

Psal. 77. *n.* 12.

Totũ hunc locũ ad allegoriã vertit Rupert dicens: *Memento dierũ antiquorum, &c.* videlicet vt scias quod is ipse, quem tradidisti, quem negasti ante faciẽ Pilati, Pater tuus est, qui possedit, &c. vt istud scias, *Memento dierũ antiquorũ, cogita generationes singulas*, nam in diebus antiquis omnia per ipsum facta sunt Pater tuus ipse est, maiores tui lex, & Prophetæ sunt. Interroga ergo Patrem tuum orando, maiores tuos legendo: ille annunciabit tibi, & illi dicẽt tibi, quis iste, quẽ tradidisti, negasti &c. Pater tuus est, qui te possedit.

Neque omittendus Ambros. ser. 13. in Psal. 118 post princ. vbi ex eo, quod Iudæi Deum non interrogarunt, deducit eos ignorantes, & Christianos sapiẽtiores esse illis, vtpote qui os Domini interrogant, & obseruãt: sic vero habet ad illa verba: *Super omnes docẽtes me intellexi, &c.* Doctrinam profitẽtur Scribæ Iudęorũ quia legẽ, & Prophetas ipsi priores habere meruerũt, sed illi profitentur docere, & non docent, ei autem populo, qui est ex gentibus competit dicere: *Super omnes docentes me intellexi*, quia illi non intellexerunt. Respondet Iudęus: vnde habuisti intelligere? Scriptum est: *Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi, seniores, & dicent tibi.* Ego sum Pater tuus, me interroga: & ex illo noui respondere, & ex illo supra illos intelligo, qui non intelligebant,

quia

quia testimonia didici, quæ ille non nouit. &c. quæ in hanc sententiam prosequitur.

ANNOTAT. I.

Amplectenda maiorum doctrina in ijs, quæ ad mores, & ad fidem spectant.

EX hoc loco deducit Faustus Rhegiens. Galliarũ Episc. epist. 3. tom 3 Bibliot in rebus seriis, & ad salutem necessarijs consulendos esse viros scientia, eruditione, & ætate præditos. Nam ex Arist. 1. Rhetor. c. 2 illud ab omnibus approbatur consiliũ quod fundatur ratione autoritate, & exemplo; at in senibus ratio magis viget, vt postea ostẽdemus, autoritas residet, vnde & reuerẽtia digni sunt: apud eos itẽ exẽpla suppetunt, cũ maiorum facta exempla sint; & cum tria reperiantur, vel debeãt reperiri in cõsilijs ex Clement. Alex. 1 pædag c. 10 memoria præteriti, dispositio præsentis, prouidẽtia futuri: hæc in senibus facilius inueniuntur. Hinc est quod apud Gades templum senectuti dicatum fuit, quod eam ætatem velut rerum magistram venerarentur, teste Philostrat 5. de vita Apollon. Pharisæos item produnt adeo reuerentes seniorum fuisse, vt nec auderent eis respõdere monẽtibus, sicut ait Ioseph. 8 antiquit c. 2. Essenos etiam talem, ac tantam senibus reuerentiã, curamque exhibuisse, quanta, & qualis esse potest germanorum liberorum erga parentes, sicut prodit Philo lib. quod omnis probus sit liber: itẽ Iudęos omnes honore senes prosecutos, quia cũctorum senior esset Deus, tradit Iosephus contra Appionem: & Ægyptios cum natu maiores obuios habe-

rent, loco, viaque cessisse, ac aduenientibus assurrexisse scribit Herodot lib. 2. & Ouid. 2. de arte amandi ait.

Adde quod est senibus rerum prudentia maior
Solus, & artifices qui facit, vsus adest.

Sic vero Faustus alloquitur diaconũ Gregorium, qui eum interrogauerat. De rebus tam profundis, & meas, ac tuas vires excedentibus, non minus periculi est respondere, quã incondito stylo ingentia sacramenta committere. In tantæ autem rei consultatione, in qua longe viam Regiã reliquisti, aliquos expertæ scientiæ viros eruditione, atque ætate seniores, quibus credere facilius posses, interrogare debueras. Secundum illud prophe ticum: *Interroga Patrem tuum, & narrabit tibi, seniores tuos, & dicent tibi*; & cõcludens epistolam ait: Nunquam cogitationibus tuis credas, sed magis imitanda legas, quam legenda conscribas. Et si euadere pericula non de foris ingruentia, sed intus concepta desideras, nihil tibi vtilius scias, quam vt sub aliquo quocunque probatissimo Abbate vitam tuã munias, ac voluntates tuas senioris legibus tradas. Ex hoc autem poteris cognoscere sana esse intima cordis tui, si ad huc quasi liber me cultorem tuum humiliter, & amabiliter commonentem solicite, & libenter audieris. Sic ille docet maiorum consilia quærẽda, & sectanda, non propria; nã sicut dixit Curtius lib. 4. Turbida sunt consilia eorum, qui sibi suadent. Obstat alijs metus, alijs cupiditas, nonnunquam naturalis eorum, quæ cogitaueris, amor. Ex hoc etiam loco Hesychius in c. 19. Leuit. vere senẽ colendũ esse colligit, sic enim habet. Bonũ est quidẽ & eũ, qui iã ad canitiẽ peruenit, honorare; habet enim tẽpus aliquid amplius proculdubio ad prudẽtiã, sed & honorem, quẽ proiectioribus impendimus, nos quoque a minoribus merebimur.

Canum autem vere senem i. eum intellige, de quo ait Moyses interroga Patrem tuum & annuntiabit tibi, seniores, Græce maiores tuos, & dicent tibi

Hinc etiã est quod ex hoc loco aureum libellum auspicatur Vincentius Lirinensis cõtra profanas hæreticorũ nouitates, vbi præclarũ adducit locũ Ambros. lib. 3. ad Gracian. dicentis. Seruemus igitur præcepta maiorũ, nec hereditaria signacula ausi rudi temeritate violemus. Librum signatũ illũ propheticũ non seniores, non potestates, non Angeli, nõ Archangeli aperire ausi sunt, soli Christo explanandi eius prærogatiua seruata est. Librũ sacerdotalem quis vestrũ designare audeat signatũ à confessoribus, & multorũ iam martyrio consecratũ? Quomodo fidẽ eorũ possumus denegare, quorũ victoriã denegamus? Quibus in verbis Ambr. ostẽdit nobis à Christo traditũ scripturarũ librum reseratum, vt eius doctrinam amplectamur, quam secuti sunt, imo & testati sunt Ecclesiæ sãctæ Martyres, cuius in cõcussam, & antiquam veritatẽ proprio signantes sanguine confirmarunt. Et Hieron ad illud Prouerb. 22. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.* 1. ne transgrediaris terminos fidei; quos Catholici ab initio statuère Doctores. *Prouerb. 22.n.28.*

Vnde cum olim Agripinus Carthaginens. Episcop. contra antiquam veterum Patrum doctrinam, & maiorum institutа rebaptizandum esse docuerit. beatæ memoriæ Stephanus Papa decretali epistola ad Africã missa, his verbis sanciuit: nihil innouandum, nisi quod traditum est: neque enim cuilibet licet Religionẽ, qua velit, ducere, sed potius, qua illa duxerit sequi; nec posteris sequenda tradere, sed à maioribus accepta seruare. Et in Ephesino Cõcilio cum ibi de sanciendis fidei regulis disceptaretur, ne qua illi forsitan profana nouitas in modum perfidiæ Ariminensis obreperet vniuersis Patribus, ac Episcopis, qui illo ducenti fere numero conuenerant, hoc Catholicissimum, fidelissimum, atque optimum factu visum est, vt in medium Sanctorum Patrum sententiæ proferrentur, vt s. rite, atque solemniter ex eorum consensu, atque decreto antiqui dogmatis Religio confirmaretur, & profanæ nouitatis blasfemia condemnaretur: quod cum ita factum foret, iure impius Nestorius Catholicæ vetustati contrarius, beatus vero Cyrillus sacrosanctæ antiquitati consentaneus iudicatus est. Cuius Cyrilli epistola videnda est in eodem Concilio c. 10. vbi vel ex nouitate doctrinæ ostendit impium esse, quod Nestorius dicebat; sic vero habet. Ad cuius redargutionem vnum hoc sat est quod eiusmodi in illis exegesibus leguntur, cuiusmodi à nemine vnquam in Ecclesijs dicta comperiuntur. Legenda itidem epistola Cęlestini Papæ in eodem Cõcilio c. 18 ad Clerum Constantinop. vbi ait. Ante omnia constanter enixeq; nobis persistendũ existimo quæ ex priorum pastorũ vestrorũ doctrina hausistis· id quidẽ certo persuasũ habẽtes. Sacerdotes hucusque vobis obtegisse sanctimonia, & eruditione præstantes. qui quidẽ á paternis traditionibus, ne latum quidem culmen recedentes, summa cum pace, & tranquillitate Ecclesiam Dei rexerunt.

In hoc etiam sensu dixit Tertull. lib aduersus hæreticos c 31. ad finem. Ex ipso ordine manifestatur id esse Dominicum & verum semẽ, quod sit prius traditum: id autem extraneum, & falsum quod sit posterius immisũ. Ea sententia manebit aduersus posteriores quasque hæreses, quibus nullo constantia de conscientia competit ad defendendam sibi veritatem. Cæterum si quæ audent inferere se ætati

Apostolicæ, vt ideo videantur ab Apostolis traditæ, quia sub Apostolis fuerunt: possumus dicere. Edant ergo origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerint, habuerit Autorem, & antecessorem, hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ census suos deferunt. &c. Similia sunt quæ habet c. 29. & c. 36. & pene sub initio singulorũ librorũ aduersus hæreticos ex antiquitate Catholicæ veritatis argumentatur. Etenim lib. aduersus Hermogenem sic incipit. Solemus hæreticis compendij gratia de posteritate præscribere. In quantum enim veritatis regula prior, quæ etiam futuras hæreses prænunciauit, in tantum posteriores quoque doctrinæ hæreseis præiudicabuntur. Item lib. de carne Christi ait: quod traditum erat, id erat verum; vt ab eis traditum, quorũ erat tradere. Ergo quod erat traditum rescindens, quod erat verum rescidisti. Apertius hoc habet lib. 1. aduersus Marcion. dicens. Non negabunt discipuli eius primam illis nobiscum fidem fuisse, ipsius literis testibus; vt hinc iam destinari possit hæreticus, qui deserto, quod prius fuerat, id postea sibi elegerit, quod retro non erat. In tantum enim hæresis deputabitur, quod postea inducitur; in quantum veritas habebitur, quod retro, & á primordio traditum est. Et lib. 4. aduersus eundem Marcion. ait. In summa si constat id verius, quod prio, id prius, quod est ab initio, ab initio, quod ab Apostolis; pariter vtique cõstabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolicas fuit sacrosanctum. Denique lib. aduersus Praxeam ait. Quo peræque aduersus vniuersas hæreseis iã nunc præiudicatum sit, id esse verum quodcũque primum, id esse adulterum quodcunque posterius, &c.

Deut. 13. ait Diuinũ Oraculum. *Si surrexerit in medio tui propheres, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum, atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: eamus, & sequamur Deos alienos quos, ignoras, & seruiemus eis: non audias verba Prophetæ illius, aut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis eũ, an non in toto corde, &c.* Aliquando permittit Deus magistros aliquos, & celebres virosá cõmuni, & trita via deuiare, & sane vehemens tentatio est eũ quem alias veluti prophetam audiuimus, & filium prophetarũ velut Giezi susceptimus, à prophetarum via declinare, & noua dogmata inculcare: meminerimus tamen superioris moniti, quod tentat nos Deus vtrum eum diligamus, an non, dum qui putãtur differti, velut desertores vitamus, & nouatores fugimus, & diuinæ assentimur Scripturæ, quæ ait: *Ne transferas terminos, quos posuerunt Patres tui, & super iudicantem ne iudices, & scindentem serpem mordebit eum serpens.* Debemus insuper recordari doctrinæ Hieremiæ cum ait. *State super vias vestras, & interrogate de semitis antiquis, & ambulate in eis, & bene vobis erit,* quod clarius dixit Ioannes in. 1. epist. *Vos quod audistis ab initio in vobis permaneat: si in vobis permanserit quod audis ab initio, & vos in Filio, & Patre manebitis,* & Paulus ad Timot. *Permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris: vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ: doctrinis varijs, & peregrinis nolite abduci.* *Deut. 13. n. 1.* *Hier. 6. n. 16.* *1. Ioan. 2. n. 24.* *2. Timot. 3. n. 14.*

Optimus in hanc sententiam est ille locus Pauli cum ait. *O Timothee depositum custodi,* vbi per depositum doctrina intelligitur; nam in 2. epist. ad eundẽ veluti explicans quid hoc locutum sit, id esse verum quodcũque primum, id esse adulterum quodcunque posterius, &c. *1. Timot. 6. n. 20.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Timot. 1. n. 13.

co dixerit, subdit. *Quæ à me audisti in fide, & dilectione in Christo Iesu bonũ depositũ custodi*, & iterũ eadem loquendi forma vsus ait. *Quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt alios docere*, & sane fidei doctrinã appellauit depositum Nazianz. Orat. 22. quæ est 3. ad Greg. Nyssen. pro vt Iacobus Bilius eum ibi interpretatur. Chrysost. igitur hom. 18. in dictam epistolam eleganter in rem præsentem ait. Caue ne minuas: non enim tua, sed aliena sũt, quæ seruãda accepisti; nihil imminuas Vbi Chrysost. ad depositum alludens magis aperit sensum Pauli, quod sicut ij, qui depositam pecuniam, remve aliam, integram seruant, nihil inde detrahẽtes, minuentes ve, sed quia alienũ est depositum, & abalio traditum, eodem statu, & modo seruant, quo seruandũ acceperunt, sic & doctrinam, quam à maioribus traditam accepimus, instar depositi illæsam, & integram custodire, & cõseruare tenemur. Vnde, & Lirinẽs c. 27. cõtra hæreses explicans hæc verba Pauli ita ait. Quid est depositũ? i. quod tibi creditũ, nõ quod à te inuẽtũ: quod accepisti, nõ quod excogitasti: rem non ingenij, sed doctrinæ: non vsurpationis priuatæ, sed publicæ traditionis. Rem ad te perductam, nõ à te prolatam: in qua nõ Autor debes esse, sed custos: non institutor, sed sectator: non ducens, sed sequens. Depositum custodi, catholicæ fidei talentum inuiolatũ, illibatumque conserua: quod tibi creditum est, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Aurum accepisti, aurum redde: mihi pro alijs alia subijcias nolo, nolo pro auro impudenter plũbũ, aut fraudulenter æramenta supponas: nolo auri speciẽ, sed naturam plane, &c.

Sup. c. 2. n. 13.

Inde est quod traditurus Ioannes doctrinam catholicam fidelibus, inde orditur: *Quod fuit ab initio, &cæt.* vbi Oecumen. & Aug. lib. quæst. mixt. ex vtroque testamento q. 120. existimarunt hoc principium Ioannis pertinere ad inculcandam vetustatẽ Religionis, quã profitemur contra profanos Græcos, & Iudæos asserentes Religionem Christianam, & Ecclesiã, imo & Ecclesiæ mysteria recentia, & noua esse, cum ipsemet Christus Dominus, vt illi mentiuntur, res noua sit; contra quos videndus est Tertul. in apolog. c. 19 & 20. Aug. lib. 1. de ciuit. statim in c. 1. & 18. de ciuit. c. 37. & 38. Iustin. Martyr Orat. ad gent. Chrysost. hom. 33. in Act. Apost. Hierony. contra Luciferian. Athanas. ser. 2. contra Arrian. Ambros. lib. 1. de fid. ad Gracian c. 2. & lib. de Incarnat. Domin. sacram c. 3. Denique Epiphan. tom. 1. lib. 1. vbi Ecclesiam catholicam omnium primam fuisse ostendit, ab ipso que Adamo incepisse.

1. Ioan. 1. n. 1.

Præclara item sunt, quæ pro hac re docet Basil proæm. in regul breuior. vbi ad dictum locum Pauli alludens, & nostrum textum adducens ait. Benignus Deus, qui docet hominẽ scientiam: ijs quidem, quibus creditũ est donum docendi, præcipit per Apostolum, vt maneant in doctrina: eos autem, qui ædificatione indigent, quæ ex fonte cælestis hauritur doctrinæ, per Moysen hortatur dicens: *Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.* Quo circa necesse est, vt nos, quibus creditum est munus docẽdi, parati animo, & exprõpti simus quouis tempore ad conciliãdas Deo animas, & instituendas: sed præter ea, quæ communiter cum cæteris discitis, etiam seorsim de rebus ad vtilitatem vestram spectantibus interrogate, &c. Et Cęlestinus Papa in epistola mox citanda contra nouatorem Nestorium ad dicta verba Pauli alludens ait. Arrige aures tuas sermonesque, quos Paulus ad Timoth. & Tit. depromit, excipe: ecquid enim ille aliud præcipit, quam vt profanas vocũ

nouitates,

nouitates quæ tantum ad impietatem faciunt, spinasque, & tribulos semper generant, studiose euitent?

Et Basilius vt refert historia tripartita lib 3. cap. 36. post princip. ait. Qui diuinis sunt enutriti eloquijs eorum pi de diuinis dogmatibus ne vnam quidem syllabam patiuntur: sed pro his, si contingat, etiam omnes mortis species amplectuntur, & lib. 8. refertur Cyprorum Episcopum de cathedra Episcopali exilijsse, quod audierit quẽ dam legentem illum locum Ioannis. *Tolle grabatum tuum, & ambula: tolle cubile tuum, & ambula.* Tu, inquit ille, melior es eo, qui grabatum dixit? Vsque adeo detestabantur antiqui, vel etiã in locutione nouitatem, vt propriæ auctoritatis oblitus Episcopus contra innouantem vocem inuectus insurrexerit. Et August. epist. 86. in princip. & habetur d. 11. cap. in his, ait. In his rebus, de quibus nihil certi statuit Scriptura diuina, mos populi Dei, vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt, &c. Tantam suæ quamuis falsæ Religionis curam habuerunt Ethnici, vt vi, & armis eam retinerent, vnde in innouatores, seu nouorum numinum cultores diris semper exemplis animaduerterunt. Testis Driopes ille Athenienſis, qui legem tulit, qua capitale censebatur esse, de Deo non recte sentire, siue de Religione nouos ritus afferre, quod & Iustinianus aduersus Manichæos sanxit l. 10. & 12. C. hæret. & Manich. Proinde Athenienses Diagoram Philosophum repulerunt, quia scribere ausus fuerat, primum ignorare se an Dij essent: deinde si sint, quales sint, ijdem Socratem damnarunt, quod nouam Religionẽ introducere videbatur, qua de re videndus Valer. Max. lib. 1. c. 1. & lex 12. tabularũ erat, vt de ritib° patrijs colerẽtur optimi; de quo cum consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimum Religiones teneret,

Ioan. 5. n 8.

Oraculum editum est, eas esse. quæ in more maiorum teste Cicer. 2. de legibus.

Testatur Plutarch. in institutis Laconicis Terpandrum ad modum vetustum citharædum, ac sua ætate fidissonum principem, heroicorumque facinorum laudatorem mulctatum fuisse Ephori, citharamque ei adeptam, in publico fuisse affixam, quod vnam chordam amplius intendisset, vocis variandæ causa, sed in causam esse videmus tot dissonantium sectarum, tot discrepantiũ hæresum, quot impij nouatores quotidie prolibito veræ, antiquęque doctrinæ detrahunt, & addunt, quibus si publico iure, cõmunique consensu debito supplicio posset occurri, facili negotio ad tritũ, verumque iter daretur regressus, vel illi ad sanam doctrinam regrederentur, si Ecclesiæ catholicæ veros Patres interrogarent, si maiorum dictis starent, debitamque fidem adhiberent. Videndus pro hac sententia erit idem Plutar. lib. de profectu morum, vbi admonet seruandos hominũ animos, vel à paruis nouitatibus, sic vero scribit. Vnde magistratus ille Athenien sis cum citharędus quidã prẽter quinque chordas, duas denuo addidisset, illum simul, & chordas abiecerunt, rati illud ipsum esse nouitatem, ideoque vitandam. Quod si in cithara, ac musica nouitas damnabatur, cum ea magnum accesisse decorem comperiamus eidem musicæ, quid dicendum erit de qualibet morum, aut doctrinæ nouitate, quæ illius synceritatẽ euertit, & integritatẽ corrumpit? Vbi illud obseruandũ venit, citharam symbolũ esse harmoniæ, quã virtutes faciunt, sicut sæpe notauit Diogenes, hæc igitur facile obliteratur, si nouitas quælibet accedat. Et vt cum eodem Plutar. rem præsentem prosequamur, illud aduertit in vita optimi legislatoris Licurgi ad finẽ ipsum nullatenus

in sua

Universidad de Deusto
Biblioteca

in sua ciuitate peregrinos admittere voluisse, quia necesse erat, aiebat ille, cum peregrinis corporibus etiam peregrinos sermones ingredi nouiantes sermones iudicia noua asserunt, è quibus necesse est perturbationes oriri plurimas. Nec minus nouitates detestabatur Plato cum dialog. 7. de legib. præcipit ne pueris nouos adinuenire ludos liceat: nã viri, inquit, facti assueti nouationibus aliam vitam quærunt, & alia quæsita, alias leges cupiunt. Nouerat hoc Augustus Cęsar qui, vt refert Iustus Lypsius in sua polit. li. 4. c. 9. dicebat positas semel leges constãter seruate, nec vllam earum immutate, nam quæ in suo statu, eademque manent, & si deteriora sint, vtiliora sunt Reipublicæ his, quæ per innouationem, vel meliora inducuntur, &c. Si ergo meliora quia, noua sunt, nocent; noua vtique, quæ nociua sunt, & iniqua execranda profecto censenda erunt, quia vltimum nocumentũ secum afferre solent. Vnde Thucyd. lib. 3. hist ait. Neque cognouerimus quod multo melior sit status ciuitatis, quæ licet deterioribus, firmis tamen legibus vtitur; quam illius, quæ bonis quidem, sed irritis. Et lib. 52. Positas semel leges constanter seruate, nec vllam earum immutate: nam quæ in suo statu eadem manent, etsi deteriota sint, tamẽ vtiliora sunt Reip his, quæ per innouationem, vel meliora inducuntur, & Aug. tom. 2. epistola 118. cap. 5. in medio. Faciat quisque quod in ea Ecclesia, ad quam venerit, inuenerit: non enim quicquam eorũ contra fidem sit, aut contra mores, hinc, vel inde meliores. His enim causis, id est, aut propter fidem, aut propter mores, vel emendari oportet, quod perperam fiebat, vel instituui, quod non fiebat. Ipsaque mutatio cõsuetudinis, etiam quæ adiuuat vtilitate, nouitate perturbat, &c. Et Cicer. 2 de Diuination. maiorum instituta tueri, sacris, cæremoniisque retinendis, sapientis est. Sed quam præclara illa Gratiani, Valentis, Theodosij Imperatorum constitutio, quæ extat lib. 1. Cap. de summa Trinit. Cunctos populos, quos Clementiæ nostræ regit imperium, in tali volumus Religione versari quam D. Petrum Apostolum tradidisse Romanis Religio vsque adhuc ab ipso insinuata declarat. Optimum illud Mæcenatis ad Cæsarem Aug. eos, qui in diuinis aliquid innouant, odio habe, & coerce, non Deorum solum causa (quos tamem qui contemnit, nec aliud sane quicquam magni fecerit (sed quia quędam noua numina hi tales introducentes, multos impellunt ad mutationem rerum. Vnde coniurationes, seditiones, conciliabula existunt, res profecto minime conducibiles Principatui. Vtinam in mente iugiter, & præ oculis haberemus illud Lactant. lib. 5. diuinar institut. c. 8. ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingraueſcunt, quia Deus huius mundi effector, ac gubernator derelictus est, quia susceptæ sunt, contra quam fas est impiæ Religiones, &c.

Ponderauit eleganter Iosephus lib. 4. antiquit. c 8 ante med. præceptum illud Leuit. 19. vbi Deus iusit quod si plantæ ante quartum annum fructum proferrent, neque etiã Deo primitiæ inde offerrentur, neque Domino inde liceret edere nec in propriũ vsũ cõuertere: reddit vero rationẽ quia intẽpestiuus est talis fructꝰ: quod enim, ait, præmature á natura extorquetur eius vsus, nec Deo, nec Domino vtilis est; pro qua re videndus est Greg. lib. 8. moral. c 5. vbi ponderat præcepta auferẽdi præputia lignis pomiferis, quod habetur eodem loco citato Leuit. sic enim ait. Ligna pomifera sunt opera virtutibus fæcunda: præputia earum auferimus cum de ipsa inchoationis infirmitate suspecti, primordia nostro

Lenit. 19 n. 23.

rum operum nõ approbamus, ne dum accepta laus suauiter carpitur, fructus operis intempestiue comedatur, &c.

Sup. n. 24. *Quarto igitur anno*, ait sacer textus; *Omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino*, Hebr. *Quarto anno omnis fructus sanctitas laudum erit Domino* 1. quarto anno fructus consecrabitur Domino in laudem eius, vt videlicet offeratur sacerdotibus, sicut primitiæ, & decimæ, & in eorum ius cedat: quarto ergo anno hosce fructus comedere poterãt sacerdotes, non laici. Quid ergo est quod fructus, qui superioribus annis prohibiti erant, ad quartum annum Deo, & sacerdotibus sacrati, & tantũmodo dicati censentur: Rodulphus hoc ad firmitatem in quadro repertã cõuertit, tunc enim placita Deo sunt virtutũ opera, cum nouitatis imperfectionem amisere, & ad antiquã firmitatis speciem sunt transmissa. Cyrill. vero Alex. lib. 8. in Leuit hoc ipsũ deducit ad aduentum, & ætatẽ Christi, qui non venit soluere legem, sed adimplere, & vetera præcepta quoad figuras, & symbola antiquare: in veritate autem rata, & firma reddere, & ostendere cõnexionem inter vtrumque testamentum, ipsumque esse, qui in manibus prophetarum assimilatus fidelium, suorum manus ad opus accingebat, nõ poterant autem nõ Deo placere eorum fructus, & opera, quæ in antiquitate fundata erant, & veteri doctrina confirmata.

Sicut autẽ Christus Dominus suam doctrinam in antiquitate veteris legis fundauit, vt ostenderet id sibi maxime placere, quod antiquis ipsius præceptis, & iussionibus cohærebat, sic ex opposito, vti solet, diabolus nouitatũ sectator, & affectator ostenditur, sicut notauit Ambros. ad illud Luc. 4. quãdo diabolus Christo dixit: *Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene?* ponderat enim diabolum primum post Angelos venerabile Iesu nomen hominibus in

Luc. 4. n. 34.

culcasse, quia semper aliquid noui sibi vsurpare intendit, qui nouitatum amicissimus est, ait ergo Ambros. Nec quenquam mouere debet, quod Iesu Nazareni nomẽ in libro hoc diabolus dixisse primus inducitur: nec enim ab eo Christus nomẽ accepit, quod de cælo Angelus ad Virginem detulit: est enim huius impudentiæ, vt inter homines aliquid primus vsurpet, & ad homines quasi nouum deferat. Denique & in Genesi prius Deum homini nuncupauit, sic enim habet: *Et dixit serpens mulieri, quid vtique dixit Deus, &c.* Cum igitur nouitatum sit affectator diabolus, vel ex hoc capite fugiẽdæ essent nouitates, quando talem autorem sortitæ sunt, vel iugiter saltem timendæ, & cauendæ cum abillo promanauerint, armato enim hosti fides minime adhibenda est, sicut veteres dixere Romani.

Hoc videtur subodoratus Paulus cum profanas vocum nouitates vitandas esse admonet; nam sicut dixit Celestinꝰ Papa in epistola ad Nestor. quę habetur in cõc. Ephesin. c. 17. vbi affert dictũ Pauli locum. Vocum nouitates ad impietatem faciunt, spinasque, & tribulos semper generant, & in epist. ad Clerum Constantinop ibidẽ c. 18. ait. Palam est eiusmodi sermonũ nouitates non aliunde, quã ab inanis gloriæ cupiditate proficisci, nam vbi primum quidem acuti, perspicaces, prudentesque videri volunt, statim in id incumbunt, vt noui quidpiã commententur, quo hac nimirum ratione apud ineruditas, simplicesque mẽtes momentaneã aliquam acuminis gloriolam consequantur, &c. Aliquãdo vocis nouitas venenum latens defert; talis fuit nouitas vocis excogitata ab Arrianis cum filium Patri esse Omousion, id est, consubstantialem negantes, adinuenerunt eum esse Patri Omoiousion, id est, similẽ in substantia. Similes sunt aliorum nouan

1. Timot. 6. n. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium voces, de quibus Hieron. ad illud Amos. 3 *Congregamini montes Samariæ.* Videnda sunt quæ habet idem Hieron. scribens ad Pammach. & Oceanum. Cur post quadringentos annos docere nos niteris, quod ante nesciuimus? Vsque ad hũc enim diẽ sine ista doctrina mundus Christianus fuit, multaque hac de re habet epist. ad Desideriũ, & epist. ad Paulin. & in epist. ad Galat. c. 1 ad illa verba, *Sunt aliqui qui vos conturbant.* Et in eodẽ sensu Nazianz. ad Clidoniũ ait. Si ante hos triginta annos fides incepit, cum quadringẽti fere sint anni, ex quo manifestatus est Christus, certe & Euangelium nostrum in tanto tẽpore fuit inane, inanis & fides nostra, &c. Et Aug contra Cresconiũ lib. 2. c. 35. ita eum stringit Ecclesiam perijsse dicitis: & vos vnde nati fueritis ostẽdite. Sola igitur Euangelica doctrina per excellentiam vera, & antiqua dicitur, ad inuidiam falsæ, quæ noua appellatur Et ad Optatum lib. de ratione animæ. Sẽper viris sanctis suspecta fuit nouitas, &c.

Est in hanc sententiam grauis ea responsio Diui Basilij, quæ est apud Theod lib. 4. suæ historiæ cap. 17. & in historia tripartita lib. 7. cap. 36. Proditum igitur ibi est, Basilium Magnum sic respondisse Valentis Imperatoris Præfecto, qui ad eius corrumpendam integritatem, & fidem venerat. Qui in Diuinis enutriti sunt eloquijs; corrumpere de Diuinis dogmatibus ne vnam syllabam patiuntur, sed pro ijs, (si ita oportet) omne mortis genus amplectuntur &c. Etenim si, vt Plato habet, quem refert Cicero lib. 2. de leg. metuenda est vehementer quæcũque, vel leuis mutatio, nam magnũ momentũ habet ad communem statũ ciuium perturbandum: quanto magis cauenda est circa res fidei quæcunque nouitas, sed magis conseruanda illibata, & incorrupta, quæ iam à principio nobis tradita sunt à maioribus: Ideo & Hormisda Papa tom. 2. Concil. Nouitatem, inquit, in Ecclesia introducere, nec volumus, nec debemus. Videndus Bellarm. tom. 3. lib. 4. de Euch. c. 8. vbi ostendit conditionẽ hæresis esse nouitatem doctrinæ; & veritatis catholicæ antiquitatem. Similia habet tom. 2. lib. 3. de laicis c. 19. Et Ignatius in epistola ad Heronem admonet nullatenus credendum ei, qui nouam docet doctrinam, etiamsi ieiunet, virginitatem seruet, & miracula videatur edere, & prophetare. Et Theophylus ad Hieronymũ tom. 3. ait. Optamus, si fieri potest, in diebus nostris ómnes nouitates sopire.

Videndus etiam Radulphus Decanus Tungrensis lib de Canonum obseruantia tom. 6. Bibliot. vbi superiº adductum locum Pauli sic explicat. *Profanæ nouitates*, hic accipiuntur noui cantus, nouæ historiæ, nouæ lectiones, vel orationes, & cætera huiusmodi noua, quæ Patres nostri non coluerunt, de quibus infra latius proponetur. Hæ profanæ vocum nouitates secundum Apostolum sunt deuitandæ; quia in rebus nouis constituendis, vt recedatur ab eo, quod diu equũ visum est, vt habetur l. in rebus. ff. de cõstit. Prine. nouitates enim sine causa inducendæ non sunt, quia mutationes sunt periculosæ, & reprehenduntur qui nouitates inducunt. 11. distinct. Quis nesciat. Et contra Ecclesiæ ritũ præsumpta nouitas mater est temeritatis, soror superstitionis, & filia leuitatis, secundũ Ber. epist. 173. ad Canonicos Lugdunenses. Vnde Aug. & ponitur in epistola allegata. Ipsa quippe mutatio cõsuetudinis, etiá quæ vtilitate adiuuat, nouitate perturbat. Et Nicolaus Papa inter cætera sic scribit Hincmaro Rhemensi Archiepiscopo, & ponitur dist. 12. Ridiculũ est, &

satis

satis abominabile dedecus, vt traditiones, quas antiquitus à Patribus suscepimus, infringi patiamur. Et B. Maximus in quodã sermone de martyribus ait. Magni itaque periculi res est, si post Prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post martyrum vulnera, veterem fidem, tanquã nouelã discutere præsumas. Et Zozimus Papa Narbonensibus, & ponitur 25. q. 1. contra statuta Patrũ contendere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest autoritas. Apud nos enim in conuulsis radicibus venit antiquitas, cui decreta Patrum sanxerunt reuerentiã. Et. B. Greg Maurentio Magistro pro causa Theodori. Graue nimis est, inquit, contra veterum vsum sacerdotes sibi quicquã arripere: omnia, quæ vsus antiquitatis statuit, intemerata seruentur Et Leo. 4. scribit Iudici Sardiniæ. Nec mos, nec nouiter introducta consuetudo nostræ Ecclesiæ, nostris prædecessoribus fuit contra statuta canonũ, noua, vel inusitata præsumere. Et Aug. 3. contra Iulianũ Pelagianum c. 3. Mira sunt, quæ dicitis, noua sunt, falsa sunt: mira stupemus: noua cauemus: falsa conuincimus. Et in lib. quæst. noui testam q. 43 ait. Nemo in hæresem irruit, nisi à nominũ ratione discedens, &c. Similia habet trac. 27. in Ioan. & lib 1. contra Iulianum c. 2 & lib. 2 c. 1. & lib. 10. de ciuit. c. 27. vbi eleganter ait. In rebus Religionis, & fidei non solum id, quod rectũ est, oportet sentire, sed etiam recte loqui. Et Hieron. epist. ad Damas. ait. Non bonæ suspitionis est cum in eodem sensu verba dissentiunt. Plura qui velit adeat Bozium tom. 1. lib 3. de sig. Eccl. c. 10. Vbi latissime pariter, & doctissime hac de re agit. Videndus item Cano de locis Theologicis lib 8 c. 4. concl. 3. Et Æneas Syluius de origine Boemorum c. 27. vbi de Ioanne Hus refert amicissimum nouitatum extitisse, à nouitate autem ad non veritatẽ parum discrimínis interesse.

Est optimus locus pro hac re ille Hierem. cum ita ait: *Oblitus est mei populus meus frustra libantes, & impingentes in vijs suis, & in semitis sæculi, vt ambularent per eas in itinere non trito,* quibus in verbis Deus conqueritur de Israelitico populo, quod nouitatem idolatriæ secutus sit, deuiando à Regio, & antiquo itinere; sic enim explicat Lyran Vatabl. & Maldon. qui viam Regiam dicit mandatorum Dei, Vatabl. vero vias sæculi interpretatur antiquas, siue maiorum fidelium, & piorũ. Et enim qui antiquorum nõ sequitur viã, & doctrinam, facile in nouos incidit errores & vsque ad idolatriam prolabitur. at vero Epiphan. hæres. 59. ait. Est via Regia sanctæ Dei Ecclesia, & iter veritatis. Agite itaque serui Dei Vos filij sanctæ Dei Ecclesiæ, qui certam regulam nouistis, & via veritatis inceditis, ne retrahamini vocibus, & vniuscuiusque confictæ professionis verbis; erroneæ enim sunt horum viæ, & accliuis collis, adulteræ ipsorum intelligentiæ, &c. Et Cyrill. lib. dialogi cum Hermia in initio ait. Nullus porro accipiatur sermo eorũ, qui linguæ vitio nobis obstrepunt, dũ alienis nos adoriũtur dogmatibus, & relicta via regia, in alteram deflectũtur, pro vt sibi solis videtur, quẽ mentis morbum curatu difficilium censuerim, &c. *Hier.* 18 *n.* 15.

Numer. 21. misit Israel nuntios ad Sehon Regem Amorrhæorũ dicens, *Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam, via regia gradiemur donec transeamus terminos tuos.* Vbi Origen. citatus in Glossa ait. Via Regia illa est, quæ dixit: *Ego sum via, veritas, & vita,* hac via incedendum, nec in agrum, nec in vineam, id est, nec ad opera, nec ad sensus diabolicos, si volumus pacifice transire per mundum, &c. Virorum itaque Israelitarum, & fidelium *Num.* 21. *n.* 22. *Ioan.* 14.

hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc certa vox est: via regia gradiemur, & Patrum nostrorum recalcabimus iter, donec huius mũdi terminos transeamus ad promissam vsque terrã viuentium Hebr. habetur: *Via Regis*, id est, Christi, illam .s. quã ipse nobis aperuit, & de qua Paulus Hebr. 10. ait. *Hebr. 10.* *Habentes itaque fiduciã in introitum sanctorum, quam initiauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, id est, per carnem suam.* Hanc ille omnibus in cælũ proficiscentibus aperuit, hac itur ad superos, & peruenitur ad astra, & ab illa deflectẽtes ad inferos descendunt. Rupert. vero ad citata verba ex lib. Numeror. lib. 2. cap. 8. post med. ait. Per tritam gradiemur viam, id est, antiquam, & bene notam tenebimus doctrinam. Trita namque via est Euangelium, & trita fide Patriarchatũ, trita testimonijs legis, & Prophetarum. Nihil ergo dicendo nouum, nihil docendo, quod non constat autoritate Scripturarum &c. Videnda sunt quæ habet idem Tertull. 4. cõtra Marcion. cap. 4. vbi ita incipit. De titulo quoque funis ducendus est contentionis, pari hinc inde nisu fluctuant. Ego meũ dico verum Euangeliũ, Marcion suũ, quis inter nos determinabit, nisi temporis ratio ei perscribens autoritatẽ, quod antiquius reperietur, & ei præiudicans vitiationem, quod posterius reuincetur? &c. quæ in eandem sententiam late prosequitur: quam valida autem sit hæc Tertull. ratio ex eo conuincitur, quod qui de alicuius rei possessione contendunt, cum nulla certi ratio indagari, haberive potest qua quispiam illam proprio iure possideat, tunc ad vnũ antiquitatis ius, ac vetustissimam perscriptionem recurrendum est, & inquirendum quis illam prius possederit, huic enim rem deberi leges præscribunt. l. 3. cod. de seruitut. & aqua. l. siquis diuturno vsu. ff. de acquirenda possessione quo argumento olim quoque vsus est Ireneus lib. 3 c. 4. cum ait. Quid enim si cui de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt, & ab eis de præsẽti quæstione sumere quod certũ, & liquidũ esset? &c. Huius itẽ argumẽti efficacia Aug. pri⁹ Manichęorũ hęresis sectator Catholicæ Religionis fidẽ verã esse sibi persuasit, sicut ipsemet testatur lib. de vtilit. cred. ad Honorat. Et sane Christus Dominus hoc argumentum videtur approbasse Matth. in c. 11. nam cum Ioannes Baptista ad eum per discipulos legationẽ mitteret rogans: *Tu es qui vẽturus es, an alium expectamus?* id illi à Christo responsum nouimus: *Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis, cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, &c.* Plane aliena à Ioannis interrogatione hæc Christi responsio alicui posset videri, ea tamen quæsito abunde satisfacit, prouocat enim Ioannem ad oracula, quæ eadem illum facturũ prædixerant, etenim Isai. 35. ea promiserãt Messiã editurum, quæ facta refert Christus Dominus, qui proinde se ad Oracula examinandum præbet, non enim poterat non verus esse Præceptor, cuius doctrina, cuius item opera cum prophetarum oraculis, & maiorum dictis sic cohærebant. *Matth. 11. n. 3.*

Sed traditæ hucusque doctrinæ videtur obstare quod nostræ fidei series in nouo continetur testamento, lex que noua dicitur, quam sectamur, & profitemur, & *Mandatum nouum* asserit Christus inculcare, cum præcipuũ charitatis præceptũ tradit; quæ omnia cum antiquitate hucusque à nobis commendata videntur pugnare. Sed respõsio est in promptu, quod lex noua, testamentumque nouum dicitur, nõ quia nuper inceperit, sed quoniam nouo, & singulari modo nobis fuit manifestatum, traditum, & apertum, vt scite ostendit Aug. lib 2 con- *Ioan. 3. n. 34.*

tra duas epistolas Pelagianorũ c. 4. & Chrysost. hom. 71. in Ioan. ad citata verba: *Mandatum nouũ, &c.* Vnde Aug. cont. Adimãt c. 3 dixit: Nulla in Euãgelica, & Apostolica doctrina reperiuntur, quanuis ardua, & diuina præcepta, & promissa, quæ illis etiã libris veterib⁹ desint, & Greg. hom. 6. in Ezec. ad med. ad illa verba: *Quasi rota in medio rotæ*: ait. Quid est hoc, quod cum vna rota diceretur, paulo post adiungitur: *Quasi rota in medio rotæ*, nisi quod in testamenti veteris litera testamentũ nouũ latuit per allegoriam? Vnde & rota eadem, quæ iuxta animalia apparuit, quatuor facies habere describitur, quia sacra Scriptura per vtraque testamẽta in quatuor partibus est distincta: vetus enim testamentũ in lege, & Prophetis; nouum vero in Euangelijs, atque Apostolorum actibus, & dictis: scimus autem quia vbi faciem intẽdimus, ibi quod necesse est videmus. Rota ergo quatuor habet facies, quia prius resecanda mala in populis vidit per legem, postmodum vidit per Prophetas, subtilius vero per Euangelium, ad extremum autem per Apostolos. Videndus Tertullianus lib. de spectac. cap. 3. vbi ostendit Deum dum Israelitas lata lege edocebat; nos iam in eis instruere; potestque ad hunc sensum deduci locus eiusdem Tertullian. lib. de veland. virgin. c. 1. vbi ait: Dominus noster Christus veritatem se, non consuetudinem cognominauit. Si semper Christus, & prior omnibus æque veritas sempiterna, & antiqua res. Viderint ergo quibus nouum est, quod sibi vetus est. Hæresis non tam nouitas, quam veritas reuincit. Quodcumque aduersus veritatem sapit, hoc erit hæresis, etiam vetus consuetudo. Cæterum suo vitio quis quid ignorat: quod autem ignoratur, fuit tam requirendum, quam suscipiendum quod agnoscitur. Regula quidem fidei vna omnino est, sola immobilis, & irreformabilis credendi, vel vnicum Deum omnipotentem, mundi Conditorem, & Filium eius Iesum Christum natum ex Virgine Maria. Hac lege fidei permanente cætera iam disciplinæ, & conuersationis admittunt nouitatem correctionis, operante .s. & proficiente, vsque in finem gratia Dei. Quale est enim vt diabolo semper operante, & adijciente quotidie ad iniquitatis ingenia, opus Dei aut cessauerit, aut proficere destiterit, cum propterea Paracletum miserit Dominus, vt quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur, & ordinaretur, & ad perfectũ perduceretur disciplina. *Adhuc*, inquit, *multa habeo vobis dicere, sed nondum potestis ea baiulare: cum venerit ille Spiritus veritatis deducet vos in omnem veritatem, & superuenientia renuntiabit vobis*: quæ est ergo Paracleti administratio, nisi hęc, quod disciplina dirigitur, quod Scripturæ reuelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur? Nihil sine ætate est, & omnia tempus expectant. Denique Eccles. 1. *Tempus*, inquit, *Omni rei*: aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoueri. Granum est primo, & de grano frutex oritur, de frutice arbuscula enititur; deinde rami, & frondes inualescunt, & totum arboris nomen expanditur, inde germinis tumor, & flos de germine soluitur, & de flore fructus aperitur; isq; rudis aliquandiu, & informis, paulatim ætatem suam dirigens eruditur in mansuetudinem saporis. Sic & iustitia &c. Hinc est quod in cap. Non debet, de consanguinitate, & affinitate dicitur: Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque variantur humana; præsertim cum vrgens necessitas, vel euidens

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtilitas id expoſcit. Et Cornel. Tacitus lib. 3. Annalium, nec omnia apud priores meliora, &c. & lib. 11. annal. Omnia, quæ nunc vetuſtiſsima creduntur, noua fuere: inueteraſcet hoc quoque, & quæ nunc exẽplis tuemur, inter exẽpla erunt, &c. & ſane rectum propoſitum non infringit, qui illud in melius deducit, & conuertit, vt cõſtat ex cap 3. de iure iurando, & ex c. incõparabilis. 22. q. 4. ex Authent. de nuptijs §. 1. Collat. 4. l. non vnquam titul. de collat. bonorũ. Rebus repetit. Quod iuſsit num. 6. verſ. intellige: illud tamen præ oculis habendum, quod in propoſito dixit Caſsiodor. lib. 3. epiſt. 17. non ſit nouitas moleſta, quæ proba eſt.

Proſecutus eſt hoc argumentũ Anton. Marin. Orat. ad Patr. Conc. Trid. vbi ait. Noue nobis plura innoteſcũt; non noua; profectus eſt, & illuſtratio doctrinę eſt in nouo teſtamento, non permutatio; nam rem aliquã proficere eſt in ſemetipſam amplificari, augeri, & illuſtrari; at permutari eſt ex alio in aliud tranſuerti. Creſcit igitur, & multum, vehementerque proficit per ſingulas ætates, ac ſæculorũ grãdus Catholicæ Eccleſiæ ſcientia, & ſapientia, quæ ideo aurora dicitur, quia in maiorem lucem, & ſplendorem euadit. imitaturque animarum Religio rationem corporum; hęc enim licet annorum proceſſu numeros ſuos euoluant, & explicent, eadem tamen, quæ erant, permanent. Multum intereſt inter pueritiæ florem, & ſenectutis maturitatem, ſed ijdem ipſi fiunt ſenes, qui fuerant adoleſcentes: vt quamuis vnius, eiuſdemque hominis ſtatus, habituſque mutetur, vna tamen nihilominus, eademque natura, vna, eademque perſona ſit. Parua lactentium membra, iuuenum eadem ipſa ſunt, tamen quot paruulorum artus, tot virorum: & ſi qua illa ſunt, quæ æui maturioris ætate pariuntur, iam in ſeminis ratione proſerta ſunt, vt nihil nouum poſtea proferatur in ſenibus, quod non in pueris iam ante latitauerit. Vnde non dubium eſt eſſe legitimam, & rectam proficiendi regulam, hunc ratum, atque pulcherrimum creſcendi ordinem, ſi eas ſemper in grandioribus partes, ac formas numerus detexat ætatis, quas in paruulis Creatoris ſapientia præliciauerat. Quod ſi humana ſpecies in aliquã deinceps non ſui generis vertatur effigiem, aut certe addatur quipiã mẽbrorũ numero, vel detrahatur: neceſſe eſt totũ corpus, vel intereidat, vel prodigioſum fiat, vel certe debelitetur: item etiam noſtræ Religionis dogmata ſequantur has decet profectuum leges, vt annis. ſ. conſolidentur, dilatentur tempore, ſublimentur ætate, incorrupta tamẽ, illibataque permaneant, & vniuerſis partium ſuarũ menſuris, cunctiſque quaſi membris, ac ſenſibus proprijs plena, atque perfecta ſint, quod nihil præterea mutationis admittant, nulla proprietatis diſpendia, nullam diffinitionis ſuſtineant varietatem, &c. Videndus item pro hac re Antioch. Blõdus in c. 1. Apocal. q. 2. § præmitto quinto.

Et iuxta hęc, quę ex citatis Autoribus adduximus, recte intelligitur doctrina D. Th. 2. 2. q. 1. art. 7. & Mag. in 3. d. 25. cæterorũque ſcholaſticorũ, de qua videndus Bonauent. eadem d. ar. 2. q. 1. Scot. q. 1. & Dur. ibidẽ Ricard. art. 3. q 2. vt recentiores omittam, qui aſſerunt actu fidei implicito omnia, quæ nunc creduntur fuiſſe ſemper in Eccleſia Dei credita, actu vero fidei explicito non eadem ſemper credita, ſed progreſſu temporis alia fuiſſe patefacta, & credita á fidelibus. Quo etiam ſenſu Exodi 6. dixit Deus Moyſi: *Ego ſum Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, &c. Et nomen meũ Adonai nõ indicaui illis*; hoc eſt, non impertiui illis claram notitiam ſimplicitatis, & vnitatis meæ, *Exod. 6. n. 3.*

vt inter-

vt interpretatur D. Th. 2. 2. q. 174. art. 6. Et eodem ſenſu Paulus dixit Epheſ. 3. *In alijs generationibus myſterium Chriſti non eſt agnitum, ſicut nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis, & Prophetis*; videndusque erit Irenæus lib. 4. c. 13. & c. 47. vbi inde probat maiorem obedientiã, & perfectionem ab hominibus exigi in lege gratiæ, quam in veteri, quia fides nunc eſt illuſtrior, & creuit quo ad explicitam cognitionem, ſic enim habet. Quemadmodũ in nouo teſtamento ea, quæ eſt ad Deum fides hominum aucta eſt, additamentum accipiẽs Filium Dei, vt homo fieret Dei particeps: ita & diligentia conuerſationis adaucta eſt, cum non ſolum à malis operibus abſtineri iubemur, ſed etiam ab ipſis malis cogitationibus, & otioſis dictionib⁹. Similia habet Aug. epiſt 51. *Ephes. 3. n. 8.*

Neque vero creuit tantum Catholica fides vſque ad Chriſti aduentum, ſed adhuc illuſtratur, indieſq; clareſcit; vnde D. Th. 2. 2. q. 1. art 10. ad. 2. aſſerit in doctrina quidem Chriſti, & Apoſtolorũ ſufficienter cõtineri omnia quæ pertinent ad fidẽ, oportere tamẽ aliquando fidei veritates ab Eccleſia denuo magis explicari, & fidelibus proponi; ita tamẽ vt nouus non condatur, nec proponatur articulus fidei, quod latius proſequitur Tho. Vuald. lib. 2 doctrin. fidei c 32. Canus lib. 2. de locis Theol. c. 7. & lib. 4. c. 4. Alphonſus á Caſtro in ſua ſumma lib. 1. c. 8. ſemperq; præ oculis habendũ id, quod docuit Hierony. in illud Pſ 86. *Dominus narrabit in Scripturis populorũ, & Principũ horũ, qui fuerunt in ea*, vbi ait propterea prophetã vſurpaſſe verbũ illũ. *Fuerunt*, quod nihil tanquã de fide in Eccleſia habendũ ſit, quod prophetæ, & Apoſtoli, qui fuerũt, Eccleſię Principes, nõ tradiderunt: quod idẽ videre eſt apud Irenæ. lib. 3. c. 2. & Cypr. in epiſt ad Pomp. & alios ſanctos Patres, quos refert Vualdẽſ. loco citato optimuſq, eſt locus apud Euſeb. Cæſar. lib. 1. demonſt. Euang. c. 6. vbi ait teſtamẽti noui notionẽ, & rationem rem eſſe antiquiſsimam, atque antiquiorẽ ipſa lege Moſaica, cum Iob Euangelium ante Euangelium ſeruauerit, &c.

Facit etiã pro hac re id, quod Chryſoſt. tom. 6. Orat. de die Natali Chriſti poſt princ. affert. Nã cũ dies Natalis Domini illis tẽporibus innotuerit per aliquos, qui ex occidente venerant, atque indicauerant, ait. Nõ dũm decimus annus eſt, ex quo hic ipſe dies manifeſte nobis innotuit, attamẽ perinde ac ſi iã olim nobis tradit⁹ eſſet, ita opera veſtra celebrat⁹ inclaruit. Quare non errauerit, qui eũdẽ nouũ ſimul, & antiquũ nuncupet: nouũ quidẽ quod nunc demũ exacta illius notitia ad nos peruenerit, antiquum vero, & vetuſtum quod celeriter vetuſtioribus ætate velut ſuppar redditus ſit, & ad eundẽ cũ ipſis temporibus commenſũ euaſerit. &c. Eodẽ etiã modo nos poſſumus doctrinã noui teſtamenti veterẽ ſimul, & nouam dicere, veterẽ quia iam olim tradita in radice, ſymbolo, & figura; nouam ratione manifeſtationis, & expreſsioris illuſtrationis, quã in aduentu Chriſti veri ſolis ſortita eſt. Ideoque Chryſoſt. ſer. 2. de verbis Apoſt. *Habentes autem, &c.* poſt princ. ait. Vbi nunc ſunt, qui vetus teſtamentum criminantur, qui corpus Scripturæ dilacerant, qui aliũ nouo, aliũ veteri teſtamento Deũ attribuũt? Audiant Paulũ impia ora obturantẽ, impugnatrices Dei linguas cohibentem, oſtendẽtem eundem eſſe ſpiritum tam noui, quam veteris teſtamẽti, nam & ipſa nomina magnam nobis teſtamentorum conſonantiam ſignificant. Nouum enim ad differentiam veteris dicitur, & vetus ad differentiã noui, ſicut & Paulus inquit: dicẽdo nouã, antiquauit illam priorẽ; niſi vero eiuſdem eſſent Domini, neque hæc noua, neque illa vetus appella-

ri posset. Itaque hoc ipsum nominũ discrimina cognationem vtriusque indicat: & differentia hæc non est in eorum essentia, sed in mutatione tẽporum, solo enim tempore nouum à veteri distat. Cæterum temporis differentia nullam dominij, neque mutationem affert, neque diminutionem: id, quod & Christus indicauit dicens: *Propterea dico vobis, omnis Scriba eruditus in Regno cælorum similis est homini Patrifamilias, qui depromit de thesauro suo noua, & vetera.* Vides diuersas quidẽ possessiones, idẽ vero dominiũ? Quẽadmodũ igitur ille potest depromere noua, & vetera cũ sit vnus, & idẽ Paterfamilias; ita hic quoque nihil vetat eiusdem esse Dei tum nouum, tum vetus testamentum, hoc ipsum enim maxime indicat eius diuitias, & abundantiam, quod non solum noua possideat, verum etiam in veteribus abundantiam præ se ferat. Itaque differunt tantum inter se testamenta, at non pugnant, neque sunt contraria; vetus enim ex nouo fit vetus, hoc autem non pugnæ est, neque contrarietatis, sed differentiæ tantummodo. Veteri lege iubente non occidere, hęc iubet ne irasci quidem; augetur prius mandatum, non affertur contrarium, illa enim fructum malitiæ resecat, videlicet cædem, hæc vero etiam radicẽ ipsam euellit, nimirũ iracundiam. Illa radicem tollit vitij hęc fontem ipsum exsiccat, &c. quæ in eandem sententiam prosequitur.

Matt. 13. n. 44.

Constat igitur ex dictis quomodo Religio, & fides Catholica eadẽ perseuerans quoad explicationem, & illustrationem multarum rerum, quæ implicite iam credebantur, & cõtinebantur in fidei articulis, augeatur, etenim prædicta manifestatio fit, prout tẽporis ratio postulare videtur, ideoq; contra fidei antiquitatẽ non est cur inde quis Ecclesiam Dei impugnet, eique imposturã nouitatis exprobret, cum pura nouitas minime sit ea, quæ antiquum, & solidum fundamentum in veteri Religione fortitur, quod optime prosequitur Ber. de vita solit. ad frat. de monte Dei post princ. vbi eos alloquens ait. Implete gaudium non meum tantummodo, sed omnium diligentium nomen Dei, vt in varietate vestitus deaurati de auro sapientiæ Dei Reginæ assistentis á dextris spõsi, vestro studio, vestra instãtia, ad Dei gloriã, & magnã coronã vestrã, & gaudiũ omniũ bonorũ, hoc sanctę nouitatis instauretur ornamentum. Nouitatẽ vero dico propter linguas nequã (á quarũ cõtradictione absc̃odat vos Deus in absc̃ondito faciei suæ) hominũ impiorũ, qui cum manifestum lumen veritatis obnubilare nõ queũt de solo nouitatis nomine cauillãtur, veteres ipsi, & in veteri mente nesciente noua meditari, vtres veteres nõ capientes vinum nouum: quod si eis infunderetur, rumperentur. Sed hæc nouitas non est nouella vanitas: res est enim antiquæ Religionis perfectę, fundatæ in Christi pietatis, antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei á tẽpore Prophetarũ præmonstrata, iamque nouæ gratiæ, sole exorto, instaurata & innouata, ab ipso Domino familiarissime celebrata. Sileant ergo qui in tenebris de luce iudicantes, vos arguũt nouitatis ex abundantia malæ volũtatis ipsi potius arguendi vetustatis & vanitatis, &c. Hinc est quod Ecclesia spõso suo ait: *In portis nostris omnia poma noua, & vetera dilecte mi seruaui tibi.* Pagnin legit: *Super hostijs nostris omnia dulcia.* Montanus vero transfert: *Delicata, noua, etiã vetera dilecte mi abscondi*, proprie, *thesaurizaui tibi.* Septuaginta legunt, *nuces nouas super veteras*, qui locus ex mente trium Patrũ Græcorũ apud Theod. & Aug. c. 16. quęst. in Matth. & Philo Carpat. intelligunt de enucleandis, & explicandis sententijs, quæ in veteri instrumento erant implici

Cant. 7. n. 13.

tẽ, &

té, & virtualiter inclusæ, indiesq; manifestantur ministerio sacrorum Interpretum, & Doctorũ, & in portis Ecclesiæ. i. palam, prompte, & dilucide proponuntur, vt cohęrentia cernatur inter nuces veteres, & nouas.

Hoc etiam innotesceret, si aduertamus sacram Scripturam esse auri, argentique fodinam, sicut prosequitur Chrysost. ser. 1. in 1. ad Cor. & hom. 3. 13. 21. in Genes. & hom. 35. in Ioan. & in Isai. 6. Nyssen. in frag. 1. ad Cor. 15. Greg. Mag. 18. moral. c. 14. Vnde singulæ lineæ Scripturę sacræ venę pretiosæ sunt, & apiculi singuli thesauri, & tandem eloquia Domini argentũ, fodinæ autem indies pariũt influxu cęlesti pretiosos fœtus, quos obstetricum more non sine labore, & diligẽtia sacri Interpretes proferunt in lucem, prolatos excocunt acri ingenij igne, & quasi aurificum arte elaborant, & nouis sculpturis, & figmentis exornant, semper tamen superest locus amplius eruendi, cõflandi, elaborandi, cælãdi, nouiq; ex eo operis monilis, seu thoreumatis cõficiendi, nouos deniq; orbes indies explicãdi, ipsamque etiam Scripturam descripsisse visus est Posidon. apud Strab. 3 Geograph. Si quis, inquit, regionẽ ipsam inspectet, cũ mõtes omnes, omnesque tumuli materiæ sint monetæ, quam quædã fælicitatis abundantia cumulauit, effluẽtis vbique perpetuo naturæ thesauros, & imperatoriæ cuiusdã maiestatis, nunquã deficiens ærarium esse dicat, non enim dies tantũmodo, sed vt diuitiæ sufficiens, & suggerens regio est, penesque ipsos subterraneũ locum non inferos Pluto, id est, Dis ipse Opulentiæ Deus inhabitat. Sic ille. In hoc etiam sensu possumus explicare illud Leuit c. 25. *Comedetis veteres fruges vsque ad nouũ annũ, donec noua nascantur, edetis vetera*, & c. 26. *Respiciã vos, & crescere faciam, multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscũ: primo comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proijcietis*: quæ omnia in explicitã doctrinã traditã olim in cortice, & spicis literę, in symbolis, ac figuris, & nouiter in plenitudine tẽporum enucleatã, & excussam maxime quadrãt, recte enim Gregor. Magn. prologo in Cant. dixit: Messis vberrima est Scriptura sacra, & aurea cęsarie, & grano felicissimo, prædiuitum speciarum, hoc est sententiarum, quasi messores Doctores, at ij non tã omniũ lectores in vbertate tãta, quin plurimæ adhuc legendę spicæ effugiãt manus metentiũ; deniq; teste Hilario in Ps. 134. vberrim⁹ est, atq. felicissimus ager sacra Scriptura, & campus varijs, odoriferis, saluberrimis, pulcherrimisq; herbis, floribus, frugibus, fructibusque admirabilis. At vt nec in natura omnes adhuc flores, & fructus noti, explorati, perspectique sunt omnibus, sed Adamo tantum, & Salomoni horum scientia in terra singulari beneficio à Deo collata: sic nec omnes Scripturæ diuitię, non omnes omnino, non omnibus exhaustæ intelligẽtiæ, quarũ prolatione, & propalatione Ecclesia illustratur indies, ex aurora, seu lucifero luna, ex luna sol, ex sole cælestium syderum acies ordinata. Habuit vmbram futurorum bonorũ lex, fides imaginem, visionẽ, religio veritatem. *Murenulas* quidem *aureas*, siue *similitudines auri*, vt legunt Septuaginta, habuit synagoga, Ecclesia verũ aurũ depositis similitudinibus, namque vt dicitur Prouerb. 4. *qua silux*, vel vt Hebr. habetur, *Sol splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem.* Omnes omnis generis artes, & sciẽtiæ, ímo & Theologia Scholastica, ac moralis illustrãtur indies, & nouæ veritates, quib⁹ veteres illuminẽtur, effulgent studio, diligentia, lucubrationeque Doctorũ, & sapientum, præcipue vero dono diuino, & Spirit⁹ sancti illustratione, cui igitur non

Ruth. 2.

Cant. 6. n. 9.

Hebr. 9.

Prou. 4. n. 18.

Leuit. 25 n. 22.

Sup. 26. n. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem censendum de Fide,& Religione? Hac enim in re verum habet id, quod dixit Seneca, etsi de naturalibus veritatibus dixerit, verè tamen ad supernaturalia aptandum venit. Patet omnibus veritas, inquit ille epist. 39. nondum est occupata, multũ ex illa etiam futuris relictum est. Quod etiam prosequitur Aug. epist. 3 ad Volusian. Et Eccles cap. 18. *Cum consummauerit homo tunc incipiet, & cum quieuerit operabitur.* Pagnin. & Montan. *Cum cessauerit, tunc indigebit.* Etenim quando quis existimauerit nihil sibi acquirendum restare, tunc indigentiam propriam fatebitur,& plura agnoscenda sibi superesse inueniet. *Eccl. 18. n. 6.*

Possemus item ijs, qui viam obstruere volunt aperiendæ veritatis, illud obijcere quod Hieronymus dixit epist. ad Sophron. Peruersissimi homines cum semper nouas expetant voluptates,& gulæ eorum vicina maria non sufficiant, cur in solo studio Scripturarum veteri sapore contenti sunt: Vbi Maximus Doctor in eos inuehitur, qui ipsum carpere non cessabant, quod nouas adduceret versiones,& absconditos in Scriptura sensus erueret, dum impensius sacris literis incumbens insudabat, quasi hæc non continerentur in sacræ Scripturæ thesauro, qui cum fœcundissimus sit, multiplices præbet diuitias, multisque, ac varijs modis inde veritas depromitur ad animos fidelium ornandos,& ditandos.

Hoc etiam possumus deducere ad morum reformationem, dum multa in Ecclesia prohibentur, quæ olim licebant, vt videre est in communione infantium,& adultorum sub vtraque specie.& multis alijs, quæ longũ esset recensere: imo in abrogandis vsibus, qui potius abusi erant, qua de re eleganter Isidorus Peluf. lib. 2. epist. 46. inter alia ita habet. Illud ignorare videris improbam consuetudinem nouitate sola comprimi, atque extingui solere. Neque graue, ac sceleratũ est aliquid innouare, cum vtilitas nouitati adiuncta est, nec enim noxia, & vtilia vetustate perpenduntur. Verũ id explorandnm est an in antiquioribus rebus vitium inueniatur, ac contra in recentioribus virtus reperiatur, &c Et sane in hoc sensu intelligenda est doctrina de obseruanda, & conseruanda antiquitate, vt, scilicet, antiquitas noxia,& mala non sit; tunc enim non antiquitas obseruanda, sed iniquitas sopienda,& cauenda est, & existimandum tempus, quod omnia aperire solet, veritatem etiam illustrasse, & docuisse, antiquum malum fugiẽdum,& veritate denuo lucente standum.

Tunc itaque quærenda, & amplectenda est maiorum doctrina antiquitate stabilita, & confirmata, quando de illius rectitudine nobis aperte cõstat, quando item pernicioſa nouitas antiquam Religionem,& obseruationem inique aggreditur; & in dubijs rebus Diuina,& antiqua Oracula cõsulenda sunt, illorumque expositiones quærendæ apud maiores tum sapientia, tum sanctitate Patres, qui à Deo inspirati nobis veritatem dicẽt, mentemque Dei aperient, hoc enim voluit Moyses in præsenti; quando & suis,& nobis etiam satis accommodate dixit: *Interroga Patrem tuum,&c.*

ANNOTAT. II.

Seniorum doctrina,& consilia inquirenda, & amplectenda.

QVoniam nomine Patrum,& maiorum, quos in præsenti Deus interrogãdos præcipit, seniores etiam intelliguntur, sicuti in

litera diximus; libuit hoc in loco prosequi qua ratione id præcipiat,& velit Deus, idque non aliunde factum esse putamus, quam ex hoc, quod in senibus sapientia resideat, & sana, ac vera consilia reperiantur. Etenim Deus, qui vniuersam fabulam humanã, hoc est hominis vitam, in tres quasi actus diuisit. postremo, id est, senectuti prudentiam, & sapientiã reseruauit. Vnde Philo apud Anton. Monach. in melis. 1 p ser. 18 ait. Iuuenili vitæ succedit senilis ætas præstantissima,& sacratissima, cui quasi summo gubernatori Deus gubernacula in manus tradidit tanquã idoneo nauclero, qui possit rerum terrenarũ gubernacula tenere; cum enim Prouer c. 1. dicatur *Intelligens gubernacula possidebit*, id est, prudens, & sapiens alijs gubernandis, & administrandis præficietur, sicut Hugo Lyra,& Dionys. exponunt; est siquidẽ maxima similitudo magistratuum, & moderatorum rerum publicarum cum naucleris clauum vertentibus, sicut prosequitur Philo lib. de creat. principis, Chrysost hom. 6. ad popul. & in. 2. de sacerdotio, Damasc. in histor. de Barlaam,& Iosaphat c. 36 Dion. Nicenus Orat. 3. de Regno, Plato lib. 2. de legib. Plutar. in mora lib.& Tullius lib 4. rethor. ad Herenn. Iure, inquam, senibus veluti prudentioribus, & dignis gubernatoribus Deus rerum administrationes in manus tradidit, vnde & Christus Dominus Petro claues Regni cælorum, & præfecturam suæ Ecclesiæ largitus est, sicut aduertit Hierony. 1. contra Iouinian. dicens. Cur non Ioannes electus est virgo? ætati delatum est. quia Petrus senior erat: ne adhuc adolescens, ac pene puer progressæ ætatis hominibus præferretur; sic ille ostendit dignum Ecclesiæ suæ gubernatorem quæsijsse Christum Dominum, dũ seniorẽ elegit, quo enim quisque senior, eo aptior administrandę Reip. *Prou. 1. n. 5.* eo prudentior, & sapientior, tũ quia ex Arist. lib. 7. polit. c. 7. cum ad consulendum,& ferẽdum iudicium prudentia,& experientia necessaria sint, quæ longo temporis tractu acquiruntur; in senibus hæc reperiuntur, nam sicut dixit prudentissimus Oratorum Isocrates epist. 7. Diuturnus vsus,& ætas dexteritatem illis impertitur, vt profundius penetrent,& peruadant id quod magis deceat, & conducat, & Titus Liuius lib. 3. consilium ætate crescere ait: vnde teste Plut. in vita Lycurgi, Lacedæmoniorum Principi ex illius præscripto viginti octo seniores assistebant, quorum consilium appellarunt Senatum; senes insuper sibi ad consilium assumpsit Romulus quos ob reuerentiam Patres, ob ætatem Senatores appellauit. vt videre est apud Liuium lib. 1. & Dionys. Halicarn. lib 2. Ideoque securius, imo & in hac re securitas prouectiorem ætatem requirit,& veneratur, liberam vtique a passionibus, temperatamque in affectibus; securam a fallacijs. qua de re consulendum erit cap. si officia, 59. dist.& cap porro. 84 distinct cap. 1. 12. q. 1. cap. consang. 35. q. 6. & Tiraquel. latissime tract. de iure primogenit. in proœmio n. 89. Menochius lib. de præsumptionibus cap. 48. aptior insuper ad consilium,& Reip ad ministrationem, quia vegetior est intellectus quando debeliores reddũtur sensus, sicut prosequitur Cyrillus Alexan in Ioelem n. 35. & indicat Statius 3. Theb. Iam senior sed mente virens; & agnouit in Poliphemo quodam duce Apolonius lib. 1. argon in quo iam sene si non vires, certe adhuc. inquit, manebat animus Martis, & Virgil. 9. Æneid.

Nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.

Et Prudent lib 2 contra Symmach.

Vltima consilijs melior, sed viribus ægra,
Corpore succumbit, mentẽ purgata senectus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et Seneca epist. 26. in principio de se iam sene ita ait Non sentio in animo ætatis iniuriã. Viget animus, & gaudet non multum sibi esse cum corpore, magnam sui oneris partem deposuit, exultat, & mihi facit controuersiam de senectute. Hunc ait esse florẽ suum, &c. Et in hoc sensu Ambros lib. 2. de Abraham c. 2. dixit. Ille bene senescit, qui bene senserit, &c. intellectu. s. & mente, non sensu, & appetitu, qui bestijs communis est imprudentibus.

Ioan. 21. n. 18.

Videndus pro hac re Chrysost. hom. 87. quæ est vlt. in Ioann. ant. med. cum ponderat id, quod Christus Dominus dixit Petro Ioan. 21. *Cum esses iunior cingebas te, & ambulabas quo volebas, cum autem senueris, alius cinget te, & ducet quo tu non vis.* Sic igitur habet Chrysost. Cur superioris vitæ meminit? Vt significet in rebus sæcularibus iuuenem vtilem esse, senem inutilem; non ita in diuinis, sed cum aduentauerit senectus, tunc fortior, inquit, eris, atque præstantior: nihil te ætas impediet, &c. tunc enim senes nõ proprio ducuntur appetitu, sensu, & voluptate, sed intellectu, ratione & prudentia, quæ in eis residet, & regnat, imo & quæ eos regia corona cingit, & coronat, iuxta illud, quod Salomon dixit Prouer. 16. *Corona dignitatis senectus*, Hebr. *Canities*, quibus verbis veluti cõmentarius adhibendus est ille locus apud Philonem lib. de legat. ad Caium, vbi ita habet Ætas ipsa senẽ quasi defunctum laboribus, & emeritum militẽ canis coronat: quid enim aliud canities nisi populeũ, aut floridum sertum? Notatu vero digna sunt verba illa, emeritum militem; designant enim iuge illud, & atrox bellũ, in quo homo versatur, vel quod in homine exercetur inter vtrũque appetitum. emeritus igitur censetur miles, qui debellaris iam inferioribus desiderijs, conculcatis motibus carnis, sopitis voluptatibus, bello functus ad præmia veluti candidatus triumphi canitie opertus accedit; huic enim ipsi met cani pro corona populea videntur concessi, nam & populi folia candore suo canitiem imitantur, populea vero corona militibus emeritis concedebatur, propterea quod Herculẽ, quẽ ferunt deuictis, ac domatis monstris. s. leone Cathmeo, Caco, Lernęa Hydra, Cerbero, & Gerionibus, populeam coronam sibi imposuisse, imitabantur Hinc ergo est, quod seni canities pro corona imponitur, cum proprias denicit concupiscentias. iram vtique in Leone, gulam in Cerbero, luxuriam in Lerna, superbiam in Gerionibus, auaritiam in Caco adumbratas. Et in hoc sensu dicta verba Salomonis exponit Elias Cretens. ad Orat. 19. Greg. Nazianz. vbi ait. Vt in certaminibus, qui coronã accepit, iam in tuto est, sic etiam senex tuto gloriatur, vt qui mutationem iam nõ pertimescat: Similia habet Orat. 15. Qui ergo iam se præcingit, & accingit, vt non volita tantum, & concupita, sed rationabilia meditetur, & peragat, hic sane aptus est ad gubernacula possidenda, hic emeriti militis coronam accipit, imo ei corona regni iure imponitur.

Prouer. 16. n. 31.

Quoniã vero Philo ad citata verba canitiei candorem cum populea corona contulit, postulat præsens argumentum, vt eam etiam cum ex oliua constructo serto comparemus, vtramque enim coronam Græci albam appellarunt, teste Pausania, & oliuæ corona ex parte alba est, sicuti & populi folia; vnde maturior ætas grandæui, ac senioris hominis non solum populea corona tanquam emeritum, & de se ipso triumphantem militem ornat, & cingit, sed canities ipsa veluti oleæ corona sapientia circundat, & condecorat. Vnde & Nazianz. Orat. de plaga grandinis ponderans dicta verba Salomonis.

ba Salomonis: *Corona dignitatis senectus seu canities*, per coronam istam sapientiæ prærogatiuam intelligit, quæ senibus ad docendum, & consulendum dignitatem conciliat, & meritũ ostẽtat; ac veluti Reges coronatos proponit, quibus nos subdere, & subijcere debeamus, vt illorũ monitis pareamus, & consilijs stemus, iuxta id, quod in præsenti dicitur: *Interroga Patrem tuũ, & annuntiabit tibi, seniores tuos, & dicent tibi*, quibus verbis voluit Moyses inculcare consulendos esse seniores, in quibus sapientia reperitur, sicut aduertit Vincentius Lirinens. in limine aurei libelli contra prophanas hæreticorum nouitates, & in Scriptura ide est senex, ac doctus, & canities cum sapientia conuertitur, Leuit. 19. *Corã cano capite consurge*. Chald. *Coram eo, qui doctus est in lege, consurge*, & in hoc sensu poeta Græcus dixit, quod nos Latine: opera sunt virorũ. bella iuuenũ, consilia senum, & Ber. lib. de ordine vitæ vt æqualium vsus dulcior, ita senum tutior est, qui magisterio quodam eductu vitæ colorant mores adolescentũ, & veluti murice probitatis inficiunt: nempe si hi, qui sunt ignari locorum, cum solertibus viarum iter adoriri gestiunt: quanto magis adolescentes cũ senibus debent nouũ iter sibi aggredi, quominus errare possint, & à vero tramite virtutis deflectere? Nihil pulchrius quam eos, & magistros vitæ habere, & testes; pulchra itaque copula adolescentiũ, & seniorum, alij solatio sunt, alij delectationi, alij honori. Legitur quod Barnabas Marcũ assumpsit, Paulus Silam, & Thimotheum, vt seniores consilio præualerent, iuniores ministerio. Si animalia, & feræ, & aues, & apes duces habẽt, & principes suos sequũtur, quanto magis homines sine doctore, & rectore, esse nõ possũt: Magnum huius vitæ solatium est, vt habeas, cui pectus tuum aperias: cum quo arcana participes, cui committas secreta cordis tui: vt ames, & sequaris eum, qui tibi paterna pietate in tristibus compatiatur, in persecutionibus adhortetur, & in prosperis gratuletur &c Qui locus totidem verbis habetur apud Ambros lib. 1. offic. c 43.

Leuit. 19. n. 23.

Suffragatur huic doctrinæ Hieron epist. ad Nepotian. de vita clericorũ vbi ait. Senectus eorum, qui adolescentiam suam honestis artibus instruxerunt, & in lege Domini meditati sunt die, ac nocte, ætate fit doctior, vsu tritior, processu temporis sapientior, & veterum studiorum dulcissimos fructus metit. Hos igitur ne comedat solus, neve eis solus fruatur, adhibendi sunt ætate inferiores, qui sese senioribus committentes, & eorum consilijs accomodantes ruinam immaturioris ætatis facile declinare possint, & ad portum veræ sapientiæ secure appellere. Vnde Plato in Phædone, & in Thimæo præcipit iunioribus stare monitis seniorum. Et sane quia Roboam seniorũ consilia spreuit, & iuniorum monitis stetit Regnũ amisit; stare enim nequit siue Regis thronus, siue Resp. familia, & domus vbi senes nec interrogantur, nec sequuntur docentes: ideoque in circuitu diuinæ Sedis viginti quatuor sedilia conspiciuntur & super thronos viginti quatuor seniores sedentes vbi Perer. d. 8. decorẽ agnoscit, & magnificentiam in Dei throno ex senũ istorum assessione, & circũsessione multoque maior agnoscenda erit in ijs, qui senum consilio, autoritate, & prudentia indigent, qualis prorsus sunt omnium Regum throni, omniũ Principum præfecturæ, omnium ducum administrationes. Mire, inquit ille, facit ad reuerentiã, & decorem, & magnificentiam, atque maiestatem Dei sedentis in throno, istorũ seniorũ assessio, & circumsessio, legimus enim in sacris literis iussu Dei non semel factũ esse delectum seniorum ad populũ gu

3. Reg. 12. n. 8.

Apoc. 4. n. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bernandū, erudiendumque, & iudicādum, consilioque dirigendum: his enim quatuor rite perficiendis muneribus, regendi, docendi, iudicandi, dādique consilij, omnium maxime idonei, aptique sunt senes ob ætatis reuerentiam, ob iudicij maturitatem, ob grauitatem morum, ob multarum rerum humanarum experientiam, atque prudentiam, nec non ob perturbationum animi sedationem, mētisque tranquillitatem. Quo in loco alludit citatus Autor ad locum illū Numer. vbi diuinum Oraculum dixit: *Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti quod senes populi sint, ac magistri: tradamque eis vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris.* Vbi vides senes vocari non qui longæuiores erant, sed qui prudentia, & consilio præstabant, sicut explicat Greg. 19. moral. c. 13. dicens Quid aliud significat locus, quā quod senectus cordis requiratur, cum tales iubētur eligi, qui senes esse sciātur, quib⁹ suffragatur Casian. collat. 2. de discret. c. 13. vbi ita incipit. Sicut non sunt omnes iuuenes pari modo, vel feruentes spiritu, vel disciplinis, ac moribus optimis iustituti, ita ne senes quidem cuncti vno modo, vel perfecti possunt, vel probatissimi reperiri, diuitię enim senum non sunt canitie capitis, sed industria iuuentutis, ac præteritorum laborum stipēdijs metiendæ. Et idcirco non omnium seniorum, quorum capita canities tegit, quosque vitæ longæuitas sola commendat, nobis sunt imitanda vestigia, vel sectanda, seu traditiones, ac monita suscipienda, sed eorum, quos laudabiliter vitam suā, ac probatissime comperimus in iuuentute signasse, nec præsumptionibus proprijs, sed maiorum traditionibus institutos; sunt enim nonnulli, quorum etiam, quod est lugubrius, maior pars sine dubio reperitur, qui ignauia senescentes autoritatem sibi non maturitate morum, sed annorū numerositate conquirunt. De quibus Menander: canities temporis iudicium, non sapientiæ: & Nazianzen. Non omnis senectus est fide dignum sapiētiæ testimoniū. Et Plautus: Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapiētia, optimeque Ambros. Orat. habita in obitu Imperat. Theodos. Ibi perfecta est ætas, vbi est perfecta virt⁹, &c. & in Rep. Persarum test. Xenophont lib. 1. Cyripęd. Qui inter perfectæ ætatis viros sine reprehensione se gerebant; fiebant ex ordine seniorū: vere namque dixit Claudian. Paneg. Theod. nulla recipit prudentia metas. Hos in exemplum iunioribus, nō eorū vitæ probitas, nec vlla propositi huius laudabilis, atque imitanda distinctio, sed annositas sola prouexit. Quorum canitiem callidissmus inimicus ad deceptionem iuniorum in præiudicata autoritate proponēs, etiā illos, qui ad vitam perfectioris, vel suis, vel aliorum potuerunt monitis incitari, subuertere, ac decipere exemplis eorum fraudulenta subtilitate festinat, &c. vbi affert impudentis senis exemplum, qui iuuenem ipsum pro consilio adeuntem in desperationem adduxit.

Num. 11. *n.* 16.

Facit item Ber. epist. 40. ad Marcelin. Archiep. post med. vbi ait Meliores bonæ indolis adolescentes, in ueteratis dierum malorum; puer cētum annorum maledictus est. Et est è regione senectus venerabilis, nō diuturna, neq; numero annorū cōputata. Bonus puer Samuel, qui loquēti Deo promptus aderat auditor, dicens: *Loquere Domine, quia audit seruus tuus:* ac si diceret: *Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua.* Bonus & Hieremias, qui ante sanctificatus, quā natus, cum se excusauit de pueritia, & nihilominus constitutus est super gētes, & super Regna. Bonus quoq;

1. Reg. 3. n. 10. Psal. 118. n. 6. Ierem. 1. n. 10.

Daniel, cuius spiritum suscitauit De⁹, vt conuinceret iniqua iudicia. Sicubi huiusmodi puer senex promotus inuenitur: opus Dei est, his, qui tales non sunt, mirandum, non imitandū Denique *cani sunt sensus hominum, & ætas senectutis vita immaculata, &c.* quæ verba desumpta sunt ex Sap. 4. legit autem ea Hieron. in epist. ad Paulin. de instit. Monach. *Cani hominis prudentia eius,* & in illud Ioel. 1. *Audite hoc senes,* legit: *Canities eius sapientia eius.* Similiter etiam legit in cap. 8. Zachar. ibi. *Adhuc habitabunt senes.* In his autē verbis definitionem veræ senectutis â Salomene tradi dixit Nazianz. Orat. in laudem Basilij: ille namque vere senex dicendus est, qui sapiens sit, & ad doctrinam, consiliumque idoneus, optimeque in hanc sententiam dixit Seneca lib. 1. de trāquillit. vitæ c. 3. ante med Nihil turpius est quam grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu vixisse, pręter ætatem, Sed turpior adhuc senex erit de quo Nazianz. Orat. 3. Turpe est senescere ætatem, non senescere lasciuiam, &c. Huiusmodi senes alloquens Clem. Alexan. Orat ad Gentes ait. Senectutem saltem reueremini, cum in vitæ sitis occasu, resipiscite, moderatique, ac temperantes euadite, vel in fine vitæ Deum agnoscite, vt vobis vitæ finis suscipiat initium salutis. Fuistis infantes, deinde pueri, deinde puberes, deinde viri, nunquam autem boni. Sic ille describit impios senes, vel potius grādæuos pueros; de quibus videndus Plato in Thimæo, vel de anima, cū refert Sacerdotem Ægyptiorum dixisse Soloni eum consulenti: O Solon vos Gręci semper estis pueri, neque quisquā é Græcia senex est: cur autem hoc diceret, percontante Solone, respondit: quia iuuenis semper vobis est anim⁹. Hos similes dixerim genti illi in India repertæ, quæ teste Plinio lib. 7. c.

Dan. 13. n. 45.

Sap. 4. n. 19.

2. in pueritia cano est capillitio; nihil enim illi senectutis habent præter canitiem, & cum puerilem animum, & sensum habeant, externa tantum canitie exornantur; quibus etiam inculcari potest illud Ouid. 1. Fastor. Nequitia est, quæ te non sinit esse senem. Et Seneca epist. 4 post princip. adhuc non pueritia in nobis, sed quod est grauius, puerilitas remanet: & hoc quidem peius est, quod autoritatem habemus senum, vitia puerorum, nec puerorum tantum, sed infantiū. Huiusmodi autem senes fugiendi, & vitandi sunt potius, quam consulendi, aut interrogandi, quinimo eisdem præponendi sensati iuuenes, de quib⁹ Ambros. lib. 2. de Abraham. c. 2. Ille bene senescit, qui bene senserit: & Nazianz. Orat. 20. loquens de Basilio Magno, ait. Quis prudentia perinde canus erat, etiam ante canitiem? &c. Et Chrysost. in Psal. 50. agens de fratribus Dauidis, quibus ipse natu minimus prælatus est, & diuinitus creatus in Regem ait. Non in differentia ætatis virtus, ac malitia cognoscitur, sed in differentia mentis: quod si fueris sobrius, nihil tibi immatura nocebit ætas, etsi fueris negligens, senectus tibi prodesse non potest; loculentiusque hoc idem habet in c. 3. Isaiæ.

1. Reg. 16. n. 13.

Hinc est quod Philo lib. de sacrificio Abelis, & Cain post princip quærens cur Abel iunior præpositus fuerit seniori fratri Caino in sacro textu, cum dicitur: *Fuit Abel pastor ouium, Cain vero agricola;* id propterea factum esse asserit, quod virtus, & perfectio in Abele reperta præstiterit Caini impietati. Cur, inquit, quamuis maiorem natu Cain dixerat, nunc transponit ordinem, iunioris prius mentionem faciens in ostendendo vitæ proposito? Erat enim probabile grandiorem prius aggressum agriculturam, ac tū demum iuniorem suscepisse curā pecorum: at Moyses non verisimilia,

Genes. 4. n. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

credibiliaque, sed meram veritatem consectatur. Quæ igitur est in præsenti quæstione veritas? Virtutem á vitio antiquitate quidem superari, viribus autem, ac dignitate præpollere: ergo quando de amborum natiuitate agitur, Cain procurrat prior: quando vero conferuntur, & examinantur vtriusque studia, Abel præcedat. Atque ita vitium iuxta temporis prærogatiuam fit antiquius: iuxta dignitatem vero, honorem, atque gloriam, virtus est potior: cuius rei legislator ipse testis fide dignus est; cum enim induxisset Esau illum, cui nomen est ab imprudentia, antiquiorem, natu minori nomen habenti ab honesto exercitio tribuit prærogatiuam generis: at ille non prius eam statuit accipere, quam sicut in certamine aduersarius deiectus manus porrigat præmia, coronamque cedens ei, qui bellum sine inducijs, caduceatoribusque gerit cum affectibus. Concesit enim, inquit, ius primogenituræ Iacobo, nimirum fassus quodque vim habent primatus, & virtutis sunt præmia, nullius mali sunt, sed amatoris sapientię: sicut tibia, liraque, & cætera instrumenta musica solius sunt musici, &c. quæ prosequitur in eandē sententiam. Videndaque sunt quæ habet lib. de verbis: resipuit Noe: ante med. vbi affert eandem similitudinem, quam loco citato adhibuit. Si habuerit, inquit, homo vxores duas, vnam dilectam, alteram odiosam, & pepererint dilecta, odiosaque, & fuerit filius odiosæ primogenitus, voluerítque substantiam inter filios suos diuidere: non poterit filium dilectę facere primogenitum, & præferre filio odiosæ sed filium odiosę agnoscet primogenitum, dabitque ei de his, quæ habuerit, cuncta duplicia. Iste est enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. Obseruasti iá quod dilectę filium nunquam seniorem vocat, aut primogenitum, odiosę vero filium sæpius. At qui prior ille natus, odiosæ vero filius posterior, apparet in edicti principio: si peperierint, inquit, dilecta, odiosaque. Attamen prioris partus quanquam antiquior, á recte iudicante iunior decernitur: posterioris vero filius, quamuis prærogatiua temporis careat, maiore, antiquioreque portione dignus habetur. Quamobrem? quoniam harū mulierum alteram dilectam voluptatis, alteram odiosam prudentiæ significatiuā dicimus; illius enim consuetudinem vulgus eximie diligit, escis, & veneficijs suis alliciente homines à die natali vsque ad senectutem vltimam: huius autem tetricos, verendosque mores odit miserrime: sicut insipientes pueri parentum, altorumque suorum vtilia quidem, sed parum iucunda monita. Ambæ in anima pariunt, altera studium voluptatis, virtutis altera. Sed voluptatis studium, partus imperfectus est, & nunquā non puer modis omnibus, etiam si ad annosam ætatē perueniat: é diuerso virtutis amor ab incunabulis (iuxta prouerbium) in prudentiæ senatum allegitur, nunquam senfurus senium. Ideo diserte dictum est de virtutis vulgo exosæ filio, quod hic sit filiorum principium, quippe natu simul & principatu primus, cui ius primogenitorū debetur lege naturæ, non iniquitate hominum: hanc igitur legem secutus propheta, quam pro scopo sibi proposuit, consequenter inducit Iacob minorem natu, quam Esau: quoniā imprudentia mox á prima ætate nobiscū coalescit, honestatis æmulatio sero nobis innascitur, quanuis suapte vi sit quā illa antiquior. Qua propter Esau fratri cedit iure primogenitorū, quod alter sibi libenter asserit vt debitum. Huc facit & quod filijs Ioseph accidit, si inspiciatur diligētius quādo numine correptus ille sapiens admotis ad

Genes. 48. *n.* 9. se non directe manus imposuit in capita, sed decussatim, vt læua tangeret cum, qui videbatur senior, iuniori vero dextram imponeret, &c. Nec omittenda, quæ habet lib. de plantat. Noe post med. vbi ait. Sunt homines cani qui non tam consenuerunt tempore, quā bonis consilijs, &c. Et de Ioseph

Genes. 37. *n.* 3. ait sacer textus: *Israel diligebat Ioseph super omnes filios, eo quod in senectute genuisset eum.* Hebr. *Eo quod esset filius senectutis*, quorum verborum sensus est ex Theod. Iosepho, & Burgensi prædi tus erat senili modestia, prudentia, & moribꝰ, vnde Chald. vertit, *Quia filius sapiens erat*: quasi præuenerit senilis prudentia, & fecerit veram ætatis maturitatem, de qua Dauid dixit: *Præueni in maturitate, seu anticipaui in maturitate*; super quæ verba sic ait Ambr serm. 19. Præcurrit ætatis maturitatē quisquis in adolescentia positus senilem grauitatem induit, & iuueniles annos veterana quadam continentia regit, feruoremque virentis corporis in cana morum maturitate cōponit. Nam quid potest habere laudis, si effætum corpus voluptatibus, & iam senectutis gelu frigidum, ad fera deuotionis officia depositō, iam segnior vigore conuertat? Non est corona, nisi vbi fuerit difficilioris lucta certaminis. In hora est ergo senex, si munia sobriæ maturitatis exerceat: ante horam præcurrens iuuenis, si senili pondere incentiua comprimat voluptatum, ac feruentes illecebras cupiditatis extinguat. *Bonum est viro, qui graue portauit iugum à iuuentute, sedebit singulariter, & silebit, quia tulit iugum verbi.* Qui enim á iuuentute iugum portauerit, & habenis maturi moderaminis teneriora volens colla subdiderit, sedebit singulariter, remotus á strepitu interpellantium passionum, & quietus silebit, quia tulit iugū verbi, & captiuas sibi fecit omnes delicias iuuentutis.

Psal. 118. *n.* 147.

Thren. 3. *n.* 27.

Hæc est ratio cur Philo lib. de Abrahamo in fine recte aduerterit Scripturam sacrā senē appellasse Abrahamū, quia quanuis longæuiores habuerit maiores, nemo tamē fuit dignus, hac appellatione, nisi ille, qui ætatem præuenit prudentia, & maturitate. Hunc virum, inquit ille, primum nominat seniorē, quanuis maiores eius triplo, & āplius longæuiores fuerint, quorum neminē legimus hac appellatione dignum habitum, & merito: nam re vera senior non ex longitudine temporis, sed ex laudata vita spectatur. Siquidem qui multum ætatis in corpore vixerūt sine probitate, longæui pueri dicendi sunt, quia nunquā disciplinas attigerunt dignas canitie. Amator autem prudētiæ, sapientiæq; iuste senior, siue primus vocari potest, &c.

Quando itaque Moyses docet adeū dos maiores, & senes, eos vtique debemus intelligere, qui prudētia, & maturitate vere senili præditi sint, quod plerumq; in maturiori ætate reperiri solet, senescentibus enim cum ætate vitijs, (sicut dixit Liuius lib. 3. decad. 1.) matureſcunt virtutes, & aptiora redduntur consilia postquā præ corporis senectute vitia vires amiserunt. Vnde Iob 12. n. 12. *In antiquis est sapientia & in multo tempore prudentia.* Et D. Hieron. in proœmio ad Amos ait. Senectus auget sapientiam, dat maturiora consilia; & frigescente corpore dormit cum perpetua virgine Sunamite. Sic Hieronymus. Et cum duplex in vnoquoque nostrum reperiatur homo, de quo cum Paulo videndus Origenes in proœmio ad Cāt. Fieri vtique consueuit, vt vno deficiente, & intereunte, alius vegetior, & sapientior reddatur, aptior quidem ad ducatum, & ad consilium accommodatior.

Huiusce modi igitur maiorum monita veluti Oracula consulenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

docet noster textus: & cum proximos humanis sensibus Elephantos dixerit Plinius lib 8 c.1. eosdē gregatim semper incedere, agmenque ducere maximum natu testatur ibidem Plinius, quem cæteri vt prudentiorē sequūtur ducē, quod hominibus inculcat Ambros. 1 officior. c. 43. vbi uult vt gressus, & consilia seniorum sequamur. Quibus similia habet Bern serm. 19 in Cant. in fine, & Hieron. in epist ad Aug quæ incipit: In ipso profectionis &c vbi ait. Memento Daretis, & Entelli, & vulgaris prouerbij, quod bos lassus fortius figit pedē Et in hoc sensu Basil serm de abdicat. rerum post med. ait. Iuuenis siue ætate, siue animo fueris, æqualium tuorum cōsuetudinem defugito, ab illisque te nō secus atque ab ardentissima flāma procul abducito: quādo illorū opera vsus aduersarius plerosque olim incendio dedit & sempiterno igni cremādos ad dixit & post multa. Difficilibus, inquit, ac morosis senibus aures libēter præbeto qui prouerbiorum sententiis adolescentes ad recta studia cohortantur &c.

Si vero petas adhuc, cur tam stricte præcipiat Moyses interrogare senēs eorumque doctrinā inquirere, & amplecti, præter ea quæ diximus, adhuc suppetit ea ratio, quod mens hominis in senectute defæcatior, & purior, & à rebus materialibus abstractior, cælo vicinior redditur, vnde, diuino instillante Numine, supernam haurit doctrinā, p'uraque, & præclara de Diuinis rebus mutuatur, mox ad eas profectura. Ideoque Gregor lib. 4. dialog ait. Anima quando appropinquat ad mortē agnoscit aliqua futura subtilitate naturæ suæ. Gregorio suffragatur D. Th. 2. 2. q. 172 art. 1 ad 1. dicens. Anima quando abstrahitur a corporalib⁹, aptior redditur ad percipiendū influxū spiritualiū substantiarū &c. Similia habet Aug lib. 12. de Gen. ad lit. Videndaque erit explicatio Caiet. ad dictū locū D. Thom. Vnde sapientes, & sancti homines morti proximi nihil nisi plenum sententiarum grauitate effari solent, quod de Moyse notauit Iosephus 4. antiquit. c. 8. Et patet ex Deut. c. 31. & 32. vbi diuinius, altiusque locutus est Moyses cū præ foribus mortis esset, quā vllo vitæ tempore fecerit: patet insuper in moribundo Iacob quādo abditissimas protulit prophetias: quod etiā aduertunt grauiores Patres in Christo Domino, qui pridie quā pateretur sermonē eum Diuinū habuit, quē refert Ioan à c. 13 Hoc etiā notauit Plato in Phædone, seu de anima, cum ait Socratē in extrema ætate Cygnea locutum fuisse voce, & prope diuina ore protulisse. Et Cic. in 1 de diuinatione ait. Appropinquante morte multo diuinior est natura. Similia habet Xenophon in suo Cyro lib. 8. & Plato in apolog Socratis.

Alia etiā est ratio consulendi senes, eorumq; consilia amplexandi, quod si cum proximi morti sint, vera, & certa loquuntur, solent enim, qui se propinquos morti vidēt libere loqui, & aperto ore profari, & nihil de vita sed de veritate curare, quod acute obseruauit Chrysost hom 51 in Ioan. post med. cū aduertit quā libera voce Christus Dñs Scribis, & Pharisæis interrogantibus. *Vbi est Pater tuus?* Respondit: *Neque me scitis, neque Patrē meū.* Hoc igitur apertū & acre respōsum ideo datū asserit quod mortē sibi proximam cerneret Propterea, inquit, iā omnia aperti⁹ & audentius loquitur, quia iā Crux appropinquabat &c. Qui ergo apertā, & liberam veritatem, vt eam amplectatur, scire voluerit, qui sana cōsilia audire, qui veram, rectamque doctrinam discerē, seniores adire debet, iuxta monitum Moysis in præsenti, dum ait: *Interroga Patres tuos, &c.* Ioan. 8. v. 19.

ANNOT.

ANNOTAT. III.

Quomodo diuina beneficia memoria recolenda sint, & obseruanda.

QVoniam maxime propriū est ingratitudinis beneficiorum omnino obliuisci, sicut dixit Philo lib. de Ioseph ante med. videlicet de pincerna Pharaonis ad ministeriū suū restituto qui *oblitus est interpretis sui Ioseph*, sic vero ait Princeps pincernarū oblit⁹ est eius, qui futura prædicēdo præsentē eius calamitatē subleuarat, vel quia nemo ingratus beneficiorū meminit, vel quia Deo visum est iuuenem non humana, sed diuina ope ad felicitatē prouehi, &c. Imo maxima hæc est ingratitudo, sicut recte prosequitur Seneca lib 3 de benef c 3 vbi ait Prauitate naturæ hoc accidere (si ingratos esse) non negauerim: plurib⁹ quia memoriā tēpus interposita subduxit; nam quæ recentia apud illos viguerunt, ea interiecto spatio abolescunt; de quibus mihi tecum fuisse disputationem scio, cum tu illos non ingratos vocares, sed oblitos: tanquam ea res ingratū excuset, quæ fecit. An quia hoc accidit alicui non sit ingratus: cum hoc non accidat nisi ingrato? Multa sunt genera ingratorū, vt furū, homicidarū, quorum vna culpa est, cæterū in partibus varietas magna Ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit. Ingratus est qui dissimulat, ingratus qui nō reddit: ingratissimus omniū qui oblitus est; illi enim si non soluunt, tamen debent: & extat apud illos vestigiū certe meritorū intra mā conscientiā conclusorū Et aliquādo ad referendā gratiā cōuerti ex aliqua causa possunt, si illos pudor admonuerit, si inuitauerit facilis occasio Hic nunquā fieri grat⁹ potest, cui totū beneficiū elapsum est. Et vtrū tu peiorē voces, apud quē gratia beneficij intercidit, an apud quē etiā memoria? Vitiosi sunt oculi qui lucē formidāt: cæci, qui nō uidēt; & parētes suos nō amare impietas est: nō agnoscere insania. Quis tā ingratus est, qua qui quod in prima parte animi positū esse debuit, & semper occurrere, ita seposuit & abiecit, vt in ignorantiam verteretur: Apparet illum nō sæpe de reddendo cogitasse cui obrepsit oblivio. Et c. 2. Qui meminit sine impēdio gratus est: hoc quod nō operā exigit, nō opes, nō felicitatē qui non præstat nullum habet quo lateat, patrocinium Et in Prouerbijs ait. Simonides cum interrogaretur quid inter homines facile cōsenescceret, respōdit beneficiū. Beneficij memoria breuissima, at iniuriæ solet esse tenacissima; & Sophocles in Aiace. Qui autē obliuiscetur beneficijs affectus nuquā vtique esse potest generos⁹ vir Qua in re notāda venit insania, imó & miseria humana nā vlciscēdi mali memoria nequaquā intercidit, at reddendi gratiā pro beneficijs, facilè aboletur, illa verò non tam necessaria, ac vrgens est, ac ista, quod bene attigit Cicer. in Orat. ad Quirit. post reditū, vbi ait: Iniurię vlciscēda facilior ratio est, quā beneficij remunerādi propterea quod superiorem esse improbis, minus est negotij, quā bonis exæquari; tū etiā nec tā necessarium quidem est male meritis, quā optime meritis referre quod debeas, odiū vel precib⁹ mitigari potest, vel tēporibus Reip. cōmunique vtilitate deponi, vel vetustate sedari Benemeritos quin colas, nec exorari fas est, neque est excusatio difficultatis neq; æquū est tēpore & die memoriā beneficij desinere. Illud insuper notandum est, quod ij qui in malis tantūmodo Dei memores sunt, vt ab illo auxiliū postulent, & pro remedio occurrant;

Gen. 40. n. 23.

In bonis, ac beneficijs acceptis nulla tenus Dei Datoris recordantur, quod dixit Lactant Firmian lib. 2. diuinar. instit. cap. 1. Si qua grauis necessitas pressérit, Dei recordãtur, si belli cruor infremuerit, si nimborũ pestifera vis incubuerit, si alimenta frugibus longa siccitas denegauerit, si tempestas, si grando ingruerit, ad Deum confugitur, à Deo petitur auxiliũ, Deus, vt subueniat, oratur, si quis in mari vento sæuiente iactatur, hunc inuocat. Nunquam igitur Dei meminerunt, nisi dum in malis sunt. Postquam metus desijt, & pericula recesserunt, Deo, quem antea in sua ipsa necessitate implorauerant, ne verbo quidem gratias agunt. Nam tunc Deus memoria maxime hominum elabitur, cum beneficijs eius fruentes honorem dare Diuinæ intelligẽtiæ debent. Similia sunt, & præclara, quæ habet lib. 4 c. 2. ¶ Senarius Prouerbialis apud Zenodotum dici solitus ingratus, qui simulatque leuatus est malis, desinit meminisse beneficiorum eius, cuius opera restitutus est, iuxta illud; Si dolet, meminit, si placet, obliuiscitur. Cum contrã admoneat Prouerbium. Memineris accepti, dati obliuiscere. Pulchra sunt, quæ hac de re habet Saluian. proæmio in lib. ad Ecclesiam.

Præclara itẽ sunt quæ in hanc sententiam habet Philo lib. de sacri. Abel. & Cain. ant. med. vbi ingratorum gradus in hunc modum refert. In hac re alij per beneficiorum obliuionẽ gratiarum actione se priuant, qua nihil pretiosius: alij verò per mimiam arrogantiam se ipsos authores bonorum suorum existimant, non illum verum Authorem rerum omnium. Tertij leuius peccãt, quam proximi, grauius tamẽ, quã primi. Hi sua bona referunt quidẽ ad Authorẽ Deũ, sed aiũt se suo merito ea cõsequi. Esse enim se prudentes, fortes, temperantes, iustos, & ideó dignos censendos diuina gratia Horũ singulis resistit sacra Scriptura, ac primo illum, qui abolita memoria indulget obliuioni, his verbis alloquitur. Heus tu, caue ne edendo saturatus, & extructas pulchras ædes inhabitãs, auẽ, auẽq; gregibꝰ pecorũ, & armentis boũ, argẽtoq; & auro, ac cæteris bonis tibi affluentibus, exaltẽris corde, obliuiscariſq; Domini Dei tui. Quãdo igitur nõ obliuiscēris tu? Quãdo nõ obliuiscēris tui ipsius. Memor enim propriæ cõditionis, quã sis prorsus nihili, memineris & immensę Dei præcellentię, qua vniuersa superemineat. Illũ vero, quo se ipsũ causã bonorũ suorũ putat, sic castigat Scriptura: *Caue dicas*, inquit, *robur meũ, aut fortitudo manus meæ parauit mihi hãc potentiã*: sed memor memineris Domini Dei tui, qui dedit tibi vires ad parandã potẽtiam. At ille seipsum dignũ credẽs accepto beneficio, patiatur se admoneri hoc Oraculo. Nõ propter iustitiã tuã, nec propter sanctitatẽ cordis tui intras in terram hanc, vt eã sorte possideas: sed primum propter iniquitatẽ harum gentium, inferẽte ijs Deo perniciem. Deinde vt confirmetur testamentũ illud, quod iurauit nostris Patribus. Testamentũ autẽ Dei figuratè dicũtur eius gratiæ. Nec est fas, vt ille quicquã imperfectũ largiatur. Itaque integra, absolutaque sunt dona Ingeniti omnia. Integra autẽ in rebus virtus est, & huius actiones. Ergo si de medio sustulerimus obliuionẽ, ingratitudinem, amorem sui, & horum matrem arrogantiam, non amplius cunctando amittemus germanum cultũ Dei, sed præcurremus creaturas cæteras, & priusquã salutemus vllã rẽ mortalem, compellabimus Dominũ parati eius imperata exequi. *Dent.* 8. *n.* 17.

Videndus etiam in hanc sententiã Augustin. Eugub. lib de perenni philosophia statim in princip. vbi quẽrit

quæ fuerit ratio, cur homo creatus á Deo in eam deuenerit cæcitatem, vt creaturas adorauerit, quod totum in obliuiosam ingratitudinem reduxit, dicés, Hęc ita gesta sunt, quia per summam ingratitudinẽ oblitus est homo beneficiorum, quæ à Deo acceperat, &c. Quæ maior autem potest esse ingratitudo, quam quod homo, qui inter beneficia Dei iugiter versatur, & nihil videt, aut contrectat, quod donũ Dei nõ sit, & etiã nolens in diuina beneficia incurrit, eorum omnino oblitus ingratus existat ei, à quo illa accepit, & in quo mouetur, viuit, & stat? In quam sententiam explicat Theodoret. illud Psal 4. *A fructu frumenti, vini & olei sui multiplicati sunt*; vt sit dictũ contra eos, qui in media affluentia bonorum sibi à Deo conceſſorũ illius penitus obliuiscuntur: sic enim ingratitudini maximé appropinquant, dum memoriam Benefactoris amittunt, & illius ignorãtia laborãt. Quod si immemores beneficiorum, quæ ab hominibus accipiunt, humanæ ingratitudinis notam cum maximo dedecore incurrunt, magnumque merentur, supplicium, multò magis abominandi sunt ij, qui diuina beneficia nec recolunt, nec eorum memorantur. *Psal.* 4. *n.* 8.

Aduertit Abulensis verba illa Exod. in cap. 1. *Surrexit Rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph*: quæ ille sic interpretatur: qui non recordabatur, vtrum Ioseph feciſſet aliqua bona Ægyptijs, vel si recordabatur, non reputabat ei gratius referendum, vel posteritati suæ ob hoc benefaciendum. Pessimus Rex, & omni indignitate indignior, qui cum quotidiana in se Ioseph beneficia experiretur, quintam partem prouentuum Ægypti annuatim percipiens, quod dispositione prouida Ioseph redditibus Regis olim fuerat attributum, benefactorem Ioseph, quem ipsa beneficia necessarió demonstrabant, ingratæ mentis ægritudine tabefactus, nunquam in recordationem suam, saltem tenui rimula reducebat. Sic Abulẽsis ingratitudinem Regis improbat, dum præ manibus habens Iosephi beneficia, illorum immemor gentem Ioseph durè tractabat. Sed hinc longè grauiorem hominum ingratitudinem elicimus, cum plura, & maiora beneficia, præ manibus, oculisque habeant, & tam benigni Largitoris obliti, ingratitudinis summæ crimen incurrant, Deumque Benefactorem ignorent, nec intelligant, sicut ipse conqueritur Isaiæ 1. vbi Hieronymus ait pro Deo loquens: Ego eos adoptaui in filios, & feci populum peculiarem, & partem meam, ac funiculum hæreditatis meæ, appellauique eos primogenitos. Illi autem nec hoc quidem fecerunt, quod bruta faciunt animantia, vt beneficijs vincerentur, & intelligerent Pastorem, ac Nutritium suum, &c. vbi non omittenda est expositio, quam adfert Prad. in cap. 3. Ezech ad prædicta verba Isaiæ. *Exod.* 1. *n.* 8.

Populus meus me non intellexit; sic explicat: Non intellexit Israel meam linguam, sum illis barbarus, grauis linguæ, importunus, &c. In tantam enim dementiam, & ingratitudinem deuenit populus ille, vt neque etiam verba Dei, id est, beneficia ipsius agnouerit: sicut enim alibi diximus ex Philon. Hebræo: Quæcunque Deus loquitur, non tam sunt verba, quam opera, ac beneficia; vnde & ingratus populus dum sermonem Dei, illiusque verba, veluti barbara, ignotaque nescire dicitur; de illius beneficijs intelligendum est, quorum dum obliuiscitur, quibusque quatenus ingratus existit, ea merito dicitur nõ intelligere. Hac igitur de causa Moyses inuectus in populum ingratissimum iubet memoriam refricari relatione tã- *Isai.* 1. *n.* 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

torum beneficiorum qualia immediatè retulerat, fieri enim non poterat, vt si eorum reminiscereretur, ingratus esset. Nam sicut dixit Virgil. 4. Æneid.

Et bene apud memores veteris stat gratia facti. Si verò ille, qui gratus est in quocunque etiam misero, & infelici statu, semper inuenit causas gratitudinis, grandes vtique, potiores, & illustriores inueniret populus, cui Deus tam præclara contulerat beneficia.

Acutè sanè expendit D. Basil. homil. in Martyr. Iulittã ant. med. nullum tam miserum, & infelicem esse in vita statum, quo adhuc alius miserior, & infelicior nõ inueniatur. Vnde & gratus animus ansam assumet Deo gratias referendi ex eo, quod illo saltem melior, & superior inueniatur, qui enim alium miseriorẽ sub se habet, miserrimus profectò non est, quia verò poterat esse, id dum contemplatur, gratias Deo agendi ansam arripit: Sic verò habet Basilius Habet vnius cuiuslibet nostrũ vita, non pauca, nec indigna recognitione admodum iucunda, & contemplatione. Si tamen nonnunquam sustinuerimus id inspicere, quod infra nos est, atque ita ex comparatione ad id, quod deterius est, bonum, quod ipsis posidemus, quanti sit pretij admeriamur, & expendamus. Seruus es? habes te vnum deiectiorem: quod vno superior es, ne esto ingratus; quod neutiquam addictus es pistrino, quia nullæ tibi infliguntur plagæ. At ne huic quidẽ causæ defuerint referendæ gratiarũ actionis; neque enim iectæ sunt ei cõpedes, non vinculis adstrictus es ligno Nec vincto desit causa reponendæ gratiæ sufficiens, vel quia sinitur viuere, quod datur solem contueri: respirare aerem; ob hæc gratias agit. Nullo tuo merito plecteris? gaudium tibi ingerat futurorum spes. Iustone es supplicio addictus? gratias itaque agito; quod eorum, quæ ausu temerario designasti, hic luis pænas. Sane hunc in modũ licuerit ei, qui gratus esse pergit, haud mediocrem gratiam pro præsentibus bonis benigno Largitori exoluere, &c. quod si qui infimo pene loco subest, adhuc qui inferiorẽ aliquẽ in miseria contẽplatur, debet gratias Deo referre; quãto magis gratus debebat existere populus qui dicebat: *Non est alia natio tam grandis, &c?* Etsi qui malis premitur, & pressuris cõstringitur, cessare nullatenus debet à gratiarum actione; quid non facere deberet gens, cui tot bona Deus contulerat, quando Pater erat, qui fecit, possedit, creauit, &c?

Notandum censeo quod Deus antequam nobis bona conferat, ad illa nos veluti præparat aduertentia, & cõsideratione. Daturus olim Abrahæ terram Chanaan dixit illi Genes. 13. *Perambula terram in longitudine, & latitudine sua, quia tibi daturus sum eam;* vbi Chrysostom. homil. 34. ait. Magna nostri omnium Domini, vt vincat beneficijs, liberalitas. Sed cur proponitur ante possessionem? Credo equidẽ vt gratitudo præueniret acceptionem, & lubentiori animo Deus largiretur ei quẽ tã grætũ præuidebat Sic & Deut 2. ait Moyses. *Dixit Dominus ad me, Ecce cæpi tibi tradere Sehon, & terram eius.* Pagninus legit. Vide iam cæpi dare coram te Sehon. vbi Oleast. ait: Aduerte quæso verba, antequam donet, & in potestate sua Regẽ tradat, te oculos habere vult, & videre præcipit, vt antequam beneficium accipias, illud videas, neq; sine oculis transeas, quod te Dominus voluit tam oculate videre. Si ergo antequam Deus beneficia conferat, vult nos eadem videre, & contemplari, quanto magis postquã contulerit, postulabit à nobis eorum memoriam, & gratitudinem? quam inculcare debent suis proceres, parentes, &

Genes. 13. n. 17.

Deut. 2. n. 31.

tes, & magistri, quos hoc loco iubentur adire obliuiosi, immemores, ac ingrati Israelitæ. Vnde c. 3. citati Deut. Moyses ad Iosue ait: *Oculi tui vident quæ fecit Dominus Deus noster duobus his Regibus, sic faciet omnibus regnis, ad quæ transiturus es:* Aduertit autem Oleast. ibi, quod debent Prælati subditos suos admonere de magnis Dei operibus, & oculos eorum quasi aperire, ac corda excitare, vt ea aduertant. Hoc enim eorum munus esse colligitur ex nostro textu: quod si illius obliuiscantur, ne è memoria Dei beneficia excidant, præcipitur eos interrogare. Sed hoc loco debemus cum nostra obliuione illam Dei recordationem conferre, cum ait Isai. 45. *Nunquid obliuiscì potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.*

Deut. 3. n. 21.

Isai. 45. n. 15.

Quia verò plerumque contingit, vt sibi debita arbitrentur homines beneficia, & propterea in eorum obliuionem facile incurrant, retrouerti iubet hoc in loco ingratos Iudæos, & ad primordia recurrere suæ conditionis, quando, scilicet, Deus eos de nihilo cõdidit, & inter cæteras nationes veluti Pater elegit, quod illi inculcauit Diuinum Oraculum Deut. 9. *Scito ergo quod non propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimã in possessionem, cum duræ ceruicis sis populus.* Vbi notandũ est singulare discrimen inter beneficia á Deo collata, atque illa, quæ à quocũque alio conferuntur, illa enim longè nobiliorem exigunt gratitudinem, indelebilem merentur memoriam, & inamissibilẽ recognitionem. Nam cætera beneficia à creaturis collata, vt plurimum non tam ex amore, quam ex liberalitatis fonte proueniunt. At verò diuina proueniunt ex amore, qua de re vidẽdus D. Thom. 2. 2. quæst. 117. artic. 6. in corp. & ad 1. cum ait: Porro liberalis homo, quia à liberalitate, quæ moderatur concupiscentiam terrenorũ bonorum, ad ea largienda mouetur, quæ parui facit: eadem ratione sua illa largitur, & ei, quem diligit, & ei, quem non diligit, at Deus cum haud exinde ad conferenda beneficia moueatur quod aliquo pacto afficiatur ad sua, quodve sua pro nihilo habeat, ex amore impellitur, & ex charitate dumtaxat, quæ in eius ardet pectore: Cum autem beneficia expendi debeant secundũ charitatem maiorem, minoremue, & quo á maiori profiscuntur amore, meliori itidem gratitudine digna sunt, sane quæ nobis à Deo exhibentur, arctiori vinculo cõstringunt, & deuinciunt, ne vnquam eorum subeat obliuio.

Deut. 9. n. 6.

Vnde intelligetur cur diuina beneficia nomine misericordiæ in Sacra Scriptura nuncupentur, quia scilicet à benefica Dei misericordia, & charitate, potius quam à nostro merito procedunt. Genes. 33 Iacob ad Esau ait: *Suscipe benedictionem, quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus.* In Græco teste Agell. in Psal. 29 n. 12. *Quia misertus est mei Deus,* hoc est, misericorditer mihi hæc tribuit, ductus potius benignitate, & amore suo erga me, quam meo alliciente merito. Hoc etiam obseruauit Caiet. ad illud Exodi. 34. *Dominator Domine Deus misericors, & Clemens, Patiens, & multæ miserationis, & Verax.* vbi ex Hebr. legit. *Multus gratiæ, & veritatis,* explicans vero ait: Manifestatur hac voce Deus non solum largitor gratiarum, & fotor veritatis, sed etiã quod est multus tam magnitudine, quam multitudine, tum ad concedendum gratis, & ad executionem pollicitandum, tum ad concedendũ gratias (hoc est beneficia, quæ non meremur) & ad conferendum ea, quæ veritas, hoc est commensuratio rerum exigit. &c. Cum ergo ea beneficia, quæ Deus confert, & præcipuè quæ contulit illi populo, nullũ suppo

Genes. 33. n. 11.

Exod. 34 n. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerint meritum, aut ratione ex parte Israelitarum, sed á sola Dei beneuolentia, & misericordia promanarent, satis æquũ erat, vt illorum iugiter recordarentur, & illi grati existerent, quod vt melius facerent interrogare iubentur maiores, qui priora illis beneficia possent proponere agnoscẽda, neq; enim fieri posse videbatur, vt nõ incenderentur igne charitatis, á qua ea bona processerat, nec emollirentur, vt Deum redamarent, á quo sic, nullo præuio merito, fuerant amati, & tot bonis affecti; neque incensam ad laudes Dei non proferrent linguam, quã sic inflammauerant tot bona proposita. Vtrumque enim solet esse propriũ in acceptis beneficijs, etiã in inimicis, quanto magis in ijs, qui velut amici diliguntur, & vt filij tractantur, sicut prosequitur Hieron. ad Hedibiã cap. 9. n. 1. Vbi afferens illa verba Pauli Rom. 12. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones congeres super caput eius.* Ait ergo Hierony. Neque vero hoc, quod dicitur, *Carbones congeres, &c.* in malã partem accipiendum est, sed in bonam, quando enim inimicis nostris præbemus beneficia, malitiã eorum nostra bonitate superamus, & emollimus duritiam, iratumque animum ad mollitiem, & beneuolentiam flectimus, atque ita congregamus carbones super capita eorum, de quibus scriptum est.

Rom. 12. n. 20.

Psal. 119. n. 4.

...ttæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Psalm. 119. vt quomodo de allatorijs ... him carbo sublatus labia tarij á Serap... uit, &c. Sic ille hunc Prophetæ purg... melius quã Orig. locũ interpretatur ... doret. & Eu-Chrysost. ser. 22. Theo... mẽti expo-cher. in quęstion. noui Testa... nimicũ nũt vt carbones cõgerere, sit in... reddere grauioris pœnæ reũ, licet ... cher. præter di... alia expositionem alla...

...rat, nempe carbones ignis cõgeri super caput inimici, eó dici, quia tali beneficio cor inimici emollitur, eumque pœnitet malum intulisse ei, á quo nunc cibatur, & subsidium recipit. Sic idem Hieron. lib. 1. contra Iouinian. Primasius & Ansel. Anglus Tolet & Saa in Paulũ: Sic Beda, Strabus. Anselm. Laodunens. Dionys. Caiet. Arborens. Iansen. Peltan. & Saa in cap. 25. Prouerb. Sic ferè August. 3. de doctrina Christian. cap. 16. & ser. 168. de tempore, qui ardorem charitatis hos carbones esse intelligit. His igitur veluti sagittis transfigitur, emollitur, liquefit, & accenditur cor, & veluti ignito calculo lingua purgatur, accenditur, & veluti carbunculis ditatur, vt nõ nisi gẽmas, sicut alij rosas, loquatur, eamque non nisi ad laudandum Deũ exerat. Nam sicut dixit Seneca 7. de benefic. cap. 31. in princip. Vincit malos pertinax bonitas, nec quisquã tam duri, infestique aduersus diligenda animi est, vt etiam vitiatus bonos non amet, quibus hoc quo que capit debere, quod impunè non soluit. Ad illa itaque cogitationes tuas flecte. Nõ est mihi relata gratia, quid faciã? quod Dij omnium rerum optimi Auctores, qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perseuerant, &c. Quo scilicet, eos in meliorem mentem reducant, & emolliant, qua de re videndus Socrates apud Xenophontem lib. 2. de dictis Socratis: Et quod beneficijs emolliantur inimici, exempla sunt: Saul á Dauide victus ad tempus 1. Reg. 24 & 26. Et ipse Dauid, quem Abigail superauit 1. Reg. 25. & Ioram dum Syres deuicit 4. Reg. 6.

Si verò hoc in inimicis solent operari beneficia, multo magis in amicis, & filijs dilectis, quales plane erant Israelitæ, qui tales se debebant præbere Deo parenti, qualem ipsum in se iã diu experti fuerant, qualẽque se præbuit sponsa Cantic. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi*, vbi Bernar. ser. 68. ad med. Ille mihi, quia benignus, & misericors est; ego illi, quia non sum in-

1. Reg. 24. n. 18. & c. 26. n. 21. 1. Reg. 25. n. 19. 4. Reg. 6. n. 23.

Cant. 2. n. 16.

grata. Ille mihi gratiam ex gratia; ego illi gratiam pro gratia. Illi meæ liberationi, ego illius honori. Ille saluti meæ, ego illius voluntati. Ille mihi, & non alteri, quoniam vna sum columba eius. Ego illi, & nõ alteri, nec enim audio vocem alienorum, &c. similia habet ser. 69. ant. fin. Vel sensus erit: Dilectus meus mihi, hoc est, nihil habeo quod ab ipso nõ acceperim, sic enim solet gratus animus Deo referre quicquid in se boni agnoscit, sicut expendit Chrysost. homil. prima in epist. ad Rom. post princip. ad illa verba Apostoli: *Per quem accepimus gratiam, & Apostolatũ.* Vide, inquit Chrysost famulum, modestum, gratumq; animum, nihil suum ipsius esse vult, sed omnia Domino accepta refert, at qui Spiritus, id, quod diximus, donũ est. Et ad illa verba, *Ad obediendũ fidei*, ait. Non igitur Apostoli fuere, qui egregiè illa facinora præstitere, sed gratia illos præueniens, &c.

Rom 1. n. 5.

Quandoquidẽ igitur & hæc est bota, & signum grati animi, vt omnia accepta Deo referat per gratitudinẽ, nihilque boni in se habere cõfiteatur, & quia tã beneficus est Deus, vt nusquam, & nunquam á conferendis bonis cesset, iuges illi debemus reddere gratias; maximè cum non possimus, perpetua etiam gratitudine, æquare gratiam acceptã, qua de re videndus Nyssenus lib. de Orat. post princip. vbi ait. Cũ multa, ac varia á diuina gratia bona nobis obtigerint, vnum hoc ad retributionem eorum, quæ accepimus, habemus, vt per orationem pariter, & gratiarum actionem Benefactorẽ remuneremur. Existimo igitur quod si, vel per totam vitam orando, atque gratias agendo, fermocinationem cum Deo continuemus, tantum abea, quam fieri par esset, retributione abfuturi sumus, quantum si nec ab initio remunerati Benefactorem in animũ induxissemus: In treis parteis spatium tẽporis diuiditur, in præteritum, præsens, & futurum. In tribus his beneficium Domini deprehenditur. Si quod præsens est, consideraueris; per ipsum viuis. Si futurũ; ille tibi earum rerum, quæ sunt in expectatione, spes est. Si præteritum, non esses, nisi prius ab illo factus esses. Id ipsum, quod natus es, ab illo beneficium accepisti. Ac postquam natus es beneficio afficeris, dum per illum, & viuis, & moueris, vt inquit Apostolus. Rerũ futurarum spes ab eodem beneficio pendet. Tu vero solius præsentis cõpos es. Itaque si vel per omne vsque tempus vitæ, gratias agere Deo nõ intermiseris, vix præsentis tẽporis gratiã explebis: quũ interim nullam rationẽ excogitare possis, qua, vel futuri, vel præteriti temporis debita cõpensentur. Nos autem, qui tantum ab sumus á potestate debitæ gratiarum actionis, ne in eo quidem, quod á nobis fieri potest, animi gratitudinem præstamus, non dico totum diem, sed ne exiguam quidem diei partem vacationi diuinæ tribuentes. Quis mihi terram substrauit? Quis peruiam solertia, atque industria naturam humidam fecit? Quis fixit mihi cælum tanquam camerã? Quis præfert mihi facem solis? Quis emittit fontes in cõuallibus? Quis parauit amnibus alueos, per quos decurrãt? Quis mihi brutorum animaliũ ministeriũ subiecit? Quis me, cũ puluis inanimus essem vitæ pariter, & mentis participem fecit? Quis hoc lutum ad imaginem figuræ diuinæ formauit? Quis imaginẽ diuinam per peccatum in me confusam, ad pristinum rursus decorem reduxit? Quis me pulsum paradiso, & ligno vitæ priuatum, & in barathrum materialis vitæ demersum ad primã trahit beatitudinem? Non est, qui intelligat, inquit Scriptura. Nam profectò si hæc perpenderemus, continẽtem, & assiduam, per omne vitæ spa-

Act. 17.

Rom 3. n. 11.

tium, gratiarum actionem præstaremus. Nunc vero in id solũ, quod materiale est, omnis propemodum humana inuigilat natura: huc intentũ studiũ: in hoc occupata animi promptitudo, atque alacritas est: circa hęc, & memoria, & spes versatur. Peruigil, & insomnis ad plus habendi cupiditatem in omni negotio in quo cõmodum excogitari potest, humana natura est: siue de honore, & gloria, siue de copia pecuniarum agatur, siue ea res pertineat ad iræ morbũ in his omnibus ad cõmodum natura respicit Verorum autem Dei bonorum nulla ratio habetur, neque apparentium neque promissorum, &c.

At verò quia ingratus populus, cũ se Deo talem exhibere teneretur, ea reddidit, quæ nec nominare fas erat, vnde illi dictum est; *Hæccinè reddis Domino*: Maiores conuenire præcipitur hoc in loco, vt rubore suffusus ea reddere curet, quæ debet Solent enim beneficia relata rubore suffundere eos, qui eis debita gratitudine non respondent: Nam sicut dixit Comicus Terent. in Andria de quodam, qui vetustatem amicitiæ inculcabat. Sed hoc mihi molestum est: nam isthæc cõmoratio, quasi exprobratio est memoris beneficij: quod etiã lusit Martial. lib. 5 Epigram.

Quæ mihi præstiteris, memini, semperque tenebo.

Cur igitur taceo? Posthume tu loqueris
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat, dixerat ipse mihi.

Ierem.12. n.13. Quod etiam prosequitur Philo lib de charitate, & videre est apud Theodoret in cap. 12. Hierem ad illa verba n. 13. *Confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris Domini*, vbi legit, *confundimini à gloria vestra, & ab opprobrio in conspectu Domini.* Septuaginta habẽt: *Confundimini à gloriatione vestra, ab opprobrio in conspectu Domini.* Aitergo Theodoret Quę putatis illustrare vos, verbi gratia, opes, & potentiam, vos pudore perfundent, dum causam apud Deũ agetis eius enim beneficia abundé experti, contraria illi rependitis, &c Nulla enim maior confusio & exprobratio contingere potest homini, quam si illi proponantur beneficia accepta, quibus per gratitudinem minime respondit: Summa verò erit exprobratio si ingratus existat, qui grates reddere debebat: Videndus in eãdem sententiam Gregor 17 moral. c. 15 in fin. vbi ad illa verba Iob 22. *Cum implesset domos eorũ bonis*, aduertit propterea Deum domos malorum bonis implere in maiorem illorum confusionem: & damnationẽ, dũ tantis bonis ingrati per summam nequitiam persistunt, Sic ergo habet Malorum domos Dominus bonis implet, quia etiam ingratis sua dona non denegat, vt aut benignitatem Conditoris erubescant, & ad bonitatem redeant, aut redire omnino contemnentes cũ illis grauius puniantur, vnde hic & bonis Dei largioribus mala reddiderunt, vt duriora eos tunc supplicia puniant, quorum hic malitiam nec dona vicerunt: Sic Gregor & pro eadem re videndus Senec. 7. de benef cap 32. vbi ait: Ingratus est: non mihi fecit iniuriam, sed sibi Ego beneficio meo, cũ darem, vsus sum nec ideó pigriús dabo, sed diligentiús, quod in hoc perdidi, ab alijs recipiam, sed huic ipsi beneficium dabo iterum, & tanquam bonus agricola cura, cultuque sterilitatem soli vincam Perijt mihi beneficium, iste omnibus, non est magni animi beneficiũ dare, & perdere, hoc est magni animi, perdere, & dare. Et in prouerbijs dixit idem. Senec Beneficiũ sæpe dare, docere est reddere.

Iob.23. n.18.

Quia verò, & ingrati, vel aliquod malũ causari solent in bonis, vel aliquod bonum defecisse, vtrique rei occurrit: Primum illud probat D Hieron. proœmio in lib. 12. in Ezech ad

Eustochium, vbi ait. Huiusce modi hominum esse commemoras, vt non tãtam gratiam habeant pro his, quę tribueris, quantum dolorem super his, quæ negaueris Minore studio virtutes laudamus quam vitia reprehendimus: Et quamuis pulchra sint corpora, vnius prauitate, ac deformitate membri insigniora fiunt Similia habet Hildebert. Turonens. Archiep. tom 3 bibliot. epist. 35. vbi inter alia ait. Plerique mortalium ingrati sunt obsequijs, & ne cultores suos remunerent offensos conqueruntur. Et epist. 80. quæ est Narbodi Rhedonẽs Episcop Purgat se de obiecto crimine coram superiori Episcopo; quem sibi multis obsequijs & beneficijs promeruerat, & abeo inauditus, fuerat condemnatus, & Episcopali munere deposit°; ait ergo Redeo ad culpã meã, quam solam tibi sufficere credis, imò non credis, sed alios credere cupis, vt meritò videar tot laborum, quos prote susceperi, mercede fraudatus, quæ si nulla est debet fileri; si parua, debet ignosci, si magna, maiorum meritorum debet comparatione superari Quibus in verbis & ingratorum ingenium proponit; & quæ illi opponunt eleganter soluit, imò in eos retorquet, quod facit Moyses dum illis in memoriam reuocare iubet, quæ à Deo acceperant. ¶ Deut. 23. præcipit Deus *No abominaberis Ægyptiũ, quia aduena fuisti in terra eius.* Vbi vides rationem minimè abominandi esse vnã tantum, quod eos susceperant, cum plures suppeterent detestandi, quando sæpe afflixerant, & in seruos conuerterant liberos Israelitas, ait ergo Oleast ibi. Sunt multi, quibus si multa bona feceris, propter pauca mala in se collata, bona illa multa non referunt, quos locus iste subtiliter arguit, qui non abominari debẽt Ægyptium, licet multa mala illis intulerit, propter multa alia bona. Susceperãt enim eos benignè, tempore famis paterant, & in optimo terræ loco fecerant habitare.

Deut.23. n.7.

Quod si ob bona ipsis collata tenebantur obliuisci malorum, profectò ob sola innumeraque bona tenebantur filij Israel minimè eorum obliuisci, imò ne tandem obliuiscerẽtur, iubentur interrogare testes eorum, nempe maiores, & qui recensere possent. Meminit Ioseph acceptorum, ne malum Domino sic benefico redderet, dum iniquæ Dominæ solicitanti dixit Genes 39. *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est, quod nõ in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ uxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Dominũ meum?* Ponderat autem eleganter D. Gregor. memoria beneficiorum acceptorum mala repulisse, nullum siquidem efficacius reperitur medicamentum ad cauenda mala, quam si ob oculos proponamus bona accepta. Sic verò ille habet 30. Moral. c. 18. Quisquis mundi huius successibus eleuatus tentari se sentit, Iosephi factũ admemoriã reuocet, *Dominus meus omnibus mihi traditis, &c.* quibus verbis ostenditur, quia bona, quæ á Domino assecutus fuerat, memoriæ intulit, vt malum, quod se pulsabat, euinceret, & quia perceptæ gratiæ meminit, vim culpæ imminentis fregit. Cum enim peccatum tentat in prosperis, hæc ipsa prospera sunt aculeo tentationis opponenda, vt eó erubescamus mala cõmittere, quò nos à Deo meminimus gratuitò bona percepisse, & si mala voluptas ex prosperitate nascitur, eiusdem prosperitatis est consideratione ferienda: iram namque superni iudicis inextinguibiliter accendimus, si contra benignitatem illius, etiam ex ipsa sua largitate pugnamus. &c quia igitur bona, quæ a Deo acceperant Israelitæ, illis occasio fuerãt de

Genes.39. n.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

linquendi, & insurgendi in Dominũ Largitorẽ, vt constat ex n. 15. *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit.* Propterea, vt in officio contineat eos, iubet maiores interrogare de acceptis, ne veluti stultus, & insipiẽs populus ea reddant, quæ hucusque, sed memores tot bonorũ, mala cauerent; & bona, ac gratias iugiter redderent.

Mirabitur iure quis, cum viderit Danielem libero animo regi Nabuchodonosor largam illi mercedẽ pro interpretatione somnij pollicenti, dicere Daniel. 5. *Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da. Scripturam autẽ legam tibi Rex, & interpretationem eius ostendam tibi:* Postea verò dum somnia exposuit, eadem dona recusata accepisse, sic enim dicitur n. 29. *Tunc iubente Rege indutus est Daniel purpura, & circumdata est torques aurea colo eius, & prædicatum est de eo, quod haberet potestatẽ tertius in regno:* Quo in loco Hieron. duo obseruat elegantissimé, & Regẽ, etiam si infesta sibi, & mortem mox futuram erudierit, promissa concessisse, & Danielem in Dei gloriam, & veluti in memoriam concessi beneficij data sibi munera acceptasse. Ait ergo. Propterea dona dedisse arbitror, quia ante promiserat, & semper Regũ fides sancta habita est: Danielem verò oblata prius munera recusasse, ne eorum causa Scripturã interpretari videretur: Nunc verò adhibita iam interpretatione, sublataque suspitione ambitionis, & lucri, Regis beneficẽtia, & liberalitate moderatè vti, non tam priuata sua causa, qui in suis sordibus securiús, quam in purpura latere potuisset, hostiumque furorem declinare, sed Dei gloriam magis illustraret, & vt illa purpura, & ille aureus torques diuinæ sententiæ, explicatæque ab eo Scripturæ testis esset, & dũ se circundatum torque videret, affectum pariter Dei beneficio, & reuelatione contemplaretur, proindeque memoriã tanti beneficij minimè poneret, cuius testes secum perpetuò gestabat.

Daniel. 5. n. 17.

Nisi fortè voluerit Moyses in hoc doctrinali carmine antiquorũ beneficiorum memoriã refricare illius gentis, vt de acceptis gratias agentes vlteriorũ deinceps beneficiorum capaces redderentur, sicut contingere cõsueuit ijs, qui pro acceptis gratias Deo referunt, quod nos latè prosecuti sumus Cant. Exod. 15 n. 1. annotat. 3. Modoque satis mihi probat illud Psal 77. *Memor fui operum Domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.* Vbi Dauid videtur confiteri sibi denuo collata à Deo beneficia, eo quod priorum memor, pro illis gratus Deo extiterit. Sic enim exponit Agell. dicẽs. Quotiescunque memorabo mirabilia tua, quæ ab initio fecisti, simul etiam prædicabo opera, ac facta ingentia, quæ facies: eo ipso, quod celebro admirabilem potentiam tuam, qua olim in populo tuo ab Ægyptijs liberando es vsus, simul opera insignia celebrabo, quæ editurus es, cum ab hac, qua nunc premimur seruitute liberabis. Solet enim Deus ijs, qui memoria retinent priora beneficia, vt pro eis grati existant, noua denuo conferre, vsque adeo enim Deo placet, si memores simus eorum, quæ à Diuina liberalitate accepimus.

Psal. 77. n. 11.

Est optimus locus hac de re apud Augustẽ. lib. 50 homil homil. 4. vbi inquirit, cur dicamus in Oratione Dominica quotidie: *Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis,* cum ea solũ, quæ à Deo accepta habemus, nostra possimus appellare? At verò qui fieri potest vt nostrũ appellemus panem, quem nondum accepimus? Idque existimat gratitudini tribuendũ, cuius proprium est, vt denuò mereatur id, quod nondum habet, imo tam certa sit de accipiendis, vt quasi de iam acceptis loquatur. Sic ergo habet Augustẽ. Nostrum est, quod

nobis donatur. Quomodo enim aliquid donas, nisi vt eius sit, cui donas? Aperta enim est illa confessio: *Nonnè Deo subijcietur anima mea, ab ipso enim patientia mea?* Psal. 61. Dicit nobis ipse; *In vestra patientia possidebitis animas vestra.* Luc. 21. Dicamus illi & nos, Patientia mea ab ipso est, tuũ fecit donando, noli esse ingratus tibi assignãdo. Nonne in Oratione Dominica dicimus & nostrum est, quod à Deo est: Quotidie dicimus panem nostrũ quotidianum. Iam dixisti nostrum, & dicis da nobis? Ecce nostrum, ecce donabis. Illo dante fit nostrum: si illo dante fit nostrum, nobis superbientibus fit alienum. Dicis nostrum, & dicis da nobis: quid ergo tibi assignas, quod non tibi ipse dedisti? *Quid enim habes, quod non accepisti?* 1. Corinth. 4. Dicis nostrum, & da nobis: Agnosce Largitorem, confitere te accipere, vt libẽter ille dignetur dare. Similia sunt, quæ habet Chrysost. homil. 27. in Genes. statim in princip. vbi ita ait. Discamus hodie quam beneuolus, & quã gratæ animæ fuerit Noe, & vnde ipse sibi multò vberiorem Dei erga se beneuolentiam elicuerit. Nam quando Deus talem aliquẽ videt, qui gratus est de prioribus, largiús, & cumulatiús sua dona in illũ profundit. Demus igitur & nos operam, vt gratiarũ actiones pro virili Domino offeramus, pro bonis, quæ ab eo pridẽ nobis præstita sunt, vt & maiora inde consequamur, & non obliuiscamur Dei beneficia in nos collata: sed semper ea in mente nostra versemus, vt ad continuam gratiarum actionem mentem nostram compellant, tametsi tot sint, vt mens nostra non sufficiat ad comprehendendam, & enumerandã magnam, quæ nobis contigit, illorũ vbertatem. Quomodo enim quis cogitare sufficeret ea, quæ in nos iam sunt collata, quæ itẽ promissa, quæ & quotidie conferuntur, sed quid dicã? Neque mens sufficit, neque sermo valet ea enumerare. Nã quantumuis dixero, multa plus prætereo. Quomodo enim humana lingua, quæ à Deo nobis facta, pertractari possent? Et licet tanta, ac talia sint, multo maiora, & ineffabiliora sunt beneficia, quæ in futuro sæculo per virtutum viam incedentibus, & hinc migrantibus, daturum se promisit. Quorum magnitudinem, vt paucis verbis nobis cõmendaret B. Paulus inquit. *Quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, præparauit Deus ijs, qui diligunt se.* Vidisti dona excellentia? Vidisti beneficia illius omnem humanam cogitationem transcendẽtia? Dicit enim in cor hominis nõ ascenderunt. Si igitur volumus illa animo reuoluere, & pro viribus nostris gratias agere, poterimus multò maiorem illius gratiam nobis conciliare, & ad virtutem magis idonei fieri. Memoria enim beneficiorum Dei sufficiens est, quæ ad virtutum labores nos adhortetur, & præparet, vt præsentia omnia despiciamus, & vt ei, qui tanta in nos beneficia cõtulit, adhæreamus, amorem in illum singulis diebus augeri declarantes. Hinc enim beatus iste tantam Dei gratiã sibi conciliauit, quia de prioribus valdé gratus fuit. Sic ille describit quantam apud eum promereatur gratiãea anima, quę memor acceptorũ pro eis gratiã agit Benefactori. Quod etiã prosequitur Bern. ser. 51. in Cant. post med. *Læua eius sub capite meo, & dexteraillius amplexabitur me.* Nõ ait, amplexatur, sed amplexabitur, vt noueris prioris gratiæ adeo nõ ingratã, vt secundã gratiarũ actionẽ præuenerit. Discè in referẽdo gratiã non esse tardus, aut segnis, discè ad singula dona gratias agere. Diligenter, inquit, considera, quæ tibi apponuntur, vt nulla videlicet Dei debita gratiarũ actione frustrentur, non grandia, non mediocria, non pusilla. Denique iu-

Psal. 61. n. 7.

Luc. 21. n. 19.

1. Cor. 4. n. 7.

1. Cor. 2. n. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bemur colligere fragmenta, ne pereant, id est, nec minima beneficia obliuisci. Nunquid non perit, quod donatur ingrato? Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorũ perditio. Propter hoc sponsa mox, vt gratiam de læua sensit, gratias agit, non expectans plenitudinem, quæ in dextera est. Neque enim vbi memorata est læuam iam esse sub capite suo, etiam sequuta est, à dextera se similiter amplexatã, sed amplexabitur me, inquit, &c.

Ioan.6. n.12

Psal.50. n.5.

Facit in eandem sententiam Chrysost.homil. 5. de pænitent. vbi versat locum illum ex Psal.50. *Peccatum meũ contra me est semper.* Vult enim propterea Regium Vatem præ oculis peccatum iam dimissum habere, diuinã Benignitatem, & Indulgentiam perpetuò recolere, & gratiæ sibi collatæ reminisci, vt hac memoria, & recordatione gratitudinem suam præstãdo, aliam denuò, qua in posterum peccata cauere, & vitare posset, mereretur. Quippe cum certum sit gratum animum, dum de priori beneficio gratias agit, illiusque memor existit, vlteriora beneficia à Deo accipere, quod omnes peccatores recolere debent, dum remissionis gratiam à Deo consequuntur, vt in ea permaneant, neque iterum corruant. Sic vero habet Chrysost. Decet nos purgatos à peccatis eadem ante oculos habere peccata, pro tuæ animæ stabilitate, & salute habe antè oculos peccatum. Etenim præcedentium memoria, futurorum continentia fiat, &c. Quod si apud homines, qui gratiam reddit, aliam denuò consequitur, multò magis á Domino accipiet vberiora beneficia, qui priorum memor, eis gratus extiterit. Hinc est, quod Seneca in prouerbijs dixit. Beneficia plura accipit, qui scit reddere; posset vtique è contrario dicere, beneficia amittit, qui non vult, aut nescit reddere, sed id dixit August. serm. 29 de verbis Apostoli ad princip. Videte, inquit, charissimi, vnde Domino Deo gratias agatis, ne in aliquo dono eius ingrati maneatis, & propter hoc, quod ingrati estis, quod accepistis, perdatis. Cum ergo tantũ malum sit ingrata obliuio beneficiorũ, summumque cumulum ingratitudinis attingat, mala pro bonis reddere, qualia profectò reddiderat Israelitica gens Deo Creatori, Parenti, Benefactori, & Redemptori suo, quo in meliorem frugem rediret, & sanam mẽtem reassumeret, memorque redderetur tantorum beneficiorum, quibus à Deo affecta fuerat, vt pro illis debitas referret gratias, meritò Moyses in præsenti maiores adire iubet, & antiquos interrogare, qui referre possent accepta beneficia, & patrata mirabilia, vt pro eis gratias agendo, alia denuò mererentur accipere.

TEXTVS.

Quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Israel. Num.8.

EXPOSITIO LITERALIS.

PRosequitur Moyses id quod proposuerat num.6. quod, scilicet, Deus pos federat populum illum, suumque in tantum fecerat, vt pater illius diceretur, ad quod sciendum iusserat adire, & interrogare maiores. Quod nullo medio melius probare potuit, quam si ostenderet Deum admodũ solicitum de habitatione illius gentis, hoc enim maximè angit, & torquet parentum mẽtem, & viscera, quænam, scilicet bona, quas ad incolendum terras & ad habitandum domos, eis possint impertiri. Hoc igitur visitur in Deo Parente, qui multo antequam gens Hebræa prodiret, de incolenda terra optima, de acquirendis possessionibus, de possidendis bonis accuratè admodum, nimisque sollicitus sigillatim prouidit. Insuper ostendit hoc in loco sacer Auctor id, quod superiori versu dixetat, interrogandos, scilicet, maiores, & consulendos antiquiores, qui posteris enarrare possent antiqua beneficia collata in eum populum, & plusquam veterem beneuolentiam, qua Deus eos fuerat prosequutus á prima gentium dispersione. Hoc enim maximé testabatur Diuinam dilectionem, & redarguebat, ac conuincebat illius gentis ingratitudinem, quæ pro tã antiquis beneficijs nouo ingratitudinis genere talia Domino reddebat. Etenim cum Deus superbé ædificantium linguam confudit, ne non audiret vnusquisque vocem proximi sui, atque ex illo loco, vbi moliebantur, & extruebãt machinam ædificij, eos diuisit in vniuersas terras, sicut dicitur Genes. 11. Iam tunc decreuit, & prædestinauit terram Chanaan, quia optima erat, vt postea latiús dicemus, dandam filijs Israel.

Genes.11. n.7.

Quando igitur diuidebat Altissimus gẽtes. Pagnin. ex Hebræo: *Quando hæreditare fecit Excelsus gentes*, quod Caiet explicat. Tanquam iure hæreditario quælibet gẽs terrã accepit vt suã, quã occupauit in principio diuisionis terræ. Procop. & Lyran. Quando Deus in Babel diuisit, & dispersit gentes, tot constituit gentes, quot erant personæ in populo Israel, quæ cum Iacobo ingressæ sunt Ægyptum. Ita etiam Lyran. Ianssen & Abulens. Videntur autem hi Auctores Hebræorum sequi sententiam, qui putant in diuisione linguarum, & dispersione gentium apud turrim Babel septuaginta fuisse linguas, æqué ac gentes diuisas. Insuper, & quot fuerunt filij, seu animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum. Insuper D. August. Hieron. Prosper. Epiphan. numerant 72. gentes, & linguas, in quas diuisi sunt homines in dicta dispersione. Cæterũ nõ fuisse 70. sed pauciores ostendit Cornel. á lapide in cap. 10. Genes. n. 32. & quem ibi citat, Perer. disp. 15. & 16. *Quando separabat filios Adam:* non immediatos Adami filios intelligit,

Gens. 46.n.27

Universidad de Deusto
Biblioteca

git, nec de diuisione anté diluuium sermo est, sed Adam cõmune nomen est apud Hebræos, sicut apud nos, homo. Vnde Rupert. hoc in loco: Filios Adam id est, imitatores superbiæ Adam. Hinc iam constat quantum dilexerit Deus Israelitas vt ipsorũ maiores nõ punierit diuisione linguarum, sed potius cõseruauerit in ea lingua, in qua vsque ad illud tempus loquebantur, & colonos miserit ad eam terram, quam habituri erãt postea; donec ipsi ad eã possidẽdã accederẽt.

Statuit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel, seu, vt alij legunt, *pro numero filiorum Israel*, id est, secundum multitudinem filiorum Israel, quã futurã nouerat. Sensus est: *Quãdo Deus diuisit gentes, statuit terminos regionum, & terrarum eis*, idque ad hoc, vt scilicet tantum terræ spatium filijs Israel, necdum natis, sed nascituris ad habitandum secerneret, & eximeret, quantũ nouerat ad numerum eorum, atque commodã singulorũ habitationem requiri & sufficere. Itaque extũc Deus terram Chanaan designauit, & determinauit, ne a alijs occuparetur, quã à Chananæis qui delẽdi, & expellẽdi erãt ab Hebræis, vt eã ipsis prædestinatã à Deo incolerẽt. Significatur per hoc, ait Caiet magna Dei cura, & singularis prouidendi modus Israelitis de terra propria. Nã hinc habetur inprimis, quod ex quo Deus diuisit terrã, decreuit locũ terræ proprium filijs Israel. Habetur secundò, quod singulari quodã modo Deus decreuit locũ propriũ filijs Israel, nam alijs gentibus diuisit terrã per familias, vnaquæque enim familia appropriauit sibi aliquã partẽ terræ, & propagãdo filios extẽdit habitationẽ. Filijs autẽ Israel non sic dedit terram propriam, nec reseruauit eis aliquam partem terræ inhabitatam, & incultam; sed decreuit eis terram Chanaan, statuendo terminos locorum; & temporum, infra quos populi alij habitarent terram illam, ita vt filij Israel habituri essent terram habitatam, & cultam. Habetur tertiò, quod modus ille singularis prouidendi filijs Israel consistit in constitutione terminorum, locorum, & temporum relatione ad modum filiorum Israel, hoc est, relatione ad tempus, quo filij Israel erant in numero sufficiente ad constituendum regnum, hoc enim significatur dicendo: *Statuit terminos populorum in numero filiorum Israel.* Statuti sunt enim à Deo multorum populorum termini relatione ad multitudinem filiorum Israel: vsque adeò, vt superius scriptum sit, quod non solum delebit Deus populos terræ promissæ filijs Israel, quia multitudo filiorum Israel non erat tanta tempore Iosue, vt sufficere possit ad habitandam, & colendam vniuersam terram promissam. Sic Caietanus describit quomodo constituerit Deus terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Quod insuper expositum habemus in cap. 23. Exod. num 29. Vnde possumus colligere Deum nostro modo intelligendi prius spectasse populum suum iuxta eum numerum, ad quem illum excrescere volebat, & iuxta eum præcisè quasi metatum fuisse tantum terræ Chanaan, quantum satis erat capiendo populo sub ea quantitate præuisa, & determinata; tradidisse autem colendam septem illis gentibus, quæ in ea habitarunt, vt illis postea amotis, filios Israel in possessionem introduceret, sicut & introduxit duce Iosue. Sic verò habet citatus locus: *Non eijciam eos à facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ, paulatim expellã eos de conspectu tuo donec augearis, & possideas eam.* Licet enim Deus posset illico cunctos exterminare Chananæos, & terram eo-

rum

rum vacuam, liberamque Israeliticis tradere possidendam, placuit nihilominus id paulatim, & per aliquot incrementa præstaret; tum vt Chananæos ad pœnitentiam prouocaret, tũ vt per crebras victorias manifesto Dei auxilio, & ope partas victores Israelitas ad ipsius amorem magis alliceret, & ad suum cultum magis, magisque inflãmaret; & quemadmodũ aquila prouocat ad volandum pullos suos, sic complacuit Deo ad præliandum erudire populum suum, & ad maiores indies progressiones faciendas excitare. Propterea prius aduersus singulares quosdam Reges ipsum dimicare fecit, quibus figillatim superatis, eundem cõtra plures simul collectos bellare feliciter voluit: & denique ei de reliquis omnibus Chananæorũ Regibus in vnum conglobatis, vno prælio glorioſam valdè concessit victoriam Hinc est, quod cum Iosue aduersus Chananæorũ Reges, populosq; multo tẽpore decertasset, vt habetur Ios. 11. s. sex circiter annos, præceptũ accepit de diuidenda terra, quæ erat cis Iordanem nouem tribubus, & dimidię tribubus Manasses Iosue 13.

Ios. 11. n. 18.

Ios. 13. à n. 1. vsque ad 8.

Sed qui populi isti fuerint inquirendum restat: nam Luc. Actor. 13. refert Paulum dicentem: *Et destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram, in funiculo distribuit eis terram eorum.* Videndum proinde est, quid accipiendum sit per septem istas gentes. Scio ex Beato Gregorio homil. 33. in Euangelia, & alijs, septennario numero nonnunquam in sacro eloquio vniuersitatẽ designari. Video Brixianum hoc in loco referentem eos, qui dicunt tot esse populos, quot fuerant Israelis filij ac nepotes, videlicet 70. circiter, & alios eo nomine intelligere omnes illas nationes, quę ex progenie Chanaã, cui maledixerat Noe, descenderunt, fuisse destructas. Attamen, quia constat Hebræos, vt etiam asserunt Euseb. & Hieron. in lib. de locis Hebr. nũquã potuisse exterminare Sidonios, qui à Sidone primogenito Chanaan exorti erant, habitantque in confinio tribus Asser, qua de re videndus Torniell. anno mũdi 1931. n. 34 Neque vsquã legimus, quod destruxerint Araczos, Sinæos, & Amatthæos, qui pariter erant de stirpe Chanaan, vt idẽ Auctor ostendit. Idcirco necessariũ videtur fateri, vel per septẽ illas gẽtes vniuersaliter accipiendas esse, nõ omnes nationes ex Chanaan progenitas; sed omnes illas, quæ habitabant terrã Israelitis à Domino promissam; vel tãtummodo illas septem, quæ cõmemorantur Deut. 7. & Ios. 3. & vlt. nẽpe Chananæos Hethæos, Heuæos Phereæos Gergesæos, Amorrhæos, & Iebusæos, tanquã inter cæteros Chananææ habitatores præcipuos.

Deut. 7. n. 1. & Ios 5. n. 10. & c. vlt. n. 18.

Eiecit igitur *à facie eorum gentes, & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis, & habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel*, Psal. 77. Quibus in verbis videtur ostendere Psalmista Israelitas habuisse ius legitimi possessoris diuinitus ad illam terram, secundum quod noster textus refert, illicque eas gentes collocatas, donec Israelitæ aduenirent, ad quorum accessum veteres reijcerentur coloni, & nouis terra sortitò distribueretur, & cum hoc de agris, & possessionibus intelligatur; de domibus etiam, & ciuitatibus dicitur, *& habitare fecit in tabernaculis eorum, &c.* Mens igitur Moysis hoc in loco ea videtur esse, vt ad antiquam recurrendo prædestinationem, & prædeterminationem populorum, qui incolerent terram postea concedendam filijs Israel, aperte constet eis, non ratione meritorum fuisse cõcessam, sed libera Dei voluntate, & misericordia; quod tum ferè nostri expositores, tũ etiã Hebr. hoc in loco annotarunt.

Psal 77. n 58.

Septuaginta Interpretes videntur non habuisse in suo Hebr. codice filios Israel, sed filios Dei, vnde transtulerunt, *Constituit terminos gentium iuxta numerum Angelorum Dei.* Ita Nouatian. in lib. de Trinitat. qui sub nomine Tertull circumferebatur, & Rufin. in expositione Symboli, & Gregor. Papa ho mil. 34. in Euang. & Hierony. lib. 2. in Mich. huc etiam spectare videtur Chrysost. homil. 3. in epist. ad Coloss. & videnda sunt hac de re multa in catena ex epist. Seueri ad Ioan. tribunũ. Videndus de hac varietate Orig. homil. 28 in Numeros. Hanc eandem lectionem sequuntur omnes, qui ex hoc loco Angelos Prouincijs deputatos deducunt; vt Clem. Roman. lib. 2. recog. Clem. Alex. 6. Stromat. Chrysost homil. 61. in Matth. & Theodor. Orat. 10. in Daniel. Zeno Episcop. Veron. in Psal. 128. Accedit Cyprian. in expositione Symboli, ibi, *Crucifixus sub Pontio Pilato*, vbi ex hoc loco deducit ab initio mundi præfecisse Deum Angelos rebus mortalium, vt eas disponerent & regerent, & ita cum Septuaginta legit hunc locum, & Athanasius lib. quæst. q. 2. quæ est de numero Angelorum, dicit ex hoc loco aliquos colligere numerum Angelorum. Alij, inquit ille, æqualem Angelorum, & hominum esse numerum. Alij, quorum meminit Agell. & Cornelius Cornel. sic intelligunt hunc locum, quasi Deus eum saluandorum numerum prædestinauerit, qui fuit Angelorum. Cæterum hæc verba nihil ad hoc dogma faciunt, neq; enim dicunt, constituit numerum hominũ iuxta numerum Angelorum, sed cõstituit terminos populorũ iuxta numerum Angelorum, & ita non singulos homines saluandos singulis Angelis respondere dixit, sed populos potius singulis Angelis, ita exponit hunc locum Ianssonius, ita legunt Dionys. de cælesti Hierarch. cap. 9. Iren. lib. 3. cap. 12. & teste Hierony. in cap. 28. & 43. Ezech. plerique alij; imò ad istum sensum posset cum Ianssonio deduci nostra lectio iuxta numerum filiorum Israel, vt idem sit, atque 70. iuxta numerum Angelorum Dei; Angelus enim à Tobia iuniore interrogatus vnde esset, respondit, ex filijs Israel. Forté tamen Angelorum Dei nomine Israelitas honoris causa appellare libuit, quia vt in cælo Deus ministros habet Angelos, sic habebat in terra pro Angelis, ac ministris suis Israelitas. Nam & ministros noui testamenti Angelos appellat Paul. 1. Corinth. 11. *Vbi iubentur mulieres velare caput propter Angelos,* id est, propter sacerdotes, ac viros iustos, ne illis scandalo sint. Cum ergo in sacris literis Dei familiares Angelorũ nomen sortiantur, inde fieri potuit, vt hoc idem sit *Iuxta numerum Angelorum Dei,* cum eo, quod nostra Vulgata habet, *Iuxta numerum filiorum Israel.* 1. Corint. 11. n. 10.

Certum tamẽ sit versionem 70. hoc in loco literalem nequaquã esse, nec genuinam: Nec enim filij Israel ad literam sunt Angeli Dei: Vnde prior sensus nostri Interpretis genuinus est, vt patet ex Hebr. & Chald. Item ex Aquila, & Symach. qui omnes legũt: *Iuxta numerum filiorum Israel.* Ideoque legendum videtur pro Angelorum Dei, filiorum Israel, sicque nonnulla exemplaria 70. Interpretum habere testatur. Orig. homil. 28. in Num. & alij; quorum meminit Cornel. hoc in loco.

ANNOTATIO. I.

De cura Diuini amoris, deq; eius antiquitate.

NIhilo magis, clariusue potuit Deus, eoque afflatus Moyses, Diuinã erga suos Israelitas di-

lectionem testatam proponere, quam si antiquam curam illius gentis in eodem comprobaret. est siquidem amoris index cura, & solicitudo: Nam sicut notauit Gilbert ser. 26. in Cant. post med. Innata est perpetua solicitudo amori, vnde ille, qui habitabat in tabernaculis Genes. 25 n. 27. id est, domi se continebat, sicut habent 70. Veterum enim, & maximé Patriarcharum domus erant tentoria, siue tabernacula: Sensusque est, quem posuit Caiet. Iacob domi vitæ quietæ vacabat; postquam amori cessit, die, nocturque æstu vrebatur, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis eius. Illa insuper, quæ roganti pulsanti, & querenti spõso aperire noluit, leuique excusatione renuit, statim, atque voce sponsi loquentis amore cępit deflagrare, statim moræ impatiens surrexit, totaque solicitudine, omni postposito metu, & remoto quocunque inconuenienti, quod illam retardare posset, per medios milites, obuiosque gladios, quæ fuit sponsum suũ Cant. 5. Vnde Bernard. epist. 90 post princip. Laboramꝰ vterque quidem ad alterũ scriptitando, alterius fatigantur & nuntij ad alterum scripta portando: sed nunquid spiritus grauantur amando? Cessent igitur quæ absque labore non possunt actitari & illud frequenter, quod quãto attentius satagitur, tantò minus cõstat laborari. Quiescant, inquam, à dictando ingenia, labia à confabulãdo, à scribendo digiti, à discurrendo nũtij, non autem quiescant corda die, ac nocte meditari in lege Domini, quæ charitas est, à quo negotio quãto quietiores sumus, tãto minus quiescimus, quãtoque occupatiores sumus in illo, tãto nos quietiores sentimus ex illo. Est enim amoris proprietas nunquã quiescere: vnde dicitur, *Lampades eius lampades ignis.* Hebraic. *Alæ eius alæ ignis,* vbi nomine alæ intelligitur proprietas: sicut igitur proprium est ignis incessanter operari, nunquãque quiescere, sic etiam & proprium est amoris nullatenus quiescere: quæ fuit ratio cur Socrat. in conuiuio Platonis dixerit animam vniuersam, & dilitescentem in corpore, veluti expergisci amoris stimulis, indeque primos impetus ad honesta capere, tanquam excusso veterno, & Plaut. in Cistellar. Iactor, vincior, agitor, stimulor, versor in amoris rota miser: exanimor, feror, differor, distrahor, diripior, &c. Idemque in Milit. Sumnè ego miser, qui nusquam bene queo quiescere? Si domi sum, foris est animus: si in foris sum, animus domi est. Imó & Christus Dominus ex cura & solicitudine probauit Diuinum erga nos amorem, cum dixit Ioan 16. *Non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis, ipse enim Pater amat vos:* quasi dicat, vbi autem amor interuenit, perpetua adsit cura necesse est: quod etiã docuit apud Luc. vbi solicitudinem in diuinum amorẽ reuocauit dicens: *Nolite soliciti esse, qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis: Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere.* Iterũque in eodem cap. *Nolite soliciti esse animæ vestræ quid manducetis, &c.* Tandemque ibidem ait: *Nolite quærere quid manducetis. Pater vester scit, quia his omnibus indigetis:* vbi Chrysolog. ser. 163. post princip. ait. Stipendijs suis militãs derogat miles Regi, suis sumptibus viuens dominum seruus accusat, pro se solicitus filius culpat superstitem patrem. Noli ergo homo exponere Deũ prote, taliter cogitando, qui & iustitia regnantis, & dominantis studio, & generantis affectu in se totam tui recipit solicitudinem, refundit & curã dicendo, nolite soliciti esse, &c. Videndus in hanc sententiam Rupert. lib. 3. in Exod. cap. 18. vbi aduertit id, quod Deus loquens de manna, dixit: *Nullus relinquat ex eo vsque manè.* Iuxta literam, inquit ille, fides exigitur à

Genes. 25. n. 27.

Cant. 5. à n. 5.

Cant. 8.

Ioan. 16. n. 26.

Luc. 12. n. 11.

Supra n. 2.

Supra n. 2.

Exod. 16. n. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

populo, vt totam sui curam Deo committentes, soliciti nō sint de crastino: quorum inobedientiæ, & minimæ fidei pœnam dignam miraculum illud præsignauit, quod *cum dimisissent quidam ex eis vsque mane, scatere capit vermibus, & computruit.* Hoc enim exemplo commoneri se sciat infidelis auarus, qui spem suā in Deo non posuit, & idcirco diuitias recondendo, māmonæ seruit. *Videbunt*, inquit, *iusti, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum:* Nam eum qui huiusmodi est, & nunc quandiu viuit, curarum, atque solicitudinum vermis comedit & in futuro vermis qui nō morietur comesturus est. Sic ille Deum solicitum ostēdit & punientē cos, qui Diuino amori diffidentes, curam & solicitudinem habent de futuris sibi necessarijs, de quibus prouidet diuina charitas, & pro quibus semper solicita nobis describitur. Hinc & Dauid amicos Dei dixit esse illius cogitationes, cum Psal. 138. ait. *Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui Deus*: vbi vocem Hebræam *Rehheka*, aliqui vertunt, cogitationes tuæ, sic enim solicitus adest Deus præ amore suorum, vt nihil magis, nihil aliud cogitare, menteque versare videatur, quæ translatio rectè cohæret cum nostra Vulgata, quæ habet, *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus*; nimis enim amici Dei honorantur ab ipso, quia cogitat de illis, & sunt veluti cogitationes ipsæmet Dei, sicut ibi ait Lorin. Quod etiam bene ostenditur ex illo loco Sapient. 5. vbi de iustis dicitur: *Cogitatio illorum apud Altissimum.* Græca autem vox, *phrondis*, nō est accipienda pro dubitatione, vt cogitare apud Nonium Marcellum lib. de differentijs dictionum, vbi Turpil. quæso cogita, ac delibera: Et de sanctissimo Sponso Virginis Matris in re admodum ancipite dubitante dicitur Matth. in cap. 1. *Hæc autem eo cogitante ecce Angelus Domini, &c.* Sed vox hæc redditur cogitatio à Cic. Philiph. 12. Posteriores cogitationes sapientiores sunt: Significatque studiosā curā, & solicitam prouidendi meditationē, proindeque & articulum Græcum habet, qui excellentiam denotat. Tota verò dubitatio est inter expositores, an sit cogitatio iustorum erga Deum, denotetque perpetuam, & iugem memoriam Dei, quam iusti habent, de qua Nazianz. Orat. 4. de theolog. ait Non tam sæpe spiritum ducere, quam Dei meminisse debemus: Et in Eccles. cap. 24. dicitur. *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, &c. Spiritus enim meus super mel dulcis*, vbi Vatab. legit: *Memoria mei melle dulcior est*, & in Psalm. 118. Regius vates in eodem sensu ait: *Meditabor in mādatis tuis*; vbi D. Hieron. legit: *Delectabor in præceptis tuis.* Cum igitur dulcissima sit memoria, & cogitatio de Deo, plerique existimant dicta verba, *Cogitatio eorum apud Altissimum*, ad iustos esse referenda, qui de Altissimo, deque illius cultu, & obsequio perpetuò cogitant. Vnde Philo lib. de vita cōtemplat. de sanctis. hominibus. ait: Perpetuā Dei habēt memoriam, vt ne in somnis quidē aliud eis obuertatur, quam imagines diuinarum pulchritudinum. Ita Bonauēt. Hugo, Carēf. Richel. & Holcoth. Alij arbitrantur dicta verba, *Cogitatio eorū apud Altissimum* ad Deum esse referenda, denotareque singularem curam, solicitudinem, & prouidentiam, quā de suis hominibus Deus habet. Ita Cātacuzen. & Osor. eamque superiori præfert Lorinus, & ex ipsa grāmatica nititur probare, fundamenta tamē bene ibi euertit Ceruantes. Neque neganda est cohærentia cū serie textus in hac expositione, namque dicta verba reddunt rationem eorum, quæ immediatè dixerat sapiens, quod iusti in perpetuum viuant, & indefectibile

Sup. n. 20.

Psal. 51. n. 81.

Psal. 138. n. 17.

Sapient. 5. n. 16.

Matth. 1. n. 20.

Eccles. 24. n. 26.

Psal. 118. n. 171.

sortiantur

sortiantur præmium, quod etiam in subsequentibus statim prosequitur: *Quia scilicet* (hanc enim vim habet ibi particula, &,) *Cogitatio eorum apud Altissimum*; qui de eis admodum curat, ipsisq; perpetua, & plusquam paterna cura incumbit: quod adhuc possumus confirmare ex illo Psalm 31. *Firmabo super te oculos meos*, vbi Hieron. ex Heb *Cogitabo super te*: Cogitare autem super aliquam rem, vel super aliqua re singulare denotat curā, & vigilē prouidentiā, & hæc sane est ratio, cur Paul dixerit 1. Corint. 3. *Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.* Etenim agricolæ nū quam intermittunt curam, & solicitudinem erga culturā agrorum, quo tempore, & occasione terra proscindenda sit, deinde illi semen cōmittendum, & omnia explorat tempora accomodata messi trituræq, sic & Deus solicitus admodum de nobis, vel etiā in manibus tempora habet, vt manus operi pro tempore admoueat: Hoc enim profitetur agnouisse Dauid Psal. 30. cum ait *In manibus tuis sortes meæ*, vbi Septuaginta habent, *Tempora mea.* Diuinus vtique agricola, qui tempora omnia prænoscens, & præ manibus habens pro opportunitate prouidet. Sumus insuper Dei ædificatio, quæ res maximam curam secum defert, & prænotionē iuxta illud Christi Luc. 14. *Quis ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendam &c.* Sic & Deus instar architecti de nobis cogitat, necessaria præuidens, & præeligens. Nam si ille etiam ad dissipandū ædificiū prius cogitat imò & metitur iuxta illud Thren. 2. *Cogitauit Dominus dissipare murū filiæ Sion, tetēdit funiculum suum.* Nam sicut dixit August. 15. de ciuit. cap. 25. Ira Dei non perturbatio animi eius est sed iudiciū, quo irrogatur pœna peccato, & tetendit funiculum, seu, vt in Hebr. *Lineā*, quod D. Hierony. ibi, & Hugo mensuram interpretantur ad peccata punienda, quantó magis cogitabit ad benefaciendum, & metietur ad ædificandum, quod benè possumus explicare ex Chrysol. in ser. 140. de Annūtiat. B. Virginis, vbi ait. Quid plura? Mox sensit in se supernum suscipi Iudicem, vbi ante iam cælestem vidit, & contemplata est metatorem. Videtur siquidem Deus dici metator Virginis, qui antequam domum Filio suo ædificaret in terris, eandem metatus est, & præmeditatus prædiffinit quibus lapidibus construenda, è quibus lignis tigna compingenda, quibus denique diuitijs exornanda, & ditanda esset. Sunt itaque homines Dei agricultura, cui cogitationes suas Deus impendit, sunt ædificatio, cui ædificandæ se addicit, vt cogitet, metiatur, & disponat quæcūque in posterum necessaria futura sunt. Hinc & de se ipso Dauid, qui cordi Deo erat, quādoquidē & iuxta cor ipsius inuentus fuerat, ait Psalm. 39. *Dominus solicitus est mei*, hacque solicitudine fretus expectat se à Deo exaudiendum, statim atque ad illum clamauerit: Sic enim interpretatur Hieronym. in cap. 52. Isai. illud Psalm. 137. *In quacumque die inuocauero te, exaudi me, multiplicabis in anima mea virtutem.* In Græco, inquit ille, dicitur: *Multa solicitudine dignum habebis*, quasi velit Dauid nullatenus defuturum auxilium illius Dei, qui tam solicitum se pro Dauide præbebat.

Cū ergo solicitudo, & cura amoris sit indefectibilis testis, efficaciter asseritur, & comprobatur amor in Deo, qui in tota æternitate de prouidenda, & præparanda terra Israelitis nōdum existentibus curam gerebat qua in re antiquitatem pariter, & nobilitatem Diuini amoris proponitur. est siquidē nobilior amor, quo vetustior, dulcior, quò gratiosior. & nullis omnino præcedentibus meritis, qua in re similis nobis videtur amoris nobilitas, nobi-

Psal. 31. n. 8.

1. Cor. 3. n. 9.

Psal. 30. n. 16.

Luc. 14. n. 28.

Thren. 2. n. 8.

Psal. 39. n. 18.

Psal. 137. n. 3.

litati

Universidad de Deusto
Biblioteca

litati sãguinis, quæ & á vetustate maiorum, & à fælicitate viuentium maximè pendet, sicut notauit Tertull. lib. de pallio, statim in princip. cum Carthaginẽses alloquens, vocat vetustate nobiles, nouitate fælices. Illustris admodum Diuinus amor hoc in loco proponitur pro antiquitate, quã etiam modo comitabatur prosper rerum euentus, *Omni* siquidem, *tempore diligit, qui amicus est*, Prouerb. 17. quem locum versans August. tom. 4. lib. de amicitia cap. 2. in med. ait. Manifestè declarat Salomon amicitiam æternã, si vera est, si autem desierit, nunquã vera fuit, affertque in confirmationẽ locum Hieron. epist. ad Russin. dicẽs, vnde dicit Hieron. amicitia, quæ desinere potuit, nunquam vera fuit, cũ amicitiæ deberent esse immortales. Perfectissimum igitur amorem ostẽdimus ex antiquitate ex Genes. 22 n. 2. vbi. Dominus præcepit Abrahamo; vt ipsi immolaret filium Isac: *Tolle*, inquit, *filium tuum, quem diligis Isac.* Aliqui ex Hebr. *Quem vnicè amas*, Ambros. lib. 1. de Abraham cap. 8. legit. *Dilectissimũ*, & Paulo inferiùs, *Non pepercisti filio tuo dilectissimo.* Itemque Cyprian. lib. 2. contra Iudæos, interpres Orig. charissimũ. 70. habent *Dilectũ*; *quem dilexisti*; videturque ostendere, cur dilectissimus dicatur Isac, & charissimus, ea nempe ratione, quod toto præterito tempore á Patre extiterit dilectus; neque enim poterat non esse dilectissimus ille, quem iamdiu Pater dilexerat. Videtur siquidẽ magnitudo, & perfectio amoris secundum antiquitatem pensari, & expendi. Sicq; videtur Ambros. rem aperuisse loco citato ante. med. cum ponderat vtrãque lectionem, amantissimũ scilicet, & quem dilexisti, sic vero habet: Possumus & *Amantissimum* ad præsens accipere, & *Quem dilexisti* ad id, vt non recenti quodam impulsu amoris, sed inolito diu, & probato amore significaret dilectum, quod enim ad tempus augetur, ad tempus resoluitur: quod autem diu, aut semper placuit; cito aboleri non potest. Quibus in verbis D. Ambros. antiquitatem amoris asserit illius esse probationem, indeque perfectionem dilectionis desumendam. Vnde Isai. 25. *Domine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen.* Vbi si consulatur Hebr. textus, altera terminatio est masculina, altera vero feminina; est autẽ vsitatum in sacra Scriptura vt per vtrũque genus masculinum & fæmininũ explicetur vniuersitas eius rei, de qua habetur sermo, vt Eccles. 2. *Feci mihi cantores, & cantatrices*, id est, omne musicorum genus, & Hierem. 7. *Quiescere faciam de vrbibus Iuda, & plateis Hierusalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocẽ sponsæ*, id est, omnis nuptialis plausus, & Isai. 3. *Dominus exercituum auferet validum, & fortem.* Hebr. ad verbum *Substentaculum, & substentationem*, seu *Substentatorem, & substentatricem*, aut magis accommodatè ad nostrum vulgatum, *Validum, & validam*, sicque habent 70. quos sequutus ibi Basil. exponit, tales de futuros esse duces, quales olim habuit Israel, validos, vt Moysen, Iosue, Gedeon, Sanson: validas, vt Deboram, Iudith, sed planus sensus est, vt propheta prædicat, omne firmamenti, roboris & fortitudinis genus, sublatum iri à Hierosolymis: iuxta hęc igitur sensus dicti loci est. *Cogitationes antiquæ firmamentum, & firmitas, seu omnis firmitas, & fidelitas*; antiquæ enim benefaciendi cogitationes, quæ ab amore antiquo procedunt, stabiles sunt, & deficere minimè possunt, quæ nobilitatem pariter, & firmitatem ab antiquitate fortiuntur. Quę fuit causa cur Ose. 6. loquens de aduentu Dei in carne, ait: *Quasi diluculum præparatus est egressus eius*, id est, hic Seruator mundi, in quem credimus, &

Prou. 17. n. 17.

Genes. 22. n. 2.

Isai. 25. n. 1.

Eccles. 2. n. 8.

Hier. 7. n. 34.

Isai. 3. n. 2.

Ose. 6. n. 3.

mus, & quem expectamus, aliquando egredietur, seque hominibus spectandũ præbebit, ostendet se eis quasi aurora, quæ omnia nouo lumine perfundit, & lætificat, tunc ignorantiæ, peccatorumque nostrorum tenebras procul fugabit, & nos á captiuitate liberabit: Ita glossa vtraque, & Lyran & alij. Aduertendum autem quod Hebr. verbum significat rem, non vtcumq; paratam, sed firmissimam, quæ nec impediri, nec fallere possit, quo sensu sæpe in Scriptura idẽ est parari, aut præparari aliquid, atque minimè labefactari, aut corruere, fallereue posse, vt Psal. 23. *Super flumina præparauit eum*, id est, stabiliuit, ac firmissimè præparauit, ita vt nullam in partẽ moueri queat, & Psal. 92. *Parata sedes tua Deus, ex tunc à sæculo tu es.* vbi Hieron. *Firmum solium tuũ ex tunc*, quod scilicet mininè à nemine, quamuis potens sit, dimoueri poterit. Et 1. Reg. 13. *Si nõ fecisses, iã nunc præparasset Dominus regnum tuũ super Israel in sempiternũ*, id est, cõfirmasset, & stabile reddidisset in perpetuũ. Sẽsę igitur prædicti Oseæ loci est, illucescet tandẽ oriẽs Sol iustitiæ minimèque deficiet, aut impedietur, quandoquidẽ præparatus est iam ab æternitate, & á Diuino amore eius aduentus, ea autem, quæ tam antiqua sunt, indefectibilia sunt, supponunt enim efficacem voluntatis electionem, & amorem, qui nequaquam infirmari potest; vt igitur Moyses rubore, & pudore suffundat Hebræos, qui ingratissimi extiterant erga Deum, & in posterũ corrigat, reducat, & emmendet, proponit illis cogitationes antiquas fideles, quibus præparauerat sedes, & habitationes futuris Israelitis, quæ minimè deficere poterant, tum quia validæ, & firmissimæ erant, tum quia preparatæ, & prædiffinitæ, proindeque minimè poterant dubitare, aut á fide deficere Dei fidelissimi, & firmissimi in cogitationibus præparatis, id exigẽte ratione, & amore nobilissimo & antiquissimo, à quo originem trahebant tales præparationes, & prædiffinitiones, quæ proinde perfectissimum testabantur amorem, maximè cum nulla indigentia promoueantur, nulla vtilitate inescentur pro quare faciunt maximè ea, quæ habet Cicer. 5. paradox & lib. 2 de finib.

Psal. 23. n. 2.

Psal. 92. n. 2.

1. Reg. 13. n. 13.

Posset tamẽ quis obijcere, cur nos potius dictas præparationes, & prædiffinitiones circa ea, quæ conducebãt filijs Israel, attribuamus Diuino amori, quã diuinæ liberalitati, cuius encomia late prosecuti sumus cũ Iacobo c. 1 n. 5. §. 3. videntur enim omnia diuina beneficia potius refundenda, & reuocanda ad beneficam Dei Naturam affluenter omnia tribuentem, quam ad Diuinum amorẽ; quem locum objcit D. Thom. 2. 2 q 117. art. 6. in primo argumento, vt ostendat liberalitatem esse maximam virtutum: Cum enim mens hominis sit similitudo quædam diuinæ Bonitatis, per liberalitatẽ assimilatur homo maximè Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Sitamẽ expendatur doctrina Angelici Doctoris, tum in corpore, tum responsione ad primum argumentum cõstabit id assignari posse discrimẽ inter humana, & diuina beneficia, quod humana, vt plurimum, non tam ex amore, quã ex liberalitatis fonte promanant, Diuina tamen propriè ex amore proueniunt vt iam superius ostendimus ex eodem D. Th. etenim Deus ex amore concitatur ad bona elargienda, vel ex charitate, quæ in eius ardet pectore. Hinc est, quod illos afficit beneficijs, quos diligit, eosque maioribus, & potioribus, cumulat, quos singulari prosequitur dilectionẽ. Vnde eos, quibus Deus præparauit ab æterno terrã, & in habitationem, eamque alijs distribuit purgandam, subigendam, præparandam, & conseruandam, postea concessurus

surus Israelitis, singulari dignatus est amore diligere. In tantum verò constat Deum dilexisse hanc gentem, vt illam pro hæreditate, & delitijs suis haberet; statim enim in hoc Cant dicitur n 8. *Pars autem Domini populus eius Iacob, &c.* Quæ forté fuit ratio cur ea pars inferni, vbi iusti, qui vt plurimũ ex Israelitis, qui Deum colebant, & agnoscebant, erant & dicebatur sinus Abrahæ, thesaurus dicatur in Scriptura ab Isai. 45. vbi sub nomine, & typo Cyri Persarum Regis Christo promittuntur inferorum thesauri, cum dicitur; *Dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum*: quem locũ Chrysost. tom. 6. nunc primo edito Orat. in cæmeterij appellationem, &c. ad med. interpretatur de Christo Domino descendente ad inferos, indeque educẽte omnes, qui in sinu Abrahæ detinebantur recluſi, veluti Dei diuitiæ in thesauris clausæ: Sic verò habet Chrysost. Thesauros tenebricosos nominat infernum, meritó, quia multæ diuitiæ isthuc erãt repositæ: Etenim tota hominum natura, quæ gaza Dei quædã est, ab eo, qui primum hominem in fraudem impulit, spoliata, mortique sublata est: quod vero hominũ naturam Deus diuitiarum loco habuerit, testatur his verbis Paul. Rom. 10. *Dives super omnes, qui inuocant eum.* Quemadmodum igitur Rex cõprehenso duce latronum, & prædonum, qui ciuitates percurrit, & vndique rapit, & antra subit, vt eó reponat diuitias raptas, latronũ ducem ligat, supplicioque meritas pænas persoluturum tradit, thesaurum verò eius in Regium ærarium conuertit. Sic & Christus fecit; Principem illum prædonum, & carceris custodem diabolum simul, & mortẽ, cum per mortẽ ipsum vinxisset, omnes diuitias, humanũ inquam genus, trãstulit in æraria Regia. Hoc & Paul. indicat, cum ait Colos. 1. *Eripuit vos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnũ Filij dilectionis eius, &c.* Sicut autẽ solent sibi homines diuitias comparare, sic & suæ plebis homines, vt pote diuitias suas, dum saluat, sibi diuitias videtur comparare, sic enim censeo dixisse Dauid Psalm. 97. *Saluabit sibi dextera eius.* Vbi Theodoretus pro nostro argumento ait; Immensa benignitate vtens suum quæstum hominum vitam ducere, propterea non dixit, saluabit ipsum dextera eius, sed saluabit ipse sibi: Et Basil. ad eadem verba ita habet: Mortalium vitam suũ ducit esse emolumentum, propterea nõ dixit, saluabit eos, sed sibi, &c. Pro qua re facit maximè D. August. 17. de ciuit. cap. 6. in fin. vbi versans locum illum 1. Reg. 13. *Quæsiuit Dominus virum iuxta cor suum*, sic interpretatur, vt voluerit Samuel Sauli intimare Deũ ea cura, & studio sibi quæsiuisse Dauidem, quo homines suis lucris sectandis, & diuitijs congregandis solent incumbere, & insudare. Quærere enim, idem est apud Latinos atque acquirere, vnde lucra, quæstus dicuntur. Latina lingua, inquit ille, hoc verbũ accipit præpositionem, & acquiri dicitur: quod satis apertum est quid significat: Quãquam & sine additamento præpositionis quærere, intelligatur, acquirere, ex quo lucra vocantur & quęstus; quasi velit Aug. ea mente & studio dixisse Prophetam Samuelem Deum sibi quæsiuisse Dauidem, quo sibi homines diuitias acquirunt, & lucra, ac quæstus sectantur, nec mirum, cũ De⁹ eas gẽtes pro diuitijs habuerit.

Sicut autem in amissione diuitiarũ solẽt homines tristari, quod eas plurimi faciant, & lachrymis perditas solẽt prosequi; sic & in perditionem populi sui lamentationes instillat Prophetis, & qui plorare nescit, cum Beatissimus sit, plorantes sibi in planctum vocat, dum lachrymari facit: qui autẽ plangitur adhuc curæ est ei, á quo plangitur, sicut prosequitur D. Hierony. in

Isai. 45. n. 3.

Psal. 97. n. 2.

1. Reg. 13. n. 14.

10. Rom. 12.

Coloss. 1. n. 13.

cap. 27. Ezechiel. vbi præsens prosequitur argumentum.

Cum ergo illa gens fuerit tota suppellex, & diuitiæ Dei, non mirum si multò antequam in rerũ natura producerentur, iam illis loca, vel loculos præparauerit, in quibus reconderentur. Etenim Luc. 12. stultus diues etiã pro fructibus, qui adhuc temporis iniurijs obiecti erant, solicitus de horreis, in quibus recõderentur, dicebat; *Quid faciam, quia nõ habeo quo congregem fructus meos? Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea.* Longè aliter de suis diuitijs Deus cogitans prouidit in prima gentium dispositione suæ genti loca ad habitandum, & thesauros, quibus recõderetur. Quis præelegit autẽ, & præparauit huic populo vberiorem, & potiorem portionẽ, vt etiam hoc in Cantico illis exprobrat Moyses, quia sicut dixit Chrysostomus semper pretiosus thesaurus in melioribus vasculis includitur, ea autem gens, quæ pretiosior Deo erat, debuit meliori frui terræ situ, & portione.

Vnde autem ortum, & initium habuerit hæc dilectio in Deo erga suos Israelitas, meritó quis inquiret; nam cum firmissima ea fuerit, & validissima, aliquam videtur exigere rationem, qua nitatur. Valida namque solet esse dilectio, quæ ex ratione est, aut ratione supponit, sicut dixit Clem. Alexan. 2. stromat. At Diuinus amor non aliunde quærit, vt diligat, sed in se inuenit, & habet, vnde diligat. Itẽ sicut materialis ignis in sua sphæra, & naturali loco nullo prorsus indiget pabulo, cum tamen inde erutus perpetuum exigat nutrimentum, & materiam; alioqui statim deficiet, sic & Deus videtur, qui ignis est, & dicitur Deuter. 4. minimè præexigit, aut prærequirit rationes, & merita, quia essentialem amoris ignem apud se habet, imò fieri non potest, vt non ardeat, & amet, sicut prosequitur Bernard. ser 70. in Cantic post princip. de Deo dicens: Amabat & super sydera, quia nusquam, & nunquam potuit non amare, quia amor est. Qua de re videndus est D. Thom. 3 p q 26. artic. 4. vbi ait, quod loco materialis ignis in holocausto Christi affuit ignis charitatis, quo totus accensus se in oblationem Deo Patri pro nobis obtulit. Quod clarius expressit Bernard. serm. 59. post princip. Amat Deus, nec aliunde hoc habet, sed ipse est, vnde amat. Et ideo vehementius, quia non amorem tam habet, quam hoc est, ipse Hoc autem videtur dixisse diuinum Oraculum, cum per Oseã cap. 11 ait. *Quia puer Israel, & dilexi eũ.* Vbi licet sciam particulam rationalem, & causatiuam, minimè rationem reddere, sicut aduertit Hieron constatque ex codice Chald. Est siquidem frequens in sacris literis similis pleonasmus, sicut ostendit Ribera in cap. 10. Oseæ n 17. & 18. tamen si intelligatur vt causatiua, nihil absurdi continebit imò rectè explicabit Deũ dilexisse illam gentem, nullis præuisis omnino meritis, quod idem est ac redundare. Sensus namque erit: Eo quód Israel puer erat, infirmus, & incapax adhuc laboris, & meriti, singulariter erga eum affectus sum, & dilectione prosecutus. Vbi notanda statim venit differentia illa sæpe, ac sæpius á D. Thoma inculcata, maximè verò 1. 2. q. 110. art. 1. in corpore, inter amorem Dei, & hominis quod voluntas hominis ad diligendũ mouetur ex bono præexistente in rebus. Vnde est, quod dilectio hominis non causat totaliter rei bonitatem, sed supponit illam, vel in parte, vel in toto. At verò amor Dei ad creaturam non supponit, sed causat illius bonitatem. Vnde infertur Dei amorem non fundari in merito nostro, aut bonitate

Luc. 12. n. 17.

Deut. 4. n. 24.

Osee. 11. n. 1.

sed illam potius efficere. Est autē dulcissima ea dilectio, quæ gratuita prorsus est, sicut benè expendit Bern. ser. 3. de Circuncis. statim post princip. vbi ita ait. Quid nobis gloriosius, quam quod tanti æstimauit nos Deus? Quæ-ué maior illi gloria, quā tanta dignatio, & tāta benignitas? Eo vtiq; dulcissima, quo tā gratuita, &c. Addit verò statim Bernardus. Propterea Deus immeritos dilexisse, ne superbiamus, & in nostrum meritum vllatenus reuocemus Diuinū amorem. Quo in loco etiam notādus venit locus ille Isai. 43. vbi Deus in se ipsum reuocat rationem omnem indulgentiæ, & dilectionis in immeritos peccatores, dicens: *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me.* Vbi D. Hieron. qui misericors sum, & patiens, & multarū miserationū, & vt scias me misereri tui, nō ob meritū tuū, sed propter meā clementiam. Hoc etiām probatur ex Osea in cap. 2. vbi ait diuinum Oraculum. *Desponsabo te mihi in miserationibus.* Nam cum moris fuerit apud Hebræos, & plurimas alias nationes, vt vxor dotē afferret, virq; munera pro dote, quibus se se inuicem quasi coemerent. Vnde apud Romanos genus quoddā matrimonij erat per coemptionē, vt videre est apud Brissoniū lib. de ritu nuptiar. Quod si marit⁹ pauper erat, locabat operā suā socero pro filia, sicut fecit Iacob; & Saul Dauidi pauperi imposuit, vt pro sponsalibus Michol, offerret sibi centum præputia Philistinorum. *Non habet*, inquit ille, *Rex sponsalia necesse, nisi tantum centum præputia Philistinorum.* Ad hunc igitur morem respiciens Deus in dictis verbis Oseæ, ait sibi sponsam assumpsisse Synagogam, non alia interueniente dote, nullisue sponsalibus muneribus, sed præcedente tantum Diuina benignitate, & misericordia, nullo penitus habito respectu ad illius merita; quæ potius demerita erant. Et in eodem sensu Paulus Act. in cap. 20. ait: *Ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo.* Quibus in verbis significat, pluris Deo stetisse Ecclesiam Catholicam, quam Synagogam. Hanc enim beneficijs emit, illam sanguine redemit in sponsam. Quod similiter adumbrauit factū Iacob, nam Liam, per quam significata est Synagoga, priori septēnio seruitutis coactus est emere; Rachelem vero, quæ Ecclesiam designauit, addito insuper posteriori. Et tamen *videbantur ei pauci dies præ amoris magnitudine.* Videbantur, inquam, pauci dies æstimata videlicet per iudicium magnitudine rei amatæ, ob quam non solū quatuordecim, sed viginti, & eò amplius, si oporteret, seruisset annos. Nullo igitur præcedente merito, aut pretio, sed volente Diuina benignitate, dilexit Deus homines in maiorem ipsorum confusionem. qui neque sic præuenti amore saltem redamare nituntur.

Isai. 43. n. 25.

Ose. 2. n. 19.

1. Reg. 18. n. 25.

Act. 20. n. 28.

Gen. 29. n. 20.

Nequè mirum sané si nos absque meritis dilexit, sola bonitate sua illectus, & attractus, quia & immeritos quærit, diligit, & ad se trahit, non reddens, aut soluens beneuolentiam, sed addens semper, & augens, nimirum supra illam, qua nos præuenit aliam, qua ad illum perueniamus. Vnde Augustinus tract. 110. in Ioan. post medium acutè aduertit, Deum non tunc cæpisse nos diligere, quando Filius Dei in carne nos Patri reconciliauit, sed potius ex eo, quod nos reconciliauit, optime posse colligi antea fuisse â Deo dilectos; sic verò ille habet Non ex quo ei reconciliati sumus cępit diligere, sed ante mūdi cōstitutionē dilexit nos, vt cū eius Vnigenito, etiā nos filij ei⁹ essem⁹. Quod ergo reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius, non sic audiatur, quasi ideò nos reconciliauerit ei Filius, vt iam inciperet amare, quos oderat,

sicut reconciliatur inimicus inimico, vt deinde sint amici, & inuicem diligant, qui oderant inuicem, sed iam nos diligenti reconciliati sumus ei, cum quo propter peccatum inimicitias habebamus. Habebat ille erga nos charitatem, etiam cum inimicitias aduersus eum exercentes operaremur iniquitatem, & tamen ei verissimè dictum est: *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Psalm. 5. Proinde miro, & diuino modo, & quando nos oderat, diligebat: Oderat enim nos quales ipse non fecerat, nouerat simul in vnoquoque nostrum, & odisse quod feceramus, & amare quod fecerat, &c.

Psalm. 5. n. 7.

Hoc ipsum prosecutus Bernar. ser. 20. in Cant. post princip. vbi perfectionem Diuini amoris explicans ait: Ecce quomodo dilexit, dilectionē nō reddidit, sed addidit. Nam *quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Rom. 11. Sed vt sanctus Euangelista ait 1. epist. cap. 4. n. 10. *Non quia nos dilexerimus eum, sed quia ipse prior dilexit nos.* Denique dilexit etiam non existentes, sed adiecit & resistētes diligere; iuxta Pauli testimonium dicentis Rom. cap. 5. *Quoniam cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius, alioquin si non dilexisset inimicos, nondum possedisset amicos.* Sicut necdum, quos sic diligeret, essent, si non dilexisset, qui nondum essent: quo in loco Bernard. dum dilectos homines à Deo dicit nondum existētes, fortasis alludit ad eam naturalem dilectionem, qua Deus homines in diuina essentia relucentes dilexit nostro concipiendi modo, etiam antequam Spiritum sanctum, amorem scilicet productū, Pater, & Filius spirarent; qua de re videndus Caiet. 1. p. q. 34. artic. 3. Ex amore namque essentiæ diuinæ, stādo in hac sententia, & eorum omnium, quæ in eadem essentia relucent, procedit Amor Diuinus productus, quē-admodū & Verbū diuinū producitur ex cōprehensiua cognitione essentiæ Diuinæ, & eorū omniū, quę in ea repręsentantur. Non quod de facto antiquior, prioruè sit amor naturalis creaturarum amore producto à Patre, & Filio; in Deo namque omnia æquè participant æternitatem, & bonitatem; sed tanta est diuina charitas, & adeò naturali, & spontaneo amore in homines fertur, vt liceat ad hunc modum, iuxta naturæ prioritates, sicut loquuntur Theologi, hac de re philosophari, & meditari, nostro imperfecto modo cōcipiendi Diuinū amorem terminatum ad homines non existētes, sed tātummodo in diuina Essentia relucentes. At creaturæ in Essentia diuina secundum esse eminentiale actualiter, & realiter Deus sunt. Quid mirum proinde si sic dilexerit non existentes in se homines, quando eos dilexit existentes in se ipso? Quid mirum insuper, si gratis dilexerit, quādo ille amor naturalis, & necessarius erat? Illud quidem mirum, quod resistentes, & iniquos, vt gratos faceret, dilexit. Hoc enim euidenter probat gratis omnino, & sua tantū bonitate ductum dilexisse homines, quod bene prosequitur Aug. ser. 114. de tempore post princip. dicens. Hinc intelligamus quantū hominē diligere dignatus sit ante culpam, quem sic diligit post ruinam, &c. Similia sunt quæ habet Eusebius Emissenus homil. 6. de Pascha ad med. Æstimemus, inquit, in quantum seruum suū diligere potuit ante culpam, quē sic glorificat post ruinam, & Bernardus tract. de diligendo Deo post med. ait. Bonus es Domine animæ quærenti te; quid ergo inuenienti? Sed enim in hoc est mirum, quod nemo te quęrere valet, nisi qui prius inuenerit. Vis igitur inueniri, vt quæraris, quæri, vt inueniaris. Potes quidem queri, & inueniri non tamen præueniri. Nā

Rom. 4. n. 35.

Rom. 5. n. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

etsi dicimus: *Manè oratio mea præueniet te.* Non dubium tamen, quod tepida sit omnis oratio, quã non præuenerit inspiratio &c. Eadem ferè argumentandi forma colligitur beneficio Dei amor in homines ex eo, quod mala nostra susceperit. Rectè enim infertur gratis beneficia in homines cõtulisse eum Dominum, qui iniquorũ mala purganda, & soluenda susceperit. Sic enim argumentatur August. ser. 37. de verbis Domini ad fin. cum ait Mortuus est pro nobis vnicus, ne remaneret vnus, noluit esse vnus, qui mortuus est vnus. Multos filios Dei fecit vnicus Filius Deo. Dubitas quod dabit tibi bona sua qui non dedignatus est suscipere mala tua? Similia habet Chrysolog ser. 69. in med. Miro inquit, cõtubernio Israeliticis Deus cõuersatus in castris: numerosas gentes nunc ferit lumine, nunc tangit grandine: nunc solo tubarũ clangore prosternit, vt sine conflictu, sine vulnere Deus ducat victrices acies, quas præcedit: affuit desiderijs, votis annuit singulorum, mox ad interrogata respõdit, occulta prodidit, prædixit futura, quæsita patefecit, regnũ contulit, donauit opes, tẽperauit pluuias, fæcũdas præstitit terras, coniugia ipsa filiorum copia, & honore decorauit, sed adhuc parum esse credidit, si affectum suum ergà nos præstãdo prospera tãtum, & non etiam aduersa sustinendo monstraret. Et ser. 70. idem colligit, & infert in hunc modum. Quid mirũ si homines Dei consecrauit in filios, quando se hominis dedit, & aptauit in filium, aut homini negare quid amoris potuit, quid muneris, qui totum, quod erat hominis etiam peccatum susceperit & mortẽ? Homo redi ad Deũ sic amatus à Deo, & ad illius gloriam da totum te, qui se totum propter te ad suam deduxit iniuriam, &c. Et Euseb. Emiss. hom. 6. de Pascha ad med. ait. De summa itaque throni sui arce descendens terrena visitat, infernã nõ despicit, suscepit mala nostra, vt tribueret dona sua. Ecce gratia penè maiora restituit, quam factura contulerat. Maximum quidem circa hominem diuini amoris insigne est, quod inter ipsa mundi principia imaginẽ, ac similitudinem Dei sui seruus accepit. Sed pene amplius est, quod nũc personam, & formam serui Deus Author Assumpsit. Grandi quidem dignatione primo homini spiraculum vitæ de suo pius formator infudit: sed nunc pene maiori charitate pro eodẽ homine, non iam sua dedit, sed seipsum impendit, ac tradidit. Magnum quidẽ mihi est de Deo, quod me sentio opus suum, sed multo plus est, quod transisse ipsum video in pretiũ meum: quandoquidem tam copioso munere ipsa redemptio agitur, vt homo Deum valere videatur. Inter hæc multum quidẽ est, quod abstulit diaboli nequitia, sed multo plus est, quod Dei reddidit misericordia.

Ex his igitur constat gratuitã esse quamlibet hominum dilectionem in Deo, & præparationẽ, ac prædiffinitione beneficiorum nullum ex parte nostra supponere meritũ, proinde gratã fuisse illã præparationem locorum, & terrarum, *Quando diuidebat Altissimus gentes iuxta numerum filiorum Israel.* Hoc autem ideo obiectũ hoc in loco existimo, vt constaret de iniqua redditione, & ingrata solutione tãti beneficij: cũ enim præueniens amor, & præhabita cura iugem amorem exigat, & perpetuã gratitudinem clamet, tantum aberat, vt diuinæ dilectioni responderet gens illa, quinimò pro amore reddidit odium, pro præparata habitatione repulsam, pro terra fluente lacte, & melle fel, & acetum, pro beneficijs iniurias, pro antiqua electione postulationẽ Barabæ, filij verò Dei repudium. Vnde quasi per admirationem eis dixit: *Hæccine reddis*

Domino populo stulte, & insipiens; cum tamen talia debeas, ea nempe, quę subdit, antiquam scilicet dilectionem, & præparationem bonorum.

Non poterat autem amplius illius gentis nequitia manifestari, quam si nec redamauerit prædilecta, sed contra ipsam naturam gratis à Deo amata ipsum odio habuerit Deum. Pro cuius rei explicatione aduertendum est id, quod dixit Tertullianus lib. de spectaculis cap. 16. Forsan sine causa amare liceat, quam sine causa odisse. Est enim magis naturale amare, quam odisse, quod inde sit manifestum, quia iuxta probabiliorem sententiam D. Thom. 1. p. q. 28. artic. 2. & alibi, actus amoris, quo Beati in patria Deum diligunt, est necessarius, ita vt nullam interim habeant libertatem, non solum ad eliciendum actum contrarium, sed neque ad cohibendum huiusmodi actum amoris, non potest tamen dari actus odij, qui eodem hoc modo necessarius sit, ex eo, quod neque dari potest summum malum, vt Theologi probant. Cum igitur accõmodatior sit naturæ nostrę voluntatis actus amoris, quam odij, vnde fieri potest, vt aliquẽ sine causa diligamus, at sine causa odisse videtur peruersio naturæ voluntatis. Peruersi admodum Iudæi pro amore gratuito rependerunt gratuitum, & sine ratione odium, sicut dixit idem Christus Dominus Ioan. 15. *Odio habuerunt me gratis.* Magnum itaque amoris incitamentum nobis posset ingerere, quod prior nos Deus dilexit, sicut ponderat Ioan. 1. epist. cap. 4. *In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos;* quod ponderat Bernardus in tract. de dilig. Deo statim post princip. vbi ait: Si Dei meritũ quęritur illud est præcipuũ, quia ipse prior dilexit nos, dignus planè qui redametur, præsertim si aduertatur, quis, quos, quantũque durauerit. Quis enim? num is, cui omnis spiritus confitetur, Deus meus tu quoniam bonorum meorum non eges? Quibus autem tanta charitas exhibetur? *Cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo.* Rom. 5. Dilexit ergo Deus & gratis, & inimicos, sed quantum? Quantum dicit Ioãnes cap. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret &c.* Magnum vtique amoris incitamentum præueniens amor, nihiloque magis possint hominum corda in Dei dilectionẽ accendi, quam ex eo, quod videant gratis, & multò ante, quã extiterint, aut quicquã boni fecerint, à Deo diligi, & pluris fieri. Est siquidẽ hoc phyltrũ illud amatoriũ à Senec. epist. 9. cõmendatũ: Si vis amari, ama, quod etiã dixit Martial. lib. 6 Epigramat. 9. vel 11.

Vt præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Orestem,
Hoc non fit verbis, Marce, vt ameris, ama.

Et sanè diua sponsa conscia præcedẽtis amoris illius, cuius vbera, seu amores sciebat præstare vino Cantic. 1. a more elanguit, deliquioque resoluta vicẽ præcedentis amoris ab ipsa repensam ei renũtiari volebat, & postulabat dicens: *Adiuro vos filiæ Hierusalem si inueneritis dilectum, vt nuntietis ei, quia amore langueo,* Cant. 5. Dixerat autem superiùs, *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Septuaginta habent. *Vulnerata charitatis ego sum.* Sicque apparet ex explanatione legisse Originẽ, licet in plerisq; codicib⁹ legatur. *Vulneratæ*, scilicet, *charitatis*, sicut etiam apud Sanct. Ambros. legitur. Quo autẽ modo, quoué telo vulnerata sit, cõfixa, & defixa penitus ostendit Symmach. legens. *Vulnerata enim phyltro dilectionis eius ego sum.* Amatorio siquidem poculo, & præueniente dilectione, velut telis configit, ac charitatis æternę vinculis ligat is, qui suos diligit in finem, id est, vsque ad victoriam, & triumphum: fieri enim non

Rom. 5. n. 8.

Ioan. 3. n. 16.

Cant. 1. n. 2.

Cant. 5. n. 8.

Ioan. 15. n. 25.

Ioan. epist. 1. cap. 4. n. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

poteſt, vt grata anima ſe in dilectione præuentam ſentiens, minimé itidem deuictam ſe fateatur, & phyltro epo to ſauciatam. Vnde Bernardus ſerm. 9. in Pſal. 90. in med. Poſtquam multa dixit de dilectione Dei nos præueniente, tandem ait. In his ergo omnibus merum eſt vinum ipſius equidem, & ſolius, &c. Merum vtique, & potens, non ad lætificandas tantum animas, ſed ad inebriandas, & veluti extra ſe reddendas, ad quærendum eum Deum, qui ſuos præuenit charitate, & dilexit antequam quicquam boni egiſſent, aut mererentur. Vnde & D Auguſtinus oſtendit, ideò Fiſiũ Dei in carne veniſſe ad homines, vt dilectionem, qua illos præuenerat, comprobaret, ſicque illos ad redamãdum Deum conſtringeret, á quo gratis in tota æternitate fuerant dilecti, ſic enim incipit lib. de catechizand. rudib. cap 4 tom. 4. Quæ maior cauſa eſt aduentus Domini, niſi vt oſtẽderet Deus dilectionem ſuam in nobis, commendans eam vehementer, & ipſum Deum ſi amare pigebat, ſaltem redamare non pigeat. Nulla eſt maior ad amorem inuitatio, quã præuenire amando, & nimis durus eſt animus, qui dilectionem ſi nolebat impendere, nolit & rependere. Si in flagitioſis, & ſordidis amoribus animus qui torpebat, cum ſe amari ſenſerit, excitatur, & qui iam feruebat, cum ſe redamari dedicerit, magis accenditur. Manifeſtum eſt nullam eſſe maiorem cauſam, qua vel inchoetur, vel augeatur amor, quàm cum amari ſe cognoſcit, & maiori amore exardeſcit inferior, cum à ſuperiori ſe diligi ſenſerit. Ibi enim gratior amor eſt, vbi nõ æſtuat indigentiæ ſiccitate, ſed vbertate benificentiæ profluit Ille nãque amor ex miſeria, iſte ex miſericordia &c.

Hoc etiam argumentũ proſequitur Guarric⁹ Abb. ſer. 2. de Annũtiat. poſt med. vbi ait Quid ſic hominẽ excitare poteſt ad amorem Dei, quam præueniens hominẽ amor Dei? Addit autem & rationẽ Chryſoſt. quod ſcilicet amor ille præueniens, quo nos Deus dilexit, nullã ſortiatur vtilitatẽ ex eo, quod in nos feratur. At amor, quo Deũ redamare tenemur, magnã nobis vtilitatem pariat, ſic enim habet homil 75. in Ioan. poſt med. loquens de Deo nos diligente. Ipſe incedit, nos ſaltem proſequamur, ipſe non ſui commodi gratia (nullius enim eget) nos ſaltem ad noſtram vtilitatẽ diligamus: ipſe inimicos, nos ſaltem eum, qui amicus eſt, amore proſequamur. Similia ſunt, quæ habet hom. in dictum Ioan. Vos amici mei eſtis vbi inter alia O ſtupenda benignitas Domini, ó veneranda pietas Chriſti, quæ ante tibi in amicitias obuenit, quam te ſibi amicum conſtituit, ante ſe tibi Dominus familiarem exhibuit, quem te in familiarem vocauit. Tantum in te Chriſti amorem, quo amore Chriſtiane penſabis? Si quis te de potẽtibus mundi aut hæredem vellet conſcribere, aut amicum ſibi coniungere, aut in filium voluiſſet forſitan adoptare, nonne admiratus, & ſtupens totũ illi dicares obſequium? &c. Adeó autem efficacem exiſtimauit hunc amorem, quo nos Deus dilexit ipſe Filius Dei in carne, vt ſufficiens duxerit motiuum ad inculcandam nobis dilectionem eorum, quibus nulla ratione diligendi adſtricti eramus. Inde enim facile licebit colligere quanto arctiore vinculo teneamur ad redamandũ Deum, á quo gratis & ſine vllo merito noſtro, imó multis demeritis noſtris additis, fuimus dilecti. Sic ergo Chryſoſt interpretatur ea verba Chriſti Domini Ioan. 13. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.* homil 71. in Ioan. poſt med. Cur mandatum dicit nouum, quod in veteri teſtamento poſitum eſt? Ipſe nouum

Ioan. 13. n. 34.

uum fecit per modum ipſum. Addidit ergo, *Sicut ego dilexi vos* Non enim veſtris præcedentibus meritis debitũ perſolui, ſed ego incepi, ita & vos decet amicis eſſe beneficos, & quibus non debetis. Si ergo eos debemus diligere, á quibus nihil boni accepimus, eo quod gratuitus & ſine meritis noſtris in nos collatus amor docet, & vrget nos meritum nullatenus expectare; quantò magis incitabit, & cõſtringet gratioſus ille amor, quo nos præuenit, & á quo in nos tot proueniunt beneficia, vt ipſum Deum diligamus toto corde, & animo? Vnde Paulus memor diuinæ dilectionis 2. Corint 5. ait: *Charitas Dei vrget nos, vt qui viuunt, non iam ſibi viuant,* vbi Chryſoſt homil 11. ante med. ait. Charitas Dei nos conſtringit, nec ſinit conquieſcere, qui enim Dei dilectionem animo perpenderit, gratuitam conſiderando, & ea omnia bona, quæ in nobis acta ſunt, ruminando, conſtringentem, & vrgentem ſe experietur ipſam dilectionem, vt ad amandum Deum omnino, & perpetuò feratur Si verò amoris debita tanti momenti ſint, vt cætera omnia ſuperent, & poſt ponãt, nunquãque penitus perſoluãtur, etiam in amore creato; quid tandem ſentiendum erit de excellentiori amore Dei, quo nos præuenit, & nobis bona etiam naturalia præparauit, ſicut feciſſe videmus erga filios Iſrael, quibus multo antequam exiſterent, prædiffiniuit, & præelegit terrã habitationis eorum? Pro qua re illud aduertendum eſt, quod dixit Paulus Rom. 13. *Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis;* vbi cum Paulus velit nihil apud nos manere inſolutum, in quo maximè pax, & tranquillitas hominum conſiſtit, ſi nempe vnuſquiſque erga alios ſe gerat, vt oportet, tam ſuperiores erga inferiores, quam hi erga illos, & inter ſe. Ab hoc generali præcepto, quid eſt, quod vnum excipit debitum mutuæ charitatis? Qua in re aduertendum quidem eſt nolle Paulum, vt nihil huius debiti ſoluamus, ſicut ſi quis deberet centũ, & ex his nihil illi ſoluat cui debet: neque etiam nolle, vt imperfecte ſoluat, & non quomodo debet, aut poteſt, quin potius omne debitum integrũ reddendum eſſe præcipit Paulus dũ dicit ſi valeat, *nemini quicquam debeatis,* ſed vult inculcare nos eſſe debitores, quamuis abſoluté totum debitum charitatis non haurimus, ſicut ille, qui ſingulis diebus tenetur alteri dare aurum, ſi vno die ſoluat, reddit debitum totum, ſed ſecundum tempus, remanet enim debitor, vt ſi altera die ſuperuiuat, debeat ſoluere pro illo aurum. Debitum itaque charitatis remanet ſemper inſolutum, ea nempe ratione, quod ſemel ſolutum, iterum atque iterum ſuperſit ſoluendum. Sicut enim amoris debitum cætera debita ſuperat, vt potius ſoluendum ſit quam cætera, quibus ſi conferatur, ea videtur obſcurare, ſic etiam tanti pretii eſt, & valoris, vt quantumcunque ſemel pro viribꝰ ſoluatur, adhuc remaneat debitum hoc ſoluendum: Sicut ſi quis magnam auri copiam deberet, & quotidie ſolueret totum, quod poſſet, aut poſſideret, teneretur adhuc ſequenti die ad ſoluendum ſi haberet vnde ſoluere poſsit, & ſic deinceps, donec ad ſummam debitam perueniret ſoluendo. Sic & quia ſumma eſt amoris obligatio, quantumuis quilibet ſoluat, vt potuerit, ſemper debitor remanebit, imò & inter cætera debita, hoc vnum ſemper ſoluẽdum apparebit. Vtrumque ego colligo ex Bernardo, & Chryſoſtomo. Etenim ille ſerm. 2. in Pſalm. *Qui habitat,* poſt med. expendens illud Timothei 1. *Soli Deo honor, & gloria,* recte docet Apoſtolum nullatenus præcipere, vt nullum honorem, reuerentiamué exhibeamus rectis Dñis, ſed vt propter

Corint 5. n. 14.

Rom. 13. n. 8.

1. Timot. 1. n. 17.

Deum,& in Deum illos honoremus,& si contingat honorem exhibendũ illis opponi honori Deo debito, vt soli Deo exhibeatur. tum magis rem aperiens ait. Puto simile esse illud verbum Apostoli ei, quod itẽ ait: *Nemini quicquã debeatis, nisi vt inuicem diligatis*, siquidẽ hoc non voluit, vt alia quælibet debita negarentur, præsertim cum idem ipse dicat, cui honorem, honorem, &c. in hunc modum: Vt ergo plenius intelligas quid in vtroq; seserit, quodué monuerit. Vide quemadmodũ inter radios solis minora quælibet luminaria non videntur. Nunquid amota modo sydera arbitramur, nũquid extincta? Minimè quidem, sed ampliori claritate quodãmodo tecta, interim apparere nõ posse. Sic ergo dilectio illa quæuis debita superans, quasi sola regnare debet in nobis: vt quicquid debetur cæteris, sibi vendicet. Sic diuinus prævalere debet honor, & quodã modo præiudicare vniuersis, vt solus ipse non modo præ omnibus, sed in omnibus honoretur. Idipsum sané putas etiam dictum de amore. Sic ille ostendit quomodo amoris debitum cætera superet, & semper præ omnibus soluendum reluceat, quãtumcunque soluatur. Chrysost. verò homil. 23 in epist. ad Rom. post. med ait. Ad bonorum matrem (scilicet dilectionem) magistram eorũ, quæ dicta sunt, omnisque virtutis affectricem confugit, eamque dicit esse debitum, non quidem tale, quale est tributũ, quale vectigal, sed continuó sine intermissione sit præstandum: Nunquam enim illam reddi vult, imò semper quidem reddi vult, non tamẽ impleri, sed semper deberi. Tale quippe debitum est, vt reddatur, & semper debeatur. Sic Chrysost. exponit perfectionem istius debiti inter cætera, quod scilicet cæteris præcellat, & nunquã completé, & ad perfectam solutionem reddatur; quod etiam dixit August. cont. 2. in Psal. 33. Charitas est, quæ semper redditur, & semper debetur, sicut dixit Paul. *Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis &c.* Hinc iam licet ascendere ad ea, quæ superiora, & nostri argumenti propria sunt: Si amor creaturæ, quo nos diligit, tanti valoris, & æstimationis est, vt quantumcumque soluamus, semper tamen debitores remanemus, qualiter constituemur debitores per summam Dei dilectionẽ, qua nos præuenit amando, & diligendo prælegit, atque definiuit omnia nobis necessaria bona? Nam si succẽsendum nobis censet Anselmus ex eo, quod aliquid diligamus, cum tamen nobis liceat Deum amare, ipso tamẽ amante, & adiuuante, quid non grauiter ferendum, & obiurgandum cum Moyse hoc in loco, quod malà tam benemerito de nobis Domino reddamus? *Haccinè reddis Domino populе stulte &c.* Sic vero habet Ansel lib. de mensurat. crucis §. 4. Valde debere indignari diligere modica, quẽ tantæ dignitatis fecisti, vt ei liceat te amare, &c. Deinde subdit: Sic totum cor nostrũ tuo debemus amori, vt quidquid de eo alteri damus, tibi subtrahamus, &c. neque omittendum id, quod habet §. 6. cũ ait. Si aliquid gratis amare volumus, vbi melius quam in te amorem nostrũ locabimus? Si pro muneribus, quanto plura dabis? Sed quãto plus promittis, tanto magis gratis amari mereris. Si amare volumus eos, qui nos amant, quantò æquius nos te amabimus? &c.

Meminit D. Hieron. epist. 4. ad Rusticum cap. 6. quod philosophi seculi solerent amorem veterem amore nouo, quasi clauũ clauo expellere, quod & Assuero Regi septem Principes fecere. Persarum, vt desiderium Vasthi aliarum puellarum amore compesceret. Hester 2. Cæterum in præsentiarum antiquo Dei amore proposito noua omnia, & recẽtia debent aboleri, *Hester. 2. n. 2.*

& fugari

& fugari è corde nostro, vt solum Deũ diligat, & prosequatur, á quo iam diu in tota æternitate ostenditur dilectus: Nam sicut dixit August. tract. 2. in epist. Ioan. Amabas mundum, noli amare mundum, pulchra tibi sunt terrena, sed quãto pulchrior qui ista formauit? Ad hoc vtique arrhã dat sponsus, vt in arrha sua ipse ametur: Ergo dedit tibi Deus omnia ista, ama illũ, qui fecit ista, plus est, quod tibi vult dare, id est, se ipsum, qui fecit ista: cũ exhauseris cor tuum amore terreno, hauries amorem diuinum. Et ad fin. Talis est quisque, qualis eius dilectio est. Terram diligis, terra eris; Deum diligis, quid dicam? Deus eris? Non audeo dicere ex me, audi Scripturas: *Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes.* *Psal. 81. n. 6.*

Hoc igitur est, quod tantũ Deo reddere possumus, nempe amorem nostrum, nam si ille in nos beneficia cõfert, quicquam illi referre non possumus, sicut nec mali quicquam inferre, quantũcumque nobis noceat, hac vna tantũ in re rependere possumus, quod cũ nos diligat, ipsum redamare valemꝰ, nosq; diligẽdo tribuere, eique accedere: Etenim cũ duabus potẽtijs circa Deũ feramur, & versemur intellectu scilicet, & voluntate, cognoscendo, & amando, nobiliori quidẽ modo Deum attingimus dilectione, quam cognitione: imó & D. August. in manual. cap. 20. dixit: Qui vult habere notitiã Dei amet, & Richard. Victor. lib. de gradib. charit. cap. 3. Amor, inquit, oculus est, & amare videre est, quia vbi intellectus caligat, amor penetrat, &c. Vnde Paul. laudaturus charitatẽ congruenter ait 1. Corinth. 12. *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.* Excellentia autem viæ in eo maximé cõsistere mihi videtur, quod breuiori tempore ad terminum perueniatur sine difficultate, fatigatione, & labore. Si ergo attendamus in hoc, quod est Deo propinquare, contemplando Dei naturam, & eius arcana mysteria inuestigando, etiam diutur no, & longissimo tempore parũ proficimus, diligendo verò modico tempore plurimum, citiús, propinquiús, & firmiús amor, quam cognitio mentem hominis cũ diuinitate coniungit, vis enim cognitionis in descritione consistit, & in separatione imperfectionum á perfectissimo ente, amor verò consistit in vnione: Vnde Paul. dixit, *Qui adhæret Deo, vnus spiritus sit cũ eo.* Quod bene prosequitur Bernard. ser. 7. in Cant. vbi inter alia ait: Anima, quæ diligit Deum, sponsa vocatur. Hæc enim duo nomina, sponsa, & sponsus, maximé indicant internos affectus. His enim omnia communia sunt, vna hæreditas, vna domus, vna mensa, vnus lectus, vna caro. Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem &c. *Et erunt duo in carne vna.* Deinde eorundem amorem, & osculũ prosequitur, dicens: Sponsa itaq; dicitur illa, quæ amat, amat autem, quæ osculum petit, non petit libertatem, non mercedem, non hæreditatem, sed osculũ more plané castissimæ sponsæ, ac sacrum spirantis amorẽ, nec omnino valentis flammam dissimulare, quam patitur. *Osculetur*, inquit, *me osculo oris sui.* Quasi dicat, quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? Denique huius amoris puritatem, & vehementiam ita explicat: Amat profectò castẽ, quæ ipsum, quẽ amat, quærit, non aliud quid præter ipsum: Amat sanctẽ, quia nõ in concupiscẽtia carnis, sed in puritate spiritus. Amat ardenter, quæ ita prio inebriatur amore, vt maiestatem non cogitet. Quid enim? *Respicit terram, & facit eam tremere, tangit montes, & fumigant,* & ista se abeo postulat oculari? ebria est? ebria certe, quia fortasis de cella vinaria egressa erat. O quanta amoris vis? quanta in spiritu libertatis fiducia? *Perfecta charitas foras* *1. Cor. 6. n. 17.*

1. Cor. 12. n. 31.

mittit

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittit timorem. Nec dicit: Me osculetur iste. vel ille sponsus, vel amicus, vel Rex, sed indeterminatè loquitur. *Osculetur me:* Quemadmodũ & Maria Magdalena dixit, loquens de Christo Domino, quem in monumento non reperiens, sublatum credidit. *Si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum? & ego eum tollam.* Quẽ cum nõ aperiret, quia palam omnibus esse credit, quod à suo corde, nec ad instans recedere potest. Sic sponsa: *Osculetur me* ait ille, qui nunquam à corde meo absens est, quia amore accensa credit nomen sponsi omnibus conspicuũ esse. Optima sunt quæ habet idẽ Bernard siue Auctor tract de vita solitaria ant. fin. vbi ait: Vnitas spiritus cũ Deo hominis cor sursum habentis, proficientis in Deũ voluntatis est perfectio, cum iam nõ solum vult quæ Deus vult, sed sic est non tantum affectus, sed etiã in affectu profectus, vt non possit velle, nisi quod Deus vult, velle autem quod Deus vult, hoc iam simile Deo esse, est: Non posse velle, nisi quod Deus vult, hoc est iam esse, quod Deus est, cui iã velle & esse idipsum est, &c. Videndus idẽ Bernard ser 2 in Dominicã 1 post Epiphan. & ser. 38. in Cant. Orig. homil. 12. in Leuit cap. 2. optime verò habet hom. 20. in cap. 25. Numer. Ex quibus constat excellẽtiam dilectionis supra cognitionẽ Dei, hæc enim separatiua est, illa verò omnino vnitiua.

Imò & notitia Dei, eiusque cognitio ad amorem illius dirigitur, vnde propositio, & explicatio diuinorũ beneficiorũ in præsenti à Moyse descripta, quod scilicet præparauerit terram ad habitandum filijs Israel, eò procul dubio tendunt, vt ij, qui per summã ingratitudinẽ mala Deo reddiderant, debitum tandem amorem reddant, & se totos Deo per dilectionem referant, alioqui notitiam Dei, & beneficiorũ ab illo acceptorum habere, nec tamẽ eum diligere proximè accedit ad notitiã dæmoniorum, qui cum Deũ agnoscant, minimè tamẽ diligunt, quod docuit August 2. tract. in epist Ioan. post med vbi ait: Si cognouimus, amemus. Nam cognitio sine charitate non saluos facit. *Scientia inflat, charitas ædificat.* 1. Corinth. 8. Si confiteri vultis, & non amare, incipitis dæmonibus similes esse. Confitebantur dæmones Filium Dei, & dicebant. *Quid nobis, & tibi? Matth.* 8 & repellebantur. Confitemini, & amplectimini, Illi enim timebãt de iniquitatibus suis vos amate dimissorem iniquitatum vestrarũ, &c. Ea igitur ratione proponit Moyses antiquã dilectionem Dei filijs Israel, vt eos ad diligendum Deum prouocet & ad redamandũ alliciat, & cogat. In eo autem magna nostra cernitur miseria quod cum animus noster sine dilectione esse non possit, vnde aut Dei amator, aut mundi est: sicut prosequitur D. Leo Papa ser. 5. de ieunio mensis 7. cap. 3. Et cum in dilectione Dei nulla nimia sit dilectio, nulla insuper non sit optima, nulla insuper nõ sit debita & in dilectione mũdi cuncta sint noxia: plus apud nos valẽt caduca, quæ videmus, vt amore prosequamur, quam vera, quæ credimus, referentibus scripturis, vt dilectionem rependamus, cum tamen dominus amor omnes in nobis deberet captiuare, & reducere affectus, sicut videtur fateri sponsa postquam ad diuinos fauores admissa est & ad diuina munera potiunda introducta Cant. 2. quando dixit: *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatẽ:* quorum verborum sensus est: Nõ potui quin cederem sponsi viribus, & potẽtiæ, quandoquidẽ in me instruxit amoris aciẽ, & totam amoris vim effluxit prior diligẽs, & beneficijs afficiens, & amoris vinculis ligãs & trahẽs, his tanquã armis oppugnauit, his telis confixit, his sibi ipsi violenter

1 Cor. 8. n. 1.

Matth. 8. n. 29.

Cant. 2. n. 4.

eripuit.

eripuit. Item illud *in me* potius est habitudo accusatiui, & significat, cõtra quam, quã ablatiui; vnde 70 transtulerunt, *Contra me*, non negauerim tamen quietem significare aliquando. Modo tamẽ magis videtur habere dictũ sensum, eademque propositio habetur. Psal. 2. *Aduersus Dominum*: Et Iudith. 16. *Philistym super te Samson.* Pleraque alia suppetunt. facitque Ambrof. ser. 5 ant. med. in Psalm 118. Vbi explicans hæc verba Cant ait. Bona statiua, vbi plenitudo est charitatis. Statiua autem castra sunt, siue munitiones militares, has igitur habet amor, & dirigit, vt animum dilectum expugnet, & ad redamandum vehementer alliciat, nempe singulare studium in dilectum, liberale ingenium, iugem curam, & accuratam diligentiã. Quod si ipsum, *In me*, quietem denotare velis, non refragabor. Video namque satis vsitatum apud omnes fere nationes, vt in arce capta victoris erigatur vexillum, & insigne, sicut etiam ferui caracteribꝰ Dominorũ insigniri, & inuri solẽt. Cũ verò hoc in loco Hebraicè habeatur, *Diglo alai*, hoc est, vexillũ eius super me charitas, satis appositè dicetur sponsam se fateri deuictã à charitate sponsi. Cum enim ipse prior dilexerit, summè dilexerit, & plurima bona diligẽdo contulerit, expugnata tamen, & superata fatetur amorem in ea anima vexillum erexisse in signum victoriæ. Quis enim non cedat amori Diuino, æterno, & tot titulis gratuito, ac de nobis benemerito. Meritó proinde per admirationẽ dixit Moyses: *Hæccinè reddis Domino populo stulte, & insipiens?* Quod vt magis vrgeret amorẽ describit, quo iamdiu eam gentẽ prosecutus fuerat. Si verò tam valida sunt tela amoris, quo Deus temporalia præparauit, & prædefiniuit bona ad superandam, & vincendã animã, quanto magis id profectò fiet, si mentem eleuemus ad præparatum nobis prandium, & cænam in regno suo Matth 22. Ad paratum vobis regnum ab origine mundi. Matth. 25. Posset tamen quis hoc in loco hærere, idque obijcere, cur Deus præueniens in diligendos suos, & in præparando eisdem bona tamdiu expectet, & non nisi multum post tempus conferat. Id enim videtur esse contra rationem amoris. Nam omnis affectus grauior redditur si prematur propriumque amoris est, nullas pati moras: Vnde Plaut. in Bacch & in Curc. dixit: Celerem oportet esse amatoris manũ Et Ouid. epist. 18. Heroid. (*differt, Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia Da veniam fasse, non patienter amo.*

Quod ostendit locus ille 2. Reg. 13. vbi de Dauide post mortem Amnon ab Absalone patratam, dicitur, *Cessauit Rex persequi Absalon, eo quod consolatus esset super Amnon interitu.* 70 Xistiani habent: *Cessauit Rex Dauid exire ad Absalon, qui &c.* vbi ex Hebr. apud Vatab. *Cessauit* (scilicet ira) *Dauidis ne vltra educeret exercitum ad quærendum Absalon*, & ita multi intelligunt, vt habent scholia apud 70. citatos, & in Complut. Cessauit spiritus, & furor: At Isidor. Clarius legit. *Desiderium inerat Dauid Regi, vt egrederetur ad Absalon, eo quod consolatus esset super Amnon interitu.* Et Vatablus hic in annotationibus n. 43 habet. Hebr. *Desiderauit* (subintellige anima) *Dauidis Regis egredi propter Absalon*, id est, cæpit Rex teneri maximo desiderio Absalonis absentis: subinde suspirabat, cum meminerit filij. Ex his igitur illud habemus, quod ardens Patris amor, cuiuslibet moræ impatiens ipsum cor Dauidis ad quærendũ dilectum filium secum trahere nitebatur, nec patiebatur amplius cõtineri, quin ad illũ simul cum affectu, quo eum prosequebatur, exiret. Qui igitur fieri potest, vt amor Dei tamdiu cõtra ipsum potuerit contineri, quin se ad extra manifestauerit, forasq; ad quæ-

Psalm. 2. n. 2. Iudith. 16. n. 9.

Matt. 22. n. 4. Matt. 25. n. 34.

2 Reg. 13. n. vlt.

rendos

rendos dilectos, eosque producendos exierit? communem hoc habet solutionem, Deum scilicet diligendo, eligẽdoque prædefiniſſe, quæ voluit pro loco, & tempore, quibus apud ſe vidit conuenire, imò & magis conuenire, proindeque donec tandem adueniret plenitudo temporis, nihil illi moleſtiæ peperiſſe moram, & retardationem, cum neque ex defectu potentię id prouenerit, neque ab externa violentia, aut mutatione voluntatis. Interim tamen in noſtram conſolationẽ viſus eſt Diuinus amor Deo veluti vim inferre, vt ad ſuos Abſalones egrederetur. Hoc enim videtur ſignificaſſe ea reuelatio propoſita dilecto diſcipulo Apocal. 1. *Quando oſtenſus eſt illi Filius hominis veſtitus podere, præcinctuſque ad mamillas zona aurea, caput, & capillos habens candidos, tanquam lanam albam, & oculos tanquã flammam ignis, & pedes eius ſimiles auricalco, ſicut in camino ardenti.* Vbi præcinctio illa zonę ad mamillas retardatio videtur, & detentio Diuini amoris ne ad dilectos ſuos per opera egrederetur, eſt enim ibi ſedes amoris: Vnde illud Cant. 1. *Meliora ſunt vbera tua vino.* Omnes ferè Hebræi legũt. *Meliores ſunt amores tui vino.* Dum igitur mamillæ præcinctæ proponuntur, quid aliud, quam repreſſum, & cohibitum Diuinum amorem proponũt; vnde & ille repreſſus oculos petebat, & igni ſuo accendebat, ac inflammabat, & quaſi ad extrema pro egreſſu diuagaretur, pedes inſuper accendit, reddens eos, quales poſſet efficere ardens caminus. Neque mirum ſi moræ impatiens diuina charitas diu detenta, & retardata, veluti ſenio afficeret ipſum Dei Filium, nihil enim ſic torquet, quã perpetua violentia. In quam ſententiam facit, quod ſtatim atque Diuina voluntas ad externa opera tranſijt in principio: *Quando Deus creauit cælum, & terram, ſpiritus Domini*, ſiue amor productus *ferebatur ſuper aquas*, Geneſis 1.

Apocal. 1. Num. 13.

Cant. 1. Num. 2.

Geneſ. 1. Num. 2.

Is enim amor, qui tandiu arſerat detentus, & repreſſus aquis innatat, non vt extinguatur, quantũcunque enim multæ ſint, eum extinguere non poſſunt, neque flumina illum obruere, ſed vt incendium aliqua exparte veluti temperet, & refrigerando refocillet, tanto tamen ardore diligendi flagrabat, vt ipſas etiam accendere aquas videretur. Pro eo enim quod nos habemus ferebatur ſuper aquas, alij legunt, *Calefaciebat aquas.* Quantumcunque autem pro infinito ardore aquas quærat, minimè tamen quieſcit, ſed huc, illucque ſuper aquas fertur. Vbi Rupert. eleganter explicat, cur ferebatur ſuper aquas, dicens, quia inquietus erat, quouſque vidit hominẽ creatum, ſuper quem requieſcere poſſet, & tunc iam non ferebatur. Ad condendum autem hominem, velut ad rem ſummopere concupitam, & tandiu deſideratam conuocantur diuinæ perſonæ, Geneſis 1. dicentes: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Quo in loco licet Ambroſ. videatur agnoſcere laborantis Dei affectum, cùm ita ait ſer. 10. in Pſalm. 118. poſt princip. Cætera dixit, & facta ſunt, mandauit, & creata ſunt. Vt homo fiat, ſpecialis quidam Dei accedit hortatus, vt tanquam laborantis Dei in huius munere creaturæ ſignificetur operatio. Deus quidem expers laboris eſt, ſed tamen Scripturæ verba quid aliud, niſi ſtudioſam, ob gratiam operationẽ eius oſtendunt? Ergo ſi Deus maiori quodam ſtudio te creauit, cur ipſe tui ſtudium relinquis? Si Deus in te laborauit, qui laborare non nouit, cur ipſe fugitans fis laboris? Sic Ambroſ. Deum laborantem in fabricatione primi hominis introducit. Poſſemus hoc quidem ad maiorem Dei dilectionem referre: Nam teſte Ariſtot. 9. Ethic. cap. 9: quæ cum labore facta ſunt, magis diligunt omnes: Proindeque, & Deus veluti laborans introducitur

Geneſ. 1. Nu. 26.

citur in ſui hominis productione, vt dilectionem, qua eum antequã crearet, proſequebatur, laborãdo adderet. Verum totam mihi dulcedinem, & delectamentum videtur redolere. Etenim illa conuocatio ad condendũ hominem lætitiam, & delitias proclamat. Sic enim in rebus, quibus maximè recreamur, & delectamur, fieri conſueuit vt ad amicos, & eos, quibus conuiuimus, accedat hortatus. Sic enim, & qui perditam ouem inuenit, *conuocat amicos, & vicinos dicens illis: Cõgratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat*, ſic & mulier inuenta drachma, conuocat amicas, & vicinas, dicens: *Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram*, Luc. 15. Sic & Diuinæ Perſonæ beatiſsimæ Trinitatis, veluti ſe conuocantes, & cohortantes, & exhortantes ad rem iamdiu concupitam, dilectam, & in eſſe actualis exiſtentiæ diligendam, ac in delitijs habendam, dicunt faciamus hominem ad imaginem &c. Vnde & in infuſione animæ videtur ipſe Deus reſpiraſſe, cum dicitur: *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Geneſ. 27. Quod recreationem quãdam, & reſpirationem videtur denotare. Ij enim, qui diu ſpiritum contrahũt, & defatigãtur ac cohibentur, ne accepto halitu, & emiſſo viuant, ſtatim ac laxantur emiſſo halitu, reſpirando quieſcunt, & recreantur. Conſtrictus à tota æternitate amor, qui vim Deo videbatur inferre, vt ad extra exiret, quique inquietus ferebatur ſuper aquas, donec produceretur homo, in quo requieſceret, in productione hominis, reſpirando recreatur, & á theſauro pectoris ſui animam reſpirando educit, vt innoteſcat omnibus hac vna re maxime delectari, ſcilicet, in productione hominis, cui animam ex intimis viſceribus inſpirat, ac ſi illa anima etiam Dei eſſet, & vita Dei, quam illi impertiebatur, nec

Luc. 15. n. 6.

Gen. 2. 7.

mirum ſanè quod ita loquamur, ſi & Deus ita loquitur Etenim 1. Reg 2. ad Heli ait Dominus: *Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelẽ, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet.* Vbi per Sacerdotẽ fidelẽ aliqui intelligunt Samuelẽ, alij verò Chriſtum Dominum, Lyran. ad rem noſtrã, Sadoc, interpretatur. cor autem, & animam Dei dicit Salomonem. Videtur enim homo ſic à Deo diligi, vt anima illius, & cor dicatur; in quam ſententiam facit ea expoſitio, quam aliqui adhibent ad illa verba Luc. 23. *Pater in manus tuas commẽdo ſpiritum meum*, vt per ſpiritum ſuũ, ſiue animam, homines intelligat. Sic enim habet D. Athanaſius Orat. de humana natura In eo nempè ſpiritu omnes homines apud patrem deponit ac commendat per ipſum, & in ipſo viuificandos. Neque verò id mirari poſſumus, cum & homines appellet ſeipſum, quaſi eos veluti ſe diligat, & æſtimet. Sic enim eadem Orat interpretatur Athanaſius illud Prouerb. 8. *Dominus poßedit me in initio viarum ſuarum*: vbi in Hebr. habetur: *Dominus creauit me in initio creaturæ ſuæ.* De Eccleſia ait, quæ in ipſo conditur, non enim Creator omnium creatura, aut opus eſſe poterit, ſed opus in operatore reuouatur: quaſi velit Athanaſ. tanti fieri à Creatore Eccleſiã ſuã ex hominibus congregatam, vt in illa creari dicatur, qui in eadem creatur, & deliciatur. Cum ergo Deus homines veluti animã ſuam, & cor, ac ſpiritum ſuum diligat, ducat, & vocet, quã citiſsimé ad illos producendos ad extra egrederetur, & exiret, ſi amoris tãtum affectu, & pondere ferretur, qui ideo cinctus, & cohibitus proponitur, ne é ſedibus ſuis, nẽpe pectore, & vberibus proſiliret. At quia aliter oportebat, & decebat fieri apud ſe, præparauit, & præfiniuit. Cũ verò & infallibiles, ac indefectibiles ſint diuinę præparationes, & præfinitiones, vtpote quæ

1. Reg. 2. n. 35.

Luc. 23. n. 46.

Prou. 8. n. 22.

sint Dei fidelis, eas in præséti proponit Moyses in gratiam, & commẽdationẽ Diuinę, & æternæ dilectionis, & in cõfusionem stultæ, insipientis, & ingratæ plebis quę cum & amorem, & gratitudinem deberet reddere, talia reddebat, quæ nec nominare liceret. Quod si ob bona temporalia tãta debetur gratitudo & dilectio, qualẽ exiget supernaturalium beneficiorũ præparatio & prædestinatio, quãdo diuisit Altissimus gẽtes, & separauit filios Adã, eligens & diligẽs ad promissionis terrã incolendã, cælorum scilicet patriam, eos, quos voluit, quando á tot gentibus barbaris nos separauit in filiorum adoptionem, deducens, & adducens in terram sanctificationis suę, id est, Ecclesiæ, vbi panẽ de cælo præstat & de petra, scilicet Christo, melle suos saturat, vbi carne cibat, ac sanguine potat in via, quousque perueniamus in patriam, vbi Pater cum Filio, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula.

ANNOTAT. II.

De custodia Angelorum nobis â Deo concessa.

QVoniam tam multi ex sanctis Patribus, quos in littera adduximus, quibus alij coniũgendi sunt, quos affert Lorin in c. 16. Act. Apost. n. 9. § vir Macedo, verba nostri Textus deducunt ad ostendendã Angelorum custodiam à Deo peculiariter deputatam Regnis, ac Prouincijs, vt interim omittamus quod D. Thom. 1. p. q. 15. singulis quoque rerũ speciebus assignat singulos Angelos, iuxta illud August. lib. 83. quæst. q. 74. dicentis. Vnaquæque res visibilis in hoc mundo habet Angelicam potestatem sibi præpositã, quæ verba etiã ad singula singularum specierum indiuidua quidam extendunt, sed cordatius alij ad solas species accommodant; de hominibus verò est dispar ratio. Inde est quod Apocal. 14. sit mẽtio Angeli habentis potestatem super ignem, & cap. 16. alius vocatur Angelus aquarum. Quoniam verò singulare hoc est beneficiũ, & specialissimum, dum vnicuique nostrũ singularis Angelus est ad custodiam deputatus, ideò hoc in loco id minimè prætermittendum censuimus, vt pro illo Deo gratias reddamus, deinde etiam hoc beneficium exponendũ duximus, ne tantis custodibus ingrati, aut inofficiosi existamus, imò prout decet dignam tali comitatu vitam degamus. Quoniam verò par feré est ratio de Angelis custodibus Prouinciarum, ac de singulis nostrum custodibus, hoc iã Deo dãte prosequimur.

Apoc. 14. n. 18. & c. 16. n. 5.

Quò igitur pretiosiores res sunt, eò maiorem dolorem inferunt possessoribus, si amitti contingat; eò periculosiorẽ, & irreparabiliorẽ sortiũtur casum, si decidant. Nihil vtique Deo amabilius anima nostra, nihil nobis chariusà Deo decet, ac debet esse; inde est quod Clem. Alex. 1. pædag. cap. 3. animã appellauerit amatoriũ, dignã scilicet, quæ super omnia ametur post Deum summé dilectum. Intus, inquit, in homine est id amatoriũ, quod Dei inspiratio, seu insufflatio dicitur; & Aug. ser. 13. de verbis Apost. ad med. ait. Anima creata á Summo bono, nõ tamen summũ bonum, sed magnũ bonum. Anima magnum bonum, sed non summum bonum, viuens inter summũ bonũ, & paruum bonum, id est, inter Deum. & carnem, inferior Deo, carne superior, &c. Hæc tanti facienda, & á nobis maximi æstimanda, vt vnicé ab homine diligeretur, vnica data est ei, quod bene prosequitur Chrysost. hom. 22. ad pop. Longé post princip. vbi ait. Omnia nobis duplicia Deus dedit; duos oculos, duas aures, duas manus, duos pedes. Si igitur horum alterum lædatur per alterum necessitatem consolamur: Animam verò dedit vnam nobis; si hanc perdiderimus, qua nã viuemus? Huius igitur prouidentiam faciam⁹, nihil ipsius saluti præferentes, &c. Et in eandem sententiam Cæsar. Arelat. Episcop. homil. 1. ante med. tom. 2. Bibliot. interpretatur illud Psalm. 21. *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Quare, inquit ille, vnicã dixit? Siue quia tanquam vnica diligenda est, siue quia ipsa sola, & singularis ante tribunal cæleste rationem, remotis omnibus solatijs, redditura est. Præmiserat autem id, quod nobis minimé omittendum est, cum præsenti conducat instituto. Oportet, sicut super mortuum conclamatum, ita magnos superextinctam animam dare planctus. Et quomodo solet Mater orbata super amissione vnici filij sui fracto pectore lamentari, ita conuenit super vnicam suam, sed cum spe reparationis, affligi. Sic ille ostendit, quomodo æstimanda sit anima, præ oculis habenda, & præ omnibus diligenda, quomodo item cauendum sit, & dolendum, si illius iacturam fecerimus. Hinc est quod Saluian. lib. 3. ad Ecclesiam ante medium, iure inuehitur in eos, qui vnicam animã vnicè minimè diligunt, cum tamen ipsemet diabolus, qui homines ab amore, & æstimatione animarum suarum vult auertere, fateatur pretiosissimam esse animam, & præ omnibus diligendam, & faciẽdam, sic enim intelliges illa verba Iob cap. 2. *Pellem pro pelle, & cuncta, quæ homo habet, dabit pro anima sua.* Ait enim pellem, inquit diabolus, pro pelle, &c. dilectissimam esse animam suam homini, etiam diabolus non negauit, & qui auertere omnino cunctos ab affectu animarum suarum nititur, idem tamen charissimas esse debere cunctis animas suas confitetur. Quis ergo furor est, viles á vobis animas vestras haberi, quas etiam diabolus putat esse pretiosas? Quis furor est viles vobis haberi, quas etiam ille charas vobis debere esse dicit, qui viles facere conatur? At per hoc quicunque animas suas negligunt, etiam infra iudicium diaboli se amant. Hæc fortasis est ratio, cur Philo lib. de cõgressu quærend. erud. gratia lõgé à princip. animam appellauerit oculorum oculum. Sicut enim in corpore nihil pluris facimus, quã oculos, sicut probari solet ad 1. lib Metaphys. Qua de re videndus Philo lib. de temulent. & lib. de victimis offerendis, & D. Bernard de natura & dignitate Diuini amoris ad fin. Vnde & oculos summopere custodimus, qua ratione etiã Dauid dixit Psal. 16. *Custodi me Domine vt pupillam oculi*, vt insinuaret quanto adhuc maiori cura, & vigilantia obseruanda, & custodiẽda esset anima, quæ oculorum oculus dicitur. Quanti verò illam faciat Deus ostendit Chrysost. hom. 60. in Matth. post med. ex eo, quod propter animæ nostræ salutem Filium suũ nobis tradiderit, vt vitam pro nobis exponeret, & sanguinem suum funderet, qui cum sit infiniti valoris, benè nobis innuit quanti faciẽda sit anima. Tãto, inquit, studio, tantaque cura Deus dignã esse animã ostendit, vt neque Filio suo pepercerit. Quare, obsecro, summo manè cum à domo exieritis, hanc vnicam intentionem habeatis, & hoc ante omnia studium, vt é periculis aliquem liberari positis. Nec dico ab hoc corporis periculo solum. Nã hoc neque periculũ quidẽ verè dici potest, sed multò magis à periculo animæ, & cætera, quæ in eandem sententiam prosequitur, quod idem argumentũ texit Author operis imperfecti in Matth. homil. 51. post med. com dicit: Super

Psal. 21. n. 21.

Iob. 2. n. 4.

Psal. 16. n. 8.

Rom. 8. n. 32.

omnia opera sua pretiosiores ęstimat Deus animas hominum. & Bernard lib de anima cap. 3. Totus quidem iste mundus ad vnius animæ pretiũ æstimari potest, non pro toto mundo Deus animã suam dare voluit, quam pro anima humana dedit.

Cum igitur tanti fiat á Deo anima nostra, tantique à nobis æstimãda, illius casus, & ruina cauetur, vt pote rei pretiosæ, cuius ruina & dolorem refert Domino, & pernitiem ipsæ animæ affert, iuxta valorem, & pretium suum. Hoc enim admonet Diuinum Oraculum Hierem. 25. cũ dicitur: *Vlulate pastores, & clamate, & aspergite vos cinere optimates Regis, quia completi sunt dies vestri, vt interficiamini, & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa.* Quæ postrema verba difficillima visa sunt sacris Expositoribus vnde & ea prætermisere. Interlinealis ait. Quasi vasa pretiosa, quorũ maius damnum Syr. Cadetis irrecuperabiliter Vilia enim, quæ cadunt, bene recuperantur quia inuenientes parũ, aut nihil curant de eis Clarius hoc dixit ibi Hieron Vt quanto, inquit antea fuere pretiosa tanto maius eorum in confractione sit damnum. Graue quidem damnum animarum nostrarum, quæ pretiosæ sunt, illarũ casum iam morte sua, & infiniti pretij sanguine reparauit; quid igitur faciendum pretiosis vasis, ne cadãt? Custodia illis adhibenda, & vigiles deputandi custodes qui in manibus portẽt. ne offendant, cadant, & pereant. Nam si drachma quæritur euertẽdo totam domum, si ouis reducitur relictis nonaginta nouem, meritó reponenda tota diligentia. ne cadãt & amittantur. Vnde Hieron in cap 18 Matth Magna inquit dignitas animarũ, vt vnaquęque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam suam Angelum delegatum Quo pacto autem nobis adsit, explicauit Dauid Psal. 103. quãdo dixit: *Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem.* Vbi spiritus ventum significat. & per similitudinẽ accipitur, sicut & ignis. In eoque cõsistit similitudo, quod nihil familiarius vẽto habemus Illo enim viuim⁹, aspirãtes & respirantes, vndique itẽ in nos spirat, modò pluuias inferẽs, modò frigora modo calorẽ, modo illius refrigerationem. Ignis item nobis satis cõmodus & ad omnia inseruiens, vtriusque tamẽ natura nobis maximẽ latet, sic & Angelica natura nobis ignota est, mẽtes nostras tamẽ perpetuó inuisunt & in eas spirãt pertinẽtia ad salutẽ per quaslibet occasionũ rimulas instar venti sese insinuantes ac intimos animæ recessus perlustrantes, quod optimè videtur voluisse significare D. Bernard ser 5 in Cantic post med cum ait Angelus curat, satagitque in libertate spiritus administrare officia pietatis, id est, ea libertate, ac facilitate, qua spirit⁹ omnia permeat: *Spiritus enim, vbi vult, spirat, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat.* Congruit ergo similitudo spiritus, seu venti ad sanctos Angelos custodes nostros, quorum afflatus, etsi quis in se experiatur, tamen omnino ignorat occultissimas eorum rationes, principia, & fines. Assimilantur insuper igni, quoniam apprime sunt Angeli operatorij, & ad penetrandum intima quæque subtilissimi itidemque vel ob ipsam subtilitatem occultissimi nobis vnde multoties nihil tale nobis cogitantibus adest mollis flamma, medullas cordis nostri Angelorum ministerio accẽdens, quę secreto quasi emissa facula, subintrauit. Vnde Theodoretus prædicta verba Psalmi sic explicat. Eosdem spiritus, & ignem appellauit; potentiam, & celeritatem per vtrumque docens: Quando quidẽ spiritus natura acuta est, potens verò est ignis vis, &c. Potens scilicet ad operandum, acuta ad influẽ

dum

Ierem.25 n.34.

Psal. 103. n.4.

Ioan.3. n.8.

dum, seu ad sese insinuandum. Tali autem indigebamus custodia, & potẽtissima, & subtilissima, ac vigilantissima, cum inter sollicitos admodũ versemur hostes, qui omnes obseruãt occasiones, vt aggrediantur; quod perpendens Bernard. serm. 12. in Psalm. Qui habitat. post princip. ait. *Confiteãtur Domino misericordiæ eius;* quoniam magnificauit Dominus facere cum eis. *Domine quid est homo, quia innotuisti ei, aut quid apponis erga eum cor tuum?* Apponis cor erga eum, geris pro eo solicitudinem, curam illius habes. Denique ei mittis Vnigenitum tuũ, immittis spiritum tuum, promittis etiam vultum tuum: Et ne quid in cælestibus vacet ab opere solicitudinis nostræ; beatos illos spiritus mittis in ministerium, custodiæ nostræ deputas nostros iubes fieri pædagogos. Sic Bern. describit Deum pro nobis solicitum, solicitos item ad nos custodes mittere, ne hostibus vndique, & vbique aggredientib⁹ succũbamus, ne etiam incuriæ & desidiæ nos metipsos ignauos tradamus, cum pro nobis custodiendis tanta solicitudine Deus inuigilet. ¶ Quãdo necesse est ignotã viam ingredi, periculis plenã, & prolapsionibus vbique obnoxiam, ductore opus est, qui viatorẽ comitetur, & de periculis, insidijs, & lapsibus moneat. Vnde cũ Thobias patri suo diceret se iter ad debitam pecuniam comparandam prorsus ignorare. Ille respondit: *Inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum.* Periculosa admodum, casibus obnoxia, latronibus plena est vita nostra, vbi *Pericula fluminum, pericula ex genere, pericula ex gentibus, pericula in ciuitate, pericula in solitudine, pericula in mari, pericula in falsis fratribus.* Pericula etiam in aduersarijs Angelis. Etenim antiquissima traditio est, singulis hominibus, statim vt nascuntur, assistere singulos malos Angelos, à quibus in vita oppugnentur, sicut refert Orig. hom. 20 in Luc. & Cassian. collat. 8. cap. 12 Beda in cap 12. Act. Apost. & Gregor. Nyssen in vita Moysis, cuius indicio latere videtur in illo Christi Domini Matth 18. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei;* quasi sint alij eorũ Angeli, qui non videant facie Patris & isti insidientur, & aduersentur, illi verò tutelares sint, & custodes. Cũ ergo misericors Pater viderit nos inter tot tantaque pericula versari non sicut Thobias iussit nos quærere fideles socios, & custodes, sed Angelis suis mãdauit de nobis, vt custodiãt nos in omnibus vijs nostris. Adest siquidẽ cuique nostrum veluti Thobiæ, iuuenis splendidus, stans, præcinctus, & quasi paratus ad ambulandum, & cõmitandũ nos iugiter. Iuuenis, quia nunquã senio patientur qui ęuo suo mensurãtur: Splendidus. ratione perfectæ naturæ, perfectioris gratiæ, & inamissibilis beatitudinis. Stans, quia veluti ministri nobis adstant ij, qui corã Deo stare dicuntur ab Isai. in cap. 6. *Seraphim stabant super illud;* vbi stationem ministerium denotare docet Origen homil. 5. in Isai. & Bernard. serm. 4 in dicta verba, probaturque ex Angelo comitante Thobiam, cum dixit: *Ego sum Raphael Angelus vnus ex septem, qui adstamus.* Vbi in Hebr. pro adstare legitur, ministrare, & 4 Reg. 11. de Centurionibus, & militibus dicitur *Steterunt singuli habentes arma in manu sua circum regem.* Videlicet parati in omnem euentum, & ad omnem Regis iussionem. Ij igitur, qui supremo Domino stant ministerium præstolantes, diuinam iussionem expectãtes, & imperiũ deferentes, infimis seruis stare non dedignantur: Quod prosequitur Bernard ser. 11. in Psalm. Qui habitat, prope fin. loquẽs de Angelis: *Administratorij spiritus sunt, missi in ministerium propter nos,* Hebr. 1. Plane ministri nostri, nõ dñi nostri, & in hoc

Thob.5. n.14.

2. Cor.11. n.26.

Matt.18 n.10.

Psal.90. n.11.

Thob.5. n.5.

Isai.6. n.2.

4.Reg.11 n.11.

Hebr.1. n.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnigeniti formam imitantur, qui non venit ministrari, sed ministrare, Matthæi 20. qui stetit inter discipulos, tãquam qui ministrat. *Mat. 20. n. 28.*

Quod si vis videre ministeriũ Angelorum, plura referam. Etenim Angelus profugam Agar reduxit ad Saram heram suam. Genes. 16. Angeli tres Abrahæ promiserunt filiũ Isaac. Genes. 18. Duo Angeli eduxerũt Loth ex Sodomis, & Sodomitas igne cæleſti concremarunt. Genes. 19. Angel⁹ consolatus est Agar, & Ismaeli siti morienti puteo ostenso, vitam seruauit. Genes. 21. Angelus stirit gladium Abrahæ, volentis immolare Isaac. Genes. 22. Iacob vidit ascendentes Angelos, & descendentes per scalam ad suam opem. Genes. 28. Angelus docuit Iacob modũ per virgas varij coloris producendi fœtus sibi ex pacto debitos. Genes. 31. Angeli deduxerũt Iacob ex Mesopotamia in Chanaan, Genes. 32. Angelus interposuit se inter castra Hebræorum, & Pharaonis, illa illuminans, & deducens per mare rubrum, hæc obtenebrans, & submergens, Exod. 14. Angelus deduxit Hebræos per desertũ in Chanaan, Exod. 23. Angelus locutus per os asinæ Balaam. Numer. 22. Angelus consolatus est Hebræos ab hostibus afflictos, Iudic. 2. Angelus roborat Gedeonem ad bellum contra Madian. Iudic. 6. Angelus promittit Manue filium Sãsonem Nazaræum, Iudic. 13. Angelus percussit Hierusalem peste ob numeratum à Dauide populum, 2. Reg. 24. Angelus confortauit Eliam pane, vt ambularet per quadraginta dies ad montem Dei Horeb, 3. Reg. 19. Angelus misit Eliam ad Ochoziam Regẽ, vt ei prædiceret mortem ob cultum Beelzebub, 4. Reg. 1 Angelus percussit centum quinquaginta quinque Assyriorum. Angelus Iudith custodiuit, & direxit ad cædem Holofernis, Iudith. 13. Angelus tres pueros in fornace Babylonia ab igne defendit. Daniel. 3. Angelus conclusit ora leonum, ne deuorarent Danielem, Daniel. 6. Angelus Gabriel ostẽdit Danieli septuaginta hebdomad. occidẽdum esse Christum, Daniel. 9. Idem varia futura circa Reges Syriæ, & Ægypti eidem reuelauit cap. 11. Angelus tutatus est, & vindicauit pudicitiam Susannæ, Daniel. 13. Angelus rapuit Habacub vt ferret prandium Danieli in lacu leonum, Daniel. 14. Angelus Zachariæ cap. 2. 3. 4. 5. 6. 12. varia mysteria reuelauit. Angelus hastam vibrans præcessit castra Iudæ, deditque victoriam. 2. Machab. 11. Angelus Petrum é carcere eduxit, rapuit Philippum apud Eunuchum; Cornelio iussit vocare Petrum; Paulũ cũ suis naufragio liberauit; denique S. Ioanni crebró apparẽs Apocalypsin reuelauit. Ex his igitur aperte cõstat Angelorum ministerium, quod nobis exhibere minimè dedignantur 1), qui & natura, & beatifico statu, & Dei ministerio in cælo assistentes nos superant. Constat insuper quomodo nobis periclitantibus, ne pereamus, occurrant, & subueniant, quod bene prosequitur Bernard. ser. 12. in Psalm. qui habitat post med. ad illa verba: *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* Quam necessarius, inquit ille, pædagogus, imô etiam baiulus, præsertim paruulo inter hæc gradienti? Quam facilè transit, qui illis portatur manibus: Quam suauiter (iuxta vulgare prouerbium) natat, cuius alter sustinet mentum? Arbitror sanè, velut duabus quibusdam manibus, homines interdum ab Angelis supportari, vt quodammodo non sentientes transeant, quod tantopere formidabant, ne parũ mirentur postmodùm tam super posteriori facilitate, quam super difficultate priori. Similia sũt quæ habet ser. 13. post princip. dicens: Manifestius audi, quod

Dan. 3. n. 49. & cap. 6. n. 22. & cap. 9. n. 21. & cap. 11. & cap. 13. u. 55. & cap. 14 n. 33. Zach. 2. 3 4. 5. 6. & 12. 2. Mach. 11. n. 8.

necesse

necesse habeas portari in manibus alienis, nec alijs, quam Angelicis: *Super aspidem, & basiliscum ambulabis.* Quid inter hæc faceret pes humanus? Quid humanæ affectionis inter tam terribilia monstra constaret, &c. Desuper nobis missum est auxilium, non tantum, vt inter aspides, & basiliscos versemur inter leones, & dracones gradiamur, sed vt super illos ambulem⁹, victores redditi, conculcantes illos, ac super illos nosmetipsos ad superna, & cælestia eleuantes, & de illis superatis scalam facientes, per quam citius, & melius ad Deum ascendere possimus.

Grauis sane difficultas est, cur in sacris literis Angeli castra, & exercitus dicantur, hoc multi referunt ad multitudinem, nam apud Hebræos militia significat quamlibet numerosam multitudine, sumpta metaphora ab exercitu, qui constat magna hominũ multitudine, vnde interdum sumitur in sacris literis pro stellis, quarum maxima est multitudo, vnde per amplificationem ad significandam perfectionem, & distinctam cognitionem Dei dicitur Dominus numerare multitudinem stellarum Psalm. 146. & in hoc sensu videtur locutus Augustin. lib. quæst. in Genes. q. 101. vbi ait. Castra Dei, quæ vidit Iacob nulli dubiũ est, quin fuerit multitudo Angelorũ. At Chrysost. tom. 3. ser. de Ascens Domini, aliam rationem affert, cur sacra Scriptura Angelicos spiritus militiam soleat appellare, quia, scilicet, sancti Angeli ita propugnant pro rebus humanis aduersus dæmones, vt milites propugnare solẽt in castris; quod maxime illustrat sanctorum Angelorum custodiam.

Genes. 4. n. 9. Quæsiuit olim Deus á Caino: *Vbi est Abel frater tuus?* Qui respondit veluti per indignationem, & contemptum. *Nescio: Nunquid custos fratris mei sum ego?* Id igitur, quod impius frater dedignabatur præstare innocenti, & iusto fratri, libentissimo exequuntur animo superni ciues, sedulum exhibentes ministerium erga infimos homines, seruos, & ancillas, nihil molestiæ sentientes, nihil contemptus præferentes, imò maiorem hominum curam gerentes, quam ipsimet homines de se habeant. Nihilo magis putauit posse ostendere Achis Rex Geth Dauidi amorem, quo illum prosequebatur, quantumque illius amicitiæ, & animo fideret, quam si se illi custodiendum committeret, proindeque in signum, & argumentum summæ confidentiæ dixit: *Ego custodem capitis mei ponam te*: At Achis Rex erat, & Dauid viribus strenu⁹, corde simplicissimus, & mẽte fidentissimus, proindeque nõ mirũ, si optimo custodi corpus suum, & vitam commisit. Id profectó mirum, mirumque in modũ æstimãdum, & laudandum, quod nos infimi natura cũ simus, vnde & Iob dicebat: *Quid est homo, quia magnificas eum?* Deus veluti reges æstimare, & curare videatur, cum nobis custodes capitis ponit, & seruatores animæ, cum tamen in terris custodia solis Regibus, Imperatoribus, & Principibus viris cõtingat. O si tanti nos faceremus, quanti, & Deus optimus Maximus nos æstimat: Vnde Bernard. ser. 12. in Psalm. 90. ant. med. Mira dignatio, & vere magna dilectio charitatis. Sũma maiestas mandauit Angelis suis, illis vtiquè sublimibus, tam beatis, tam proximis sibi cohærentibus, & verè domesticis Dei mandaui de te. Tu quis es? Quasi cum sit homo putredo, & filius hominis vermis. Nisi forté etiam si viles admodum simus, ratione tantæ super nos vigilantiæ, & sollicitudinis statim apposuerit Sanctus Iob cum ait: Apponis erga eum cor tuum. Dixit enim Christus Dominus Luc 12. *Vbi thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.* Iam verò si comitari solet cor thesaurum,

1. Reg. 28. n. 2.

Iob. 7. n. 17.

Luc. 12. n. 34.

& Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Deus apud nos ponit, & habet cor, thesaurũ profectò suum apud nos habet, nosque veluti thesaurum, & diuitias suas reputat, & æstimat, proinde & peruigili custodia seruari iubet, ne thesaurus Dei periclitetur, ne fures viam obsidentes deprædentur. Et cum thesaurũ portemus in vasis fictilibus, non cuique committenda fuit illius obseruantia, sed Principibus, & Angelis suis, qui pro obsequio tanti Domini, etiãsi cælestis aulæ incolæ sint, ad nostram tutelam descendere minimé dedignantur, imò tanto fortasis alacriori animo pro summa sua humilitate adsunt, quo ignobilioris cõditionis inuenerint esse cum, ad quẽ mittuntur. Hinc est quod prima in Scriptura expressa legatio, & missio Angeli proponitur Genes. 16. ad Agar ancillã Sarai, quasi voluerit Deus nobis innotescere supernorum Principũ obsequium, & humilitatẽ, qui quando primo proponũtur in Scriptura, vnus eorum ad ancillam loquens, interrogans, & consolans, nobis exprimitur, quos si terreni principes imitarentur, minimé despectui haberent conseruos suos, æquéadeo pro supernæ beatitudinis Regno eruditos, & fortasis efficacius ad illud deputatos, & prædestinatos. At cęlestes Principes ad seruos, & ancillas descendunt, comitantur, tutantur, docent, & illustrant. Vnde Ber. ser. 12. in Ps. 90. ant. med. ait. In quouis diuersorio, in quouis angulo Angelo tuo reuerentiam habe, adsunt enim modo tecum, sed etiam pro te adsunt, vt protegant, adsunt, vt prosint. Astant insuper veluti administri, & nuntij ad preces nostras deferendas.

Genes. 16. n. 7. & 8.

Cum volumus absentem amicum alloqui, seruorum ministerio vsi per internuntios loquimur. Vbique Deus pro sua immensitate adest; nullibi deest, at in cælo cælorum se peculiariter manifestat, velut in domo Regia, & quasi illò deferẽdę sint preces nostræ, adsunt sancti Angeli, vt petitiones deferant, referant postulata, quod prosequitur Bernard. ser. 7. in Cant. in med. dicens: Attendite Principes nostros cum statis ad orandum, vel psallendũ, & state cum reuerentia, & disciplina, & gloriamini, quia Angeli nostri quotidie vident faciem Patris, nimirum missi in ministerium propter nos, qui hæreditatem capimus salutis, deuotionem nostrã in superna ferunt, referunt gratiam &c. Videant qui tantis laboribus, & dispendijs terrenas curias adeunt, tanto tẽpore frequentant, toties postulata referunt, & inculcant, quanto debito teneantur obstricti sanctis Angelis, quibus incumbit, pro sibi cõmissis hominibus cõuenire Deũ, petitiones, & orationes proponere, & cõcessa deferre. Vidĕd idem Bernard. ser. 11 in Psalm. qui habitat in med. vbi inter alia ait. Quæ sunt sanctorum Angelorum viæ? Profecto illæ, quas Vnigenitus ennarauit, dicens: *Videbitis Angelos ascendentes, & descendentes* Ioan. 1. Ascensio igitur, & descensio viæ illorum. Ascensio propter se: Descensio, vel potius condescẽsio propter nos. Sic beati illi spiritus ascendunt per contemplationẽ Dei, descendunt per compassionẽ tui, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Ascendunt ad vultum eius, descendũt ad nutum eius, quoniam Angelis suis mandauit de te. Et ser. 12. in Psalm. Qui habitat post princip. ait. Si descendunt maligni, vt circumueniant, gratias ei, cuius mandato descendunt & benigni Angeli, vt subueniant nobis, vt custodiant nos in omnibus vijs nostris.

Similia sunt, quæ habet Gregor. 5. moral. cap. 22 ad med. cum interpretatur scalam illam, per quam ad dormientem Iacobum Angeli ascendebant, & descendebant Genes. 28. Angelos ascendentes, & descendestes cernere, est

Genes. 28. n. 11.

nere. est ciues supernæ patriæ contẽplari: Vel quanto amore Authori suo semetipsos transcendendo inhæreant, vel quanta cõpassione charitatis nostris infirmitatibus cõdescendant. Et notandum est valde, quod ille dormiens Angelos conspicit, qui in lapide caput ponit, quia nimirum ipse ab exterioribus operibus cessans interna penetrat, qui intenta mente, quæ principale est hominis, incitationem sui redemptoribus obseruat. Caput quippe in lapide ponere, est mente Christo inhærere. Et Chrysost. homil. 22. ad popul. post med. versans eundem locum. Scalam vidit Iacob vsque adcælos peruenientem, & Angelos ascendentes, & descendentes, referentes á nobis quidem orationes, á Domino vero gratias deducentes &c. Videndus Bernardus serm. 7 in Cant ad med. vbi hoc ipsum deducit ex Scriptura, dicens: Credimus Angelos sanctos astare orantibus, offerre Deo preces, & vota hominum, vbi tamen sine ira, & disceptatione leuari puras manus. perspexerint. Probat hoc Angelus loquens ad Tobiam cap. 12.

Tob. 12. n. 12.

Quando orabas, inquit, *cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, ego obtuli orationem tuã Domino.* Puto id vobis satis, & alijs Scripturæ testimonijs persuasum. Nam quod psallentibus quoque dignanter admisceri sancti Angeli soleant, quid eo manifestius, quod Psalmista ait:

Psal. 67. n. 26.

Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum, Psalm 67. Vnde & dicebat:

Psal. 137. n. 2.

In conspectu Angelorum psallam tibi. Psalm. 137. Eadem fere habet August. tom. 2. de gratia noui testamenti cap. 29. in princip & epist. 121. ad Probam de orando Deo cap. 9. in fin. & tom. 9. lib. meditat cap 3. post med. Et Gregor. Nyssen. in lib. de vita Moysis dũ allegoricé explicat veteris tabernaculi instrumenta illudque expendit, quomodo singulis ansulæ ex auro factæ idcirco aptatæ fuerint, vt attolli facilé, ac deponi possent, eas ipsas ansulas interpretatur Ecclesiæ militantis (quæ vel ob id tabernaculum dicitur) custodes Angelos, vt eorum sit officium cum his ascendere, cum illis descendere, eleuando alios ad Dei contemplationem, deponendo alios ad proximorum curam. Horum orationes deferendo, aliorum responsiones referendo, vt cum hoc rectè congruant ascendentes, & descendentes Angeli per scalam mysticam, hoc est, Ecclesiam. Similia sunt quæ in hanc sententiam affert Anast. Nicæn. q 61. in Scriptur. in fin. ex Nicephoro Cõstantinopolitano aduersus Iconomachos. Illud autem aduertendum est, quod Angeli nostras orationes ex eo referunt Deo, quod á nobis accipiãt, idque per cognitionem; ea verò vel supernaturali, quæ fit, aut Diuinã Essentiam intrando, aut reuelationem quandam diuinitus accipiendo: vel naturali, quam per lumen, & species ipsis Angelis à prima ipsorum conditione inditas, iuxta D. Thom. 1. p. q. 57. vel á rebus acceptas, iuxta Scot. in 2. Sententiar. Hac vero naturali cognitione eas tantum preces percipiunt, quæ aliquo exteriori actu funduntur, non solis, purisque mentis agitationibus, & voluntatis affectionibus continentur. Supernaturalis verò cognitio ad omne precum genus, & modum fundi potest, licet hisce de rebus possint & plura, & subtiliora indagari, quæ videri possunt apud D. Thom. loco citato. Capreol. in 2. distinct. 8. & Ferrar. 3. contra gentes cap. 154. Modus vero, quo cognitas preces nostras Deo sistũt, est nõ quod ipsas voces, ac sonos, vel phantasmata nostra proprié accipiant, Deoque vel inibi, vel in cælis, vt diximus, offerant. De qua re videndus Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 24. Sed vt ea ipsa

Deo significent. Significant verò ei loquendo, loquēdo, inquam, ea ratione, qua Isai. 6. *Sanctus, Sanctus, Sanctus:* Et Zachar. 1. *Domine exercituum vsquequo non miserberis Hierusalem, & vrbium Iudæ?* Est igitur lingua hæc voluntaria conceptionum mentis ad Deum applicatio. Vbi videndus D. Thom. 1. p. q. 117. art. 1. & ibi cōmuniter scribentes, cum explicant locutionem Angelorum. Fit autem hæc precum propositio cum insigni quadam Angelorum Diuinæ Maiestati loquētium, nostrasque preces offerentium demissione, & reuerentia.

Isai. 6. n. 3. Zach. 1. n. 12.

Neque verò solos preces Deo offerunt, sed bona insuper opera, vt patet ex illo Angelo loquēte Cornel Act. 10. *Orationes tuæ, & eleemosynæ ascenderunt in memoriā in conspectu Dei:* quasi diceret, Ego tuas obtuli orationes, & eleemosynas, quod probatur ex c. 12. *Ego obtuli orationē tuam Domino.* Nā vtrobique est idē verbū Grecū. Vnde D. Augustin. ser. 226. de tempore in fin. asserit Raphaelem bona opera Tobiæ Deo obtulisse. Videtis, inquit, quantum profuit mortuos sepelire, vt oblatio eius per Angelū Raphaelē ad cælestem ascēderet maiestatē? Et ser. 3. de natali Dñi, qui est 8. de tēpore post med. admonēs ad vouēda, & offerēda Deo bona opera, quæ ibi refert, ait: Vota nostra offerūtur (.s. à sanctis Angelis) ante tribunal Christi. Putamus quam dulce est, quando vota nostra, talia, qualia dixi, Angeli, qui custodes vitæ nostræ sunt, ante conspectum Diuinæ Maiestatis obtulerunt.

Act. 10. n. 3. & c. 12. n. 12.

Vel etiam stans Angelus apparuit Tobiæ, denotans illi in auxilium fore: Stare enim denotat opitulari, vt videre est apud Orig. hom. 1. in Iosue, Ambros. 3. de fide c. 7. & Hieron. in Psal. 8. Ambros. epist. 82. post princip. tractans illud Act. 4. *Ecce video cælos apertos, & Iesum stantem, &c.* Stabat Iesus quasi aduocatus, quasi sollicitus, vt Stephanum athletam suum certātem iuuaret, &c. ¶ Antequā filij Israel transirent Iordanem ad possidendā promissam terram sibi in socios, opemq; laturos assumpsere Rubenitas, Gaditas, dimidiamque tribū Manassæ, qui iam sibi sedes comparauerant, & tentoria fixerant, nihil iam amplius sperantes, aut volentes. Hi itaque armati ante fratres suos transierunt omnes fortes manu, vt pro eis pugnarent Iosue 1. Hæreditatem optimā, opimā, planeque vberem iam acceperunt trās Iordanē in cælesti Galaad sancti Angeli: nobis fluuius iste adhuc transeūdus, nobis bellum adhuc gerendum, manus adhuc conserendæ cum hostibus, qui immanitate barbari, viribus eminentiores, multitudine innumerabiles sunt. *Non enim est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & Potestates, aduersus mundi Rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus Ephes.* 6. Lectissimi necessarij sunt, ac fortissimi, quorum præsentia, & vigor magnum ad instātis belli molem, afferre possit momentum, & robur. Ecce nobilissima triumphantis Ecclesiæ pars, sancti Angeli nobis comites, adiutores, & custodes astant, licet enim paratam sedem iam obtineant, præpingui diuinæ fruitionis gleba fruantur, cum nobis videant á Chananæis, dæmonibus scilicet, & cæteris inimicis graue impendere periculum, è quiete, sacroque suo illo otio arma capessunt, & in nostri tutelam, & defensionem accinguntur. Quod si de Sanctis iam in cælorum sedibus commorantibus id ostendit Bern ser. 2. in festo omnium Sāctor. & ser. 9 12. & 40. in Cant. Orig. homil. 3. in Iosue, vbi pulchre rem ostendit, & Rupertus lib. 1. in Iosue cap. 9. de Angelis, quibus nobis opiiulandi munus à Deo iniunctum est, certo certius credendum est. Hi igitur immittunt se in circuitu nostro,

Iosue 1. n. 12.

Ephes. 6. n. 12.

iuxta illud Psalm. 33. *Immitet Angelus in circuitu timentium Dominum:* quæ verba sic explicat Martines in epist. Iudæ: Immittunt se Angeli ad nostrā protectionem, id est, inferunt, atque intromittunt se ad modum subornantium, non enim tantummodo palam se immittunt quasi ab extrinseco, sed etiam clam, quasi nostra, omniaque alia in nostrum fauorem subornādo, & extrinsecus fauendo, trahendoque; Cōplut. & Regij codices, *Castrametabitur*, alij, *Castrametatur Angelus Domini.* Et licet participium Hebr. hoc in loco dubiam reddat significationē, vtrū Angelus Domini se immittat, an verò Dominus Angelum immittat, sicut Casiodor. & Haimon videntur significare, legentes, *Immitit Angelum Dominus*, tamen ex ipsa radice non videtur posse reddere sensum, quod Angelum Dominus posuerit pro castris, sed quod ipsemet Angel⁹ se immiserit, seu vt Græcé aduerbū, *Se interseruerit*, proindeque cum Basil. exponendum est, quod ipse Angelus se immittet, ac locabit more castrorū, solumque pugnabit, vt ait Theodor. Aut immittet præsidium suum, quo muniat, velutique cingat circumpositis castris: Siue collectiuè Angelus Angelos plures significet, siue potius quod vnius tantum Angeli tanta sit virtus, & potentia, sicut obseruant Basil. Euthym. & Nicephor. vt cum integris castris comparari possit: Et cum vnus tantū sufficiat ad grandia patrāda opera, vt patet 4. Reg. 19. quando vnus vna nocte centum octoginta quinque millia Assyriorum interfecit. Mittit tamen Deus interdum plures, vt 4. Reg. 6. & 2. Machab. 5. vt intelligamus prope innumerabilem esse numerū militum eius. Iob. 25. Et omnes esse administratorios spiritus missos propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Quo fit, vt præter ordinarium, & designatum vnum tutelarem Angelum, quandoque ad vnius etiam solius custodiam, vel cutam particularem plures Angeli destinentur, quos non inepte dicere possumus adumbratos per sexaginta fortissimos illos, qui ambiebant lectulū Salomonis, accinctos gladio, & ad bellandum doctissimos propter timores nocturnos Cant. 3. Est siquidem anima nostra veri Salomonis lectus, in quo ipse requiescit, qui quandoque peccatis maculatur, lauandus est per singulas noctes cū Dauid Psal. 6. Et in hoc lectulo quæsiuit sponsa sponsum per noctes, in eoq; debemus compungi Psal. 4. qua de re videndus Gregor. 8. moral. cap. 17. & lib. 23. moral. cap. 21. & in Psal. 6. Hieron. in cap. 28. Isai. Augustin. in Psal. 4. & in Psalm. 149. Bernard. ser. 46. in Cant. Cum igitur anima nostra lectus sit veri Salomonis Christi Domini, indè est, quod multoties non vnicus tantū fortis, sed multi mittuntur à Deo pro custodia, & defensione nostra. Significantur itē tutelares Angeli per clypeorum, & armaturæ omnis generis multitudinem pendentē ex turri Dauid Cant. 4. vt ibi exponit Gregor Nyssen. homil. 7. Proindeque non est cur succūbamus superioribus dæmonum viribus, tanta muniti custodia, tāto roboratiauxilio. Illudque hoc in loco maxime aduertendum, quod nostro perpetuo ministerio adeò adhærent addicti, vt etiamsi Dominū sæpe offendamus, imo ipsis iniurioſi simus, nunquam prorsus à nostri custodia abscedant, quod in nullo alio ministerio accidere comperietur. Quem admodum enim nulli viatori, quādiu in via est, omnino denegatur auxiliū supernaturale, ita neque dum est in via, custodia Angelorum minimè prorsus destituitur: Sicut autem propter peccata hominum interdum eis denegantur auxilia quædam particularia, & efficaciora, quæ Deus nō tenetur dare, ita denegatur custodia

Pſal. 33. n. 8.

4. Reg. 19. n. 35.

4. Reg. 6. n. 16. & 17.

2. Mach. 5. n. 2. & 3.

Iob. 25. n. 3.

Cant. 3. n. 8.

Pſal. 6. n. 7.

Cant. 3. n. 1.

Pſalm. 4. n. 15.

Cant. 4. n. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angelorum, quoad peculiares aliquos effectus, atque id est, quod dicitur Hierem. 51. *Curauimus Babylonem, & non est sanata, relinquamus eam*, qui locus communiter intelligitur de Angelis, vt patet ex Lyran. & ex glossa, & alijs: Et quod habetur Isai. 5. *Auferã sepem eius, & erit in direptionem, diruam maceriem eius, & erit in conculcationem.* Vbi communis Patrum sententia, sicut etiam testatur Sanctius, Angelorũ custodiam intelligit. Et iuxta dicta intelligendi sunt Sancti Patres, quãdo dicunt nostra mala opera fugare Sanctos Angelos, vt cum Basil. ait in Psalm 33. Quemadmodum fumus fugat apes, & fœdus odor columbas expellit, sic Angelos sanctos, vitæ nostræ custodes praua opera, & peccata abigere, & profligare solẽt. Alibique passim similia loca reperientur. Quale itaque, quamuè accuratum nobis exhibeãt ministerium, ex eo licet conijcere, quod Tobias tutelam, & comitatum Raphaelis expertus, dixit eidẽ cap. 9. *Si me ipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ.* Talem enim ministrum, asseclam, & tutelarẽ Angelum senserat vt nullo exhibito ministerio etiam in perpetuũ ei satisfieri posse videretur.

Hier. 51. n. 9.

Isai. 5. n. 5.

Tob. 9. n. 2.

Quia verò vltimum ministerium solent fideles serui Dominis in sepulturam depromere, hoc etiam in sanctis Angelis reperitur. Licet enim custodia iuxta communem sententiam, de qua D. Thom. 1. p. q. 113. cum vita finiatur, cum homo desinit esse viator, tamen custodiæ videtur annexũ, vt si custoditus discedat in gratia, aliquidq; expiandũ habeat, ab Angelo custode deducatur in locũ expiationis: Neq. enim credẽdũ videtur id fieri à dæmonib⁹, quicquid aliqui dicãt, quod cõfirmari potest ex illo Luc. 16. *Factũ est vt moreretur mẽdicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Sicut enim ante mortem Christi in pœnam originalis peccati iusti ab Angelis ducebantur in sinum Abrahæ, quousque pretium nostrę Redẽptionis solueretur, panderenturque portæ cæli: Sic quando post Christi mortem in purgatorium ignem ducuntur, ab Angelis sanctis, nõ á dæmonibus portantur. Angelo etiã custodi incumbit eum, qui nihil iam expiandum habuerit, in cælum empyreum deducere, committantibus, vt credibile est, alijs Angelis, pro cuiusque meritis, & dignitate. Quod patet ex citato loco, & ex eo, quod in officio defunctorum canit Ecclesia: *In sinum Abrahæ Angeli deducant te &c.*

Luc. 16. n. 22.

Custodiuntur verò ab Angelis omnes merè viatores, siue fideles sint, siue infideles, propter rationem redditam, nempe, quia custodia respicit hominem quatenus viator est, & non quatenus iustus, aut fidelis est, & in hoc omnes conueniunt. Vnde & Domina nostra Angelum habuit custodem. Imò & homines in statu innocentiæ Angelos habebant custodes, eó quod viatores erant, & vt habebant dæmones impugnatores, reque ipsa impugnati sunt. Ita ratio postulabat, vt haberẽt Angelos custodes, à quib⁹ & dæmones coercerentur, ne plusquã oporteret, tẽtarẽt aliudué nocumẽtũ inferrent, & sanctis inspirationibus in maius bonum promouerentur. Christus autem Dominus quatenus homo propter vnionẽ humanitatis ad Verbum, & quod simul esset comprehẽsor, & Dominus Angelorũ, nõ habuit Angelum custodem: habuit tamen Angelos ministros, quales fuerunt illi, qui, peractis tentationibus, accesserunt, & ministrabant ei, vt habetur Matth. cap. 4. Et qualis fuit Angelus, qui accessit ad eum confortandum in horto Ioannis etiam 1. dixit Christus. *Videbitis Angelos Dei ascendentes, & descendentes super Filium hominis.*

Matt. 4. n. 11. Luc. 22. n. 43. Ioan. 1. n. 35.

Videns olim Elisæi minister exercitu

citu Syrorum circundatam ciuitatẽ, metu perculsus Prophetæ nuntiauit, dicens. *Heu, heu Domine mi, quid faciemus?* At ille respondit: *Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis.* 4. Reg. 6. Precatusque est Dominum, vt Angelorum auxilium metuenti demonstraret, *Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit. Et ecce mons plenus equorum, & curruum igneorũ in circuitu Elisæi.* Simile quidpiã narrat D. Antoninus 2. p. tit. 15. c. 9. ostensum Moysi, vni ex antiquis Patribus. Vnde Bernard. ser. 12. in Psalm 90. post med. ait. Etsi tam paruuli sumus & tã magna nobis, nec modo tam magna, sed & tam periculosa via restat, quid tamẽ substantis custodibus timeamus? Nec superari, nec seduci, minus autẽ seducere possunt, qui custodiũt nos in omnibus vijs nostris. Fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt quid trepidamus? &c.

4. Reg. 6. n. 15.

Supra Iacobum profugum & laborantem Angelorũ multitudo descẽdit obuiã, quos ipsius custodes probabiliter credit Anton. Ferdinand. visione 2. Sect. 4 n. 8. ex Clem. Alex. asserente magnis quibusdam viris plures Angelos, atq; ex præcipuis dari in costodiã. Prædictum autem locum bene versat Chrysost. ser. de Ascens. in hunc modum. Iacob vidit castra Angelorũ, & meritò Angelorum castra videbantur in terra, nã sicut Imperatoris optimi prouisione vrbes omnes, vniuersæ ciuitates, castella singula manu militari aduersus hostilem muniuntur aduentum, & omnia loca diligenter armantur, ne barbarica incursione deleãtur. Ita & Deus quoniam barbara, & agresti mente rabientes dæmones ad pacis euersionem vbique versantur, ad tutelam nostram constituit exercitus Angelorum, vt eorum præsentia dæmonum confringatur audacia, & per eos nobis paucis gratia ministretur, &c.

Genes. 32. n. 2.

Illud tandem hoc in loco maximè recolendũ, & tota gratitudine obseruandum, tanto scilicet erga nos amore affici Sanctos Angelos, vt si eos, quibus deputati sunt ad custodiam, periclitari sentiant, aut in afflictione, & pressura aliqua constitutos, maxime pro eis satagant, crebras eant, redeantque vias, vt eos á periculis eripiãt, securosque à peccato reddant, sicut obseruat Chrysostom. hom. 26 in act post med vbi expendit id, quod contigit Petro, quando ministerio Angeli excitatus est à somno in carcere, & solutus catenis duabus quibus vinctus tenebatur, venitque ad domum Mariæ matris Ioannis, pulsante autẽ eo ostiam ianuæ, processit puella ad videndum, & cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, sed intro currẽs, nuntiauit stare Petrum ad ianuam. At illi dixerunt ad eam, insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant, Angelus eius est. Illud igitur inquirit Chrysost. Vnde dixerunt Angelum Petri esse ad ostium, non ipsum Petrum? Atque: Vnde venit illis in mentem tunc Angelum esse? A tempore illud coniectabant, id est, quia sciebant ipsum vinctum, & onustum catenis, deque illius capite agi, proinde in tanta persecutione Angelus Petri sollicitus debebat esse, & huc, atque illuc circumcursare pro illius libertate, & salute, & quia tum temporis fortasis ipse dormiebat, Angelus vigilabat, & nuntiare veniebat quid agendum à fratribus foret in eo negotio. Solent siquidem tutelares Angeli pro alumnis suis summam curam agere tẽpore persecutionis. Neque intermittũt curam, & diligentiam custodiæ nostræ, donec nos ad Promissam terram viuentiũ ducãt, & in gloriã introducãt: In quã sententiã allegoricè interpretatur Nyssen. in vita Moysis, loquens de tabernaculo veteri, annulos aureos, quib⁹ eleuabatur arca, & intelligit esse

Act. 12. n. 15.

sanctos Angelos: qui sicut quidam annuli inquit in animos saluandorũ immittuntur, vt ad sublimia eleuentur. Et sané, sicut ipsi, dum viuimus, nostras ad Deum deferunt orationes, sicut ostendit Bern ser. 7. in Cantic. & Rupert. in cap. 8. Apoc. Sic dum anima separatur à corpore, eã Deo proponunt, à quo acceperant custodiendam.

Illud ergo restat, vt inprimis tantũ beneficium agnoscentes, grati simus, inprimis Deo qui tantam curam de homine habet, vt cuilibet nostrum peculiarem deputet Angelum, nec solũ priuatis hominibus, sed etiam diuersis Nationibus, Prouincijs, Ciuitatibus, diuersis Ecclesijs, & Congregationibus, vt diuersis Religionibus, & fortè non solum Prouincijs Religionum. sed etiã peculiaribus Cœnobijs, ait Molina 1 p.q. 113. disput. vnica, §. sunt vero. Hi autem Angeli curant, quæ ad bonum commune Prouincię, aut Congregationis sibi commissæ spectant, ad idque mouent singulos communitatis, prout expedit, contrariaque arcent, & fugant, vt colligunt sancti Patres ex cap: 10. Daniel. Quo in loco de Angelis Principibus diuersarum prouinciarum est sermo.

Si autẽ apud Gentiles tãtus increuit honor erga tutelares Deos, illos scilicet, in quorum protectione, & tutela ciuitates essent, vt ne nominare quidem fas esset, sicut refert Plutarch. problemat. 61. & Alex ab Alex lib. 2. genial. c. 22. ad med. cum tamẽ falsa esset eorum tutela, & defensio, quanto maiori veneratione, amore, & reuerẽtia debemus affici erga veros Principes, & cælestis aulæ milites, qui nostræ inuigilant tutelæ?

Proinde igitur Altissimo, *qui separauit terminos populorum iuxta numerum Angelorum suorum*, iuges reddẽdæ sunt gratiæ, referendæ item sanctis Angelis, iuxta monitum Bernard. ser 12. in Psal. 90. post med. vbi ait. Etsi ipse (scilicet Deus) mandauit ipsis, qui & ei ex tanta charitate obediunt, & nobis subueniunt in tanta necessitate, ingratos esse non licet. Simus ergo deuoti, simus grati tantis Custodib⁹, redamemus eos, honoremus eos quantum possumus, quantum debemus. Totus tamen ei reddatur & amor, & honor, à quo tam ipsis, quam nobis est totum, vnde honorare possumus, vel amare, vnde amari, honorariué debemus. Huic igitur laus, amor, & honor in sæcula sæculorum. Plura qui velit de sanctorum Angelorũ custodia, adeat Isidor. Pelusiot. lib. 2. epist. 85. Theodoret. q. 3. in Genes. & in c. 10. Danielis, Andreã Cæsar. ad cap. 2. Apoc. Procop. Gaz. ad cap 4 Exod. & ad cap. 6. Isai. Seuer. epist. ad Ioannẽ Tribunum, Ioannem Climacũ grad. 3. de pœnitent. Anastas. Sinait. lib. 5 Hexamer. Antioch homil. 6. Sophronium Hierosol. in encomio Angelorum, German. Cõstantinopolit. Orat. de obdormitione Dei Genitricis, Damasc. lib. 2. de fide c. 3. Anast. Nicen. quæst 61. Pantaleon. Diacon. in encomijs Michaelis Archangeli, & narrat. de Michaelis Archangeli miraculis. Theophylact. in c. 18. Matth. vbi & Euthym. Oecumen. ad cap. 12. act. Nicolaũ Cabalis. liturgia c. 34 Nicephor. Callist. lib. 14. Eccles. hist. cap. 21.

TEXTVS.

Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Num. 9.

EXPOSITIO LITERALIS.

HOC in loco codex Hebræus ostendit connexionem huius versus cum superiori; Pro eo autem quod nos habemus, *pars autem*, in Hebræo est; *quia pars Domini, vel pars enim Domini*, & sic habet Chaldæus, Vatab. & Caiet. Est ergo sensus, quem videtur hausisse Cornel. à Vatab. Non mirum est, quod ita amarit Deus filios Israel, vt iuxta numerum eorum constituerit terminos populorũ habitantium terram Chanaan, & omnem, quam Israelitis designauit; & illis expulsis, dederit his terram eorum; quandoquidem Israelitæ sunt populus eius, & quidem tam proprius, & peculiaris, quam est alicuius portio hæreditaria, quæ hic vocatur funiculus, quia olim hæreditates funibus demetiri, & diuidi inter fratres solebant. Quod ergo pars pro hæreditate, & possessione peculiari summatur, patet Numer. 34. *Accepe*

Nũ. 34. n. 15. *runt partem suam trans Iordanem*: Et Numer. 18. dixit Dominus ad Aaron:

Num. 18. n. 20. *In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel*: Et Deut. 10. *Non habuit Leui partem, neq; possessionem cum fratribus suis; quia ipse Dominus est possessio eius*: Et cap. 12. *Neque enim habet aliam partem, & possessionem inter vos*: Et Iosu. 13. *Venietin partem hæreditatis Israel, sicut præcepit tibi*, Hebr. ad

Deut. 10. n. 9. verbum: *Sortire modo eam Israeli pro hæreditate*: Et cap. 15. *Caleph dedit partem in medio filiorum Iuda*: Et Psalm. 15.

Deut. 12. n. 12. Ios. 13. n. 6. *Dominus pars hæreditatis*; Hebr. *pars, & portio*; Idemque est, ac si diceret partem hæreditariam, sicut Lorin. exponit: Et quidam impij dicuntur *partes vulpium esse* Psalm. 62. Ideſt, partem, & possessionem habere cum hypocritis.

Psal. 15. n. 5. Cum igitur possessiones diuiderentur, & cuique sua pars obtigisset in possessionem; inde est quod ipsa possessio, & hæreditas diceretur pars. Insuper cum terra Chanaan diuisa fuerit imperio Domini in varias partes, siue portiones, & singulis tribubus sua quæque pars assignata, vt patet ex lib. Iosue cap. 17. & sequentib. Inde est quod in Scriptura pars vsurpatur pro hæreditate; quæ est ratio, cur in prioribus libris Mosaicis ante Numeros, non vsurpetur nomen partis ad significandam hæreditatem. Adeoque vulgare est, quod pars, seu portio absolutè significet hæreditatem ipsam totam, vt Ambros. ad illa verba Psal. 118. *Portio mea Domine*, dixerit: Cui portio Deus est, totius naturæ possessor est; quasi dicat, non vnius, aut alterius eius partis, sed prorsus totius. Idcirco suam hanc hæreditatem præclaram vocat Regius Vates Psalm. 15. *Funes ceciderunt mihi in præclaris: Etenim hæreditas mea præclara est mihi.* In præclaris, ideſt, in Deo. Præclari ergo funes, qui nullo fine limitatam hæreditatem assignarunt. Alij legunt; *In excellentibus; in vniuersi humani generis flore*. Ideſt, in eo, quod omnia excellit, vtpo-

Psal. 118. n. 57.

Psal. 15. n. 6.

te optimum Is igitur, qui optima hereditas est dignatus est & partē, & hæreditatem suam habere; vnde Zach 2. *Possidebit Dominus Iudam partem suam.* Et Hester. 13. *Ne despicias hæreditatem tuam.* Quia verò in ea Republica optimum erat Hierosolymitanum templum, inde est, quod aliquando dicatur pars, seu hæreditas Dei, vt patet ex Amos cap. 7. vbi dicitur: *Hæc ostendit mihi Dominus Deus: Et ecce vocabat iudicium ad ignem Dominus Deus, & deuorauit byssum multam, & comedit simul partem.* Chalaicē, *hæreditatem.* Significat autem templum, Authore Hieron. quod erat veluti hæreditas Dei in illa Israeli ica hæreditate. Fuit autem simul cum vrbē incendio absumptum per Nabuchodonosorem Regem Babylonis, de quo incendio ibi est sermo, narratur autem hystoria in 4. Reg. cap. vlt.

Zach. 2. n. 12. Hest. 13. n. 16.

Amos 7. n. 4.

Iacob, accipitur hoc in loco pro ea gente, quæ descenderat ab Iacob, sicut tritum est in Scriptura *Funiculus hæreditatis.* Alijs verbis, vt solet Scriptura repetitur, quod superioribus dictum fuerat. Idem enim significat ac possessio Domini, quod scilicet sint Israelitæ, patetque hæc significatio ex 1. Paralip. 16. *Funiculum hæreditatis vestræ*, idemque habetur Psalm. 104. n. 11. Nam funibus, seu funiculis agrorum diuisiones fiebant, vt videre est apud lib. Iosue cap. 17. n. 5. 14. & cap. 19. n. 29 Neque improbabile est id apud alias nationes, præter Israelitas fieri, vt scilicet in agrorum dimensionibus funiculis vterentur, id enim colligi vtcumque potest ex Scriptoribus de limitibus agrorum, Siculo, Flacco Iulio Frontino, Aggeno, Hygeno, & ex ijs, qui de re rustica agūt, Catone, scilicet, Varrone, Collumela, Palladio. Sed & funiculi nomē Persicā significat mensurā 60. vel 40. vel alterius numeri stadiorum, quam vocant quoque schenū, de qua Plin. lib.

1. Paral. 16. n. 18.

5. cap. 10. & lib. 12. cap. 14. Herodot. lib. 2. Strabo lib. 11. & 17. Aduertit autem Abulens. Iosue 17. q. 2. ante med. quod funiculus aliquid valde magnum erat, cum dimidiæ tribui Manassæ, solum decem funiculi dati fuissent hæreditatis. Nihil igitur aliud hæc verba nostri textus significant, quam quod Deus, sibi peculiariter elegerit gentem Israeliticam inter cæteras totius orbis, quam veluti possessionem, & hæreditatem haberet & curaret Hoc autem qua ratione Deus fecerit aperte inculcauit Moyses Deut. 4. dicens: *Dilexit patres tuos, & elegit semen eorū post eos, deduxitque te præcedens in virtute sua magna ex Ægypto, vt deleret nationes maximas, & fortiores te in introitu tuo.* Et iterum cap. 7. *Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram, non quia cunctas gentes numero vincebatis: vobis iunctus est Dominus, & elegit vos cum omnibus sitis populis pauciores.* Exponit autē ex hoc loco Theodoret. illud Hierem. 2. *Sanctus Israel Domino* dicens: perinde ac si diceret. Cælesti gratia prætuli te reliquis nationibus, & populus meus appellatus es. Hunc etiā in modū Beatus Moyses dixit, & factus est portio Domini populus ipsius Iacob, & funiculus hæreditatis eius Israel. Is nāque Deus, qui omnē vniuersum populum sibi vocauerat, postea cæteris veluti repulsis, vnum tantum sibi assumpsit, quod quidem gloriabatur Dauid, quando dicebat Psalm. 31. *Beata gens, cuius est Dominus Deus eius populus, quem elegit in hæreditatem sibi.* Et Psalm 46. *Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob quem dilexit.* Vbi Hieron. legit, gloriam Iacob. Et in cap. 4. Zachar. legit, pulchritudinem. Possumus autem explicare dictum locum ex illo alio apud Zach. 11. *Assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decorē, & alterā vocaui funiculū.* Quorum verborū sensus est, quē affert ibi

Deut. 4. n. 37. & 38.

Deut. 7. n. 6. & 9.

Hierem. 2. n. 3.

Psal. 31. n. 2.

Psal. 46. n. 5.

Zach. 11. n. 7.

Hieron. Isai. 54. quod prima virga sit gubernatio omnium hominum, quia Deus sub Noe omne hominum genus sua benedictione protexit, & ad se vocauit, & omnium Pastorem se fecit. Hæc virga dicta est decor, quia decorum est, & iustum omnes homines ab omnium Creatore gubernari, aut fortasse decor ponitur pro re decora, quia imperium eò pulchrius cēsetur, quò in plures habetur. Altera virga est gubernatio vnius populi Israel, quādo ex omnibus gentibus illam elegit Dominus in peculium, quare meritò vocata est funiculus: Quisensus etiam placuit Rupert. Cum igitur olim prima virga, quæ ad omnes pertinebat gentes, vocata fuerit decor, seu pulchritudo, postquam Deus eam repellens, alteram sibi assumpsit, & fecit funiculum, ac hæreditatē suam, iam tot⁹ decor, species, & pulchritudo reuersa est ad Israel partē Dei vnde & dicitur, *Speciē Iacob, quē dilexit*, & quia virga sceptrū significat, posteapopul⁹ Dei sceptrū illius dicitur. Etenim Hester cap. 14. postquam n. 5. dixit. *Audiui à patre meo, quod tu Domine tulisses Israel de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, vt possideres hæreditatem sempiternam.* Denique n 11. ait: *Ne tradas sceptrum tuum his, qui non sunt*: Quod Hierony. legit Isai. 63. n 3. *Ne tradas hæreditatē tuā his, qui non sunt.* Facit item locus ille Hierem. cap. 10. vbi post inculcatam vanitatem idolorum, concludit Propheta, *Non est his similis pars Iacob, & Israel virga hæreditatis eius*, Id est, Deus, qui sicut in nostro textu pro parte, & portione sua habet Iudæorum gentem, ita etiā est, & dicitur pars Iacob, & hæreditas eius, sicut promisit Abrahæ Genes. 15. *Ego protector tuus, & merces tua magna nimis*; Vnde & Dauid eum vocat partem, & hæreditatem suam Psalm. 15. Et rursus Psalm. 72. *Pars mea Deus in æternū.* Postquam verò dixit Iacob esse Dei hæreditatem, é conuerso subiungit Israel esse hæreditatem Dei: Id enim significat, *Israel virga hæreditatis eius*; vbi iam magis ad rem nostram virga idē est ac funiculus. Nam sicut funibus olim hæreditates metiebantur, & diuidebantur, vnde & funes, funiculus, ac funiculi proportione, possessione, & hæreditate accipiebantur, ita etiam quia perticis, virgisque hæreditates diuidebantur, in eodem sensu virga accipiebatur, vt patet Psalm. 72. *Redemisti virgam hæreditatis tuæ*, id est, sortem, & portionem tuam. Vox autem Hebræa, pro qua noster habet funiculus, aliquando in plurali vertitur, vt Psalm. 15 *Funes ceciderunt in præclaris*, aliquando in singulari, vt hic Et Zachar. 55. n. 17. Clarior adhuc fiet litera contextus ex subiecta annotatione.

Hest. 14. n. 5. & 11.

Hiere. 10. n. 16.

Gen. 15. n. 5.

Psal. 15. n. 5. & Ps. 72. n. 26

Psal. 73. n. 2.

Illud autem hoc in loco aduertendum, quod nos alibi latius fumus prosecuti, scilicet, gentem Hebræam, quę à Deo in populum suum fuerat assumpta, & in hæreditatem electam, in tam extremam nequitiam deuenisse, vt hunc honorem, & nomenclaturam penitus amiserit, cum illis minime responderit vitæ moribus, & disciplina, quod bene prosequitur Saluian. lib. 4. de prouidentia statim post princip. vbi ostendit Christianum nomē minimè conuenire homini, qui Christi legem, & præcepta non seruat Nomen enim sine actu, & officio suo nihil est. Duodecim, inquit ille, Hebręorum tribus, cum electæ quondam à Deo essent, duo nomina sacrosancta acceperunt: populus enim Dei, & Israel appellatæ sunt: sic quippe legimus: *Audi populus meus, & loquar Israel, & testificabor tibi.* Psal. 49. Ergo Iudæi aliquando vtrumque, nunc neutrum: nam nec populus Dei dici potest, qui cultum Dei iam olim reliquit: nec videns Deum, qui Dei Filium denegauit, sicut scriptum est: *Israel vero me non cognouit, & populus meus non intelle-*

Psal. 49. n. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xit. Propter quod alibi Deus etiam noster de Iudæorum plebe loquitur dicens: *Voca nomen eius non dilectum,* (Oseæ 1. vbi nostra habet, *voca nomen eius, non populus meus.*) Et iterum ad Iudæos ipsos: *Vos non estis populus meus, & ego non sum Deus vester.* Cur autē hoc de eis dixerit, ipse alibi euidenter ostendit, sic quippe ait: *Dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominū;* & iterum: *Verbum Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in illis.* Quod quidem ti méo ne non magis de eis dici potuerit, quam de nobis nunc dici possit. Obseruat autem Euseb. ab Agellio citatus in illud Psalm. 134, *Quoniam Iacob elegit sibi Dominus Israel in possessionem sibi.* Olim Dei Verbi partem fuisse Iacob, & Israel funiculum hæreditatis eius. Verum postquam ille populus ob admissum impium scelus à tanta gratia excidit: Verbo iam incarnato fuisse dictum Psal. 2. *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.*

Ose. 1. n. 9.

Ps.

Psal. 2. n. 8.

ANNOTAT. I.

Quantum beneficium fuerit assumi à Deo populum Hebræorum in partem, & hæreditatem ipsius.

MAgnitudo huius beneficij inde maxime elucet, quod apud Isai cap. 40. dicitur: *Ecce gentes sicut stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt.* Vbi D. Hierony. addit. Quomodo si de situla stilla modica fluat, à portante negligitur: Ita vniuersa gentium multitudo supernis ministerijs comparata, & Angelorum multitudini pro nihilo ducitur: Et postea n. 17. ait Propheta: *Omnes gentes quasi non sint coram eo, & quasi nihil, & inane reputatæ sunt ei:* vbi etiam D. Hieronym. sic infert: Si omnes gentes sic sunt in conspectu illius, quasi nō sint, & quasi nihil, & inane reputantur: In omnibus autem gentibus Israel est, ergo & ipse sic est, quasi non sit, & in nihil, atque inane reputatur. Sic ille colligit Israelem, & cæteras gentes apud Deū quasi nihil reputari, & cúm hoc ita sit, tanta eius Bonitas, & Misericordia fuit, vt tanti fecerit eā Rempublicam, & gentem, vt partē, & hæreditatem suā dixerit. Hinc est quod grauiores interpretes Hebræorum in lib. Cantici Canticorū per sponsum Deum intelligant, & per sponsam Synagogam vsque adeo à Deo dilectā, vt nomen sponsæ meruerit præ cæteris populis dilectæ, quod constat ex lib. Exod c. 4. & c. 16. & Deut. 1. & 4. & 7. & 2. Reg. 7. & ex Psal. 146. *Non fecit taliter omni nationi.* Et ex Eccles. 17. n. 14. vbi dicitur: *In vnamquamque gentē præposuit Rectorem: & pars Dei Israel facta est manifesta: & omnia opera illorū velut Sol in conspectu Dei, & oculi eius sine intermissione inspicientes in vijs eorū, &c.* Hoc etiā Paul⁹ libēter agnoscitcū ait. Rom. 9. *Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa.* Ideoque Tertull. lib. apolog. c. 21. dixit. Iudæis erat apud Deum gratia, vbi & insignis iustitia, & fides originalium Auctorum, & Regni sublimitas floruit, & tanta fælicitas, vt Dei vocibus, quibus edocebantur de promerēdo Deo, & non offendendo, præmonerentur, &c. Et Philo lib. de Magistratu ait. Vniuersa Iudæorum gens, locum obtinet pupilli, si cum cæteris omnibus comparetur. Attamen Moyses ait Deum vniuersi Rectorem, cui gens ista se totam dedicauerit, eius orbitatem & solitudinem cōmiserari, quandoquidem ea sola ex vniuerso hominum genere Deo procreatori, & Parenti quasi primitiæ tributa est, &c.

Isai. 40. n. 15.

Isai. 40. n. 17.

Quod singulare beneficiū nō quālibet, sed singularem etiam animi attentionem

tentionem postulat, ne vnquam ab illo excidat, sed perpetuò illi affixum adhæreat sicut notasse videntur Moyses & sacerdotes Leuitici generis, quādo transacto Iordane dixerunt *Attende, & audi Israel; hodie factus es Domini Dei tui* Deut. 27 Brixian legit, factus es populus Domini Dei tui Vbi Oleaster ait tantum beneficium Dei fuisse assumi gentem illam in populū Dei, vt propterea necesse fuerit & Moysen, & Sacerdotes rem omnem illorum captum superantē inculcare. Sic enim habet: Nescit vulgus munera diuina prout decet, æstimare, quare Prælatorum, & Superiorum est eorum pretium hominibus inculcare, quemadmodū facit nunc sanctus Legislator. Ignorabat enim Israel quanti faciendum esset, quod aliquis populus sit populus Dei, & quanta sit eius dignatio acceptare gentē aliquā in populum suū, quod Moyses nunc claré ostendit eis, quod etiam multis alijs locis fecit.

Deut. 27. n. 9.

Sed iā aperiamus magis vim, pondus, & conditionem tanti huius beneficij, quod scilicet ís, qui omnium populorum Conditor, & Dominus est, voluerit sibi assumere, & eligere peculiariter eum populū. Etenim Exod. 19. ait. *Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum eritis mihi in peculium*, id est, etsi pusillus grex, parua gens, & minimus populus, tamen eritis totum meum pecus, suppellex, & diuitiæ. Nam olim dum viuus adhuc mundus erat, sicut dixit Plin. lib. 8 c. 3. opes etiam viuæ erant, & diuitiæ pecudes erant & thesaurus pecus, inde que dictum peculium, in Hebr. est, *Segalla*, quæ vox teste Vatabl. significat rem quandam amatam, siue thesaurus fuerit, siue res alia; vnde & Oleast. ex Hebr. vertit, *thesaurus*, Theodotion, *populus electus*, Symmach. *selectus, egregius, eximius*, Lyran. *Eritis mihi amicabilitas de cunctis populis*, id est, inquit ille, excellenter dilecti, aduertit que id significari per abstractum, vt excellentior amor ostendatur, ac si diceret: Eritis mihi ita amici, & chari, ac si essetis ipsa mea amicabilitas Addit verò sacer textus: *Mea est enim omnis terra*, quasi diceret, tametsi sint omnes populi, diligam tamen vos vnicē, & supra omnes alios populos. Sic & Amos 3 ait Deus Israelitis. *Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ.* Chald. *Tantummodo vos elegi in partem*, scilicet, hæreditatem, & possessionem meam. Id igitur Deum dixisse mihi videtur, vt sese nobis accommodans, testaretur affectum suū, per eum, quo solent homines terrenas possessiones diligere, & curare, sic namque erga eas afficiuntur, vt nihil aliud meminisse videantur, nihil magis curare. Vnde Gregorius Nazianz. epist. 47. quæ est ad Asteriū ait. Quid Deo iustius? Et tamen cum omniū Creator, ac Dominus sit, peculiariter sibi populum Israeliticum vendicat, suumque nominat: nec veretur ne hoc nomine iniustus existimetur. Quid igitur mirum, si nos quoque quanuis omnium, qui sub nostra manu, & præfectura sunt, curam geramus, arctiori tamen amore filium Nicobulum complectamur? &c.

Exod. 19. n. 5.

Amos. 3. n. 2.

In quam sententiam facit id, quod notauit Tertull. lib 1. ad vxorem cap. 5. ad illa verba Matth. 24. *Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, & non cognouerunt &c.* quod ipse legit, *Nubebant, & emebant*, quo in loco sermo est de incuria hominum circa salutem suam, nuptialibus enim voluptatibus toti immersi, nihil amplius recordabantur. Tertull. verò existimat hanc obliuionē ortam ex duplici capite: Insigniora, inquit, ipsa carnis, & sæculi vitia definit, quæ à diuinis disciplinis plurimum auocet. Alterū per lasciuiendi voluptatem, alterum

Matt. 24 n. 38.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per acquirendi voluntatem. Quibus in verbis confert appetitum acquirẽdi, & posſidendi cum appetitu luxuriæ, vt ſicut hic aufert cor, & mentem defert, ſic ille ab omnibus auocet, & ad ſe aduocet, & colligat. Et ſicut cæſaries illa aurea capillorũ Abſalonis, ipſius caput grauabat, & ad terrã trahebat 2. Reg. 14. Cum tamen Deus fecerit hominem rectũ Eccleſ. 7. quod Bernard. ſer. 24. in Cant. de rectitudine tam corporis, quam animi intelligit, ſic & terrena poſſeſsio deprimit humanum ſenſum, & incuruat, ne cor ſurſum habere, aut mentẽ eleuare poſſit, quod benè proſequitur Hieronym. epiſt. ad Hedebiam q. 1. cum ponderat illud Matth. 19. *Facilius eſt camellum per foramen acus tranſire, quã diuitem intrare in Regnum cælorum*: Sic verò habet: Camellus tortuoſus, & curuus eſt, & grauiſarcina prægrauatur, & nos quãdo oneramur mundi diuitijs, Regnũ Dei ingredi nõ valemus, quodſi deponamus grauiſsimam ſarcinã, & aſſumamus nobis pennas columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi in pallore auri: Dorſum noſtrũ, quod prius deforme erat, & graui ſarcina premebatur, habeat nitorem auri &c. Quibus verbis Hieronym. & depreſſum oſtendit hominem grauiterrenarum rerũ poſſeſsione, & ſubleuationem etiam docet. Hinc etiam eſt quod ſacer textus Noe dixit virum terræ, ex quo terræ operam dedit, & illius culturæ, & poſſeſsioni incubuit. Pro eo enim, quod nos habemus Geneſ. 9. *Cæpit Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam*: Lypoman. ibi legit, *Noe vir terræ*, quaſi totus illi immerſus, nõ terra ceſſerit in poſſeſsionem Noe, quin potius ille cæpit eſſe vir terræ, illius ſcilicet ſeruus, ſicut Pſalm. 75. dicuntur diuites *Viri diuitiarum*, & omnino terræ immerſi, addicti, & penitus terreni. Et Pſalm. 72. *Abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias*, Hebr. *Obtenti diuitijs*. Sicut igitur poſſeſsio terrena ſibi addicit poſſeſſores, & ab illa denominantur, ſic & Deus, vt ſingularẽ erga populum ſuum amorẽ comprobaret, dicit illum eſſe partem, & poſſeſsionẽ, á qua ipſe denominatur, dum dicitur Deus Iſrael, & Deus Iacob. Eſt enim Iacob funiculus hæreditatis eius. In quam ſententiam videndus erit Philo lib. de Abraham longé á princip. vbi loquens de Authoribus iſtius gentis Abrahamo, ſcilicet, Iſaco, & Iacobo ait. Omnes amici, charique Deo, amantes verum Deum, & redamati ab eo: qui dignatus eſt, ſicut indicant Oracula, propter vitam ipſorũ probatiſsimam communem cum eis appellationem habere. Suum enim coaptauit cum illorum nominibus, é tribus compoſitum vocabulũ ſibi vendicans. Hoc, inquit, meum nomen eſt æternum. Deus Abraham, & Deus Iſac, & Deus Iacob, relationem pro abſoluto, & meritò. Deus enim non habet opus nomine, attamen humano generi ſuum nomẽ elargitus eſt &c. Similia habet lib. quis ſit hæres rerum diuinarum rerum, & lib. de Cherubin.

Sicut autem & diues ſolet delectari in relatione bonorum ſuorum, ſicut ille diues apud Luc. 12. qui ſibimet bona ſua proponebat, ſic etiam Deus in poſſeſsione ſua complacens, & bonis ſuis, voluit ab iſdem denominari, vt quoties inuocaretur, & denominaretur, toties itidem audiret diuitias, & poſſeſsiones ſuas, nempe eos Patriarchas, qui illius gentis capita, parẽtes, & fundamenta fuerant. Quod deducimus ex Baſil. in cap. 2. Iſai. ad illa verba. *Venite aſcendamus ad montem Domini &c.* vbi ait. Adijcitur nomen hoc Iacob, qui gratioſus fuit Deo, & apprimé familiaris: Ait enim, Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, hoc mihi nomen eſt æternum. Vt enim hoſce ſanctos honore afficeret perpetuò memorabili, eorundem

2. *Reg.* 14 *n.* 26. *Eccleſ.* 7. *n.* 03.

Matt. 19. *n.* 24.

Geneſ. 9. *n.* 20.

Pſal. 75. *n.* 6. *Pſal.* 72. *n.* 12.

Luc. 72. *n.* 12.

ſeruorum

ſeruorum nomina ſuo ipſius nomini attexuit, vt quoties Dei memoria celebraretur, horum quoque toties cõmemorarẽtur nomina &c. Voluit itaque ſecum diuitias ſuas, & poſſeſsiones ſuas nominare, vt quanti eas faceret, conſtaret apertius, & quanta in earum commemoratione afficeretur lætitia, clarius innoteſceret. Si autẽ & poſſeſsiones ita deprimunt homines eiſque dominãtur, vt illis ſe ſubijciant, & ſupponant quod videtur dixiſſe Iacob Gen. 49. *Vidit terrã quod optima*: Septuaginta, *Quod pinguis* Chald. *Quod fructifera, & ſuppoſuit humerũ ſuũ ad portandũ, factuſque eſt tributis ſeruiens*; quo in loco expoſitio, quæ D. Thom. nomine circũfertur, aduertit voluiſſe Iacob inculcare temporalium bonorũ copiam feciſſe Iſſachar ſeruum, & ſeruum laborioſum, & illius humeros depreſsiſſe, vt tantũ onus ſuſciperet, hoc enim cõtigit ijs, qui terrenis adhærent, qua ratione Ephraim apud Oſe. 11. dixit: *Diues effectus ſum, inueni idolũ mihi*; vbi aliqui ex Hebr. legunt, *Inueni vim mihi*. Vim enim patitur, qui onus poſſeſsionis ſuſtinet, quod quæſiuit, ideoque inuenit. Cum igitur homines poſſeſsionibus, & diuitijs humeros ſupponant. Vide quid in hoc Cant. dicat Moyſes n. 10. *Inuenit eum in terra deſerta*, quaſi theſaurum. Terra enim, quæ aurum profert, ſterilis eſt, & deſerta, populus autem Dei illi peculium fuit, ſiue theſaurus, vt initio annotationis diximus: pars vtique, & poſſeſsio, ac funiculus, proinde *Expãdit alas ſuas & aſſumpſit eos, atque portauit in humeris*. Nonne hoc eſt humeros ſupponere, & ſuper ſe aſſumere: Et vim ſibi, ac onus inuenire in diuitijs, & poſſeſsionibus? Si itẽ homines cuſtodiendis rebus terrenis inuigilant, tõtaque cura, & diligentia inſudant, ne incauti eiſdem ſpolientur, quod maximé videre eſt in auaris hominibus, indeque Chriſtus Dominus vt nobis inculcaret qua ratione deberemus pro anima noſtra, & ſalute vigilare, ſimilitudinem adduxit petitã ab homine, qui domum ſuam cuſtodiens, vigilat ne fur perfodiat illius domum Luc. 12. ſimilitudinem item ſerui, cui dominus domum ſuam tradidit cuſtodiendam, qui proinde perpetuó debet illius cuſtodiæ incũbere Marc. 13. Vbi Victor Antiochenſ. ait. Excitat ignauos, & deſides ad ſtudium, & vigilãtiam: monetque, vt quantam curam & diligentiam circa pecuniæ cuſtodiã addibet, qui ne furto ſubducantur, probabili ratione ducti formidant, tãtum illi, & nos omnes circa ſalutem noſtram adhibeamus &c. Quanta igitur vigilantia Deus has diuitias ſuas cuſtodierit & quanta cura vigilauerit ex noſtro itidem Cant. patet ex n. 10. vbi dicitur, *Circũduxit, & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui*, ſuper quos volitabat, nec alteri fidens cõmiſit ſed *Solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus*. Taliter inſuper afficiuntur homines erga poſſeſsiones ſuas, vt cæteris rebus videantur eſſe inepti, & excordes, nec mirum cum cor habeant, vbi theſaurus, diuitiæ, & poſſeſsiones ſunt, imò & illa ſunt cor, & anima diuitũ, ſicut notauit Lippoman. Genſ. 31. *Noluit Iacob confiteri ſocero ſuo, quod fugeret*, vbi in Hebr. habetur, *Iacob furatus eſt cor Laban Syri*, neque diſsidet vulgata ab Hebr. lectione. Hæc enim continet Hebraiſmum, quem illa expoſuit, idẽ enim eſt furari cor Labã, atque ignorante, vel inſcio Laban confugiſſe Iacobum, & in Latino ſermone quid ſimile inuenitur, qui pro tegere, interdum furari ponit, vt patet ex Senec. in Agamemn.

Germane vultus, veſte furabor tuos?

Hoc igitur vulgata expreſsit, reddiditque ſenſum potius, quã verba verbis. Cæterum Lippoman. ad rem noſtram putat diuitias fuiſſe cor Labani, & quia illas clam aſportauit, dici cor

Gen. 49. *n.* 25.

Oſe 11. *n.* 8.

Luc. 12. *n.* 39.

Mar. 13. *n* 35.

Geneſ. 31. *n.* 20.

furatum.

furatum. Sunt enim diuitiæ,& possessiones cor diuitum, & terrenorum hominum, quia vero teste Cicer.4. Tuscul.cor aliquibus animus videtur. Ijs, quibus possessiones recentes in patria remanebant,quasi animus, & cor remaneret,iussit Deus ne ad bellum, & congressum cum hostibus adducerentur, sic enim habetur Deut. 20. *Quis est homo,qui ædificauit domum nouã? Vadat,& reuertatur in domum suam. Quis est homo,qui ædificauit vineam? Vadat, & reuertatur in domum suam.* Hos igitur veluti excordes, & sine animo censet Deus ad conserendas manus cum hostibus; vnde & statim his adiungũtur excordes, sicut notauit Lyran.ibi. Cum n.8.dicitur, *Quis est homo formidolosus,& corde pauido? Vadat, & reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est.* Videndus Augustin.q.3. in Deut. & Procop.qui dicunt propterea à bello arceri,quia inepti censebantur ad bellum.Eo quod summè affecti erga ea bona,quæ reliquerant,non poterãt cum hostibus congredi, quod Oleast. dixit his verbis: Admonentur duces omnes eos ab exercitu reuocare, qui cor in patria habent ratione alicuius rei, quam valdè diligunt. Cum ergo sic homines prosequantur terrena bona, & in corde, ac pro corde habeant, vt nulli alteri rei possint addici, merito is Deus,qui ita Israelitas curauit, vt illis totum se applicasse videatur, eos parte,& possessionem suam dicit, quibus peculiariter dixit Moyses: *Nõne ipse est Pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te?* Quasi istius tantum Reipublicæ sicut pater erat,sic & illius tãtum Creator,& Possessor extiterit. Si insuper diuitiæ sunt vincula, quibus homines alligantur,&detinẽtur,quod prosequitur D. Augustin. & probat ex Principe illo, cuius meminit Luc.18. cui Dominus dixit: *Omnia, quæcunque habes, vende,& da pauperibus. His ille auditis contristatus est, quia dives erat valde. &c.* Sic verò ille habet epist. 34. post. med. Nescio quomodo terrena diliguntur arctius adepta, quam concupita constringunt. Nam vnde tristis ille, qui consiliũ vitæ eternæ consequendæ quærebat à Domino, cum audisset vendenda esse omnia sua, & distribuenda esse pauperibus, & habendum thesaurum in cælo, si vellet esse perfectus, nisi quia magnas, vt Euangelium loquitur, habebat diuitias? Aliud est enim incorporare quæ desunt, aliud iam incorporata diuellere. Illa velut cibi repudiantur, illa velut membra præscinduntur. Sic August. docet possessiones adhærere, & vniri,ac veluti conglutinari possidẽti, vt nequeat separari, quin simul cum illis auellatur, & auferatur anima, vel pars nostræ possessionis,sicut contingere solet in ijs,quæ conglutinata adhærent. Facilius enim secum deferẽt partem illius rei, cui coniuncta sunt, quam ob inuicẽ,&seorsim separentur. Nonne igitur dicitur Deus huic genti conglutinatus Deut 10. Qui loquendi modus indicat singularem vehementiã amoris Diuini, quod per eã arctissimè nos sibi Deus vniat, vel ipse nobis vnitus dicatur, qui summus est amoris effectus, atque indicium: Sic enim anima Sichem dicitur conglutinata cum Dina Genes.34. Et anima Iacob dicitur pendere ex anima Beniamin. vel vt in Hebr.est,illi alligata esse Genes.44.& 1. Reg.18. *Anima Ionathæ cõglutinata* dicitur, *Animæ Dauid*, & per explicationem dicitur,& *Dilexit eum Ionathas quasi animam suam.* Cõglutinatus igitur dicitur Deus populo suo, quem summopere diligebat, etenim ille pars, & hæreditas Domini erat: His autem homines adhærent non aliter,ac membra membris coniunguntur, nam minimè patiuntur auelli. & separari, sicut neque Deus auelli passus est ab hac gente, & separationem

Deut. 20. n.8.

Luc 18. n.22.

Deut.10. n.15.

Genes.34 n.3.

Gen. 44. n.34. & 1. Reg. 18. n.1.

rationem sustinuit, nisi quando illa per summam impudentiam,& ingratitudinem seipsam separauit, & ab illo recessit recalcitrando. Mirum sane est quod Lothab Angelis admonitus Genes 19 Quando illi dixerunt, *Omnes, qui tui sunt, educ de vrbe hac, delebimus enim locũ istum, eo quod increuerit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, vt perdamus illos:* Dissimulauit, neque ab impia gente egredi curauit,aut futurum mox incendiũ declinare, donec Angeli apprehenderunt manũ eius,eduxeruntque eum. Quid igitur in causa fuit tantæ stoliditatis & defixæ adhæsionis? Rupert lib.6. in Genes cap 10. post princip. id attribuit diuitijs, & possessionibus, quibus terræ illi, veluti agglutinatus adhærebat: sic vero ait: Cum percelleretur nuntio instãtis periculi, dormitantes oculos, & amore diuitiarum pressos auertebat à lumine præsẽti: sic persæpe quis dissimulat auditas, & bene sibi cognitas futuri Iudicij minas, & æterni ignis pænas sulphureas,eó intentus,vt concupiscentiæ suæ effectu quoquo modo perfruatur,&c. Detinebatur itaque Loth inter impios & penè iam igni de cælo misso conflagrabat, ne partem, & possessionem, ac diuitias suas cogeretur relinquere. Hinc iam patet responsio, si quæras cur Deus inter impios Israelitas tandiu commoratus fuerit, & inter medias flammas, & supplicia illata eos minimè deseruerit: Erant vtique pars Domini, populus eius & Iacob funiculus hæreditatis eius, quam Naboth neque regi postulanti cedere vult 3. Reg. 21 cum dixit. *Da mihi vineam tuam,vt faciã mihi hortum olerum daboque tibi pro ea vineã meliorem, aut si commodius tibi putas,argẽti pretium quantum digna est.* Cui respõdit Naboth: *Propitius sit mihi Dominus,ne dem hæreditatẽ patrum meorũ tibi.* Proinde igitur etiam inter medios peccatores versatur, ne discedat ab hæreditate sua.

Inter miracula Christi Domini illud maximum censet Hieronym. in capite. 21. Matth. quod mensas numulariorum euerterit, eosque è templo eiecerit, & compulerit deserere lucra sua, statim verò alia miracula edidit viam illis per illud primũ aperiens, ait vero sacer textus n. 15. *Videntes autem principes Sacerdotũ, & Scribæ mirabilia, quæ fecit &c.* Super quæ verba sic ait Hierony. Plerique arbitrãtur maximum esse signorum, quod Lazarus suscitatus est Ioan. 11. Quod cæcus ex vtero lumen accepit Ioan. 9. Quod ad Iordanem vox audita sit Patris Matth 3. Quod transfiguratus in monte gloriam ostenderit Matth 17. Mihi inter omnia signa,quæ fecit,hoc videtur mirabilius esse,quod vnus homo, & illo tempore contemptibilis, & in tantum vilis, vt posteà crucifigeretur,scribis,& Pharisæis cõtra se læuientibus, & videntibus lucra sua destrui, potuerit ad vnius flagelli verbera tantam eijcere multitudinẽ; Cũ itaque homines immobiliter adhæreant diuitijs,& bonis suis, mirum sanè, quod potuerit Christus Dominus eos inde auellere,& dimouere,solaque manus Domini hoc potuit, quia erat dextera Excelsi,sed quia nulla alia excelsior, quæ dimouere posset Deum à parte, & hæreditate sua, illi tandiu adhæsit,& affluit.

Mirabitur iure quis,si recolat vltima Dauidis verba ad filium Salomonem 3. Reg. 2. *Habes apud te Semei, qui maledixit mihi maledictione pessima, quãdo ibam ad castra: Tu noli pati eum esse innoxium.* Cum igitur Dauid in extremis positus hoc filio suo inculcauerit, ille tamen, huius rei velut oblitus, vocauit Semei,dixitque ei. *Ædifica tibi domũ in Hierusalem, habita ibi, & non egredieris inde huc,atque illuc. Quacunque ergo die egressus fueris, & transieris torrentẽ Cedron,scito te interficiendũ.* Quid igitur mali

Genes.19. n 12.

3.Reg.21. n.2.

Matt.25. n.15.

Ioan,11. n.44. Ioan. 9. n.7. Matth.3. n.17. Matt.17. n.2.

3. Reg. 2. n.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur mali minabatur impio Semei Salomon, cum iusserit habitare in Hierusalem, vbi sedes,& curia aderat Regia, vbi arca Domini & postea cõstruendum templum pulcherrimum, vbi totius Israelis concursus? Inuertendus videbatur sermo, vt exul è ciuitate fieret,& cauendum illi,ne Cedron transiret, ne Hierusalem peteret, & inhabitaret;at sapiens Salomon pro sapientia sua rẽ disponebat, mortemque iusto titulo,inobedientiæ scilicet Semei,præparabat: Nouerat autẽ ipsum nullatenus posse cõtineri, quin ad partem suam, & hæreditatem diuerteret, ad quam ardentissimo afficiebatur amore,cuiusque desiderio ita constringebatur, vt neque regia ciuitate, neque Regis præcepto posset retardari Sic enim solent homines pates suas,& possessiones diligere,proindeque Regis prohibitionẽ trãsgrediens, illius pœnam, & suppliciũ mortis incurreret. Notauit hoc Abulens. ibi q. 42. post. med. vbi ait. Voluit Salomon decipere Semei. Putauit enim quod ad nullum locum magis inclinaretur ire, quam in Bahurim, quia habebat ibi possessionem suam; nam dato quod mutaret domum, non poterat vendere possessiones immobiles,& emere alias in Hierusalem,quia inter Hebræos possessiones non poterant transmutari de tribu in tribum, vt colligitur Leuit. 12. & Numer.36. & ibi declaratum est.Inclinaretur ergo ire Semei in Bahurim, & aliquãdo iret, & caperetur lege &c.

Leuit.12. & Num. 36.

Cum ergo homines suas possessiones minimé deserere soleant,& illarũ desiderio iugiter teneantur,ita vt ab illis neque periculo, neque minis,aut supplicijs diuelli possint, indeiam cõstabit cur pientissimus Dominus mores impiorum Hebræorum tandiu sustinuerit,cur ab illis offensus minimè deseruerit,cur toties repulsus minimè abiecerit, erant vtique pars Domini, & funiculus hæreditatis eius, iam verò possessio, & pars, ac hæreditas minimé deseri solet aut dimitti.

Nisi forte & in eo sensu dicatur hic populus pars, & hæreditas Domini, sicuti & ipse Domin⁹ voluit esse pars, & hæreditas tribus Leuiticæ, & Sacerdotũm, vt scilicet illi nihil aliud curarẽt prẽter Dei cultũ,& Religionẽ, quod bene prosequitur Hierõ in c.44. Ezech.ante fin. vbi põderat illa verba eiusdem Prophetæ n. 28 *Non erit autem eis,*scilicet Sacerdotib⁹, *Hæreditas, ego hæreditas eorum,* vbi bene apponitur negatio, quæ ab aliquibus, vt nostram versionem corrigerent, sublata fuerat, hoc enim non est versionem corrigere; sed aliam facere Et vero sensus est melior; & Scripturæ magis consentaneus. si negatio explicationis causa adhibeatur: Sic enim legimus Deut. 18. *In terra eorum nihil possidebis,nec habebis partẽ inter eos.Ego pars,& hæreditas tua.* Ait ergo Hieron.Sacerdotẽ debere esse sicut Melchisedech,sine patre, sine matre, sine genealogia, vt nullã omnino habeat cogitationem de hæreditate congreganda,aut relinquenda filijs, aut à parentibus accipienda, nec de colenda terra, & prouentibus procurandis, sed omnem cogitatum suum iactet in Dominum, qui ipsius est hæreditas ob eam rationem.Quod bene prosequitur Oleast. ad locũ citatum Deuteron. dicens: Voluit Deus Sacerdotes suos non implicari secularibus negotijs, neque curare possessiones, ne á ministerio suo diuerterentur aliò.Et ad citatũ locum Numer.Magna dignatio Domini, si tamen eam sacerdos cognoscas, quod velit Dominus Deus tuus esse pars tua,& hæreditas tua. Quid non habebis,si Deũ habeas,quæso? Audi quid dicat Sanctus Dauid: *Dominus pars hæreditatis meæ,* & alio loco. *Pars mea Deus in æternum.*Sic ille.Cum ergo ideo Deus voluerit esse partem, & hæreditatem sacerdotum,

Ezec.44. n.28.

Deut.18. n.20.

vt ipsum maxime colerent, & de eius amore,& obsequio iugiter cogitarẽt. Dum populum Israeliticum sibi in hæreditatem assumpsit, id voluit inculcare sibi præ omnibus menti, ac cordi esse,& suas cogitationes in illi⁹ conseruationẽ collimare, ac quasi nihil aliud in mẽte habeat, solũ eum in mente habere,quod bene probat Cyprian. ser. de Cœna Domini cum ait Homo, cuius Deus est, quid amplius quærit? Sufficis tu Deo, sufficiat tibi Deus,&c. Valde enim mirũ est, quod te solo sit Deus tuus contentus neque velit aliam præter te hæreditatem habere, tu verò eo non contentus ad terrenas inhies diuitias, & ad temporales hæreditates aspires. *Beatum,* inquit Dauid,*dixerunt* (insipiẽtes peccatores) *populum, cui temporalia sunt: ego autem existimo, & credo quod beatus sit populus,cuius Dominus Deus eius:* Græcẽ habetur: *Iucundus, felix*: Hebraicé. *Beatitudines populi, cuius qui dat esse, Deus est.* Vt solo scilicet Deo, qui est Sadai, hoc est,sufficiens,vel sufficientia ipsa,cui vbera, & bonorum omniũ fons,per quam vberrimus,eo contenti simus,quod bene agnouerat Dauid quando dixit. *Quid mihi est in cælo, & à te quid voluit super terram*? Vbi ex fonte Hebræo Pagninus ita legit. *Quis mihi in cælis,& tecum nolui quippiam in terra*; quod bene exponit Hierony. dicens: *Et socium tecum nolui in terra: defecit caro mea, & cor meum, Deus,rupes,arx, munitio, fortitudo cordis mei, Deus cor meum, & pars mea Deus in sæculum.* Quorũ verborum sensus est. Cor adeò mihi capax,amplum,& dilatatum, vt nõ impleri queat, neque velit, nisi Deo, cũ quo sine reliquis, quæ mundus colit, ditissimus,fælicissimusque sum: Sine quo item,etsi adsint cętera, nihil mihi adest, omneque desideratur bonũ.Meretur autẽ Deus, & maximé merebatur, vt ille populus nihil præter Deum vellet,& cum Deo tantum omnia sibi adesse bona reputaret, sicut meretur' vt fideles sui eo maximè cõtenti sint, & nihil amplius,aut desiderẽt, aut diligant,quandoquidem olim pro parte sua, & hæreditate reputabat plebem illam,sicut modo Ecclesiam suam in lege gratiæ ducit,ac diligit. Idq; possumus prosequi cum Hieron. in cap.3. Threno ad ea verba: *Pars mea Dominus,* quibus possumus respondere Deo dicenti,quod pars sua sit populus eius. Explicat igitur Hierony dicta verba: Ipse Dominus,inquit,pars eius est,cuius amore omnia terrena despicit, & ipsum solum prę omnibus habere elegit;ex cuius persona Propheta in Psal. ait: *Defecit cor meũ,& caro mea,Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Illius verò hominis Deus pars est, qui se maiestati ipsius,& credulitati consociat,& probabili actione cõmendat. In sæcula verò quod addidit,*in æternũ,* semper ipsi adhærere se promisit, quod reuera perfectorum est, nunquam ab illo velle discedere,sine quo contingit semper errasse. Quæ verba extant in cõmentario Cassiodori ad citatum locum Psalmi. Vnde probabilis sententia est, quæ negat citatos cõmẽtarios in Threnos sub nomine Hieronymi editos,ab eodem fuisse cõpositos,quãuis autem Marianus Victor præfatione in dictos cõmentatios consentire vereatur,non tamen veretur,nec dubitat Sixtus Senensis 4.Bibliot,in Hieron. vbi obseruat centonem esse ex varijs diuersorũ Authorum dictis potissimum ex Gregor. in tegris etiam sentẽtijs,& capitulis;coaceruationis verò adunatorem Rabanum fuisse. Et sanè stylus, & commentandi ratio Hieronymiana minime est.Partem itaque nostram debemus censere,& reputare Deum nostrum cum Hierem. dicente: *Pars mea Dominus:*Et cum Dauide dicẽte: *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Vbi notãdum venit id,quod obseruat

Psal.143. n.13.

Psal.72. n.25.

Psal.75. n.26.

Aug. 10. de ciuit. c. 25. quod cũ Dauid de vtroq; dixisset, id est, de corde, & de carne deficiente, nõ subiecit: Deus cordis mei, & carnis meæ; sed Deus cordis mei, per cor quippe caro mundatur, iuxta illud: *Mundate quæ intus sũt, & quæ foris sunt, munda erunt,* & cor perfectũ possidet Deũ gratisq; ipsum diligit, nec ab illo petit aliud præmium, quod nullũ est præter ipsum. Ideoque Deus Abrahamo dixit: Fore se illius mercedẽ magnã nimis; quod Thom. Aquinas respondit sciscitãti Christo, quã mercedẽ acciperet, quia bene seri pssisset de illo, nõ aliã, nisi ipsummet. Tũc autẽ Deus pars nostra erit, cũ nõ partẽ cordis, neque dimidiatã veluti animã illi tradimus. Vnde apud Oseã dicitur. *Diuisum est cor eorum, nunc interibunt,* & apud Iosu. 24. dicitur: *Seruiendum Domino corde perfecto, atque verissimo;* id est, toto corde, & tota anima, sicut præcipitur in Deut. cap. 6. quod bene exposuit Hester, cũ testatur se lætatã non esse, nisi in Deo: Testabatur insuper Honor. Papa 4. teste Ciacon. in eius vita, vtens prosymbolo his verbis: *Pars mea Deus in æternũ.*

Matt. 28. n. 26.

Gen. 15. n. 1.

Ose. 10. n. 2

Iosu. 24. n. 14.

Deut. 6. n. 5.

Hester. 14. n. 28.

Illud insuper potest significare: *Pars autem Domini populus eius,* quod scilicet Deus adeò sibi assumpserit eũ populum, vt veluti rem sacrã ab aliis haberi voluerit, & coli, quod magis constabit ex Hierem. 2. vbi dicitur, *Sanctus Israel Domino, primitiæ frugum eius: Omnes, qui deuorant illũ, delinquunt: Mala venient super eos,* vbi Hieronym. Rabbanus, Hugo Cardin. Lyran. & Vatabl. aduertũt Hieremiã respexisse hoc in loco ad Numer. cap. 5. vbi dicitur. *Omnes quoque primitiæ, quas afferunt filij Israel, ad Sacerdotem pertinent:* Et Leuit. 21. *Omnis alienigena nõ comedet de sanctificatis, inquilinus Sacerdotis, & mercenarius nõ vescentur ex eis.* & numero 12. *Si filia Sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de his, quæ Sanctificata sunt, & de primitijs non vescetur, omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem.* Sed clarius n. 3 *Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel, in quo est munditia, peribit coram Domino:* Et infra n. 15. *Nec contaminabunt Sanctificata filiorum Israel, quæ afferunt Domino, ne forte sustineant iniquitatẽ delicti sui, cũ Sanctificata comederint:* Ex quibus omnibus plané cõstat sensus dicti loci Hierem. Indicat enim populum Israeliticum, qui superiori .n dicitur pars Domini, fuisse veluti Sanctificatum, & Diuino cultui destinatum, ac Maiestati diuinæ dicatum instar primitiarum frugum, quæ à nemine attrectari, aut tangi poterant. Sic etiam, & qui contingere, aut lædere præsumeret Hebræorum gentem, isdem cladibus fieret obnoxius, quibus ille, qui rem Deo dicatam attingere non veretur: Hanc enim vim habere videtur verbum illud, *Delinquunt,* per allusionem ad pænas attrectantium primitias, qui rei mortis habebantur, quod magis adhuc constat ex Chaldæo, qui sic habet: *Sanctitas Israel coram Domino aduersus directores suos, sicut primitiæ oblationis frugum; quicunque comederit ex eis, reus erit mortis, & sicut principium messis manipuli oblationis, ex quo si aliquis comederit, antequam offerant illud filij Aaron oblationem super altare, condemnatur; Sic omnes, qui defraudantur domum Israel, condemnabuntur: Malum veniet super eos.* Sic Chaldæus ostẽdit, quomodo Deus voluerit Israelitarũ gentẽ á cęteris, veluti rem Deo sacram, nec in minimo lædi, imo nec tangi, & veluti cæterarum gentiũ primitias Deo dicatas haberi. Vnde intelligetur iã cur diuina iustitia tã acerbé cõtra Idumæos desæuierit, vt in solitudines sempiternas irreuocabili sẽtentia eos posuerit, & montẽ Seir desolatũ, & desertũ, absq; eunte, & redeunte, id est, absque omni cultore, & habitatore, vt videre est in Ezechiel. c.

Hierem. 2. n. 3.

Num. 5. n. 9.

Leuit. 21. n. 20.

Ezech. 35. n. 10.

35 Quia, scilicet, sibi hæreditatẽ huius populi siue hæreditatis fuæ terrã vsurpare ausi sunt, quasi Deus non præsideret in hæreditate sua, neque illi talem hæreditatem, ac terram concesserit: eo quod dixerit, ait ibi Deus: *Duæ gẽtes, & duæ terræ.* Septuaginta habẽt: *Regiones meæ sunt, & hæreditate possidebo eas, cum Dominus esset ibi.* Ductis siquidem in captiuitatem Israelitis, ac Iudæis Illis apud Assyrios, his apud Babylovios, Idumæi & alij in eorum terram, quasi in vacuam hæreditatem, vt sibi vsurparent, & ius possessionis acquirerent, irruerunt, sicut indicat Hierem c 49. quibus dicitur: *Nunquid nõ filijs Israel, aut hæres non est ei? Cur igitur hæreditatem possedit Melchon Gad: & populus eius in vrbibus eius habitauit?* Quibus in verbis inuehitur Hierem. contra Ammonitas, & Idumæos quod Israelitarum fines attingerent, in proximos, vacuosq; à possessoribus agros eruperint, habuerintque pro suis Nã cum terra illa esset filiorum Dei, & hæreditas hæreditatis suæ quam nec pedibus veluti conculcare licebat, nõ est passus Deus profanis manibus eã diripi, & apprehendi in propriam hęreditatem: & vt constaret omnia mala propterea pati, quia insurrexerant contra hæreditatem Domini, concludit Diuinum Oraculum. *Sicut gauisus es super hæreditate domus Israel, eo quod fuerit dissipata, sic faciam tibi* Et cap. 36. Ezech. aduersus eosdem dicitur, ad Israelitas. *Eo quod dixerit inimicus de vobis; Euge, euge, altitudines sempiternæ in possessionem datæ sunt nobis, propterea vaticinare, & dic &c.* Videndus idẽ Ezec. cap 25. vbi ostendit Deum excandescentem contra Moabitas, quod dixerint Iudæorum regnum esse sicut cæteras gentes, quæ ignorant Deum, ipsumque non singulari prouidẽtia, sed communi ratione Deũ curare, quasi hoc esset cõtra id, quod in nostro textu continetur, & in Dei ignominiam, ac defectum verborum illius cederet. Sic enim habetur, *Pro eo, quod dixerunt Moab, & Seir: Ecce sicut omnes gentes domus Iudæ: idcirco ego aperiam humerum Moab &c.* vbi D. Hierony sic exponit: Isti insultauerunt domui Iudæ, quando à Chaldęis capta est, putantes sicut in cæteris gentibus, non ibi esse auxiliũ Dei, & ideo regnum Iudæ. & Hierusalẽ Dei præsidio destitutũ patuisse Babyloniæ potestati: idcirco nõ multo post tẽpore, sed in præsentiarũ Dominus comminatur se humerum, robur videlicet, & fortitudinẽ Moab de ciuitatibus eius dissoluturũ siue aperturũ, vt ad ipsos quoque Babylonius victor introeat, & ciuitates in Moab esse desistãt, &c. Tam ęgrè tulit Deus à Moabitis euulgari se nõ agere partes illius populi quẽ in partẽ, sorte, funiculum, & hæreditatem elegerat Hinc etiã Iudeorũ illa philautia vt R. Dauid audeat dicere Deũ nullã aliarũ gentiũ curã, aut prouidentiã habere, nisi quatenus aliquo modo pertinent ad Israel, hoc est, Deũ nõ punire alias gentes nisi quatenus nocẽt, aut iniuriã faciũt Israeli: Nec eis benefacere, nisi quatenus Israelẽ aliqua in re iuuerint. Verum hæc tam stolida, quam blasphema est illius amentia, proindeque qua libertate hoc dictum est, eadem etiam refellitur.

Hierem. 49. n. 1.

Ezech. 36. n. 2.

Ezei. 25. n. 8.

ANNOTATIO. II.

Quam merito reiecerit Deus â parte sua, & hæreditate populũ Hæbræorũ, & substituerit loco illius Christianũ.

POstquã hucusque prosecuti sumus quãtũ beneficiũ contulerit Deus Israelitarũ gẽti in eo, quod eã assumpserit in partẽ, & hæreditatẽ suã, consequens iã est, vt ostendamus

qualiter huic singulari beneficio respondérit impia,& ingrata illa hæreditas,quod ipsemet Deº testatur Hierem.in cap. 12. cum ait: *Facta est mihi hæreditas mea,quasi leo in silua, dedit contra me vocem suam.* Vbi Septuaginta, & alij interpretes teste Hieronymo ibi legunt: *Nunquid spelunca hyænæ hæreditas mea mihi?* Quod obiter exponit Hieronymus Isai 65. dicens: Hoc animal semper cadauera prosequitur, & viuit succo ac sanie corporũ mortuorum. Vnde & hoc refert ad idolatriam illiuspopuli,de qua ibi dicitur: *Qui habitant in speluncis, & in delubris idolorum dormiunt.* Nam filij Israel sedebant, vel potius habitabant in sepulchris,& delubris idolorum; vbi stratis pellibus bestiarum incubare soliti erant,vt somnis futura cognoscerẽt; quod in phano Æsculapij testatur Hieron. vsque ad suam ætatem errorem Ethnicorum,multorumque aliorum celebrasse,& ad confirmationem huius expositionisaffert doctor Maximus Habac in cap. 2. vbi ita legit: *Va qui potum dat amico suo potionis turbidæ, & inebriat eum, vt respiciat ad speluncas suas.* Et asserit de his speluncis fuisse locutum Christum Seruatorem,quãdo Matth in cap. 21. dixit: *Scriptum est, quia domus mea,domus orationis est,vos autem fecistis illam speluncam latronum; in qua scilicet animas interficitis deceptorum, vt non videatis in eis visiones.* In hoc ergo sensu facta est Deo hæc hæreditas sicut spelunca hyænæ,quod illum deserens idolatriam maximè sectata est, & falsos Deos pro hæreditate, & parte sua sibi assumpsit Cæterum vis sæua & vehemens sumpta à leone similitudine explicari solet,quod apud dictũ Prophetam passim reperies, vt c. 49 n. 18. cap.50. n. 44. Est autem aptissima comparatio quæ à leone de sylua sumitur,in quo duo pro re præsenti spectari debent & naturalis scilicet sæuitia,& ignoratio eius, quem morsu appetit,aut vnguibus lacerat Deinde aduertendum est nos non indigere probatione aliqua ad ostendendũ,quę nã fuerit hæreditas,de qua Hieremias loquitur,nam ex nostro textu cõstat hæreditatem Dei fuisse populũ Israeliticum,ex quo illum probat & explicat noster Escalante lib. 4. de causis sacrę Script. c.22. Sicut igitur leo fame stimulatus, furẽs,& rugiẽs in animalia seuit,eaque dilacerat, & deuorat,sic hæreditas mea, populus meus Israel leonis instar cõtra me irrugiit, quasi nũquã me nosceret, neque à me vllum accepisset beneficium. Nã leones beneficijs acceptis ferinam deponunt naturam,& ad eos,à quibus humanius accepti sunt, mitius afficiuntur,& bene de se vtcũque meritis gratiã,& officiũ rependunt, at hęreditas mea fremitus edidit tanquã leo,cũ dixit: *Reus est mortis*,& iterum:*Tolle,tolle, crucifige*, sanguinem optauit, & petijt super se, & super liberos suos, carnes denique & corpus dilacerauit: quod magis possmus ex alio loco explicare. Nã Ps. 2 dicitur. *Foderũt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea*,vbi si consulatur Hebręus codex, non est *chaaru*, id est, foderunt, sed *chaari*,id est,sicut leo,& profectò incuria typographorum, aut Rabbinorum ignorantia in textu Hebręo hũc locũ esse corruptũ testãtur vel ipsi Hebręi in lib. Messoreth,quem Iudæi post tẽpora D Hieron.ediderũt,vbi ipsemet Rabbini aduerterunt debere apponi chaaru,id est,foderunt,non chaari, sicut leo,sed si nostrã vulgatã cũ Hebręo codice conferamus illa sane explicat qualiter Iudęi in Dominũ desęuierint,& eius pedes & manus, omne deniq; corpº foderint,& perforauerint. more scilicet leonis dilacerãtis, & dilanientis animalia,quæ cõprehendit, vnguibus enim perforat & ijsdem discerpit ea,pedes nãque, & manus clauis trabalibus transfixit, & mole ac

Hierem. 12.n.8.

Habac.2. n.15.

Matt. 21. n.15.

Psalm. 2. n.18.

pondere corporis cruda illa foramina distenderunt,& diruperunt,& dederunt voces,rugitusque leonis,*crucifige*,deinde,*sanguis eius*, *Vah qui destruis*, *&c.* Crudelitatem huius leonis significata est in Zarã, qui prior manum protulit,quam Phares eius frater Genes.38. Et prior Regem accepit sed manum coccineo filo ligatã, & Christi sanguine pollutam,vnde ei prælatus est Phares.id est,Gentilis populus, qui prior ad lucem fidei venit,& Deo natus est, rupitque maceriam inimicitiarum inter Deum,& homines,per Christi sanguinem sicut ibi interpretantur Rupert. & Cyrill.

Genes.38. n.30.

Merebatur quidem hæc hæreditas, & possessio,vt Deus omnino eam relinqueret quandoquidem se diabolo possidendam præbuit sicut eidem cõminatus est Dominus apud Ezechiel Prophetam cap.22. cum ait: *Et possidebo te in conspectu gentium*; vbi Hebræi legunt in secunda persona generis fœminini: *Hæreditaberis in te*, id est, eris tibi ipsi hæreditas,neque eris iam hæreditas mea,sicut hucusque fuisti. Accinit Aquila,& Theodotion,qui teste Hieronymo ita vertunt: *Contaminabo te*,id est,prædicabo te contaminatã, & penitus à me reiectam. Attamẽ nõ dum venerat tempus eam omnino repudiandi,sed remedium quærendi, vt resipisceret;hoc enim intẽdit Deº in omnibus afflictionibus,& laboribº, quibus populum illum afflixit, sicut bene prosequitur Hieron. in cap.24 Ezech. Et ideo etsi tum temporis minatus fuerit dispersionem Synagogæ in gentes,tamen de ea sic dispersa, & in captiuitatem tradita ait: *Possidebo te in conspectu gentium*, nam noster interpres ita vertit: & Septuaginta etiam in prima persona, sicut & Chaldæus, qui etsi alio verbo vsus est,tamen eodem sensu vertit: *Sanctificabor in te*, id est,cum absterserò omnem immunditiam tuam,efficiam vt omnes gentes intelligant te esse possessionẽ, & hæreditatem meam,sicut ante eras,quẽadmodum ferè exponit Hieronymus. Tenacissimus itaq; fuit Deus suæ huius hæreditatis, & cum Synagoga se ipsam diabolo veluti vendiderit,vt faceret malum, & ille sæpius eam eripere curauerit de manu Domini,ipse tamen, veluti Naboth, sæpius dixit: *Non dabo tibi hæreditatem meam,non dabo tibi vineam meam.* Et cum diù spectauerit Deus, vt ea gens in sanioré mẽtem rediret,postquam vidit nihil proficere,ille, qui tantam curam gerebat suæ hæreditatis,illius tandem oblitus eam curare destitit:vnde est ea querimonia apud Hierem.cap.14. *Expectatio Israel, Saluator eius in tempore tribulationis,quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendũ?* Videns enim Propheta quãtum mali impenderet genti suæ,orat vt meminerit nominis, atque officij sui. Est enim Israelis expectatio, quia ab illo salutem sibi,ac libertatem expectabat Israel. Est in tempore, quo angustius premit tribulatio, Israelis Saluator, quique in Israele certum sibi domicilium,quasi ipse Israelita quoque foret, locauit; etsi autem hic locus de Christo intelligatur ab Ambros. in symbol. Apostolor.cap. 30. Tertullia. lib.3.contra Marcionem cap. 6. & ex interpretibus non paucis. Si tamen attenter litera textus intueatur,perspicuè constabit accipiendam esse de Deo cum Hierony. D. Thom, Theodoret. Maldonat. Castro, Sanctio, & alijs. Dicitur igitur Deus. *Quasi colonus in terra, & quasi viator declinanans ad manendum*, seu, vt 70. habent, *Sicut aduena in terra, & quasi indigena diuertens*, vt ostendat se non iam vt dominum hæreditatis illius populum illũ tractare,sed quasi colonũ, atque mercenarium, qui non tam curat possessionem propriam, quam aut negligit, aut populatur alienam. Eó enim spe-

3.Reg.21. n.4.& 6.

Hierem. 14.n.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctant coloni consilia, vt fructus capiat fundi, quem mercede conduxit, an verò postea pereat, inutilisue fiat, nihil habet pensi: Insuper esse, sicut viatorem, qui nullam ponit morã in eo loco, quem cursu peragrat, quid illi siue prosperi, siue aduersi contingat, non laborat. Neque attentè considerat quid in illo fiat, aut fieri debeat, quia ibi nihil proprium agnoscit, sed tantũ vnius noctis quærit hospitium. Sic Propheta ostendit Deum nihil curasse iam de Israelitide gente, sed illam tantum spectasse properante oculo, cum illam tam durè vexari ab hoste, tam inclementer á cælo vastari videat. Sic verò intelligunt etiam Iudæi teste Hieronymo dictum locum: *Quare segregas te à populo tuo, & quasi viator propter vnius horæ refrigerium non curas quasi vtaris hospitio, non saluas populũ tuum, & templum quondam inclytum deseris?* Melius ad sensum nostrum Maldonat. Cur non habes maiorem curam terræ tuæ? id est, Iudææ hereditatis tuæ, quam si peregrinus aliquis esses, & viator, qui tantũ ad pernoctandum hospitiũ quæreres, aut colonus, id est, mercenarius, qui minus diligenter agrum colit, quam si suus esset, nam si hæreditas tua est, cur eius oblitus es? Id itaque meruit impia gens, quæ Deum prorsus contempsit, & ad inanes, & falsos Deos diuertit. Quod adhuc videre est apud Hierẽ c. 13. vbi post enumeratas ignominias, miserias & ærumnas captiuitatis tandẽ apostrophẽ facit ad Hierusalem dicens: *Hæc sors tua, & pars mẽsuræ tuæ ad me dicit Dominus*, vt sit sensus, sicut exponit Hieron. Hęc est sors, & ista pars, quã ipsa sibi elegit. Elegerat Dominus Hierusalẽ in hæreditatẽ sibi, ipsa verò talẽ sortẽ, & electionem parui faciendo, Deumque eligentẽ, & diligentem contemnendo, sibi elegit miserias, infortunia, & captiuitatẽ, *Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.* Ga-

Hierem. 13. n. 25.

lat. 6. *Et qua mensura metiuntur homines, remetitur eis* Matth. 7. Qui igitur Dei oblitus fuerat, & à se Religionẽ illius abiecerat, iustè meruit, vt in se Dei obliuionẽ experiretur, & Dei repulsã incurreret. Bene hoc prosequitur Cyrill. lib. 1 Glaphirũ ant. med. in Genes. in Caino, cuius primũ peccatũ fuit, quod non bene partitus fuerit, neque omniũ optima Deo consecrarit, á quo bona omnia acceperat. Secundũ verò, quod cognito peccato, pœnitẽtia ductus nõ sit, neque redditus ad melius, peccatũ suũ emmendarit, quodq; inflammatus fuerit ad iram, proximeq; sui gloria irritatus, quẽ imitari potius par erat, nõ inimicum censere, atque iniquis oculis intueri Tertiũ autẽ, ac veluti aditus quidã ad cædẽ committendã, crudelis inuidia. Quartũ verò illud. *Egrediamur in campum*, doli, ac fraudis argumentũ. Quintum impiæ cædis crimen. Annumerari verò pro sexto peccato potest mẽtiri Deo Pro septimo, quod inuito Deo, existimaret se posse effugere suppliciũ, vitæ corporali præter ipsius voluntatẽ ereptũ. Quæ omnia congruenter quadrant in populũ illũ, cuius primũ peccatũ videtur, quod rectè nõ diuiserit. Putabat enim, inquit Cyrill. colere Deũ, offerens tẽporarias, facileque marcescentes res, & quarum parua ratio habetur, terreniſq; studijs tota quodammodó mente affixus erat (agriculturæ enim vacabat Cain) Israel itaque terrenis rebus Deũ colebat, offerens legalia, & ingrata ipsi sacrificio consecrans. Id circo etiam audiuit per vocem Sancti Prophet. *Holocaustũ arietũ tuorũ, & adipẽ ouium, & sanguinem hircorum, ac taurorũ non volo, neque veneritis apparere mihi. Quis enim quæsiuit hæc de manibus vestris? Calcare atrium meum non apponetis. Si obtuleritis siliginem, vanum: incensum, abominatio est mihi.* Et iterum Hierem. 6. *Quorsum mihi thus ex Saba adfertis, & cinnamomum de terra longinqua?*

Galat. 6. n 7. Matth. 7. n. 2.

Isai. 5. n. 11.

Hierem. 6. n. 20.

Holocausta

Holocausta vestra non suat mihi grata, neque sacrificia vestra me delectant. Hoc aperte est Deum ad sacrificia Cain nõ attendisse. At qua de causa? Israel enim obtulit quidem rectè (sacrificare enim oportebat Deo) non autẽ rectè diuisit, acquiescens semper typis, & vmbris, Deoplacere posse existimans. Quo circa peccauit, & cessare iussus est hoc est á veteribus, & legalibus ritibus absistere. Ac ducens sibi statuere Christum. Dictũ enim est Caino; *Peccasti, quiesce*, Abeli verò. *Ad te conuersio eius, & tu ipsius dominaberis.* Ac quidem si voluisset Israel, relicto terreno, ac legali cultu, principem sibi, ac ducem melioris viæ Christum proponere vnà nobiscum liber esset & in libro viuentium, iuxta Scripturas. Quando verò instar Cain ex Saluatoris nostri laude, ac gloria inuidiæ occasionem, & cædis principium captauit, in maledictionem incidit, & septuplicis vindictę reus est effectus. Multorum enim, grauissimorumque suppliciorũ rei facti, multisq; pœnis sunt impliciti, & gementes, ac trementes in terris miserè degunt. Vbique enim hospites, atque aduenæ, & trepidi, & ea, quę ingenuos maximè decet, libertate carentes, viuunt. *Cæterum accepit Cain signum, vt non interficerent eum* Perit enim non totus in vniuersũ Israel. Reliquiæ autem saluæ factæ sunt, iuxta Prophetæ vocem, qui cum hoc intelligeret, proclamauit dicens: *Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes essemus.* Quocirca diuinus etiam Psalmista, ne in vniuersum absumerentur, Deum totius vniuersi rogauit, dicens: *Ne interficias eos, ne quãdo obliuiscantur nominis tui.* Præterea egressus est Cain à facie Domini. Ita enim scriptum est: *Egressusque Cain à facie Domini.* Tale quid accidit Israelitis, ad quos dictum est per vocem Prophetæ: *Quando extenderitis manus vestras ad me, auertam oculos meos à vobis, & si multiplicaueritis orationem vestram, nõ exaudiam vos: Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Occiderunt enim vniuersorum Dominum, & præ nimia impietate ausi sunt dicere: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Atque sanguis Abel aduersus solum interfectorem clamauit: pretiosus vero Christi sanguis clamauit aduersus Iudæorum crudelitatem, atque ingratitudinem: liberauit autem mundum à peccato, vtpote fusus pro ipso. Idcirco etiam Diuinus Paulus ait: *Accedere nos, qui per fidelem iustificati sumus, fusione sanguinis melius loquente, quàm sanguis Abel, &c.* Insuper non rectè diuisit, quia cum separata, & diuisa esset ritu, Religione, cæremonijs, atque etiam circuncisionis signo, ipsa minimè se separatam conseruauit, sed potius immiscuit gentibus, earumque errores sectata abijt post Deos gentium, & quæ pars Dei erat, pro parte, & possessione sua sibi errores elegit. Vnde illi dicitur Isai. 57. *In partibus torrentis pars tua, super montem excelsum, & sublimem posuisti cubile tuum Et illuc ascendisti, vt immolares hostias, &c.* Vbi Sanctius ait. Sensum esse puto, neque difficilem, neque obscurum, illos, quibus Dominus sors fuerat, & hæreditas, vt sæpe in Scriptura repetitur, vesano prorsus, & stolido consilio, abiecto Domino, aliam sibi hæreditatem elegisse, nempe in torrentibus, quibus gentilitio ritu, quasi Dij essent, sacrificarent, cum tamen Deus templum haberet valde Religiosum, & aras, quibus honor ille multo religiosius, & vtilius impẽdi posset. Hic puto per synedochẽ torrentes poni pro quocũque alio loco impię Religioni destinato. Neque enim in torrẽtibus solũ sacrificabant sed in speluncis, montibus, & lucis vbi sortem suam cũ gentibus locaue

Genes. 4. n. 7.

Apocal. 3. n. 5.

Rom. 9. n. 27. Isai. 1. n. 9.

Psal. 58. n. 12.

Isai. 1. n. 15.

Hebr. 12. n. 24.

Isai. 57. n. 6.

runt

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt Iudæi. Sic Ille. Clarius vero Hieron. ait. Omnes montes, valles, atque torrentes pleni erant cultu dæmonũ. Huiusmodi igitur torrentes, & falsa inaniũ Deorũ adoratio facta est pars, & hæreditas Iudæorum, qui tamen ipsi erant pars, & funiculus hæreditatis Dei. Ideo tamen quia Deum á se reiecerunt, meritò repulsam Dei passi sunt, & qui Deo facti sunt sicut leo, ab eo deserti sunt, tanquam à leone, quod dixit Hierem. in cap. 25. *Dereliquit quasi leo vmbraculum suum.* Septuaginta, *cubile suum*; & vt verius ex Hebr. *Tabernaculum*: vbi cum Hieron. communiter per leonem Deus intelligitur, tum verò variè exponitur locus, & ad textum, remque ipsam historicam perquam aptè. Hierony. enim vastatam esse dicit terram, scilicet Iudæorum, quia Deus, qui eam tanquã leo tuebatur, ab illa recedens, omnibus peruiam, & inimicis conculcandam reliquit. Ipse, inquit Hierony. deseret sedem suam, & cõplebit, quod per hunc eundem Prophetam locutus est. *Dimisi domum meam, dereliqui hæreditatem meam*: Et sicut dum leo est in suo vmbraculo nulla bestia audet accedere, cum autem discesserit, omnes irruunt: ita dum Deus erat cum Iudæis nulla gens audebat in eos irrumpere, cum autem Deum deseruit, omnes gentes in eam irruerunt. Sic Hierony. ostẽdit quomodo Deus deseruerit gentem illam, quam velut partem suam æstimabat, vt in minutissimas partes discinderetur; Et quá velut leo tuebatur, & velut pupillam oculi sui custodiebat, iam ferocibus aliarum gentium militibus discerpendam, & deuorandam tradiderit, quomodo enim posset diu stare populus, qui in Dei obsequio minimé steterit? Alij derelictum á Deo putant habitaculum, quia ibi nihil inueniebat, in quo sibi placeret, aut instar pabuli esset voluntati suæ, cum in templo nihil esset purũ à sanguine, nihil non contaminatum ab auaritia, & aliorum peccatorum cæno sordidum. Vt autem leo cum prædam non inuenit, qua suam expleat famem, cubile deserit; sic Deus cum nihil haberet in templo, quod probaret, imó plurima, quæ cum graui nausea fastidiret, templum, & gentem illam deseruit. Sic exponit Vatabl. probat Sanctius, neq; displicet Maldonato, quod autem ibi omnia plena fuerint sanguine probat Rupert. lib. 2. in Numer. cap. 8. ad med. ex illo Psal. 136. *Memento Domine filiorum Edon in die Hierusalem: qui dicunt: exinanite, exinanite, vsque ad fundamentum in ea*, vbi per Edom sanguineum, Israeliticam plebem interpretatur, sanguinis admodum auidam, sic verò habet: Ipse est nomine, & carne Israel, re autẽ, vel moribus Edom, qui pro coctione rufa, pro sanguine Christi, vt illo saturaretur, vendidit primogenita sua, cuius erant Patres, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, cui cuncta hæc supplantauit Iacob, ideſt, Euangelica Christi Ecclesia. Huic Edom dixerũt nuntij Domini, nuntij Euangelici, pacem portantes pedibus speciosis, qui aquam de petra supradicta fluentem biberunt primi. Obsecramus, vt nobis transire liceat per terram tuam, transire per terram Iudæam, prædicare per Synagogas tuas in templo tuo, circa domos tuas gratiam Euangelicam. Non transibitis per me, inquit. Hoc dixit insuper, & cæsis denuntiauit, ne transirent per se, ne loquerentur in nomine Iesu vlli hominum. Igitur armatus occurrit qui cæsis hoc denuntiat, &c. Sanguine etiam plena omnia inuenit, quando tam sæuè, & immaniter contra hæredem illius hæreditatis, vt eam per summam impudentiam assumerent, insurgentes dixerunt. *Hic est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius:*

Hierem. 25. n. 38.

Psal. 136. n. 7.

Matt. 21 n. 38.

Quæ

Quæ maior autem insania potuit reperiri, quam insurgere in Filium Dei, ea tantum ratione, quod esset hęres vineæ, inde enim potius videbatur sequi, vt toto obsequio exciperent, quã vt occiderent: quid item stultiùs, quã velle occidere Deum, vt Dei bona possiderent. Enim verò cum Deus sit omnium bonorum fons nihil boni sine eo, aut acquiri, aut possideri potest. Benè autem nouerat huius gentis immanitatem ipse Deus, quando non dedit vineam, sed locauit, sicut acutè ibi obseruat Orig. Etenim de vinea Iudęis commissa dicitur; *Locauit eam agricolis*; Et postea de gentibus dicitur: *Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*: quo in loco sub parabola vineæ, & malorum cultorum, incuria sacerdotum in colendo populo sibi commisso, & totius gentis in reddendo fructu debito designatur; In signum verò, quod Deus deserturus erat gentem eam tanquam leo, vbi non inuenit cibum, & ablaturus ab ea Ecclesiam suam, dicitur quod eam locauit Iudæis, nouerat quippe Dominus sterile Iudæorũ ingenium, à quibus ob ingratitudinem cito erat auferenda vinea, ideirco locat eam, ac tradit ad tempus sub communi obligatione bene colendi, quasi malè fidens eorum obsequio, cultui, & industriæ. Ar gentibus liberaliter, & absque vlla conditione dat, & quasi dominium à se transfert, nunquam videlicet repetiturus, quia certó scit exactè perennem, & perenniter exactam fore culturam. Quia verò Dei supplicium in pondere, & mensura fit iuxta illud Prouerb. cap. 16 *Pondus, & statera iudicium Domini*; vbi statera explicanda est ex illo Iob cap. 31. *Appendet me in statera iusta*, Hebraice, *iustitiæ*; Ponderat enim Deus inflictu rus pænam vt culpæ respõdeat, quod bene prosequitur August. 4 de Genes. ad literam cap. 3 & 4. & Chrysost. in Psal. 95. vbi ait. Cum punit Deus, truinat vltionem, vt congruens sit comnisis, &c. Hinc est quod ipsum supplicium mensura dicitur in Scriptura. Nam 4 Reg. 21. ait Deus: *Extendam in Hierusalem mensuram Samariæ* ideſt, puniam illam eo modo, quo Samariam, quoniam similiter ac illa, deliquit coram me. Vt ergo Samaritis intuli supplicium commensuratum sceleri, nimirum diuisionem á patria sua in exilium, siquidem ipsi per scelus idolatriæ, quasi Cain, non rectè diuidentes, se à me diuiserant, similiter faciam Hierusalem, quæ per idolatriam se à meo cultu semouit, ab ea discedam, & semouebo habitatores eius, & ablegabo in exteras nationes, & tradam illam hostibus in possessionem, qui enim noluerunt esse meam hæreditatem, sed se falsis idolis mancipauerunt, iusto Dei iudicio factum est, vt gentibus traderentur, & leo eos custodiens omnino desereret. Insuper & quia facta fuit Domino hæreditas eius, sicut leo in sylua, illi dicitur per Isai. cap. 29. *Væ Ariel, ciuitas, quam expugnauit Dauid: additus est annus ad annum, solemnitates euolutæ sunt*; *Et circumuallabo Ariel & erit tristis, & mœrens & erit mihi quasi Ariel*, vbi quid sit Ariel non est explicatu facile. Nam R. Dauid in cap. 43. Ezechiel. Ariel montem Dei interpretatur ab Ar, quod est mons, & El, quod est Deus, & putat esse descriptionem Hierusalem, quæ mons quidam erat Deo sacer: Communiter alij Hebræi arbitrantur Ariel esse idem, quod leo Dei, qua voce significatur id, quod est fortissimum. Nam leo fortitudinis symbolum est: qui fortissimus est belluarum, & ad nullius pauebit occursum; & quia belluarum quoque princeps est, pro ciuitatum omnium principe sumitur. Item cum aliquid magnum, & admirabile significare volumus, nomen illi adiungimus Dei. Qua ratione cedros Dei voca-

Sup. n. 33. & n. 44.

Prou. 16. n. 11.

Iob. 31. n. 6.

4. Reg. 21 n. 13.

Isai. 29. n. 1.

mus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus, & mõtes Dei, qui altissimi sunt. Duarũ itaque vocũ cõpositio, quarũ quælibet magnum aliquid sonat, rem sine dubio munitissimam, ac fortissimã designat. Et vox eadem alibi in eundem vsum adhibita est, 2. Reg cap. 23. Vbi vulgatus habet de Banaia, *Et ipse percussit duos leones Moab*, id est, duos fortissimos Moabitas, Hebr. est *duos Ariel* Quum autẽ munita, & cõtra hostiles machinas fuerit Hierusalem, docet multis Iosephus Sed adducam tantum Taciti verba, quæ satis hoc indicant lib. 21. Vrbs, inquit, ardua situ, operibus, molibusque adcõ firmata vt vel plano sita satis munita videri potuisset. Quidam in Ariel altare intelligunt, quo sensu etiam sumitur Ezech. 43. Alij pro templo. Nãsicut leo capit, lacerat, & deuorat prædam sic templum, & altare, quod tũ temporis calebat quotidie, & natabat victimarum sanguine. Attamen ab Isaia sumitur pro ipsa ciuitate Hierusalem quæ etiam priusquã expugnaretur, & muniretur à Dauid, sic erat ab arte naturaque munita, vt Iebusæi, qui in ea primum habitabant, sic riderent omnes machinas, & vires regias, vt à cæcis, vel claudis defendi posse iactarent, 2 Reg 5. Quare Ariel tum rectè vocari poterat, & multo magis postquam à Dauid arx Sion ædificata est. Huic ergo ciuitati fortissimæ Solymitanæ dicitur? *Additus est annus ad annum, solemnitates euolutæ sunt*, quo loquendi modo significatur tempus breuissimum, quod ciuitatis exitium sequuturũ erat. Duo enim pro paucis summi satis est vsitatũ qua ratione dictum, dica duo verba, id est pauca. Et eodem sensu dicitur vnus aut alter. Prædicit igitur ex mente Adami, & Forerij breui casuram florentem Iudaici imperij maiestatem. Alij vero, & melius hic more Prophetico præteritum pro futuro sumũt, vt non tam significet spatium, quod intercederet ad durum huius vaticinij tempus quam prædicti supplicij, & calamitatis durationem, in qua iacebit in sordibus Ariel, id est, ciuitas deleta, atque deserta & victimæ, atque solemnitates intermissæ Ita S. Thom. Haimo, Hugo & indicat valdè Hieron. & prosequitur Sanctius. *Et circũuallabo Ariel, & erit tristis, & mœrens, & erit mihi quasi Ariel.* Vbi iam explicatius agit de supplicio, & casu Hierusalem Porro Ariel hoc in loco aliquid diuersum significat à priori; aut enim significat Deum, ita vt Ariel sit in datiuo, hoc sensu. Erit mihi aut occurret mihi dicit Dominus Ariel id est, ciuitas, quasi si occurrat Arieli, id est, leoni fortissimo, à quo laceretur ea enim ciuitas, quæ à me munita & fortissima reddita, in me erecto collo insurrexit, meretur vt me fortissimum inueniat in illius deuastationem. Seu quod idem est, significat. Ego ero illi leo fortissimus quæ mihi quasi leo in sylua fuerat. quomodo dicit eodem sensu Oseæ cap 5. *Ego quasi leæna Ephraim & quasi catulus leonis domui Iudæ.* Seu certe, quod magis probandum videtur cum Forerio, Vatablo, Adamo, Lyra, Sãctio, & Chaldæo, Ariel secundo loco altare significat, sicut apud Ezechiel cap 43 in hũc sensum Ciuitas illa munitissima, quæ propter regij nominis maiestatem Ariel dicebatur id est, leo fortissimus, quatenus Dei auxilio sicut leo lacerabat omnes gentes, leo quod Deo ipsi facta est leo, sicut prosequitur Hieron. in cap. 12. Hierem. Erit item mihi Ariel alio tamen sensu; nempe altaris instar Nam quèadmodum ad Ariel, id est, ad altare victimæ quotidie mactabantur, strataque iacebant & laceratæ circum altare, quod latè madebat imò natabat illarum sanguine, sic Hierusalem altaris instar, tota cõplebitur ciuium cadaueribus, redundabitque interfectorum sanguine.

2. Reg. 23.

Ezec. 43. n. 15.

Ose. 5. n. 14.

2. Reg. 5. n. 6.

Qua metaphora in causa omnino simili vsus est idem Isaias cap. 34. *Gladius Domini repletus est sanguine, &c. victima enim Domini in bosra*, & Hierem. cap. 12. *Congrega eos, quasi gregem ad victimam. Et sanctifica eos in die occisionis.* Et in hoc sensu plerique ex sanctis Patribus, quorum meminit Aluar. hoc in loco, de excidio Hierosolimitano explicant dicta verba Isaiæ. Vastati itaque sunt, & extincti Iudæi, ita vt neque essent hæreditas Dei, neque hæreditate possiderent terram illã, quæ ipsis à Deo fuerat in hæreditatem tradita; quod item contigit decem tribubus, quibus per Michæam dicitur cap. 2. *In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suauitate, dicentium. Depopulatione vastati sumus pars populi mei commutata est*, quod ibi ita exponit Ribera: *Hæreditas populi mei ablata est ei, & data est alienis.* Nam qui neglexerunt esse partem Dei, & contempserunt esse in tanta dignitate, iustè facti sunt pars alienarũ gentium, eisque in possessionem traditi Septuaginta habent: *Pars populi mei dimensa est funiculo*, id est, sorte distributa est populis meis, quando scilicet Salmanazar Rex Assyriorum secũdò rediit super Israelitas tempore Oseæ, & transtulit Israel in Assyrios extrema captiuitate; de qua 4. Reg 17. Tunc enim Israel dicebat cum fletu, iam pars regionis meæ tradita est hostibus, abductis prisci habitatoribus, iure enim factum est, vt qui culpa sua desierunt esse pars, & funiculus hæreditatis Dei; eorum pars, & hæreditas funiculis distribueretur hostibus vastatoribus. Et cum malorum pars sit ignis sulphur & spiritus procellarum, quoniam iustus Dominus, & iustitias dilexit, huc, illucque dispersi perpetua iactantur tempestate, eorum vrbs totali consumpta est incendio, adhuc tamen eis remanet sulphureus inferorum ignis, quo nunquam consumẽdi perpetuò comburentur.

Isai. 34. n. 6.

Ierem. 12. n. 3.

Mich. 2. n. 4.

Istius autem gentis loco alia successit, de qua dicitur. *Ecce hæreditas Domini*, quod bene prosequitur Zeno Veronens. Episcop. in Psalm. 126. ad illa verba: *Ecce hæreditas Domini*, vbi ait. Hæreditas Domini est non illa carnalis Iacob, neque terrenus Israel, factus ex diuisione gentium, & funiculus hæreditatis secundum Moysen dicentem: *Cum diuisit excelsus gentes secundum numerum Angelorum Dei, & facta est portio Domini Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel.* Et quia iam Israel ob impietatem suam esse non meretur hæreditas, quæ hæreditas esset, ostenditur: *Ecce hæreditas filij, merces fructus ventris.* Ea ergo in filijs hæreditas Domini est, quam ex mercede fructus ventris acceperit. Non enim inanis hic fructus est, quo cum ex Virginali ventre manens antea Deus nascitur homo Nã merces eius hæreditas est: & hęreditas filij sunt. *Quotquot*, inquit, *eũ receperunt, dedit illis potestatem filios Dei fieri.* Et rursum: *Filioli adhuc pusillum sum vobiscum.* Hic ergò hæreditas est, & hæc hæreditas fructus est ventris: Est ergo Dominus fructus ventris, quem ex se vitæ nostræ fructum pariens Virgò progenuit. Et hæc eius merces est, qui ex Virgine nascendo fructum ventris esse voluit, vt ei gentes, quas in filios per fidem generaret, hæreditas sint. Sic ille, cui accedit Ambrosius epist. 73. post princip. vbi versans locum illum epist. ad Galat 3 *Christus redemit nos de maledicto legis. Non ex lege igitur hæreditas data est, sed ex repromissione. Etenim Abrahæ dictæ sunt promissiones, &c.* Ostendit ad nos hæreditatem Dei peruenisse, Iudæos autem realiter non esse hæredes, sicut neque filij: Sic igitur habet Ambros. Sed occurrit adhuc quod potetat etiã Iudæus dicere, & ego hæres sum, quoniam sub lege sum. Lex autem vetus dicitur testamentum. Vbi autem testamentum,

Galat. 3. n. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stamentum, ibi hæreditas. Et Licet ad Hebræos ipse dixerit cap. 9. *Quia testamentum non valet, nisi mors intercedat testatoris*, id est, quoniam testamẽtum nõ valet, quandiu viuit testator, sed eius morte firmatur. Tamen quia in Hieremia Dominus locutus est de Iudæis, & ait cap. 12. *Facta est hæreditas mihi sicut leo*; hæredes eos negare voluit, sed sunt hæredes sine re, sunt & cum re. Et dicuntur hæredes testatore viuente, qui scripti sunt, sed sine re. Sunt etiam hæredes paruuli, qui nihil differunt à seruulo, quoniã sub curatoribus sunt, & actoribus. *Ita* inquit, *& nos eramus Iudæi sub elementis mundi huius seruientes. Postquam vero venit plenitudo temporis, & Christus deuenit, iam non sumus serui, sed liberi, si credamus in Christo.* Ergo dedit illis speciem hæreditatis, possessionem negauit. Habent nomen hæredis, vsum non habent: quia sicut paruuli hæredes nomen nudum hæreditatis, non authoritatem vsurpant, iubendi ius, & vtendi nõ habent, quia plenitudinem suæ ætatis expectant, vt à curatoribus liberentur. Sicut ergo paruuli, ita & Iudæi sub pædagogo sunt. *Lex pædagogus est.* Pædagogus ad magistrũ ducit, magister noster solus est Christus. Pædagogus timetur, magister viam salutis ostendit. Timor ergo ad libertatẽ perducit, libertas ad fidem, fides ad charitatẽ, charitas acquirit adoptionẽ, adoptio hęreditatẽ. Ergo vbi fides, ibi libertas: Seruus enim sub metu, liber ex fide. Ille sub littera, iste sub gratia: Ille in seruitute, iste in spiritu. Vbi autẽ spiritus Dñi, ibi libertas. Si igitur vbi fides, ibi libertas, vbi libertas, ibi gratia, vbi gratia, ibi hæreditas. Iudæus autem littera, non spiritu in seruitute est. Qui non habet fidem, nõ habet spiritus libertatem. Vbi autẽ nulla libertas, nulla gratia, vbi nulla gratia, nulla adoptio, vbi nulla adoptio, nulla successio. Tanquam clausis ergo tabulis cernit hæreditatẽ, nõ possidet, authoritatem non habet lectionis. Nã quomodo dicit: *Pater noster*, qui verũ Dei Filium negat, per quem adoptio acquiritur? Quomodo testamentum nuncupat, qui mortem testatoris negat? Quomodo libertatẽ vsurpat, qui negat sanguinem, quo redemptus est? Hic enim est nostræ pretium libertatis. Sic Ambros. ostendit quomodo sibi falso hæreditatis nomen vsurpent Iudæi, qui cum tantúm externã Scripturæ litteram spectent, neque interiús aliquid rimentur, solo titulo contenti sunt. Vbi notandum venit, cur sola nomenclatura gaudeant, cur item externa Scripturæ superficie fruantur, neque intimum peruadant, & penetrent. Etenim dura corda habentes Diuinæ doctrinæ imperuij, & obdurati resistunt, pro qua re videndus est Chrysost. tom. 6. nuper edito ser. 8. de Ascensione post med. vbi versans parabolam sementis, quam habet Luc. in cap. 8. in qua Christus Seruator dixit: *Semen est verbum Dei*, ait. Sementis aliud cecidit in petrosa, in duram, inquam, Iudæorũ voluntatem, ac mentem &c. Vides, quod petrosa voluntas Diuinę doctrinę minimé cedit, & quia externa tantúm facie suscipit, inde ad interiora sensus minimé pertingit: Vnde neque doctus, neque instructus euadit, sed perpetua, & innata stultitia brutalis remanet, quod bene prosequitur Ruper. lib. 4. in Exod c. 24. post princip. in hunc modum. Veritatem Dei mutauerunt in mendaciũ, & seruierunt creaturæ potius, quam Creatori, videlicet seruitute peccati, Scriptura sic dicente: *Et sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* In gloria similitudinis vituli comedentis fœnum, comederunt, ac biberunt, & idcirco lusibus obscœnis continuò semetipsos conuomuerunt, traditi in reprobum sensum, vt facerent ea, quæ non conueniunt, & mer-

Hebr. 9. n. 16.

Ierem. 12. n. 8.

Galat. 4. n. 4

Galat. 23. n. 24.

Luc. 8. n. 11.

Exod. 32. n. 6.

cedem, quam oportuit, erroris sui ita in semetipsis receperunt. Ergo & Apostolo teste, Iudæorũ gloriatio exclusa est, vt non insultet Græco, quod seruierit creaturæ, nã quod grauius est, & ipse seruiuit in preuaricatione. Lex enim huic erat, & adhuc quasi aurum sermo Dei ab igne calebat. Paulò ante iectũ fuerat volumen fœderis à Moyse, audiente populo, qui & dixerunt: *Omnia, quæ locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes.* Hoc facto vtique inaures aureas suis auribus internis appẽdebãt. Ille vetò sumptũ sanguinẽ respersit in populum, & ait. *Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum.* Itaque vni viro Deo quasi cõiugalẽ iurauerant copulã, & inauribus mandatorũ eius (vt iam dictũ est) ornatam faciem habebant. At nunc tulerunt inaures aureas de vxorũ, & filiorum, & filiarum suarum auribus, formaueruntque opere fusorio, & fecerunt ex eis vitulũ conflatilẽ, & eisdem pedibus, quibus mare transierãt, coram tali figura saltauerunt, & veritatẽ, quam cecinerant, dicentes: *Cantemus Domino, gloriosè magnificatus est, equum, & ascensorem proiecit in mare*: in mendacium cõmutauerunt cãtando: *Hi sunt Dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti.* Igitur inexcusabilis est, & Iudæus, qui Græcum ad gratiã Dei confugientem propter antiqua peccata iudicat. Et quoties ab illo paulum cessauit pędagogi virga, stultus puer ad eadem, vel similia se conuertit idolatriæ flagitia. Sic Rupertus ostendit stultitiam illius populi, quam etiam infantium appellat, quod etiam Moyses dixit scitis illis verbis Num. in cap. 11. *Nunquid ego concepi, omnẽ hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut nutrix portare solet infantulum, & defer in terram, pro qua iurasti Patribus eorum, &c.* Vbi Theodoret ait. Ex his patefecit illorum imperfectionem, & stoliditatem: dum eos cõparauit infanti, &c. Quibus similia habet Bernard. ser. 60. in Cant à princip. cum explicat illa verba Cant. 2. *Ficus protulit grossus suos*, vbi ita ait: Ficus flores non habet, sed pro floribus grossos mittit tempore, quo cæteræ arbores florent. Verè ficus est populus, fragilis carne, paruul⁹ sensu, animo humilis, cuius primi fructus (vt interim nomini alludamus) grossi vtique, & terreni. Ego hoc loco non quemuis populum interpretari liberum puto, vnus signanter exprimitur. Neque enim protulerunt dixit, quasi de pluribus, sed quasi de vna: protulit, inquit, ficus grossos suos, & (vt sentio ego) quæ est plebs Iudæorũ. Quãta in hanc Saluator parabolicè in Euangelio loqui videtur? Vt est illud Luc. 13. *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, &c.* Item: *Videte ficulneam, & omnes arbores*, Luc. 21. & Nathanaeli dictum est. *Cum esses sub ficu vidi te.* Ioann. 1. Et rursum maledixit ficulneæ pro eo, quod non inuenit in ea fructum. Bene ficus, quæ bona licet Patriarcharum radice prodierit, nunquam tamen in altum proficere, nunquam se humo attollere voluit, nunquam respondere radici proceritate ramorum, generositate florum, fœcunditate fructuum. Malè prorsus tibi cum tua radice conuenit arbor pusilla, tortuosa, nodosa, radix enim sancta, quid ea dignum tuis apparet in ramis? *Ficus*, inquit, *protulit grossus suos.* Non hoc nobili à radice traxisti semen nequam. Quod in ea est, de Spiritu sancto est, ac per hoc subtile totum, ac suaue. Tibi vnde grossi hi? Et verè quid non grossum in gente illa? Nec actus profecto, nec affectus, nec intellectus, sed nec ritus, quem in colendo Deum habuit. Nã actus inbellis, affectus in lucris totus erat, intellectus in crassitudine literæ, cultus in sanguine pecudum, & armentorũ. At dicet aliquis:

Exod. 21.

Num. 11. n. 12.

Cant. 2. n. 13.

Luc. 13. n. 6.

Luc. 21. n. 29.

Ioan. 1. n. 48.

Marc. 11. n. 14.

Matt. 1 n. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum istiusmodi grossos non aliquãdo proferre gens illa cessauerit, ergo non aliquando tempus putationis nõ extitit, quia vnum vtrique rei tempus existere perhibetur. Non ita est. Dicimus mulieres filios procreasse, non cum parturiunt, sed cũ iam peperẽrunt. Dicimus & arbores edidisse flores, non cum cæperint florere, sed potius cũ desierint. Ita hic quoque dictũ est, quia ficus protulit grossos suos, nõ cũ aliquos edidit, sed cum totos, id est, cum ad finem peruenit editio. Quæris quo tẽpore istiusmodi complemẽtum illi populo accidit? Cum Christũ occidit, tũc completa est malitia eius, iuxta quod ipse eis prædixerat: *Implete mensurã Patrũ vestrorũ.* Vnde in patibulo traditurus iam spiritũ, *Consummatũ est*, inquit. O qualẽ cõsummationẽ dedit grossis suis ficus hæc maledicta, & subinde æterna ariditate damnata? O quã sunt nouissimi priores prioribus? Incipiens ab inutilibus, ad pernicioſos peruenit, & venenatos. O grossum, vipereũque affectũ, odire hominẽ, qui hominũ & corpora sanat, & animas saluat; O nihilominus intellectũ grossum, & certe bouinũ, qui Deũ nõ intellexerũt, nec in operibus Dei; Nimiũ me fortasse queratur in sui suggillatione Iudæus, qui intellectum illius dico bouinũ. Sed legat Isaiam, & plusquam bouinum audiet. Cognouit, inquit, *bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel non cognouit me, populus meus non intellexit.* Vides me Iudæ mitiorem tibi Propheta tuo? Ego te comparaui iumentis, ille subijcit, quanquam in sua persona Propheta nõ dixit hoc, sed in Dei. Ex tũc itaque dici potuit, quia ficus protulit grossus suos, cum iam videlicet legitima illius populi esse cæperunt, vt nobis suprauenientibus, vetera proijcerentur. Non aliter sane, quam quo modo grossi cadunt, & cedunt, subortientibus ficubus bonis. Quandiu, inquit, non cessabit ficus producere grossus suos, non te vocaui ò sponsa, sciens non posse vna prodire optimas ficus. Sic Bernardus ostendit Iudæos grossos fuisse, & mente hebetes, insuper. & grossos, qui scilicet abijciendi erant ab arbore Ecclesiæ, tanquam inutiles, acerbi, & immaturi, vt postea succederent fideles, & veri filij, fructus vtique arboris Ecclesiæ, quam Filius Dei in carne, & Verbo fæcundauit, & sanguine irrigauit. Quomodo item Iudæi reiecti sint, & electi fideles ostendit Paulus ad Rom. 11. cum ait. Quid ergo: Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus. Electio autem consecuta est: cæteri vero excæcati sunt (Iudæi scilicet non electi, sed reiecti, & repulsi à Deo, & á iustitia, ob suam incredulitatem) sicut scriptum est. Dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos, vt non videant, & aures, vt non audiãt, vsque in hodiernum diem: vbi licet Origenes fateatur se non inuenire dictum testimonium in veteri Scriptura, habetur tamen apertè in Isai. cap. 29. iuxta versionem 70. interpretum. Nam nostra habet: *Miscuit vobis Dominus spiritum soporis.* Vox autem Hebr. *Tardemuh*, somnum significat, nõ quemcunque, non leuem, qui otij, atque quietis gratia ducitur, sed graue, & profundũ, qui ita languentes cõsopit, vt alté sepeliat, quique verè mortis imago dici potest; qualis erat ille, quẽ misit Dominus in Adam, á quo excitatus nõ est, detracta costa, ex qua Deus Euam coniugem formauit, & qualis ille, qui ita oppresserat Ionam, vt neque vehemens in tempestate nauis agitatio, neque vectorum clamor, & cõcursatio, neque periculũ præsens, neque conscientiæ stimuli, illum ab eo somno excitare potuerint. Talis itẽ sopor, qui irruit super Abrahã Genes. 15. In his enim omnibus locis habetur eadem vox Hebręa, quã hoc loco, com-

Matt. 23. n. 32.

Isai. 1. n. 3.

Isai 29. n. 10.

co compunctionem vocat Paulus cum Græcis, & noster Vulgatus in Isaia, *spiritum soporis.* Chaldaic. verò, *spiritum erroris.* Syrus, *spiritum stupiditatis.* Explicant autem Chrysostomus, Theodoretus, & Oecumenius, confixionem, & compunctionem, vt Paulus, & Isaias significare velint Iudæorum obstinationem, & immutabilitatem quandam in malo, & perfidia, cui ita immobiles inhæserunt, sicut qui in loco aliquo clauis cõfixi, & compuncti sunt. Vnde nec beneficijs allecti, nec prædicationibus vocati, nec internis motionibus inspirati Deo appropinquare voluerũt. Anselm. verò compunctionem aliter interpretatur, nimirum, quia habuerunt spiritum impellentem ad malum, sicut stimulum, qui compungens incitat ad cursum. Vnde non mirum, si velut equus recalcitrauit hic populꝰ, & à Deo longé, lateque recesit. Toletus verò Latinum vocabulum compunctionis sic explicat per metaphoram quandam, nempe hominis compũcti & dolore aliquo pungẽte pressi, qui sensus mentis amittit, vt nec videat, nec audiat, nec rationis sit compos. Ita, inquit ille, Iudæi in spiritum insensibilitatis sunt traditi, quẽ sensum Cyprian. videtur prosequi ser. de Orat. Dominica, vbi ita ait. Iniustè sibi placentes, & transpunctæ mentis alienatione dementes, Dei præcepta contemnunt, medellam vulneris negligũt, agere pœnitentiam nolunt, ante admissum facinus, improuidi, post commissum, obstinati. Quod si hæc compunctio idẽ est, quod transpũctio, tunc oculus clauo, aut cultro transpungitur, cum effoditur, aut excæcatur. Et tunc auris cultro transpungitur, cum auditus extinguitur, & homo fit surdus. Indicatur igitur trãspuncta mens Iudæorum clauo perfidiæ, & obstinationis, vt ea, quæ Dei sunt, Christi, eiusque fidei, ac propriæ salutis, videre, & audire non possint, perinde ac si oculos, & aures mentis haberent transpunctas, & transfossas, omnisque audiendi, videndi, & intelligendi vis, ac sensus in eis esset extinctus, quod bene prosequitur Cyprian. lib. 1. epist. 3. dicens. Iudæi transpunctæ mentis alienatione dementes Dei præcepta contemnunt, medelã vulneris negligunt, agere pœnitentiam nolunt, &c. Vel tandem potest hoc explicari alia adhuc metaphora. Nam sicut cacabus, aut vas cum transpungitur, & pertunditur, nihil retinet aquæ, aut alterius liquoris. Et speculũ cum transpungitur, speciem rei visibilis non retinet, sed quasi pertusum sinit eam effluere. Ita Iudęorum aures, oculi, & mens traspuncta, & pertusa nihil retinent, sed sinunt effluere omnia bona, quæ ad illos perueniunt. Vnde oculos habentes non vident, & aures habentes non audiunt: Et hoc est, quod Diuus Cyprianus loco citato addit: Pertusa est illis mẽs, hebes animus, & sensus alienus à Deo, fide. pœnitentia. &c. Quia igitur pertusa est illis mens, & transpunctus intellectus, & animus ad fideles Christi deuenit verus scripturarum intellectus, fides, gratia, & virtutes: *Nõ enim excidit verbum Dei* sicut dixit Paul. *Non enim omnes, qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen*, id est, non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine. Vbi verbum, est diuina promissio, hanc autem obijciebant Iudæi factam Abrahæ, & semini eius. Vult igitur Paulus hanc Iudæorum cauillationem diluere, asserendo promissionem factam fuisse posteris Abrahæ, non carnalibus, sed spiritualibus: Nam benedictiones Abrahæ promissæ in duplici sunt differentia, quædam enim sunt carnales, da-

Rom. 9. n. 6.

tæ carnalibus Abrahæ filijs, puta Iudæis, de posidenda terra Chanaan, deque eius fertilitate, & copia prolis; aliæ spirituales promisſę spiritualibus filijs, id est, fidelibus credentibus, & ipsi ad eas acciti sunt, Iudęis exclusis, sicut ibi prosequitur Paulus, & ibi eius interpretes ostendunt, vnde in eadem epist cap. 2. ita concludit Paulus: *Non enim qui in manifesto, Iudæus est; neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio: sed qui in abscondito, Iudæus est: & circumcisio cordis in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est:* quo in loco Apostolus ostendit quis nam sit verus Iudæus & filius Abrahę spiritualis; alludit autem ad nomen Patriarchæ Iudæ (ab hoc enim vtpote Patriarcha, omnes posteri dicti sunt Iudæi, nō a Iuda Machabęo, vt aliqui opinati sunt) Hebraicé autem *Iehudah* idem est, ac confitens, seu laudās, scilicet Deum. Qui igitur vere confitetur, & laudat Deū hic verè Iudęus est, non qui in manifesto est id est, secundum externam circūcisionem, sed qui corde circumcisus est: vbi etiā Paulus alludit ad verba scripturarū, quæ spiritualem circumcisionem docēt & pręcipiūt, qualis est locus Deut. 10. *Circumcidite præputium cordis vestri,* & Deuter. 30. *Circumcidet Dominus cor tuum* & Hierem. 4. *Circumcidimini Domino, & auferte mala cogitationum vestrarum.* & Leuit. 26. *Circumcisa mens eorum.* Quibus testimonijs conuincitur Iudæus fateri esse circumcisionē cordis, & spiritualem, & hanc Deo commendari, reprobatis incircūcisis corde etiamsi carne sint circuncisi. Vnde apud Deum Iudæus est, & circuncisus qui hanc habet, etiamsi carnis careat circumcisione. Contra verò incircumcisus reputabitur, qui cordis circumcisione priuatur, quamuis carne sit circuncisus. Quod elegāter aduertit idem Paulus in epist. ad Philip. cap. 3. vbi ait: *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem,* & vt constaret loqui de circumcisione, statim additur. *Nos enim sumus circumcisi, qui spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes.* Vbi illud primó notandum Apostolum vocare circumcisionem, concisionem tantum, nam pretiosa illa olim circumcisio post aduentum Christi, carnis tantum concisio est. Ideoque Chrysost. ser. 10. ad med. explicans dictum locum ait. Magnum quidem, & maiestatis plenum erat apud Iudæos circumcisio, quandoquidem & lex ei decedebat, & Sabbatum circūcisione vilius erat. Videte cōcisionem, cauete vobis á concisione: circumcisio illa, cōcisio est. Quapropter? Nihil enim aliud faciunt, quam quod carnem concidunt. Quando enim quod fit, legitimū non est, nihil aliud, quam carnis sectio est, & concisio. Vel igitur ob hāc causam ita illā appellauit: vel quod Ecclesiā cōcidere aggrediebātur; nā & nos cōcisionis nomine vtimur in ijs qui temerè, & sine arte hoc faciūt. Nā si circumcisio quæ rēda est, inquit, apud nos eā inuenietis qui spiritu Deo seruimus, id est, qui spiritualiter seruimus. Nunc vero & nomine iā illā priuat: negatq; circūcisionē esse. nā typus quidā donec vēnerit veritas, verè rei nomine vocatur, postquā verò aduenit veritas, nō amplius. Simile quiddā euenit in adumbrata pictura. Descripsit quispiā Regem adumbrans. Lineamenta illa adumbrata, quādiu pigmentorū flos, & color verus se in conspectu nō dat, Regé vocamus. At vbi iste color accessit, obscuratur veritate typus, neq; apparet. Tuncque dicimus imò nunc est Rex, antea non erat. Sic Chrysost. ostendit veterem Iudæorū circumcisionē abolitā, nostrāque veram esse, qui in eorū locum substituti sumus. Quod etiam prosequitur Cyrill. lib. 4. in Ioan. cap. 51. & August lib. de spi-

Deut. 10. n. 16. *Deut. 30. n. 6.* *Ierem. 4. n. 4.* *Leui. 26. n. 41.* *Philip. 3. n. 2.*

ritu,

ritu, & litera c. 8. Quia igitur illi demeruerunt esse partem, & hæreditatē Dei, qui eos absque meritis elegerat sibi in peculium, propter eorum demerita, eos repulit, & fidelem populū proprio sanguine comparatum, loco illius substituit, de quo meritò dicitur: *Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. In auditu auris obediuit mihi,* quod Oseas etiam dicit cap. 1. *Vocabo non plebem meam, & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.* Quem locum versans Tertull. 4 contra Marcion cap. 1. ait. vbi Deus Christo dedit gentes hæreditatem, & possessionem terminos terræ, cæpit expungi, id est, adimpleri quod dictum est per Oseam. *Non populus meus, populus meus: & non misericordiam consecuta, misericordiam consecuta, &c.* Videndusque erit Cyprian. 1 contra Iudæos cap. 19. Hieron. epist. ad Hedib. q. 10. Cyrill. Alex. lib. 5. in cap. 65. Isaiæ. Et Irenæus lib. 4. cap. 37. qui dicta verba Oseæ sic interpretantur. Videndus item erit Ribera ad dicta verba Oseæ n. 10. & Leo Castro ibidem, qui plures referunt. Videndus item Rupert lib. 1 in Iosue ad illa verba: *Moyses seruus meus mortuus est, surge & transi Iordanem istum,* sic enim habet cap. 6. ad med. Quis hodie locum scire possit Moysis in manibus Iudęorū mortui? Ciuitas eorū facta est deserta, terrena Siō deserta facta est, illa quondā nobilis domus sanctificationis eorū In omnes gentes dispersi sūt, in omnibus locis noti sunt, & nullo est locus eorū: nec est dicere, hic, vel ille Iudæorū est locus, vbi mortuū Moysen suum, mortuā literaturā celebrare debeāt. Itaque mortuo Moyse, surgetu Iosue, exurge Saluator, resurge salutare meum, & transi Iordanē istū, transi cunctas carnales cæremonias Iudæorū, cunctas purificationes Iudæorum, cuncta Iudæorū baptismata, baptismata calicum, vrceorū, æramentorū, & lectorū. Transi, inquā, & ipso transitu tuo diuisiones facies inter literam, & spiritum. Tu, & omnis populus tecum. Te enim primogenito mortuorū resurgente á mortuis sit, vt resurgat, & omnis populus tecū; sitque speranda vniuersalis resurrectio mortuorū, & te resurgente, transibit omnis populus tecum in terram, qua ego dabo filijs Israel, terram viuentium, terrā re vera fluentem, lac, & mel. (*Omnem locum, quem calcauerit vestigium pedis vestri vobis tradam, sicut locutus sum Moysi.*) Hoc plane verum est, hoc in Saluatore nostro perspicuum est. Omnis locus, omne cor, vel omnis conscietia, quam calcauit vestigium pedis eius, quæ subiecit se pedibus eius, quæ suscepit vestigia eius, vel custodiuit, ipsius est, Saluatoris est, sempiternæ salutionis est. E contrario quos nō calcauit vestigiū pedis eius, qui non sint subiecti pedibus eius, non sunt eius, non ipsi traditi sunt, sed diabolo dati sunt, non populus acquisitionis, sed perditionis filij sunt. Videnda itē sunt, quæ habet idē Rupert. lib. 2. in Num. c. 9. post med. vbi aduertit id, quod habetur Num. 20. *Tolle Aaron, & filium eius cum eo, & duces in montem Hor.* Hor lumen interpretatur, Aaron ergo in monte Hor moritur. Futurum enim erat, vt manifestatione veritatis vmbraticū Iudæorum sacerdotiū destrueretur. Sanus, & valens ad mortem proficiscitur pedibus suis. Sacerdotes nāque Iudæorū, dum se valere, & iustos esse arbitrantur, in peccato suo moriuntur. Vnde grauiter illos in Psalmo denotari animaduersum est, dicente ex persona Christi Psal. 58. *Irruerunt in me fortes,* videlicet tanquam phrenætici, dum medicū percutiunt, sanos se esse putātes. Spoliatur vestibus suis, vt moriatur: Templū namque illorum, & omne sanctuarium destructum est, ne Iudæi de vitali virtute sacerdotij sui saltem falsō glorientur. &c. Quia ve

Osei. n. 9. *Iosu. 1. n. 2.* *Num. 20. n. 25.* *Psal. 58. n. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rò Iudæi Cainum imitati sunt, sicut superius diximus, simili puniti sunt supplicio. Vagi enim, & profugi super terram incedunt: quod bene prosequitur Augustinus ad illa verba Psal. 58. *Deus ostēdit mihi super inimicos meos: ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine.* Dispergе, inquit Augustinus, eos, & depone à dignitate, & imperio Per omnes gētes dispersi sunt Iudæi, testes iniquitatis suæ, & veritatis nostræ Ipsi habēt codices, de quibus prophetatus est Christus, & nos tenemus Christum; & epist. 59. ad Paulin. Dispergе, inquit, eos in virtute tua, vt Christi, cuius fuerunt negatores, persecutores, interfectores, vbique sint testes, per ipsam legem, quam non obliuiscuntur, in qua ille prophetatus est, quem non sequuntur, &c & serm. 3. de Epiphan. Propter hoc, inquit, gens Iudæorum Regno pulsa est, & dispersa per terras, vt eius fidei, cuius sunt inimici, vbiq; testes fieri cogerentur, & lib. 18. de ciuit. cap. 46. ait. Vbique Iudæi non desunt, & per scripturas suas testimonio nobis sunt, prophetias nos non finxisse de Christo. Similia sunt quæ habet Orat. contra Iudæos, & Paganos, & lib. 13. contra Faustum cap. 10. Illudque non ommittendum, quod idem Augustinus ait. Iudæi sacris libris non eruditur, sed onerantur: Imo sicut aduertit Gregor. 3 moral. cap 21. Quemadmodum Vrias obsignatas literas mortis suæ ferebat, sic Iudæi obsignatos ferunt mortis suæ codices. Et Gregor. in 2.c Iob. 3. lib. moral. c. 21. Vrias, inquit, mittitur ad Ioab cum epistolis, ex quibus occidi debeat; quia idem ipse Iudaicus populus, legē portat, qua conuincēte moriatur, &c. Videndus item in hanc sententiam Rupert. lib. 1 in Deut. cap. 14 cum explicat illa verba Deut. 22. *Si ambulans per viam, in arbore, vel in terra nidum auis in-*

Genes. 4. n. 12.

Psal. 58. n. 12.

ueneris, & matrem pullis, vel ouis desuper incubantem: non tenebis eam cum filijs, sed abire patieris, captos tenens filios. Nidus auis in arbore, populus fuit Israel sub prædicto quidem mundi principe, sed in legis altitudine; natura quidē filius iræ, sicut & cæteri, sed in alta fide Abrahæ. Nidus auis in terra fuit vniuersa gentilitas, sub pennis diaboli male fota, & in omni terrena cupiditate, Dei quoque ignorantiā habens, omnino depressa Porrò filius Dei per viam ambulans vtrobique nidum inuenit, quia præsentis vitæ mutabilitatem ingressus, vtranque partem gratia sua respexit, absque distinctione Iudæi & Græci *Non*, inquit, *tenebis eam cum filijs, sed abire patieris, captos tenens filios.* Matrem adulterinam, quæ (vt supra dictum est) fouit, quæ non peperit, non tenebis. Nec enim gratia liberatoris diabolum requisiuit, sed tātum filios sibi gratia regenerandos requisiuit Idcirco capti tenentur filij, vt saluentur, idcirco mater talis abire permittitur, vt in nouissimo suo perdatur. Et cap. 5. sic ait: Non tenebis, sed abire patieris. Ad quid? Vt bene sit tibi, & longo viuas tempore. Dicamus aliud, quod præsentē locū queat illustrare. Dicitur enim Ps. 58. *Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, nequādo obliuiscātur populi mei.* Sed quid? *Dispergе illos in virtute tua.* Ecce hodie videmus matrem solam auolasse sine filijs, & scimus vbi sit, quia toto orbe dispersa est Synagoga inimica Christi, solam habens literam legis, & hoc ipsū Christo proficit, vt longo viuat tempore, id est, vt nunquam eius obliuiscatur populi. Et lib. 2. in Leuit. cap. 11. in princip. ad illa verba Leuit *Quid quid pēnulas, & squamas nō habet, eorū, quæ in aquis mouentur, abominabile vobis &c.* Quasi natatilia, inquit immunda, maxime Iudæi sunt, qui natant in fluentis Scripturarum, sed pennulas nō habent, dum solam sequuntur occidentē

Psal. 58 n. 11.

Leuit. 11. n. 10.

Deut. 22. n. 6.

literam

literam, & ad viuificantē spiritum nō subsiliunt, &c.

Non extinxit itaque Deus Iudæos, sed reliquit in testimoniū fidei nostrę, & repulit á parte, & hæreditate sua, nosque in locū illorum suffecit, quod dixit Isaias ex mente Gregor. in cap. 9. *Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus*, quod Gregorius sic explicat homil. 21. in Ezech. ante med. Cū Propheta Iudæos à fide perire cognosceret & sanctos Apostolos surgere præuideret, per quos multi sunt ex gentibus in fidei, & vitæ fortitudine solidati, in magna consolatione locutus est, dicens: *Lapides ceciderunt sed quadris lapidibus ædificabimus.* Videns quippe in sancta Ecclesia Apostolos, Martyres, atque Doctores surgere de lapidum casu; id est, de Iudæorum perditione, minus doluit, quia Omnipotentis Dei ædificium, id est, sanctam Ecclesiam, de quadris lapidibus ædificari conspexit, &c. Erant quippe Iudæi lapides rudes, inæquales, distorti, ac ideo in ædificio Synagogæ malè sibi inuicem cohærendo, ruinosam efficiebant maceriam, quæ passim dissipatur, nullum ferre valens aut pondus, aut incursum tribulationum Quare Deus Iudæis abiectis, tanquā inutilibus ædificio lapidibus quadratos parauit lapides, id est, fideles ex gentibus, ad omnes laborum impetus immobiles, quibus Ecclesiam constabiliuit suam, vt portæ inferi aduersus eam præualere nequeant. Quod si Deus dilexit plebem illam adeo, vt multo antè prouiderit incolendam terram, sicut vidimus, multo maiori nos prosecutus est amore, vt videre est in illa imagine ostensa Ezechieli super thronum, quæ Christum Mediatorem indicabat, cuius species erat, quasi electri, eo quod ex auro, argento que coalescit, quia in Redemptore humanitas, & Diuinitas coniunctæ, & contemperatæ sunt. *A lumbis sursum ignis intrinsecus, à lumbis deorsum ignis extrinsecus*; quia scilicet ante Incarnationem solum intra Iudæam ardor amoris eius latuit; post Incarnationem verò gentibus omnibus claritas Spiritus sancti effulsit. *Et velut aspectus arcus cū fuerit in nube in die pluuiæ*, quod expendens Rupertus lib. 1. in Ezech. cap. 16. in fin. ait: *Vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu, simulque velut aspectum arcus.* Quid est hoc, nisi quia ante carnis assumptionem, quæ per lumbos recte exprimitur, Deus generi humano iratus, tantummodo ignis consumens erat; postquam autem carnem assumpsit, iam non solummodo ignis, sed & inclinatio nobis est propitiationis. Arcus quippe in die pluuiæ signum est fœderis, & pacis, sicut ipse Deus Noe promisit. Igitur à lūbis eius vsque deorsum, simul species ignis, & aspectus arcus, quod est signū propitiationis, quia postquam homo factus est, sic ignē iustitiæ, vel iudicij sui placida miserationis aura contēperauit, vt neminem ignis ille iudicaturus sit, qui nunc interim per fidem ad misericordiam eius confugere voluerit. Hic talis aspectus tam temperatus splendoris per gyrum, omnibus nimirum paratus, qui in circuitu eius sunt, qui in ipsum credunt, qui ad ipsum respiciunt. Hæc visio similitudinis gloriæ Domini, id est, dignam, & congruam præferens similitudinem eius, quæ nunc est gloriæ Domini, gloriæ Filij Dei, eius quidem Filij hominis gloria, & honore coronati, & constituti super opera manuum Patris. Sic ille nobis proponit quanto maiori claritate Ecclesiam noui testamenti Deus illustrauerit, maioriq; benignitate fuerit prosecutus, vnde & nobiliorem nostrum statum facile sit colligere. Postulat autem hæc in melius trāsmutatio, & vberior dilectio, vt quoniam Deus elegit nos in partem, & hæreditatem suam, nos ip-

Isai. 9. n. 10.

Ezec. 1. n. 27.

sum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum velimus pro facultatibus nostris, nihilque præ illo diligamus, imó nihil, nisi relatiué ad illum amemus. Quod bene prosequitur August. ser. 35. de verbis Domini secundum Lucam in fin. legimus Psal. 15. *Dominus pars hæreditatis meæ*: Magna res, fratres, & hæreditas ipsius sumus, & hæreditas nostra est. Ex illo beatus populus, cui hæc sunt. Dicis quod te beatũ facit fundus tuus; Quare? Quia inde viuis. Attende vnde viuis, ille est vnde viuis, cui dicis: *Apud te est fons vitæ*: Psalm. 35. *Beatus est populus, cuius est Dominus Deus ipsius*. O Domine Deus meus, O Domine Deus noster, fac nos beatos de te, nolumus de auro, neque de argento, neque de fundis. Ne irascatur autem, si dixerimus ac Deo fundus noster: Hæreditas ipsius sumus, & hæreditas nostra est, quia & colimus eum, & colit nos. Nulla est iniuria illi, quia colit nos; quia si nos colimus illum, vt Deum nostrum, ille colit nos, vt agrum suum: & vt sciatis, quia colit nos, audite eum, quẽ mittit nobis: *Ego sum vitis, vos palmites, & Pater meus agricola est* Ioan. 15. Ergo colit nos, si fructum reddamus, parat horreum: Si autem subtanto custode stirpes esse voluerimus, & pro frumento spinas proferimus, nolo dicere quod sequitur &c. Videnda item sunt, quæ habet Philo lib. de plantat. Noe, vbi ostendit neminem posse dicere Ipse mihi solus est Deus, nisi qui nullam istarum rerum inferiorum amplectitur; quem locum suppresso nomine, vt solet, tractat Ambros. ser. 8. in Psal. 118. ad illa verba: *Portio mea Domine, dixi custodire legem tuam*. Quibus similia habet epist. 82. quæ est ad Syritium Papam circa fin. vbi inter cætera sic ait. Non quicunque ergo dicit, *Portio mea Dominus*, Non auarus dicit, quia venit auaritia, & dicit: Mea portio es, ego te subditum habui, mihi seruisti, mihi te in illo auro vẽdidisti, mihi te in illa possessione adiudicasti. Non potest dicere adulter: *Portio mea Dominus*. quia venit libido, & dicit: Ego sum tibi portio. Non dixit proditor. Portio mea Christus, quia statim irruit in eum nequitia mali, & dicit: Fallit te Domine Iesu, meus iste. Habemus exẽplum, quia cum Iudas panem à Christo accepisset: immisit se in cor eius diabolus, quasi possessionẽ suam vendicans, quasi portionis suæ ius retinens, dicens: Non est tuus iste, sed meus. Meus certé minister, tuus proditor, meus plané est iste. Denique tecũ recumbit, & mihi seruit, tecum epulatur, & mecum pascitur: A te panẽ accepit, à me pecuniam. Tecum bibit, & mihi tuum sanguinẽ vendidit. Quã vera dicere probauit! Denique Christus recessit ab eo, ipse quoque Iudas reliquit Iesum; sequitur diabolum: Quam multos dominos habet, qui vnum refugerit. &c. similia sunt quæ habet D. Hilar. super ijsdem verbis Psal. 118. *Portio mea Domine, dixi custodire legem tuam*. vbi ita scribit. Ratus quisque est, cui ista fiducia est, vt portionem suam esse Deum audeat dicere. Renuntiandum enim est sæculo, omnibusque rebus eius, vt nobis Deus portio sit. Cæterum si nos ambitio detineat, si cura pecuniæ occuper: si illecebræ libidinum capiant, si negotia rerum familiarium demorentur, portio nobis Dominus non erit, secularium curarium, atque vitiorum possessione detentis, &c. Videndus item Prosper lib. 2. de vita contemplatiua cap. 16. vbi eleganter ait. Denique quid vltra, cui omnia suus conditor sit? Aut quid ei sufficit, cui ipse non sufficit? &c. Et D. August. cõment. in Psalm. 55. cõuenienter inquit. Sufficit tibi Deus &c. Et lib. 13 Confession. cap. 8. eodem sensu inquit. Hoc tantum scio, quia malé mihi est præter te, non solũ extra me, sed & in me ipso, & omnis mihi copia, quæ Deus meus nõ est, egestas

Psal. 15. n. 5.

Psal. 35. n. 10.

Ioan. 15 n. 5.

est. &c.

est, &c. Quando igitur tam fælices extitimus, qui sub nouo testamento degimus, vt longé aliter, ac Iudæi filij Dei nominemur, & simus, & nos in partem, & hæreditatem suam ipsemet Deus assumpserit, tenemur sanè, vt nulla pars nobis sit extra Deum, & ipse pro omnibus nobis sufficiat, quem præ omnibus diligamus.

TEXTVS.

Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis: circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Nũ. 10.

EXPOSITIO LITERALIS.

QVia fortasis quis existimare posset ideo illũ populum electum, & præ omnibus dilectum à Deo, quia id rectè factis suis promeruerat, ostendit id totum à Diuina misericordia, & liberalitate promanasse, nullis præuisis meritis in ea gente, vt pote, qui eam inuenit miseram, & indigentem, & minimé ex se inducentem, & prouocantem Deũ, vt eam diligeret. Vt gratis igitur eam dilexisse ostendat, vbi, & quomodo diligere inceperit, meminit in præsenti, quod etiam possumus illustrare ex Hierem. cap. 2. vbi Diuinum Oraculum ait: *Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, quando secuta es me in deserto, in terra, quæ non seminatur*, vbi Hieronym. ait. Totum hoc non ad meritum eius refert, sed ad suam misericordiam, per quã, & charitatem consecuta es, &c. Indicaturque singularis illa prouidentia, inquit Sanctius, qua Deus in terra inuia, neque hominum ante propter horrorem impressa vestigijs, ducem se præbuit, præluxitque per noctem columna ignis. Interdiu vero obtenta nube, quæ & monstraret viam, & ab æstu tegeret. Illud enim valet, *secuta es*, me scilicet, præeuntem. Inuenit itaque eos, cum quæsierit, & ad illos venerit per viam misericordiæ, qua ad nos venit, & visitat per viscera Bonitatis suæ; quod ostendit Hierem. in cap. 31. quando ait: *Inuenit gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio. Vadet ad requiem suam Israel.* Vbi R. Dauid, & cæteri Hebræi locum intelligunt de gratia, & charitate, qua Deus dilexit populum illum absque vllo debito, postquam eum de gladio maligno Ægyptiorum eripuit, manentibus Ægyptijs apud marinas aquas repressis. Vnde & addit: *Vadet ad requiem suam Israel*, id est, terram promissionis, quæ sæpe ita appellatur, quia in ea requiem à laboribus tum itineris, tum captiuitatis consecuturi erant Israelitæ. Idque veluti confessi Israelitæ, aiunt. *Longè Dominus apparuit mihi:*

Ierem. 2. n. 2.

Ierem. 31 n. 2.

iam

Iam ab hinc multis annis Dominus nobis apparuit. Quod debemus explicare ex illo loco Isaiæ. 65. quem Paulus explicat Rom. 10. *Inuentus sum à non quærentibus me, palam apparui ijs, qui me non interrogabant*, sicut igitur apparuit gẽtibus, de quibus eo in loco est sermo, absque vllo ipsorum merito, sic etiam & fatetur Iudæa cum ait: *Longè Dominus apparuit mihi.* Et iterum illi respõdens Deus, est enim ibi dialogus iuxta omnes tam Hebræos, quã nostros: *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans*, quasi diceret. Idcirco protraxi diu erga te misericordiam, propterea longa erga te patientia, & misericordia vsus sum, vt exponit R. David. quia in charitate perpetua Hebr. *seculi*, id est, antiqua, dilexi te. Æquum enim erat, vt qui sine meritis te dilexeram te itidẽ diligẽs tua dissimularẽ demerita, quãdoquidẽ charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Vel vt exponit Maldonat propterea dilexi te (id est, circũduxi & docui, & custodiui quasi pupillã oculi sicut aquila prouocãs ad volãdũ pullos suos) & inuitaui misericordia, id est, multis meis beneficijs deduxi, *hi* enim *sunt funes*, siue *funiculi Adam* (id est, humani amoris) pro *Adam* enim, Aquila Symmachus, Septuaginta, & Theodotion, & alij *homines* legunt. Ideoq; Chaldæus vertit: *Sicut moris est trahi filios dilectos, traxi eos fortitudine charitatis.* Et D. Bonauent opus de 7. itineribæternit. cap. 2. in hanc sententiã ait Qui sunt isti funiculi Adam, nisi munera Dei? Quid sunt istæ charitatis vincula, nisi Dei beneficia, bona naturæ, bona gratiæ, & bona gloriæ? His enim beneficijs, & vinculis debitores obnoxios nos fecit: quia naturã cõdidit, gratiã cõtulit, & gloriã repromisit. Ecce funiculus triplex, funiculꝰ autẽ triplex difficilẽ rũpitur. His igitur funiculis ad se traxit & post se deduxit filios Israel: quos absque vllis meritis inuenit, sed misericordia, & dilectione sua præuenit; Quod bene ostẽdit Oseas cap. 11. vbi ait. *Quia puer Israel erat, & dilexi eum.* Vbi particula, *quia*, denotat nulla merita prorsus præcessisse: etsi enim probé calleo multoties hanc particulã & similes in sacris literis, non ad significandum aliquid, sed ornatus causa in principio poni, vt Psal. 17. *Quoniam in te eripiar à tentatione.* Psal. 54. *Quoniã si inimicus meus maledixisset mihi.* Eccles. 11. *Si multis annis vixerit homo.* Hebr. *Quoniam si multis annis vixerit homo.* Et alibi sæpe. Tamẽ cum hæc particula, *quia*, rationalis sit, & causatiua, hoc in loco maximè est, vt aliquã indicet causam Est enim sẽsus dilexi Israel, quia puer erat, id est, quia me nullis meritis allicere, aut promereri potuit, ideo dilexi, causalis est sine causa, veluti si quis dicat. Subueni misero & indigẽti, quia inops est illud, quia, denotabit causam sine causa, & vt magis videatur quãtum hic locus cum nostro cohæreat: addit statim: *Ex Ægypto vocaui Filium meum*: vbi ideo dictum etiam puto filium Israel, vt denotet, Deum dilexisse eum populum, nullo præcedẽte amore, aut merito. Neque enim vt pater diligat filiũ recenter natũ, ad id allicitur aliquo amore, quo à filio adhuc dilectionis ignaro prosequatur. Nisi forte illud, *quia puer*, magis indicet Dei Benignitatem, & causam potius demeriti ex parte Israel, vt sit sensus, causa cur dilexi hũc populũ fuit, quia puer erat, & paruulus erat non malitia sed sensu 1. Corint. 14. externa specie ducebatur, nõ quæ bona sunt, amabat, sed quæ videntur præsentia captabat auidissime puerilibusque inceptijs, & animi leuitate admodũ laborabat. ac deniq; sicut puer, imperfectissimꝰ erat. Quod bene prosequitur Chrysost. Orat. 2. in epist. ad Colos. post med. in hũc modũ: Iudeis tanquã pueris Deus Moysen præfecit literatorẽ: & tanquam pueris hæc fecit ille, adũ-

Isai. 65. n. 1. Rom. 10. n. 30.

Ose. 11. n. 1.

Psal. 17. n. 30. Psal. 54. n. 13. Eccles. 8. n. 8.

1. Cor. 14. n. 20.

Eccles. n. 12.

brans, sicut nos, elementa. *Vmbram* enim, inquit Paul. *habens lux futurorum bonorum: Non ipsam rerum imaginem*, sicut nos pueris & placenta emimus, & nummulos damus, vnum ab eis exigentes, vt nunc eant ad ludũ literariũ. Ita Deus tunc quoque & diuitias dedit, & delitias, multa concedendo, vnum ab eis emens, vt audirent Moysen. Propterea dedit eos Doctori, ac Magistro, ne ipsum, vtpote, Patrẽ beneuolum despicerent. Vide quod illũ solũ timuerint. Non enim dixerunt, vbi est Deus, sed vbi est Moyses? & cum solum adesset, erat terribilis. Quandoquidem certe malefecerunt, vide quomodo eos punijt. Nam Deus quidem volebat eos abdicare, ipse verò nõ permittit, imò verò totum fuit Dei, eo tanquam Patre minante; Magistro autem rogante, ac deprecante, dicenteque: Mihi condona, & ab hoc tempore eum recipio. Sic desertum fuit ludus literarius, & sicut pueri cũ in ludo literario fuerint longo tempore, volunt recedere: Ita illi quoque tunc assiduè quærebant Ægyptum, & flebant, dicentes: *Perijmus, consumpti sumus, interijmus*: & tabulam eorum contriuit Moyses, cum veluti quædã nomina eis scripsissent. Quod etiam fecerit magister, cum accepta tabula eam viderit malè scriptã ipsam quoque iacit tabulam, magnam iram volens ostendere, etsi confregerit pater, non irascitur. Nã ipse quidem ei scribendæ incubuerat, illi autem non ad eum aspicientes, sed alió conuersi, se immodestè, & insolenter gerebant: & sicut in ludo literario, se inter se pulsant: Ita tunc quoque se inter se iussit verberare, & interimere. Et rursus, sicut dans disciplinas, deinde exigens, & non inueniens, ita puniebat. Et, quæ nam sunt literæ, quæ Dei potentiam indicabant? Quæsunt, inquit, in Ægypto. Sed illæ literæ significabãt plagas, & quod punit inimicos, & e-

Hebr. 10. n. 1.

Exod. 16. n. & cap. 32. n.

rant eis ludus literarius. Quid enim erat aliud punitio inimicorum, quã vestrum beneficium? Alioqui autem vos quoque afficiebat beneficio, & pẽrinde fuit, vt si quispiam dicit quidẽ se nosse literas, sparsim autem interrogatus, non inuenit, verberatur. Ita illi quoque dicebant se nosse Dei potentiam, si sparsim autem ab eis exigeretur ipsa cognitio, ne præbebant quidem, & ideò verberabantur. Vidisti aquam, debes recordare aquæ, quæ fuit in Ægypto. Nam qui ex aqua fecit sanguinẽ, potest ipse quoque hoc facere. Sicut nos quoque sæpe didicimus pueris, cum videris in libro elementum, recordare quod id habebas in tabella. Vidisti famem? Recordare, quod is ipse erat, qui germina perdidit. Vidisti bella? Recordare luuij. Vidisti quod sint magni, qui terram habitant? Sed nõ maiores Ægyptijs Qui ex eorũ medio te exemit, non multò magis te, cum sis extrà, seruauerit? Sed nõ norant se de sparsis interrogari elementis: propterea verberabantur. Comederunt, & biberunt, & recalcitrarunt. Oportebat in manna nõ quærere alimentum, cum quod ex eo ortum est malum, didicissent. Et idem faciebant quod puer ingenuus missus ad ludum literariũ, qui quærit degere cum seruis, & eis ministrare, ita isti quærentes Ægyptum: Et idem: Quod qui necessario accepto, & homini libero conuenienti alimento, & sedens in mensa patris velit frui fætida, & tumultu, ac perturbatione plena seruorum mẽsa. Et dicebant Moysi: *Certè Domine: Omnia, quæcunque dixeris, faciemus, & audiemus.* Et quod fit in valde deploratis, patre eos volente interimere, magister assiduè deprecatur, id tunc quoq; factũ est. Cur hæc à nobis dicta sunt? Quod à pueris nihil deferimus. Vis audire quod eorum quoque dogmata sunt puerorum? *Oculum*, inquit, *pro*

Exod. 34. n.

Deut. 19. n. 21.

oculo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

oculo, & dentẽ pro dente. Nihil enim ad vltionem excitatur, atque pueri animus Nam quoniã rationis egestas est is animi motus, ac perturbatio. Magna autem egestas rationis, & considerationis magna defectio est in illa ætate, merito ab iræ tyrannide opprimitur puer, & tanta tyrannide, vt sæpe cum ad terram se alliserint, & surrexerint, aut irascentes genu pulsent, aut scabellum euertant, & ita doloré sedent, & iram extinguant. Tale quid etiam Deus fecit, oculum pro oculo dans excidendum, & dentem pro dẽte, & Ægyptios perimens, & Amalechitas, qui ipsos molestia affecerãt, & talia eis promittit, vt siquis dicat, Pater, ille me percusit. Deinde dicat Pater Ille est homo malus, & eum habeamus odio. Ita etiam Deus. Eis, qui tibi sũt inimici, ero inimicus, inquit, & eos, qui te oderunt, odero. Et rursus quando precabatur Balaam, puerilis erat, quæ ipsis facta est sui demissio. Sicut enim in pueris, quando timore affecti sunt alicuius, ex ijs, quæ non sunt terribilia, vtpote laruæ, vel alicuius rei eiusmodi, repente metu unt, ne metus in eis maneat, in manus illorum adducimus, & eas, quid sint, indicare facimus. Ita etiam fecit Deus. Quoniam vates erat terribilis, eius timorem conuertit in audaciam: & quomodo infantes, qui ablactantur, omnia habent in paruis calathis: Ita illis quoque dabat omnia, & multas delicias. Sed sicut infans requirit mãmam, ita isti quoque Ægyptum, & quæ illic erant carnes. Quamobrem non aberrauerit, qui Moysen, & doctorem, & altorem & pædagogum appellauerit, & eius magnã dixerit esse sapientiam. Non sunt enim paria, viris iam philosophis præesse, & pueris imperare, ratione minus præditis. Et si alium quoque vultis audire. Sicut nutrix dicit infanti. Quando es egressurus, vestes tuas collige, & compone, & quandiu considerabis. Ita etiam faciebat Moyses. Omnes animi motus, & perturbationes tyrannidem exercent in pueris. Nondum enim habẽt aurigam. Inanis gloria, cupiditas, rationis egestas, inuidia, tanquam in pueris dominatum obtinebant. Consuebant Moysen, verberabant: & sicut puer accipit lapidẽ, & omnes clamamus, ò ne iecer is: ita illi quoque lapides capiebant aduersus patrẽ: Ille verò fugiebat. Et quomodo si ornamentum aliquod habeat pater, ab eo petit puer, vt qui sit ornamenti cupidus. Ita etiam fecerunt Dathan, & Abiron, insurgentes aduersus Sacerdotium. Erant autem omnium maximè inuidi, pusillique, & abiecti animi, & imperfecti in omnibus. Quandoquidẽ igitur puer erat Israel, ne præceps rueret, & in nihilum abiret, circunduxit eũ Deus, & deduxit, ac velut pædagogus docuit. Clarius hoc dixit Deus Ose. 13. *Cognoui te in deserto*, id est, benefeci tibi, paui te, & mihi assumpsi. Deus enim cognoscere dicitur, cum benefacit, vnde ijs quibus benefacere non vult, ait Matth. 7. *Tunc confitebor illis, quia non noui vos* & Matth. 25. *Nescio vos*. Chaldæus: *Ego tribui vobis necessaria in deserto, in terra in qua desiderabatis omnia*. Hieron. *Cognoui*, siue *paui te in deserto*. Neque enim per tantam eremi vastitatem, vbi non solum fruges, & arbores, vineæque, sed nec herba quidem gignitur, & nullæ aquæ ardorem temperant solis, 40. annis poterat Israel ad terram peruenire Iordanis, nisi Dominus omnia præstitisset.

Nũ. 23. n.

Num. 16. n. 1.

Ose. 13. n. 10.

Matt. 25. n. 12. Matth. 7. n. 23.

Tota verò huius loci dubitatio est, quid nã intelligendũ sit per hoc, *inuenit eum in terra deserta*. Sunt enim qui locum horroris, & desertũ ipsam Ægyptũ intelligunt, in qua sæuo dominatu premebantur, operibus luti, & laterum contriti, nulla mercedis spe proposita, in gente ab omni cognitione veræ Diuinitatis aliena. Alij ad

originem

originem gentis referũt, quod scilicet Deus inuenerit Abrahã in vr Chaldæorum, quę Regio non tam terræ situ, quã hominum impietate, & ignorãtia veræ Religionis horrebat. Seu vocabatur terra horroris, quia per timoré ibi cogebantur homines colere ignẽ, ibique circũduxit Abrahamũ iubens, vt patrio solo relicto, se ducem sequeretur, docuerit etiam iudicij semitam, & custodierit quasi pupillam oculi sui, cũ ab oppressione potentum tutatus est. Quod in Psal. quoq; testatus est Dauid 104. *Non reliquit hominẽ nocere eis, & corripuit pro eis Reges*. Quid verò Deo contigerit cum populo isto, docet Ezech. cap. 16. vbi refertur qualiter Deus inuenerit gentem istam. Communis tamen sententia tam nostrorum, quam Rabbinorum locum intelligit de deserto post egressum de terra Ægypti. Brixianus igitur expouit, *inuenit eum, &c.* Id est ingressus est Deus cum populo illo in illam solitudinem tam horribilem, in qua erant scorpiones, & serpentes, & vbi audiebantur vlulatus draconum, &c. Quando sibi asciuit eum populũ, dando illi legem, & præcepta in vasta solitudine, scilicet in deserto Synai *In loco horroris*, id est, inuio, vbi viæ nullum indicium erat, nullum discrimen, vnde horror ambulanti injiciebatur. At 70. dixerunt, *in siti æstus*, loco nimirum, qui per æstum maximam inducit sitim. Et Chald cum 70. consentiens vertit, *locum arentem, & aquis destitutum*. Vel etiam dicitur locus horroris, quia illa erat terra horribilis, scilicet plena serpentibus. Vnde Deut. 8. *Ductor tuus fuit* (scilicet Deus) *in solitudine magna, atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio, ac dipsas, &c. Vastæ solitudinis*, id est, magni deserti, etenim ex quo egressi sunt de Ægypto, semper ambulauerunt per terram omnino desertam, & sine habitatoribus, & sine arboribus, in qua etiam rarissimæ erant aquæ, vel quasi nullę vsque ad Cadesbarne circa terminos filiorũ Edom. Hebraica vox vlulatum significat: *Ielel* enim deducitur à radice *Ielal*, quod est vlulare, vnde Hebræi existimant sic dictum desertum, quod ibi vlulent feræ, vt dracones, ac struthiones, quorum stridore stupent, ac terrentur audientes, & itinerantes. *Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis*. Præsentem locum illustrat Sanctius in cap. 30. Isai. ex illis verbis. *In terra tribulationis, & angustiæ leæna & leo: ex eis vipera, & regulus volans*. Vbi cum Adamo, & Vatablo putat deterreri Iudæos á profectione in Ægyptum propositis incommodis, quæ necessario subeunda essent in illa difficili peregrinatione, quia desertum illud reuera erat terra tribulationis, & angustiæ, quæ ideo vocatur Deut. 32. *Locus horroris, & vastæ solitudinis*. Etenim præter alia famis, & sitis incommoda, quæ à regione aréti, atque inculta abesse non poterant. Timendum etiam erat aliquid à leonibus, viperis, & regulis, quibus Australis illa regio maximè abundabat. Exod. 34. *Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro, vt gradiaris nobiscum, populus enim duræ cerucis est, & auferas iniquitates nostras, atque peccata, nosque possideas*. Caietan. iuxta Hebr. legit: *Et hæreditabis nos*, id est, seruabis, & tueberis quasi hæreditatem tuam ab occurrentibus malis, & incursantibus in deserto feris.

Psal. 104. n. 14.

Ezec. 16. n. 3.

Deut. 8. n. 15.

Isai. 30. n. 6.

Exod. 34 n. 9.

Sed adhuc exponẽdũ restat, quod si dicta verba: *Inuenit eum in deserto*, referenda sint realiter ad desertum, quomodo possit hoc stare, cũ multó ante videatur Deus inuenisse plebẽ suam, in Abraham quidem, & in cæteris Prophetis? Deinde etiam & in Ægypto inuenit, cum ipsemet fatetur se vidisse afflictionem populi sui in Ægypto, audiuisse clamorẽ, & scientẽ do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lorem eius descendisse, vt liberaret eũ de manibus Ægyptiorũ, & educeret de terra illa in terram bonam, & spatiosam. Exod 3 Qui igitur fieri potest, vt in deserto dicatur à Deo inuẽtus hic populꝰ? Sanè in diuinis literis moris est, vt aliqua res dicatur facta, impleta, aut contigisse, non tantum cum incipit aut cum fit, sed etiam cũ incrementũ, perfectionẽ, aut manifestationem accipit fortitur, & habet: vt Ioan. 2. *Hoc fecit initium signorum Iesus, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius*, id est, perfectè crediderunt, signaque huius credulitatis præbuerunt, exterius affirmando quod interius iamdiu credebant, vel amplius roborati sunt in eadem fide. Eodem modo Iacob, cap. 2. dicit Scripturam illam Gen 15. *Credidit Abrahã Deo, & reputatum est illi ad iustitiam* impletam fuisse tunc, cum Abrahã filiũ suum sacrificauit: Cum perspicuum sit Moysen loqui de re præterita, deq; fide, qua antequã filium suum generasset, crediderat; quomodo D. etiam Paulus exponit Rom. 4. Sic etiã Matt. cap. 2. n. 17. & 18. dicit in cæde infantium impletum esse, quod in captiuitate factum erat Hierem. 31. sed in infantium nece perfectũm de lachrymis. Ad hunc igitur modũ in præsenti dicendũ est: propterea populũ Hebræorum dici inuẽtum in deserto, nõ quod primo à Deo inuentus sit, sed quod eũ singularibus beneficijs prosecutus fuerit, deducẽdo per colũnam ignis, & nubis alendo mãna, potando miraculosa aqua, & tabernaculũ eligẽdo, & fabricando, vt inter eos habitaret, & legem insuper condendo, quã pactum uocare solet, vt Hierem. 31. & alibi, quo in loco etiamsi eos in populum suum agnouerit, & in primogenitũ singulare, veluti de noũo cõtractam amicitiã indicat. Vnde Hieron ad citatum locum Prophetæ ait. Quia eductus est Israel de terra Ægypti, tanta Dei in illo populo familiaritas fuit, vt manũ eorum apprehẽdisse dicatur & dedisse pactum, quod illi fecerunt irritũ; & propterea Dominus neglexit eos. Hac igitur ratione dicitur eos inuenisse, quia fœdus cum illis pepigit, & nouum contraxit pactũ, ne deinceps perderet, quos sic inuenit. Vnde verba illa Hieremiæ superius citata. *Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto*, sic legit Chald. (à quo faciunt Theodor Carensis Lyran. Richel.) *Recordatus sum vobis, beneficiorum dierum antiquorum.* Hebr. *Recordatus sum tui, bonitatis, seu misericordiæ adolescentiæ tuæ, charitatis desponsationis tuæ.* Septuaginta. *Misericordiæ adolescentiæ tuæ, & dilectionis perfectionis tuæ*; vbi perfectio idem est ac desponsatio, nam tunc dicitur fœmina perfecta, quando iam apta est, & matura, vt nubat viro, sicut & vir dicitur perfectus, quando in eo statu est, vt ex fœmina filios suscipere valeat. Locum verò pro præsenti instituto bene explicat Castr. in hunc modũ. Memoria recolo misericordiam, qua tibi tanta contuli beneficia in adolescẽtia tua, quando te eduxi de terra Ægypti, cũ te mihi in sponsam accepi; quãdo me ducentẽ sequebaris per desertum, &c. Sic igitur dicitur inuenisse plebẽ Israeliticã, quã præuenit amore, & sibi copulauit despõsatione absque vllis meritis præuisis.

Exod. 3. n. 7.
Ioan. 2. n. 11.
Iacob. 2. n. 23.
Genes. 15. n. 6.
Rom. 4. n. 3.
Ierem. 31. n. 15.
Matth. 2. n. 17. & 18.
Ierem. 31. n. 31.
Ierem. 2. n. 2.

Ex quibus iã cõstat nõ bene Caiet. hoc in loco vulgatam nostrã editionẽ carpere, vt & alibi facit, dicendo vocẽ Hebræam ancipitem esse ad inueninire, vel sufficere, & quia minus quadrat historiæ inuẽtio populi Israel in deserto (quoniam Deus non inuenit eum in deserto, sed duxit eum in desertũ, vt clarè scribitur Exod. 13.) ideo alteram significationem esse eligendam. Vnde vertit in futuro, *sufficiet ei in terra deserta*. Et alij etiam

ex Hebr.

ex Hebr. teste Pined Iob. 29. vers. 2. n. 4. *sufficit ei*. Cæterum iam ostendimus bene habere nostram vulgatam, & rectè in præsenti verbum inueniẽdi adaptari. Et sanè verbum Hebr. *imzachu, inuenit*, significat, proindeque bene noster interpres vertit, imò, & ita habent Aquila, & Theodotion. At Caiet. forte minima varietate legit, *iam ziehu*, quod significat *suppeditare*, vel *sufficere alicui*. Vnde 70. in veteri translatione habent. *sufficientem eum sibi fecit in terra deserta*, vel vt in Græco est, *sufficientia præbuit*. Et 70. Xistiani: *necessaria tribuit ei in deserto*. Et Chald. interpres suffragatur dictis, cum sic vertit: *Suppeditauit illi res necessarias in terra deserta*. Respexerunt enim locum omnibus rebus ad victum necessarijs destitutum, & numerum propemodũ infinitum, qui ibidem alendi erant: quod quidem admiratus etiã Moyses dixit Numer. 11. *Sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis dabo ei esum carnium mense integro? Nunquid ouium, & boũ multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibum, vel omnes pisces maris in vnũ congregabuntur, vt eos satient?* Singulare autem hoc beneficiũ exprobrat Deus huic genti Ierem. 2. cum ait. *Quid inuenerunt Patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt se à me, & ambulauerũt post vanitatem, & vani facti sunt, & non dixerunt vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Ægypti, qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem, & inuiam, per terram sitis, & imaginem mortis, per terram, in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo? & induxit vos in terram Carmeli, vt comederitis fructum eius, & optima illius, & ingressi contaminastis terrã meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem.*

Num. 11. n. 21.
Ierem. 2. n. 5.
Deut. 2. n. 1.

Circumduxit eum, id est, circuitu duxit, quia Israelitæ non ambulauerunt recto itinere in terram promissionis, sed per magnos terræ circuitus. Nam Deut. 2. *Circuiuimus montẽ Seir lõgo tempore. &c.* Et Exod. 13. *Nõ eos duxit Dominus per viã terræ Philistijm, quæ vicina est: reputãs ne forte pœniteret eũ, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in Ægyptum. sed circũduxit per viã deserti, &c.* Et Iosue 5. *Omnis populus, qui egressus est de Ægypto, vniuersi bellatores viri mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus, qui omnes circuncisi erãt. Populus autẽ, qui natus est in deserto per 40. annos itineris latissimæ solitudinis incircuncisus fuit.* Hebr. habetur. *Nam filij Israel quadraginta annos oberrarunt in deserto* Pagnin. *Circuire fecit eum, & docuit legem, scilicet, & præcepta viuendi.* Verbũ enim docẽdi ad legẽ populo à Deo data referunt fere omnes. Abulẽs. explicat. *Docuit legem in monte Synai.* Deinde per Moysen dãdo multa præcepta, quæ continẽtur in quatuor libris pertinentia ad moralẽ instructionẽ, vel docuit, scilicet, affligẽdo pluribus angustijs, quia vexatio dat intellectũ, & in moralibus magis docẽt facta, quã verba. Et sicut dicitur Deut. 8. *Recordaberis cunctũ itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus 40. annis per desertũ, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent, quæ in tuo animo versabantur. Etenim vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit filiũ suũ homo, sic Dominus Deus tuus eruditit te.* Et facit in hanc sententiã Pagnin. *Intelligere fecit eum*; vbi Oleast. hũc etiã sensum probat. Alij explicãt illud *circũduxit*, vt idem fit, ac circundare. Sicut dictum est Psalm 31. *Sperãtem autẽ in Domino misericordia circundabit*, id est, multa illũ misericordia excipiet: Vbi Agellius putat 70. vsos hoc verbo circũdandi, pro eo, quod est circũducere, de quo nobis in præsenti. (Est enim vtrobiq; idẽ verbũ Græcũ.) Explicatque in hũc modũ. Misericordia tanquã pia dux leuiter flectet monitis obsequentem, ac ne quis nouum, & in solitum putet, sic verterunt ijdem 70. in Cant. Moysi, *circundedit eum*, sic etiam Exod. 13. *Circumdedit: Circum-*

Exod. 13. n. 17.
Iosue. 5. n. 4.
Deut. 8. n. 2.
Psal. 31. n. 11.

duxit Deus populũ in desertũ. Misericordia enim populum benigno ductu circumduxit, ac flectit. Secundò explicat idem Agell. Hic circumdedit eum, nubis nimirũ vmbraculo vndique texit, aut sibi circumposuit illum, cum posito Dei iussu tabernaculo, vndique populus castra locaret. Græcus vero Author, quem tacito nomine refert, explicat: *Circundedit eum per potentiam, & docuit eos per patientiam.* Circuiuit, inquit Oleast. custodiendo, & vigilando circa illos, & docendo, veluti Pater filios; sed planior, & verior sensus est, quod deduxit eos per varios deserti tractus, anfractus, & circuitus, & docuit per legem, & præcepta per Moysen, & alios adiutores ipsius in regimine populi, & per inspirationes Angelicas, sicut aduertit hic Dionysius, per prospera quoque, & aduersa, & per supernaturales effectus, & miracula. Hæc enim omnia maximè conducunt ad disciplinam, & eruditionem perfectam hominis in moralibus, & supernaturalibus. Rupertus verò ait: Docuit non solum multis bonorum, & malorum experimentis, verum etiam doctrina conscriptæ legis: quod nos postea latius expendemus.

Et custodiuit quasi pupillam oculi sui. Non potuit amplius Dei amor, cura, & protectio erga eum populum commendari, quàm petita similitudine rei charissimæ, tenerrimæ, & pretiosissimæ, cui totus homo inuigilat, & vel á leuissimo tactu seruat, & á minutissimo atomo custodit. Tenerior quippe erat, ait Ruper. popul⁹ hic quã pupilla oculi, ita vt leuiter offensus animus, sæpe in Ægyptum reuerti voluerit. Pro maiori autem intelligentia custodiæ huius aduertendum est id, quod Basilius homil. vlt. in exam er. longa oratione prosequitur, de munimentis, quibus oculorum pupillam natura instruxit. Quot, inquit ille, muniunt oculum custodiæ? Est illi interior tunica, nec abit ab ea contẽtus; non enim vna crassiuscula esse potuit, alioquin crassa si esset, obuelaret oculum. Vna igitur est oculo tunica, & ea perlucida est, & altera gracilis, tertia quidem christallo similis; quarta verò corneam speciem refert. Iam vero palpebra oculus protegitur, vt illi quædam sit protectio tutelaris, velamen, & integumentum, & quasi oculi domicilium, atque propugnaculum. Manus, inquies, potuisset obtegere oculum? Atqui potius affectio quæpiam anteuerteret oculi aciem obtundere, quam eò pertingeret manus, nunc verò illi adiacet palpebra superné impendens, quæ simul vt noxium aliquid sensit, mox obpandit velamen. Pilorum asiculæ sunt interpositæ. Quid ita? vt inter se conserãtur iustius, & applicẽtur exactius palpebræ, quasi enim quædam ligamenta sunt pili palpebrarum inter se implexi, & inserti. Supercilium item, quod supernè prætexitur, prominet, & oculis est ipsis propugnaculum peculiare, & penè domesticum, vt aciem visiuæ potentiæ rectè intendat, & moderetur: quæ dicti istius est euidens probatio. Si quid vnquam collibuerit cõtemplari longius á te disparatum, manum superne obtendis in concauum contractam supercilijs. Id cur ita fit? Nimirum vt ne directio oculi in sublime spectantis, nullo suo fructu, sparsim se effũdat, quinimò vt manu prætenta dirigatur, & rectè impellatur in rem sibi obiectam. Ergo supercilia ideó prominent, vt aciem dirigant pupillarum. Eadem quidem opera sudorem ex immodico labore contractũ, non quidem sinunt influere oculis; nec illis proinde esse impedimento. Quis vnquam vinitor pulchrè adeo, & omni ex parte posit suam colere vineam, aut supercilioso colle eam circundare, vt à quoquo haud facilè

queat

queat inuadi, & neque lædi illa incursione torrentium è finitimis locis alluentium? Perinde atque Dominus sopimento superciliorum, & quasi propugnaculo præmuniuit oculos, vt sudor ipse per suos distilletur, & fluat elices, per quos diriuandum iam olim statuerat Opifex, ad partes nimirum, quæ minus vtiles sunt, quam oculi. Similia prorsus sunt, quæ post Theodoret. habet Euthym. in Psalm. 16. ad illa verba: *Custodi me vt pupillam oculi.* Qui locus simillimus est huic: sicut enim ibi statim additur: *Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorũ, qui me afflixerunt*; sic etiam hic subditur: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.* Videnda item sunt, quæ habet Ambr. lib. 6. examer. cap. 9. vbi post descriptam munitionem pupillæ ait. Vnde tutum auxilium postulans Propheta ait: *Custodi me Domine, vt pupillam oculi*, vt protectionis Diuinæ fieret ei tam sollicita, & tuta custodia, quam pupillam oculi tutissimo quodam naturæ vallo munire dignatus est, &c. Significat igitur hic loquendi modus accuratã, & studiosam custodiam à maxima dilectione prouenientem, quem enim diligimus maximé, diligere vt oculos dicimus: & qui nobis charus est, oculitus, & oculissimus vocatur, & veteres olim per oculos iurabant. Sic igitur custodiebat suos Israelitas Deus, sicut hõmo charissimos sibi oculos custodit & obseruat. Vnde Zachar. 2. ait. *Qui tetigerit vos, tãgit pupillam oculi mei*, aut vt alij legunt, *sui*, lædit me ipsum, vel se ipsum. De quo modo loquendi Saluian. lib. 8. de prouident. post med. ait. Præ amore suorum ita voluit obseruandos, vt sacrilegij genus sit, Dei odisse cultores: sicut enim si seruos nostros quispiam cædat, in nostram cedit iniuriam; & si á quopiam filius verberetur alienus: in supplicio filij pietas paterna torquetur: ita & cum seruus Dei á quocunque læditur, Maiestas diuina violatur, dicẽte idipsum ad Apostolos suos Domino: *Qui vos recipit, me recipit; & qui vos spernit, me spernit.* Benignissimus, ac pijssimus Dominus communem sibi cum seruis suis, & honorem simul, & contumeliam facit: ne quis cum læderet Dei seruum, hominem tantum à se lædi arbitraretur, cum absque dubio iniurijs seruorum Dominicorũ Dei admisceatur iniuria, testante id Deo affectu indulgentissimo in hũc modum: *Qui vos tangit, quasi qui tangit pupillam oculi mei.* Ad exprimendam teneritudinem pietatis suæ, tenerrimam partem humani corporis nominauit, vt aperte intelligeremus, eũ tam parua Sanctorum suorum contumelia lædi, quam parui verberis tactu humani visus acies læderetur. Sic ille dilectionem Dei, & summam æstimationem seruorum suorum in hoc loquendi modo inclusam exponit. Quia verò & summam custodiam indicat, vt ex dictis constat, quomodo De⁹ custodierit hũc populũ, quasi pupillã oculi sui, cõstat ex illo Deuteronom. 29. *Adduxit vos quadraginta annis per desertum, non sunt attrita vestimenta vestra, nec calciamenta pedũ vestrorũ vetustate cõsumpta sunt, &c.* Tũc addit idẽ Ruper. Si illud curare dignatus est, vt vestimẽta nõ atterentur, neque calciamenta pedum illorum vetustate consumerentur, quãto magis illud curasse credendũ est, vt nemo illorum immatura morte moreretur: alioqui quomodo stabit, quod idem in Cantic. dixit: *Circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui.* Sic Rupertus custodiam Dei erga populum suum ostendit.

Matt. 10

Zach. 2. n. 8.

Deut. 29. n. 5.

(z)

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIO I.

Quantum conducat prima, & ignobilia principia reminiſci, vt Dei beneficia cognoſcamus, & pro eis grati ſimus.

CVm inſitum nobis ſit, & veluti congenitũ non agnoſcere peccata, ob quæ á Deo punimur: quod bene proſequitur Saluian. lib. 4. de prouident. longè á princ. vbi ait. Nego vllum eſſe, quantumuis magni criminis reum, qui ſe acquieſcat debere torqueri. Hinc ergo cognoſci poteſt quam iniqui, & praui ſimus, alijs ſeueriſsimi ſumus, nobis indulgentiſsimi, alijs aſperi, nobis remiſsi, in eodem crimine punimus alios, nos abſoluimus: Intolerabilis prorſus, & cõtumaciæ, & præſumptionis, nec agnoſcere volumus in nobis reatum, & audemus de alijs vſurpare iudicium? Idipſum ſcelus nobis probabile eſſe dicemus, quod in alijs ſeueriſsimè vindicamus. Vt conſtet apertius quã graue fuerit huius gentis delictũ, dum Deum deſeruit, & idola adorauit, dum à vero Deo, vnico, & infinito bono receſsit, & ad dæmonia diuertit, & quàm iuſta fuerit Dei punitio, & animaduerſio, refert iam Diuina beneficia, quæ eó maiora eſſe noſcuntur, non ſolùm quia nulla penitus merita ſupponũt, ſed quia ſummæ miſerię occurrerunt. Etenim ſi priſtini ſui ſtatũs, in quo miſera, egena, & ſanguine peccatorum ſuorum inuoluta, & ab impio dæmone conculcata, ea gens inuenta eſt, & tot beneficijs præuenta, recordaretur, & præ oculis haberet priſtinam calamitatem, & cumulata á Deo bona, nequaquam ab Optimo Domino, & præclariſsimo Sponſo deficeret, & ſe tot ſceleribus inficeret: Sic enim facere conſueuit Diuina Sapiẽtia, quò magis noſtrã conuincat iniuſtitiam, vt patet ex illo loco Cant. 8. *Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua:* Quo in loco ſit, variæ ſunt Doctorũ ſententiæ, apud quos nõ conſtat ſponſæ ne, aut ſponſi hæc ſint verba: Accedit, quo voces ipſæ Hebrææ valdè ambiguæ ſunt, tamẽ ſponſi verba eſſe ad ſponſam bene oſtendit Sanctius, quaſi diceret. Quamuis ò ſponſa chariſsima, & pulcherrima ſis, & prædiceris, eo quod ſponſa mea ſis, non eſt tamen quod ſuperbias, & inaniter, efferaris, & glorieris, meminiſſe ſiquidem debueras potius, qualis aliquando fueris, & vnde ad hanc dignitatem, & gradum aſcenderis, nam in agro, & in ſyluis ſub arbore mali nata es de more ruſticarũ fœminarum. Vel intelligenda eſt ſimilitudinis nota, Hebræorum more, quaſi diceret. Quemadmodũ ſi mater ſtatim à partu in obſcęno ſanguine te relinqueret, & à me eſſes excitata, & conſeruata, deberes potius in me referre, quę in te conſpicis, quàm in me inſurgere, dum qualis fueris, non conſpicis, & tibi arrogas quæ à me accepiſti. *Cant. 8. n. 5.*

Videturque nemo melius huius loci ſententiã aperuiſſe, quã Ezec. 16. vbi Hieruſalem (quam ibi ſponſam, & Reginam appellat, & in regnum profeciſſe dicit) alloquitur tanquam alienam, ſcilicet Amorrhæo patre prognatam, Cethæa matre natã, exprobrat antiquas ſordes, quod humi relicta eodem, quo á matre edita, loco, in obſcæno partus ſanguine volutaretur, vnde excitata, mundata, & ad ſponſalia prouecta. Sic hoc in loco etiam alloquitur ſponſam tanquam Cethææ matris filiam, eodem loco relictam, vbi violata fuit, ac corrupta mater, id eſt, omnium penè cõſenſu, vbi mater *Ezech. 16 à n. 5.*

illam

illam enixa eſt in ſyluis videlicet, cũ commodiorem locum pro vilitate, & ruſticitate ſua non potuerit habere: Cui interpretationi nonnihil ſuffragari videtur trium Patrum commẽtarius, ſi cum Sotto Maior diligentius expẽdatur. Mens itaque ſponſi fuit poſtquam eam à ſodalibus, ſeu filijs Hieruſalem commendatam aduertit, propriæ fragilitatis, & miſeri initij cõmonefacere, ne ſuperbè efferretur, & ab amore, & gratitudine Sponſi deficeret Nam & Paulus, poſtquã multa enarrauit, quæ ad laudem eius pertinebant, ita etiam congruenter adiungit: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis, qui me colaphizet.* 2. Corinth 12. Quin & Saul poſtquã diuinitús excitatus eſt ad Regni faſtigium, prioris vitæ, & humilitatis paſtoritiæ cùm commonefecit Diuinũ Oraculum, ne aliquãdo ſuperbire, aut inaniter gloriari poſſet, ſed potius modeſtiam conſeruaret; *Nonne cũ paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? vnxitque te Dominus in Regem &c.* 1. Reg. 15. Imò & Dauid, qui ingenio erat mitiſsimus, & modeſtiſsimus, & de ſe cum primis humiliter ſentiebat, per Nathan Prophetam ei dicitur: *Ego te tuli de paſcuis ſequentem greges, vt eſſes Dux ſuper populum meum Iſrael* 2. Reg. 7. Hæc ſiquidẽ notitia maximè conducit ad continendam in officio iuſtam animam, dum prioris ſuæ humilitatis, & vilitatis memor diuina beneficia contemplatur, vel ad coarguẽdam ingratam animam, quæ cum nihil ex ſe habeat, quo iure poſsit gloriari, ſed tota Deo ſubijci in illum potius conſurgit ſtulta, & ingrata. Dixit optime Seneca, lib. 1. de tranquillitate vitę. cap. 1. in fine. Puto multos ad ſapientiam potuiſſe peruenire niſi putaſſent ſe peruenisse; quis ſibi verum dicere auſus eſt, &c. Quia igitur, & ſibi quiſque mẽtitur neceſſe eſt, vt verum cuilibet in *2. Cor 12. n. 7.* *1. Reg. 15 n. 17.* *2. Reg. 7. n. 8.*

culcetur, maximè circa principia, quæ facile é memoria excidunt, id proinde Moyſes in præſenti facit, dũ ignobilia initia gentis ſuæ proponit.

Puniturus olim Deus Hieroſolymã obſidione á Babylonijs, & omnimoda euerſione præcipit Ezech. cap. 4 vt laterem ſummat, & deſcribat in eo ciuitatem Hieruſalem, & ordinet aduerſus eam obſidionem, ædificet munitiones, comportet aggeres. Quod acutiſsimo ſenſu contemplatus Hieron. ait: Poſſumus & laterem in ſugillationem accipere, quod in luto, & latere ſeruierit Pharaoni: Quorũ verborum Hieronimi ſenſum eſſe exiſtimo, quod Deus per deſcriptionem ſuperuenientium malorum in latere, voluit exprobrare impię, & peccatrici Ciuitati obliuionem priſtini ſtatus, á quo in tantam gloriam Dei beneficio fuit euecta: Scilicet, opera dura luti, & lateris, quibus opprimebatur in Ægypto, vnde redempta eſt in manu potenti, & brachio excelſo, & vſque adeo exaltata, vt ipſummet cælũ perens, altiſsimum Deum deſpexerit. Huic igitur ciuitati ſui initij penitus immemori obijcitur vilitas lateris, & luti, vnde primò incepit á Domino honorari, & exaltari, vt clarió pateat illius ingratitudo, & malitia, quæ auſa eſt contra benemeritum Dominum nequiſsimè inſurgere, cognitaq; propria nequitia, & ad hanc cognoſcendã conſiderata prius propria vilitate, de peccato ſuo pœnitentiam ageret & in ſe per ſui contemplationem reuerſa, ad Dominum conuerteretur, quod bene proſequitur Nyſſen. lib. de beatitudinib. poſt princip. vbi allecta ſimilitudine medici, qui cauſas ægritudinis aufert, vt ingerat ſanitatẽ, rem explicat in hunc modum. Vt medici periti cauſa morbi effectrice prius exempta, ægritudinem faciliús vincunt: Ita nos quoque vbi inflationẽ, & tumorem inaniter ſe iactantium, *Ezech. 4. n. 1.*

atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque superbientium ratione represserimus, facile commodum, & expeditum eius iter animi demissionis efficiemus. Vnde igitur aliquis potius fastus, atque superbiæ vanitatem demonstrauerit? Qua ratione alia, quã naturam ostenderit? Quæ nam ea sit? Nam si quisque ad se ipsum, & non ad ea, quæ circa seipsum sunt, respiciat, non video qua ratione is in eiusmodi vitiũ incidere possit. Quid igitur homo est? Vis ex Scriptorum monumẽtis proferam id, quod plus ponderis, & auctoritatis in se contineat, ac plus æstimari debeat? At is, qui nostra ordinat, & inflatiús, splendidiusque de nobilitate humana loquitur, ex luto generatam naturam esse dicit; atque nobilitas, & splẽdor cognationẽ cũ latere habet Quod si continuã pariter, & eã, quæ in prõptu, atque expedito, omnibusque nota est, generationem proferre velis: remoue isthæc oro, ne loquaris de hac re, ne obmutescas, ne hiscas, *ne reueles*, vt lex inquit, *dedecus patris, & matris tuæ* Leuit 20 ne sermone publices, atque diuulges ea, quæ oblitione, atque alto silẽtio tegẽda sunt. Et nõ erubescis terrea statua, mox puluis futura, quæ in modum bullæ breui duraturum in te tumorem continues, te superbia repleri, fastu tumere? Vano spiritu, atque cogitatione montem inflatam habere? An non respicis vtrumque vitæ humanæ terminum, vnde, & initium summat, & in quid desinat? Ostendam tibi tanquam in speculo quis sis, & qualis sis: Nõ vidisti in loco publico sepelientẽdis hominibus destinato nostræ naturę mysteria? Non vidisti ossium congeriem? &c. Hinc iam intelligetur cur Deus præceperit Ezechieli, vt describeret in latere ciuitatem Hierosolymitanam, hoc enim vult Hieronym. in sugillationem factum fuisse, quandoquidem indurata illa vrbs, superbia, impietateque sua, & obliuione sui initij, minimè recordabatur vnde fuerat assũpta, euecta, & sublimata, & quod facilè in eũdem puluerem resolui poterat, & reduci, ideo contra Deum insurrexerat, & plurimis, ac grauibus iniurijs affecerat, & offenderat, proindeque in imagine iniquitatis suæ depinguntur, & describũtur promerita supplicia, vt pœnæ videatur respondere culpa, & humiliatio diuinitus facta per Babylonios elationi iniquę, ac si & iustus agnosceretur Deus, & iniusti comprobarentur Iudæi, ac in melius reducerentur, proprijs oculis intuentes imaginem suæ improbitatis. Nihil enim tam reducit, & resipiscere facit hominem, quàm mentis oculos in vilia principia conuertere.

Leuit.20.

Hoc enim sapientem constituit iustum, si oculos scilicet in capite habeat, sicut dixit Salomon cap. 2. Eccles. Significat enim caput idẽ, quod principium, eo quod inde initium capiant sensus, sicut aduertit Marcus Varro, & Thesaurus linguæ Latinæ; & in sacris literis multa suppetũt loca apud Fernand. in suo thesauro, idque probat Titelman. in Psal. 39. Dum enim iustus sua primordia intuetur, & contemplatur, in officio, iustitia, & sanctitate, quæ vera sapientia est, continetur: Ideoque dicitur. *Oculi sapientis in capite eius.* Fecit hoc idẽ Salomon plenus scientia, ideoque se insipientem inuenit, vt Deo recognosceret, & qua cæteris præstabat, sapientiam: Dixit enim Prouerb. 30. *Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum:* Quod expendens Nazianz. Orat. 19. ant. med ait. Opto, vt mihi Salomonis illud contingat, vt nihil imbecillitate mea proprium de Deo cogitem, vel dicam, cum enim dicit, *Omnium hominum sum stultissimus, & prudentia hominis in me non est*; non hoc ideo dicit, quod insipientiam suam cognoscat, quo pacto enim hoc fieri posset, cum sapientiã præ cunctis rebus alijs

Eccles. 2. n. 14.

Prou. 30. n. 2.

à Deo petierit, illamque vna cũ speculatione, nec non latitudine cordis sit consecutus, maris arena etiam numerosiorem, & largiorem? Quomodo igitur vir tam sapiens, & tale donum affecutus, seipsum stultissimum vocat hominum? Ideo nempe, quod nequaquam prudentiam habeat propriam, sed diuina, & perfectiori sit instructus. Sic ille demonstrat quomodo iustus, & sapiens vir omnia, quæcunque habet, non sibi, sed Deo referat, memor vilitatis suæ, proindeque oculos perpetuó in capite habeat. In quam sententiam bene explicat Rupert. lib. 1. in Leuit. cap. 7. post med. præceptum illud de holocausto auiũ. *Offerat eam sacerdos ad altare, vesiculam vero gutturis, & plumas proijciat prope altare ad Orientalem plagam, in locum, in quo cineres effundi solent.* Sic verò habet Rupert. Vesicula gutturis, quo videlicet turtur, siue columba grana reperta recondit, capacitatem significat memoriæ, qua bene vtens animus Scripturarum sententias vtiliter congerit. Plumæ verò agilitatem mentis, qua sublimia sequi, altumque dictorũ sensuum comprehendere nouit. Sed hanc naturæ facultatem mens erudita quodammodo nescit, dum in veritatis luce totum videt, totum, quod de Deo sapit, non suarum virium, sed superni esse muneris. *Vesiculam* ergo, inquit, *gutturis, & plumas proijciet ad Orientalem plagã*, id est, prædictas memoriæ, vel ingenij sui facultates in se contemnet, supernam confitendo gratiam. Locus, in quo holocaustorum cineres effundi solent, iustam significant hominis humilitatem, qui ne de accepto munere, vel reuelationum magnitudine se extollat, meminerit, quia cinis est, & reuertetur in cinerem. Vnde adhuc subditur. (*Confringetque ascellas eius.*) Ascellis namque pennatis auicula in altũ tollitur. Ascellas ergo confringet, id est, virtutem in infirmitate deprimet, dũ vt prædictum est, de munere se mens non extollit, quod tribuit Deus, sicut de isto Moyse dictum est. Quia *Stetit in confractione in conspectu eius.* (*Non secabit, nec ferro diuidet eam*, inquit) Nec enim virtus accepta omnino nesciri debet, alioqui custodiri non valet. Confringatur ergo, & non secetur, nec ferro diuidatur, id est, per humilitatem ignoretur, sed per rationẽ optimè sciatur, vt seruetur (*Et adolebit super altare lignis, igne posito, &c.*) Sic etiã exploratum habemus in Dauid, qui postquam se maximè cognouit, & dixit 2. Reg. 7. *Et quæ domus mea, &c.* Tandem n. 27. addit: *Propterea inuenit seruus tuus cor suum:* Vbi eleganter Rupert. lib. 2. in lib. Reg. c. 32. in fin. ait inuenire cor idem esse, ac se ipsum cognoscere. Sic enim habet: Inuenit quippe cor suum, qui in principio huius orationis dixit: *Quis ego sum?* Nam è cõtra, qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, profectò nec dum cor suum inuenit, sed ipse se seducit: Ergo cor suum inuenit, qui nullum esse meritó prospiciens, solã in dilectione sua cognoscit gratiam Dei, verè confidens, quod secundum merita, non gloria, sed pœna, non honore, sed abiectione dignus sit: Sic ille ostendit, quomodo inuenire cor suum quemlibet, sit se ipsum agnoscere, & ex se nihil boni habere: proinde principium totius boni Deo referri debere, á quo habemus omne bonum, & omne donũ perfectum.

Leuit. 1. n. 16.

2. Reg. 7 n. 18.

Sed illud obseruandũ adhuc restat, quod ille, qui seipsum cognoscit, prudens asseritur: Nam inuenire cor idẽ est, atque sapientiam iam amissam iterum reassumere, vel consequi: Nam cor in sacris literis pro sapientia ponitur, & prudẽtia. Sic Hierem. in cap. 4. *Peribit cor Regis, & cor Principum*, vbi Hieronym. de sapientia, & prudentia interpretatur: Sic insipiens dicitur nõ habere cor Ose. 7. *Ephraim columba se*

Hierem. 4. n. 9.

Ose. 7. n. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hierē. 5. n. 11. Osē. 4. n. 11. Psal. 39. n. 13.

ducta non habens cor, quod explicatur Hierem. 5. *Populeinsipiens, qui non habes cor*: Et Osē. 4. 11. *Vinum, mulier, & ebrietas auferunt cor.* Quinimò, & ipse Dauid Psal 39. *Cor meum dereliquit me.* Pluraque pro hac re videri possunt apud Fernand. in suo thesauro verbo cor. 18. vbi in eodem sensu interpretatur dicta verba; *Inuenit seruus tuus cor suum*, vt idem sit, ac mentem, & sapiētiam reassumere: Si ergo inuenire cor idem est, ac seipsum cognoscere, & ad mentem redire, ac sapientiam percipere, sanè qui sapiens, & intelligens est, verè seipsum agnoscit, & sua principia mente, & intellectu voluit, oculoscq; in capite suo, & initio habet. Nō sic sane habebat ancilla illa Ægyptia, quæ conditionis suæ oblita despexit dominā suam, fugientemque ab illa inuenit, & interrogauit Angelus: *Agar ancilla Sarai vnde venis, & quo vadis? Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius*: vbi vides superbientem ancillam in mentem, & in domū dominæ suæ reduxisse Angelum, semel, & iterum inculcato, & in memoriam adducto nomine ancillæ. Sic verò & despicientem dominam, & humiliatam, ac reuersam ad dominam prosequitur Chrysost. homil. 38. in Genes. ad med. Ille enim fermè seruorum mos est, vt cum parum prosperitatis eis aspirauerit, nequeant intra suos limites manere: Sed statim sui ordinis obliuiscantur, & in ingratitudinem propensi sint: Id, quod huic ancillæ accidit. Nam vt vidit veteris sarcinam, neque dominæ admirabilem honestatem, neque suæ conditionis vilitatē cogitauit. Sed inflammata, & superbiens contempsit dominam, quæ illam commendatam habebat, vt & in viri thalamum admitteret *Afflixit eam domina, & fugit à facie eius.* Postquam domina illius puniuit insolentiam, fugā inijt ancilla. Talis scilicet seruorum mos est, quando non permittitur eis more suo agere, sed impediuntur eorum conatus, statim, dominorum ruptis frænis, fugam capessunt. Et, vt inuenit eam Angelus, dixit ei, *Agar ancilla Sarai vnde venis, & quo vadis?* Vide quomodo & Angeli dicta eam in memoriam suæ conditionis inducūt. Nam vt attentiorem reddat, statim appellationem nominis eius in medium affert, & dicit, *Agar.* Solemus enim dilegentiús auscultare, quando nostris nominibus vocamur. Deinde dicit: *Ancilla Saræ*, quo recordari eam faciat dominæ suæ, vt sciat quod licet particeps fuerit herilis lecti, attamen dominam agnoscere debeat Saram. Et vide Angelum interrogantem, vt eā ad respondendi necessitatem cogeret. *Vnde*, inquit, *nunc in solitudinem hanc ad ueniſti, & quo contendis?* Atque ob hoc in hac solitudine comparet Angelus, vt ne putet aliquem ex vulgaribus viatoribus eum esse, qui interrogat. Solitudo enim erat, & nullus alius aderat: Et idcirco vt sciat non esse vulgarem aliquem qui sibi colloquitur, ea propter vt in eremo apparuit, rogauit ex ea, & inquit illa. *A facie Saræ dominæ meæ ego fugio.* Vide quomodo non negat dominam, sed confitetur vere omnia? Non est, inquit, homo, qui interrogat, vt possim decipere. Primùm dixit nomen meum, & dominæ meæ meminit, congruū est, vt & ego vera dicam. *A facie*, inquit, *Saræ dominæ meæ ego fugio.* Vide quomodo citra odium meminit dominæ. Non dixit, malè afflixit: non dixit, grauia mihi fecit, non possum ferre molestiam eius, & ideò fugam inij: nihil asperū loquuta est, sed solum se ipsam, vt fugitiuam, accusauit. Vidisti eius gratitudinem? Vide quid iterum Angelus dixit ei. *Dixit autem ei Angelus Domini*, inquit, *Reuertere ad Dominam tuam, & humiliare sub manibus eius.* Ad hoc quidē, quod dicit: *A facie dominæ meæ fugio*: inquit, *Reuertere*, & ne sis ingrata

Genes. 16 n. 8.

erga

erga dominam tuam, quæ de te tam benemerita est. Deinde quia ex fastu, & superbia mentis, dominam suam in iram excitauerat, inquit: *Et humiliare sub manibus eius*, subiecta esto ei: hoc enim tibi proderit. Agnosce igitur seruitutem, ne ignores dominiū, nihil sublime sapito, nec plus de te, quam oportet, senti. *Humiliare sub manu eius*, magnam præ te fer obedientiam. Satis eius animam demulserant Angeli dicta, satis eius spiritum compresserant, satis frænauerant eius furorem, multam in cogitationibus serenitatem feçerant, &c.

Reuertebatur Abraham de Ægypto diues valdē, & multis bonis repletus, memoria tamen retinens initium tenuitatis suæ, in hoc enim sensu interpretatur Ambros. lib. 2. de Abraham cap. 5. ad med. id, quod facer textus ait Genes. 13. *Ascendit Abraham de Ægypto, erat autem diues valdè in possessione auri, & argenti, reuersusque est per iter, quo venerat*; ait ergo Ambros. Si vis contentus esse finibus, non extolli diuitiarum copijs, & rebus secundū gratiam voluptatum fluentibus, hoc scias esse mentis optimæ meditari semper principium, & finem, eò procedere, & inde egredi, &c. Reuersus item per iter, quo venerat Iacob, memor initij sui dicebat Genes. 32. *In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis egredior.* Oculos item in capite suo habebat sapiens ille, qui dicebat: *Sum quidem & ego mortalis homo similis omnibus.* Præuiderat enim, & sub olfecerat, vel pro singulari suæ gentis studio erga ipsum Regē, vel pro more blādientium assentatorum futurū tandem, vt diuini honores illi impēderentur, existimareturque non alius, ac Messias, & Dei Filius, vt videre est apud August. de ciuit. 17. cap. 8. Iustin. dialog. cum Triphone Ambros. 1. apolog. Dauid cap. 3 & in 2. apolog. cap. 6. & 7. Galatin. de arcanis lib. 8. cap. 3. Proinde istos honores perinde ac furias, & pestes hoc loco á se repellit memoria propriæ vilitatis, & mortalitatis, in quā oculos conijcit, ne radijs sanguinis, sapientiæ, auri, & aliarū dotum splendore fulgentibus hallucinaretur. Quod etiam fecit Dauid, qui respiciens humilitatem suam Deum precatur, vt eam aspiciat Psalm. 118. dicebat: *Vide humilitatem meam.* Vbi Ambros. ser. 20. in dictum Psalm. ait. Qui se hic aurum putat, habet plumbum, & qui putat se granum tritici, habet paleam, quæ possit exuri. Sed hi sibi multum auri videntur habere, nō illis inuideo: Sed etiam aurum examinabitur, vretur, vt possit probari, sic enim scriptum est Zachar. 13. *Sicut aurum in conflatorio probabo illos.* Multi ergo, qui se aurum putant, & ipsi humilitatem sequantur, vt vitia sua decoquant, sed hæc inanis iactantia est. Ideo multis, qui se massas putāt auri, dicit sapientior aurimassa, *Omnes nos fornax probabit.* Teneamus ergo hic positi humilitatē, vt cum quisque ad ignem diuini Iudicij veniat, dicat, *Vide humilitatem meam, & eripe me*; Nemo autem dicit, vide superbiam meam, &c.

Oculos item in capite habebat Petrus, cui cum Cornelius ad pedes procidisset, adoraturus, dixit illi, *Surge; & ipse homo sum.* Item *Paulus, & Barnabas, cum turbæ eos proclamarent Deos, sacerdosque Iouis tauros, & coronas afferens cum populis vellet sacrificare, concissis tunicis suis*, Græcè, *discerpētes pallia sua*, videlicet ex more Hebræorum, *vbi audissent blasphemiā, exilierunt*, Græcè, *insilierunt*, saltu, scilicet, appetentes, vt venatici canes in feram dentibus discerpendā, siue vt fera in feram aliam impetu furibundo, *clamantes*, Græcè, *vociferantes*, vel cum clamore refragante poscentes ex Aristoph. in Vesp. velcum eiulatu, indignatione, ira. ex Eustth. & Demetr. Phaler. In hoc igitur sensu cla-

Genes. 32. n. 10.

Psal. 11. 8. n. 153.

Zachar. 13. n. 9.

Act. 10. n. 26.

mabant

Universidad de Deusto
Biblioteca

mabant Apostoli dicentes: *Viri quid hæc facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines.*

Longè aliter ac Apis Rex Argiuorum, de quo narrat August. 18. de ciuit. Dei cap. 5. quod nauibus transuectus in Ægyptum, cum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis, omnium maximus Ægyptiorum Deus. In arca autem, seu loculo, vbi conditus erat, appositum fuit simulachrum Harpocratis digito labijs impresso monentis, vt sileretur illú fuisse hominẽ, quẽ vt Deũ colebant, sicut interpretatur Varro, quẽ August. refert. Imperator itẽ Augustus, sibi minimè cõstans, nã dictaturã ei magna vi offerẽte populo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, quã prius quoque discinderat, & lacerarat, nudo pectore deprecatus, ex Dion Cassi. lib. 5. Zonar. to. 2. Sueton. in August. c. 52 proximè c. 79 quod oculos ex Plin. illustr. c. 37. equorum more glaucos haberet, existimari volebat inesse quiddã sibi diuini fulgoris gaudebatq; siquis in eũ actius contueretur, vt is sibi, quasi ad solare iubar, vultũ submitteret, etsi in senecta lumine sinistro sinistre videret; quadrante in eum sententia Habacuc 2. *Sicut vinum decipit potantem se, ita vir superbus, & non decorabitur*; siue *permanebit* ex Hebr. Magna igitur necessaria est nostri consideratio, maiorque in maiori loco existentibus, & maioribus beneficijs affectis, iuxta illud Eccles. 3. *Quanto maior es, humilia te in omnibus.* Vbi Balduin. in catena Tilmani Godfredi in hæc verba Eccles sic scribit. Humilitas in honore honor est ipsius honoris, & dignitas dignitatis. Omnis dignitas, eo ipso dignitatis nomine indigna est, si humilia dedignetur. Humilitas autem sine honore, ipsa sufficit ad honorem, honor verò sine humilitate se perducit ad confusionem &c.

Habac. 2. n. 5.

Eccl. 3. n. 20.

Clarius hoc docuit August. lib. de sancta virginit. cap. 31. vbi ait. Mensuram humilitatis cuique ex mensura ipsius magnitudinis datam esse. Et Gregor. hom. 9. in Euangel. Cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum: tanto ergo humilior, atque ad seruiendũ Deo prõptior esse quisque debet ex munere, quãto se obligatiorem esse conspicit ex reddenda ratione, &c. Sed heu miseri homines, qui cũ eleuatos se vident, sola superiora contemplantur, minimè verò ad puluerẽ, & propriam vilitatẽ descendunt. *Homo*, inquit Iob. *nascitur ad laborem, & auis ad volatum.* Chald. habet, *Eleuant se, ac si volarent*: propriè verò: *& scintillæ volant.* Sensus est: Cum homo nascatur miser, qualibet fælicitate inflatur, & bonis se ita exaltat, ac si illa forent alæ, quibus in altum eleuaretur, vnde factum est, vt nihil ex omnibus, quæ per virtutem aguntur, & exercentur, æquè laboriosum, & operosum, atque humilitas sit. Quod prosequitur Bern. ser. 45. in Cant. & Gregor. Nyssen. lib de beatitudinibb. & S. Diodor Episcop. Albanens. lib. de vita spirituali cap. 9. ait. Comparatu difficilis est humilitas & quo maior est, eò vsus eius laboriosior &c. Facit itẽ Chrysost. epist. 6. ad Heliodor. cum ait. Laudabilis est humilitas, quæ elicitur ex peccatis, at quæ ex virtute procedit, & educitur ex ea, vàlde placet Deo, magna fecit Virgini Deo iuxta suæ Omnipotentiæ mensuram: Ipsa verò humilians seipsam, ancillam vocat semet.

Iob. 5. n. 7.

Quia verò & tanti facit Deus hanc humilitatem, & tanto iure tenemur ad illam sectandam, & ad deprimendos nos in illius cultum, & adorationem, qui nos beneficijs suis exaltat: dũ potius illis extollimur, & superbimus, vsque ad puluerẽ propriæ humilitatis deprimit, vt quia humiles esse renuimus, saltem humiliati incedamus: quod bene prosequitur Bernar.

serm. 34. in Cant. vbi ait: Oportet humiliter sentire de se nitentem ad altiora, ne dum supra se attollitur, cadat à se, nisi in se firmiter per verã humilitatẽ fuerit solidatus. Et quia nisi humilitatis merito maxima minimé obtinẽtur, propterea qui prouehẽdus est, correptione humiliatur, humilitate meretur. Tu ergo cũ te humiliari videris, habeto id signũ in bonũ, omnino argumentũ gratiæ propinquantis. Quantos videmus humiliatos, sed nõ humiles, percussos, sed nõ dolẽtes; curatos quidẽ à Deo, sed ne ipsa quidem curatione sanatos &c. Proinde decet maximé voluntarie & libenter humiliari: inseruit maxime ad humiliationẽ, & humilitatẽ prima initia contẽplari, neque oculos à capite auertere, & ab intima vilitate auellere. Optimam sane mentem habuit ille, cuius imperio subdebatur tota terra Ægypti, qui in media gloria sua, & in supremo honoris fastigio, ne efferretur, suæ vilitatis, & humilis principij memoriam non amisit, sicut de illo dixit Rupert. lib 8. in Gen. cap. 40 in med. dum eius descripsit gloriam. Perseuerat in victore, atque in triũphatore cũ altitudine gloriæ, & honoris modestia, & humilitas mentis. Quid enim? nunquid nõ poterat iã exaltatus venturos de se fratrum suorum camellos, siue asinos regijs anticipare curribus grãde tuba canente ante, qua & æmulis fratribus insultaret: & sanctũ patrẽ diuturno luctu fatigatum, ad suæ lætitiæ festiuitatem inuitaret? Poterat planè, sed de suo spiritu nihil præsumens, totusque de Diuino arbitrio pendẽs reliqua tempora sua manibus eius committebat. Et post multa concludit. Rectè itaque, & cũ laude digna fide, sicut in domo, sicut in carcere, sic & in curru Pharaonis tam humiliter seruiuit, quàm fideliter, illud semper attendens, quia seruus emptitius est, non illud, quia per prudentiam pater Pharaonis effectus est, &c. Mentem igitur continuit, ne extra metã transiliret propriæ humilitatis pondere, & qui recordatus est Domino illi prouidenti omnia bona referre, haud potuit illis abuti, aut ijs superbire.

Quod eleganter prosequitur Bernard. 2. de considerat. cap. 5. vbi ait: Hæc te consideratio facit honoris cõtemptorem, in honore etiã ipso, atque id magnum nõ recedat à pectore, clypeus est tibi, vel á sagitta illa: *Homo cũ in honore esset, non intellexit* Psal. 48. loquere ergo tibi: Abiectus eiãin domo Dei mei: quale est hoc de paupere, & abiecto leuari super gẽtes, & regna? *Quis ego, aut quæ domus patris mei, vt sedeam excelsis sublimior?* Sanè qui dixit mihi: *Amice ascende superius* Luc. 14. amicum fore fidit. Si minus inueniar non expedit quidem, qui eleuauit, & deijcere potest: Et cap. 10 eiusdem lib. post princip sic ipsum summum orbis Monarchã alloquitur: Es adhuc, quod eras: & non minus hoc est, quã quod factus es post, forté, & magis. Denique illud natus es, mutatus hoc, non in hoc mutatus. Non reiectũ illud, sed istud adiectũ. Quid tibi videtur ad purũ esse tui, & ad te principalius pertinere? Quod factus, an quod natus? Nonnè quod natus? Hoc ergo consulo considere maximè, quod maximè es, hominẽ videlicet, & quod natus es. Nec modo quid natus, sed & qualis natus oportet attendas, si nõ vis tuæ cõsiderationis fructu, & vtilitate fraudari. Tolle proinde nũc hæreditaria hæc perizomata ab initio maledicta. Disrũpe velamẽ foliorũ celãtiũ ignominiã, nõ plagã curãtiũ. Dele fucũ fugacis honoris huius, & malè coloratæ nitorem gloriæ, vt nudè considereres, quia nudus egressus es de vtero matris tuę: nũquid infulatę? Nũquid micans gẽmis? Si cũcta hæc dissipes, & exsuffles á facie cõsiderationis tuę, occurret tibi homo nudę pauper, & miser, & miserabilis homo,

Pfal. 48. n. 13.

Luc. 14. n. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dolens, quod homo sit, erubescēs, quod nudus sit, plorans, quod natus sit. Salubris copula, vt cogitans te Summū Pontificem, attendas pariter vilissimum cinerem, non fuisse, sed esse, &c.

Hoc quidem minime cogitauit ille, qui sui penitus oblitus voluit esse similis Altissimo, cum vilissimus puluis esset, cui tamen vt resipisceret & in se reuerteretur, Deus sui memoriam, & notitiam ingessit, dicens: *Puluis es, & in puluerem reuerteris*, quod nos ad Cantic. Ezechiæ latius expendimus: & quasi hoc parū esset, quia nihil frequentius audimus, quam nomen nostrum, hoc saltem Latinè ab humo voluit deduci, vt nostri recordationem ob oculos perpetuò gestaremus. Quod dixit Zeno Veronens. Episcop. serm. de spiritu, & corpore post princip. loquens de primo parente, quem Deus voluit sui cognitione veluti sapientia cōdire, & veluti sapiēti oculos in capite collocare, huic ab humo, homo, nomē imposuit. Credo sicut res ipsa docet, vt contēplatione opificis, ac materiæ, semper suum & vereretur, & veneraretur Artificē, post hæc subiecit ei omnia bona mundi, & quia erat iā sapientia conditus, &c. Hinc est quod Deus Sophon. 2. post descriptionē malorū, quæ superuentura erant in die captiuitatis, ad pœnitentiā prouocans, & ad resipiscentiā alliciēs populū, cui tanta comminatus fuerat mala, quorū proposito illis medelā afferre facilé posset, si prudentes extitissent, sicut ibi aduertit Hieron. Attamen, quia insipientes, & stulti erant, & à sui cognitione recesserāt, eosdē prius ad se vocat, & ad sui notitiā, & reditū, dicens: *Conuenite, congregamini gēs nō amabilis*: Pagnin. legit: *Scrutamini vos ipsos, scrutamini gens non desiderabilis*. Qui enim in Deum delinquit, debet seipsum scrutari, & meminisse, vt sibi displicēat in sui consideratione, & ad placendū Deo, ac placandū Deū se cōponat: & sane prudens ea anima, de qua Prou. 31. *Considerauit semitas domus suæ*: initiū scilicet, & finē suū, vnde venerit, & à quo termino prodierit, quēq; tādē habitura sit, vterq; enim cohęret, & instruit nos, & prudentes efficit.

Sophon. 2 n. 1.

Prou. 31. n. 27.

Obiurgans Iacob insipientem Ruben, dixit illi: *Effusus es sicut aqua*, Gen. 49. Aquā definiunt Philosophi, quod difficilē intra terminos contineatur, sed facillimè transiliat, & extra illos egrediatur: Etenim si intra terminos suos prudens homo contineretur, & sui initij, & vilitatis memor, finē suū contemplaretur, extra illos minimé egredereretur, à se recedens, & se à Deo auertēs cū resipiscentia, & emendatio nostra ideo conuersio dicatur, quod homo, & ad Deū reuertitur, & ad cor suū itidē redit per contemplationē. & cognitionē sui, iuxta illud Eccles. 21. *Qui timet Deum conuertetur ad cor suum*, imò vt Deum cognoscat, se prius debet cognoscere, sicut dixit Cyprian. lib. contra Demetrianum. Vt cognoscere Deum possis, inquit ille, te antè cognosce. Et Chrysost. homil. 38. ad popul. in med. Cum simus peccatores, hoc nos esse cogitātes, efficimur iusti. Et sicut dixit Senec. epist. 6. statim post princ. Hoc ipsum augmentū est in melius translati animi, quod vitia sua, quę adhuc ignorabat, videt. Quibus ægris gratulatio sit, cū se ipsos ægros esse senserunt. Nā sicut dixit Tragicus in Thyest. act. 2. Illi mors grauis incubat (qui notus nimis omnibus) ignotus moritur sibi.

Gen. 49. n. 4.

Eccl. 21. n. 7.

Iuuat autem maximè ad hanc necessariam nostri cognitionem, si veritate velut scuto contra ignorantiæ, & elationis tela, se quis protegendū curet, sicut acute aduertit, & docet Bernard. epist. 42 ad Marcellin Archiep. post med. vbi ita ait. Qui putat se aliquid esse, vt nihil sit, ipse se seducit: Contra hoc autem, vt à se sentiat esse, quod se fētit esse, sollicitē se ipsū inter-

Galat. 6. n. 3.

rogat,

1. Cor. 4. n. 7. rogat: *Quid habes, quod non accepisti?* Cū verò laudari se comperit de bono, quod se fortè habere cognoscit. Nihilominus quantum in se est, scuto veritatis curat à se iaculum fauoris repellere, dans gloriam Deo & dicens: *Gratia Dei sum id, quod sum*, & propulsās à se omnem suspitionē, ait Domino: *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam*, fidelis suimet custos, &c. Et tandem paulò ante finem pro nostro argumento ita eleganter ait. Quā pulchrè locutus est beatus ille Centurio, cuius fidei nulla par inuēta est in Israel. *Et ego*, inquit, *homo sum sub potestate, habens sub me milites*, non iactabat potestatem, quam nec solam protulit, nec priorem. Dicturus quippe, habēs sub me milites, præmisit, homo sum sub potestate. Prius se agnouit hominē, quā potentem. Agnouit, inquā, se hominem, homo gentilis: vt in se iam impleri ostenderet, quod longè ante dixerat Dauid Psal. 9. *Sciant gentes, quoniam homines sunt*. Homo, inquit, sum, & homo sub potestate, iā quidquid sub inferas, suspectā nō habemus iactantiā Præmissa siquidē est humilitas, ne altitudo præcipitet. Nec enim locū inuenit arrogātia, vbi tā elatum humilitatis insigne præcesserit. Agnoscis infirmitatē, confiteris subiectionē: iā & te sub tē habere milites profitere securus. Reuera quia non confusus est de subiectione, iure ex prælatione meruit honorari. Nō erubuit super se potestatē, & ideo dignus qui haberet, & sub se milites. Dedit prī honorē, prępositis vt iā à subditis iustè reciperet. Fortè nō ignorabat quod subiecto sibi homini Deus omnia subiecerit sub pedibus, & is, quē humilē cōstituerat super opera manuum suarū, superbiæ meritò, *Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*.

Luc. 7.

Psal. 9. n. 21.

Facit in hanc sententiam Ambros. lib. de viduis parum post med. vbi pōderat Christum Dominū oculos luto illinisse cæco, vt eum à cæcitate liberaret Ioan. 9. Is enim à cæcitate mētis liberatur, qui lutum, & puluerem suæ primæ conditionis ob oculos proponit. Alij, inquit ille, oculos luto illiniuit, vt videre posset, Creatorque omnium docet nos nostræ memores debere esse naturæ, & corporis cernere vilitatem. Nemo enim magis potest videre Diuina, nisi qui humilitate conscię sui, nescit extolli. Hoc verū esse constat ex eo, quod contigit eidem cæco, posteaquā ad visū restitutus est. Cæteris enim dubitantibus, & certò minimè cognoscentibus, vtrùm nam ille esset, qui antea fuerat cæcus, & mēdicus, dicebant enim: *Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij autem dicebāt, quia hic est, alij autem, neq; quaquam, sed similis est ei. Ille vero dicebat, quia ego sum*. Vellem ego vt & cæcis nostri temporis, & mendicis postea videntibus, & diuitibus hæc inculcaretur doctrina, & vel cū Iacob olim paupere, deinde diuite dicerent Genes. 31. *In baculo meo transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis egredior*; vel cum cæco, & mendico iam vidente, dicerent: *Ego sum*, qui mendicus, & cæcus aliquando extiti. Vbi Aug. tract. 44 ait Vox grata, ne damnaretur ingrata, &c Grata quidem, & à gratitudine orta, grata Deo, cui placet admodū propria cognitio, in tantum, vt & offensas facile dimittat, & manū Domin⁹ ad supplicium infligendū cōtrahat, sicuti videre est in eo, quod Dauid de irato Deo ait Psal. 105. *Et dixit, vt disperderet eos, si nō Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius*: quod explicat Ruper. lib. 4. in Exod. cap. 25 in med. dicens. Per nimiam humilitatem significat Moysen Deum tenuisse, dicendo in confractione: cōfractio nāque cordis humilitas est, quæ sola coram Omnipotēte Deo, & Dño vniuersæ fortitudinis Principe res fortis est, & valida; ita vt illa laborante, quasi brachium

Ioan. 9. n. 6.

Gen. 32. n. 19.

Psal. 105. n. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suum ad percutiendum Deus extendere non valeat, &c.

Sed adhuc indagandum supereſt, in quonam conſtiterit Moyſis humilitas, neque enim tam facilé id apparet, cum ſeſe opponere Deo aliquid elationis, & præſumptionis ſubolere videatur. Id quidem ex eodem Ruperto colligimus in eo, quod dixit Deo Exod. 32. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.* Vult enim Rupertus, vt hæc verba contineant apertam, & omnimodam ſui cognitionem, imó & confeſsionem propriæ fragilitatis, ratione cuius ipſe auſus eſt pro ſupplicijs rogare peccantiũ, cũ ſe fragilem cognoſcat peccatorẽ. Sic enim interpretatur lib. citato c. 29. prædicta verba: *Aut dimitte eis, aut dele me de libro, quem ſcripſiſti:* Quare? inquit ille, videlicet, quia & ego peccator ſum, ſi non eſt apud te propitiatio, ſi iudiciũ apud te eſt ſine miſericordia, conſequitur, vt & me de libro tuo deleas. *Si enim iniquitates obſeruaueris, quis ſuſtinebit?* Pſalm. 129. Ergo ſi tu peccata non dimittis, ſi ſoli apud te ſcripti permanent iuſti, conſequens eſt, vt nec ego permaneam in libro tuo, &c. Neque verò abſonus, & inſolens eſt hic loquendi modus, *dele me*, pro delebis me, ſic enim boni loquuntur Authores, vt videre eſt apud Virgil Eclog 8 Si fætũ gregẽ ſuppleuerit amens eſto, pro eris. Sed ſi Moyſes cũ cæteris peccator eſt, ſi ſe deliquiſſe fatetur, cur audet cõtra delinquentes ſæuientẽ Dominũ interpellare? Inde animus ſurgit, quod propij caſus ruinam conſpiciat, agnoſcat, & fateatur, inde vires ſumit, quod in medijs Dei furoribus ſuæ fragilitatis immemor non exiſtit, & veluti ad terram, & pulueren deiectus valẽtior ſurgit, & robuſtior, vt in confractione ſtet, & valeat in conſpectu Dei, cui ſummé placet aſpectus noſter, & noſtræ vilitatis perſpectio. Quibus ſimilia habet Baſil homil. 3. in illud: Attende tibi ipſi circa finem, & Bernardus epiſt. 2. atque etiam ſer. 17. in Cant ad med. cum ponderat illud Prouerb. 24. *Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit.* Vult enim ideo reſurgere iuſtum cadentem, quia nouit caſum, & vbi ceciderit. Is enim, qui terram videt, & lutum contemplatur, ac cænum, facilè ab illo ſurgit, etiamſi propter infirmitatem propriam ſæpius cadat, duo autem requiri putat ad reſurrectionẽ & notitiã loci, & imprecationẽ auxilij, nam qui propriam agnoſcit fragilitatem, & lubricam ſuæ conditionis terram, in qua graditur, & prolabitur, etiamſi multiplicem caſum incurrat, diuinas implorans ſuppetias, & auxilia: *Septies*, inquit ille, *cadit iuſtus*, & ſepties reſurgit, ſi tamen cadat, vt ſe cadere videat, & cecidiſſe ſciat, & reſurgere cupiat, & requirat manum adiuuantis. Sancti Iob ſententia eſt: Agnoſcite Iob 19. & quia aduerſarius noſter, qui noſtram ruinam perpetuo requirit, & prouocat, hoc ſalubre nouit eſſe remedium, ideo hoc vnum emittitur, ſi notitiam noſtri pulueris, & noſtri caſus abolere faciat, ſicut proſequitur Chryſoſtomus homil. 11. in epiſt. ad Roman. ante med. cum ita habet. Habet ipſa inprimis vitioſitas malum hoc grauiſsimum, quod qui in illam collapſi fuerint, eos ne dignoſcere quidem ſinit perniciei propriæ magnitudinem, quia potius ſic affectos illos reddit, vt in cæno cum volutentur, vnguentis tamen ſe delibutos putent, qua illi de cauſa eximere ſeſe inde non queunt, ſed vermiculis referti, tanquam lapillis pretioſis ornati, ita ſibi placent, vt eos vermes interimere nolint, ſed intra ſe nutriant, adoleſcere ſinentes donec illos ad futuri ſæculi vermes reijciant, &c.

Hinc ortum exiſtimo, cur noſtra

Exod. 32. n. 32.

Pſal. 129. n. 3.

Prouerb. 24. n.

Iob. 19. n. 6.

hac tempeſtate longe aliter ſe res habeat, ac ólim, vbi homines luteis, & figulinis vaſis vtebantur, & in magno pretio habebãtur. Vnde Plin lib. 34. cap. 13. ait pluris conſtare fictilia quã murrhina, erant aut murrhina dulcia. & delicatiſsima pocula, quæ multo pretio parabantur. Vnde vult Plinius fictilia, in quibus veſcebantur, pretio excedere pretioſa quæquæ, quæ pro cibo habebant, quanta autem ea fuerint, conſtabit ex Iuuenal. ſatyr. 11. Et quadringentis numis condire guloſum fictile. Et Auſon. Fictilibus cænaſſe ferunt Agathoclea Regem, & quos aureos, & argenteos Deos fabricare conſueuit antiquitas, fictiles etiam moliebatur, vt videre eſt apud Propert. lib. 4. eleg. 1. Huius rei rationem reperio apud D. Paulin. epiſt. 1. ad Seuer. ad fin. Amamus, inquit, vaſa fictilia, quia & ſecundum Adam cognita nobis ſunt, &c. Quod idem eſt ac dicere, fictilia vaſa Adami noſtri cognitionem in materia, & in fragilitate proponere, propterea & corda tos viros illa diligere, in quibus conſpiciuntur, & repræſentantur veluti in ſpeculo, & quod alijs præſtabat caluaria menſæ appoſita, hoc his efficiunt lutea, & fictilia vaſa, quod in cauſa eſt cur diabolus iamá méſis nobilium, diuitum, & potentum, quibus perneceſſaria erat propriæ vilitatis memoria, exulare fecerit fictilia: argentea verò, aureaue vaſa introduxerit, quo ſe aureos velut alter Nabuchodonoſor æſtiment & reputent, & terrenos, fragiles, & facilé perituros nequaquam reminiſcantur. Bené proinde lamentabatur Sanctus Ieremias, imò & lamentari docebat velut è ſuggeſtu miſeram hominis conditionẽ, dum illius notitiam perfectè callere profitebatur Thren. 3. *Ego vir videns paupertatem meam.* Vbi Rupertus cap. 59. in Ieremiam ait. Non dicit. Ego pauper, parum enim dixiſſet, nam verè omnis homo pauper eſt in Adamo, ſed non omnis homo videt, non omnis intelligit hanc ipſam paupertatem ſuam. Igitur quod ſatis eſt, quodque imitabile foret, dicere maluit. *Ego vir videns paupertatem meam*, videns, inquã, in virga indignationis eius, id eſt, ad videndũ pæna corruptionis, & mortalitatis cõmonitus, qua percuſsi ſumus omnes homines, vt moriamur, & quia percuſsi ſumus, omnes infirmamur, & tandem puluis in puluerem reuertetur, &c. Hoc igitur imitandum, & diſcendum, vt lubricam terram agnoſcamus, vt paupertatem noſtram videamus, ne in ſuperbiam efferamur.

Ne igitur tot bonis cumulati, tantiſque beneficijs affecti Iſraelitæ ſuperbirent, vel etiam vt ſuperbientes & à Deo auerſi, ad idipſum, tanquam in benefactorem conuerterentur, in memoriã reuocat Moyſes priſtinum, & miſerum ſtatum, in quo gentem illã inuenit, ad ſe vocauit, tantiſque beneficijs allexit, nullis omnino præcedẽtibus meritis, vt ſic tandẽ erubeſceret, & puderet tam malé reſpondere tam Benemerito Domino, tãque Diuiniſſimo Sponſo, á quo receſſerat, grauiter delinquendo.

Thren. 3. n. 1.

ANNOT. II.

Quomodo qui Deum ſecũ habent, omnia pariter bona cum illo, & in illo inueniant.

QVoniã multi hoc in loco pro eo, quod nos habemus, inuenit cũ in terra deſerta, legũt, ſuffecit ei. Alij verò ſufficientia, aut neceſsaria tribuit in deſerto, id ex hoc loco in morum diſciplinam colligimus, Deum ſcilicet pro omnibus bonis nobis eſſe, & qui ipſum poſsidet,

etiamsi in deserto degat, & ab omnibus deseratur, sufficientia, & necessaria bona possidere, quæ minimé posset reperire, quantumuis per omnes creaturas vagaretur, quæ nihil aliud nobis sunt, quam desertum; extitit Israelitis terra scilicet deserta, locus horroris, & vastæ solitudinis, vbi sola, quæ noceant, inuen iũtur, nihil, quod prosit, totũ, quod noceat, adest, nihil quod velis, aut quo indigeas. Est denique locus ploratus, & vlulatus iuxta significationem Hebræorum. Vnde ea anima, quæ Deum secum non habet, in medijs vlulatibus, & gemitibus videtur versari: quod nobis ostendit locus ille Cant. 1. vbi sancta anima sponsum suum inclamans, ait: *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorũ.* Quo in loco aliqui, vt interpres Theodoret. ex Hebr. legunt: *Quare enim ero cooperta, & pallio amicta.* Sic in ea homil. quæ versa est à D. Hieron. *cooperta*, & respondet dictioni Hebrææ, & sic D. Ambros. & August. sæpe exponũt: Alij, *sicut operta*, Septuaginta Xistiani: *Ne forte efficiar sicut adoperta super greges sodalium tuorum.* Alij, *sicut circunducta* Qui locus communiter eò deducitur, vt sponsa voluerit edoceri, & instrui circa sponsi habitaculum, ne instar scorti cogerentur velata per agros vagari. Vnde Genes. 38. Iudas ex eo suspicatus est Thamar nurum suã vulgari, & prostituti pudoris esse, quod ipsa faciem velarat; & sane ad hunc morem respexisse videtur noster interpres, sciens enim apud Hebræos meretrices vocari velatas, & opertas, eo quod solitæ essent in biuijs sedere pallijs succinctæ, & thoristro faciem velatæ, & sic solitæ errare, & in semitis vagam libidinem aucupari, vnde & Latini semitarias mæchas appellarunt, & Chaldæi, foras exeuntes: honestiori modo loquẽdi dixit, *ne vagari incipiam*, id est, ne dum te quæro, no tam, & suspicionem prostitutæ pudicitiæ incurram. Cæterum ad rem nostram attentius expendentes hunc locum Ghislerius, & Sanctius hic ad luctum deducunt, qualis plané ille est, in quo versatur fœmina, à qua lõgius abest vir, quæ interea turpe, ac indecorum putant cultius ornari. Vnde apud Ouid. Penelope, & Hero dum viris, & amasijs carent, viduas se, atque relictas vocant; etiam apud Senecam in Agamemnone Clytemnestra de de suo marito dicit se viduam. Decẽ per annos vidua respiciam virum. Viduarum autem, vt constat, propriũ erat operire caput suum, esse in secessu, & tenebris, vt etiam dum in publicum prodirent, tecto capite in tenebris, & latebris esse viderentur: & apud Hebræos vidua dicitur *almanah*, quasi silens, occulta, & amicta. Proprium deinde, & vsitatum erat apud Hebr. vt lugentes, & mæsti caput operirent, vt 2. Reg. 15. *Porrò Dauid ascẽdebat cliuum oliuarum, scandens, & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite, sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite scandebat plorans.* Et plorans filium Absalon operto capite proponitur 2. Reg. 19. Et apud Hesther. 6. *Amman festinauit ire in domum suam lugens, & operto capite.* Et Ierem. 14. Propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia in terram, *confusi sunt agricolæ, & operuerunt capita sua.*

Cant. 1. *n.* 7.

Gen. 38. *n.* 14.

2. Reg. 15 *n.* 30.

2. Reg. 19 *n.* 4.

Hesth. 6. *n.* 13.

Ierem. 14 *n.* 14.

Significat igitur Sponsa interim dum Diuinus Sponsus abesset, nihil sibi relictum, nisi lutum, lachrymas, & mæstitiam. Iuxta illam autẽ versionem 70. quæ habet: *Ne fiam sicut circunducta, & circunrotata*, videtur contineri allusio ad eos, qui circũquaque solatium, gaudium, aut quietem quærunt in creaturis: vt circumducta veluti respiciat nostrum *circunduxit*, & significet se nolle fieri, sicut eos, qui veluti vagi temporalia sequuntur, & ad illa conuersi, quietem quærunt, nec

inueniunt,

inueniũt, nec inuenire possunt, prout Salomon à se factum testatur Eccles cap. 2. *Dixi in corde meo: Vadam, & affluam delitijs.* Chaldaic. *Tentabo lætitiã, & fruar bonis. Videbo bona sæculi huius.* Vatablus *Experiar quantum in eo bonũ sit.* Hebraic. *Vide in bono.* Phrasi autẽ Hebræa videndi verbum valet idem, quod experiri. Sed statim addit: *Et vidi quod hoc esset vanitas*, id est, quod non tam bonorũm numero censendæ essent, quam malorum minorum, sicut dixit Bernardus serm. de primordijs, &c. Vel quod plus molestiæ continẽt, quam iucunditatis, sicut inductione probat Basil. in Psal. 33. & Gregor. 20. moral. cap. 16. Et cum inania sint omnia, & longius absint ab ente, quam à nihilo, qui fieri potest, vt vacuitates animi nostri expleant, quod bene dixit Plato 9. de Repub. Denique idem Salomon eodem cap. 2. Eccles. ait. *Cũ me conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub Sole, &c.*

Eccles. 2. *n.* 1.

Eccles. 1. *n.* 11.

Nihil igitur inuenit, quod apprehenderet & cui adhæreret firmiter, & in quo consisteret. Denique ipse confessus est cap. 2. *Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Quia hoc facis?* 70. *Quid hoc agis?* Quod Chaldæus declarat *Quid emolumenti est viro, qui fecerit illud?* Vel *quid aliud inuenies, nisi deceptionem, & circunductionem, ac circunrotationem?* Porró sicut Sanson Iudic 16. in illa circunductione mollebat quidẽ nõ sibi, sed inimicis suis, etiamsi in obscæno significatu sumatur mollendi officium, sicut sæpe in Scriptura sumitur, & placuit Hieron. Isai. in cap. 47. cum ait. Illud, quod in libro Iudicum de Sansone scribitur ad molam eum à Philistijm esse damnatum, hoc significare voluit quod pro sobole robustissimorum virorum hoc in allophylas mulieres fa-

Eccles. 2. *n.* 2.

cere sit compulsus, &c. Non sibi ille molebat, sed potius inimicis suis, dũ eis in maius robur, & defensionẽ fortissimos gẽnerabat filios. Si verò locũ non ad voluptates deducamus, sed ad seruile munus molendi quod ibi probat Serarius q. 19. ad med. Ipse triticum molebat inimicis, sibique ipsi nihil præter laborem acquirebat. Pari igitur modo anima, quæ à Diuino abest, discedituẽ sponso, quandiu eum non inuenerit, eique adhæserit, nihil aliud faciet, quã circũrotari & circũduci, nihil emolumenti acquirens.

Optimus pro hac re est locus apud Gilbertum ser 4. in Cant. ad illa verba: *Surgam, & circuibo ciuitatem*, vbi per ciuitatem intelligit vniuersitatẽ creaturarum, quam totam percurrens iusta, & sancta anima, minimé quiescit. Circuiuit, inquit ille, Salomon, & de Cedro Libani disputauit vsque ad hyssopum: Circuiuit in Ecclesiaste, & de elementorum postquam desseruit circuitu ad humanos actus disputationem diriuauit, vt de transeunte rerum vanitate ad permanentẽ transiret veritatem. Circuiuit Iob esuriens, & quærens animus, dum illum non satiant aliqua, semper rapitur ad reliqua; Et quodam voluitur circuitu currentis desiderij per tractus rotatu, donec repleatur in bonis esuriens amor, & occupet in illo cursus sui statum, in quo terminum non inuenit. Nulla enim, quæ creata sunt in conditionis suæ statu infinita sunt: Et ideo mens, quæ circuit, vniuersa pertransit, nusquam requiem capiens, vbi finem reperit. Solus ille requies est amanti, & refectio, qui finis est omnium, & cuius nullus est finis. Propterea sponsa in circuitu suo cuncta pertransit, vt pertingat ad ipsum: Circuibo in cunctis eum, quem diligo, quærens, sed nusquam reperiens, inuisibilia ipsius per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: Sed tamen nullius creaturæ,

quamli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quamlibet excellentis,& ad ipsius accedentis imitationem, plene vel instruor indicio, vel incendor officio. Tantum enim & pigrum, & tardum, & inefficax ad Conditoris commendationem eorum, quæ condita sunt, redditur ministerium, quantum noscitur á veritate distare simulachrum. Ergo circuibo ciuitatẽ, vniuersa pertingens, vniuersa pertransiens: pertingens quę ex parte ipsius imaginẽ differenter præferunt: pertransiens vbi citra perfectum subsistunt. Circuibo ciuitatem, vbique capiens refrigerium, & fastidium patiens. Quonã enim modo non me refrigerat, quod amoris mei pignus aliquod portat, præfert indicium, indicit memoriã, notitiam inducit? Sed iterum quonã pacto non tolero tædium, dum quadam me recogito pręludij imagine, & vmbra detineri, nudam, & simplicem non tenere veritatem? Circuibo ciuitatem, quoniam in toto eius tam pulchro ambitu vbique refoueor, sed nusquam reficior. Nec me fatigabit iste ciruitus, donec pateat plenior aditus, vt intrem in Sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eius. Habebit ibi circuitus terminum, cum repleti fuerimus in bonis domus tuæ, Domine, cum intellexero in nouissimis eius illum, qui primus est, & nouissimus, initium, & finis. O qualis ibi circuitus erit, pergere ab ipso in ipsum, ire, & redire: desiderio ire, delectatione redire, dum semper eius, quod experientia desiderat, præsentia satiat, vt mens possidentis, & contuentis, & illi sit per appetentiam intenta, & illa sit sufficienter contenta. Sic enim pennata illa, & oculata animalia in medio, & in circuitu Sedis Dei leguntur. In medio, quia voti sui perducũtur ad intima; In circuitu, quia rediuiuo semper voto feruntur in eadem ipsa. In medio, quia eorum iam completum est votum: In circuitu, quia non sufficiunt comprehendere totũ In medio sunt admissa per gratiam & in circuitu sunt exclusa per differentem naturam. In medio sunt, quia vnita per contemplationem, & in circuitu, quia disiuncta per comparationem Sic ille ostendit quomodo creata à Deo anima in Dei desponsationẽ, & fruitionem nullã in qualibet creatura requiẽ inuenire possit.

Hoc etiam videre est in ea muliere, de qua Luc. 8. quæ sanguinis fluxum patiebatur ab annis duodecim, & in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari. Enimueró ea anima, quæ ab alio quam à Deo remediũ sibi conquirit, absque remedio se inueniet quod bene prosequitur Isidor. Peluſiota lib. 3. epist. 129. vbi de mæsto animo solatium vel in sola Dei memoria inueniente ita ait. Quemadmodum mulieris illius cruento fluuio laborãtis, qui nec exinaniri, nec á medicis tractari, aut sedari poterat, temporis puncto depulsus est, sic humana mæstitia vt nihil solatij adhiberi queat, ad solam Dei recordationem facesit, & euanescit, &c. Quid fiet in illius præsentia, & comitatu, quando in illius recordatione, & memoria sic se habet?

Luc. 8. n. 45.

Prosequitur hoc ipsum argumentum Hieronym. in cap. 17. Ierem. ad illa verba: *Sana me Domine, & sanabor; saluum me fac, & saluus ero*: vbi sacer vates videtur nolle ab alio salutem, aut confiteri invllo alioposse reperiri, nisi in Deo, addit deinde Hierony. Multi medici in Euangelio hæmorrousam curauerant: quæ omnem substantiam suã perdiderat in eis & tamen à nullo curari potuit, nisi abeo, qui verus est Medicus: & cuius sanitas in pennis eius. Vnde & nunc propheta a populo passus opprobria, & crebro insidijs circunuentus, ab eo curari, & saluũ fieri cupit, cuius vera laus, veraque medicina est.

Hierem. 17. n. 14.

Ex quibus

Ex quibus constat cur sponsa dixerit se futuram veluti opertam, & viduã si ab illa vtique longe abesset sponsus, in quo illa omnia bona pariter se inuenturam credebat: cur item dixerit futuram circunductam, & circumrotatam, nam licet omnia creata percurreret, in eis potius malo suo disceret in solo sponso requiem posse reperire, salutem, & perfectam beatitudinem.

Cant. 1. n. 15.

Intelligetur item quænam sit laus illa ab sponso attributa sponsæ eodem cap. cum ait. *Ecce tu pulchra es amica mea*: vbi 70. habent *Ecce tu speciosa mea*: & ita legit Ambros. & Orig Symmach. *Sodalis mea*. Reddit igitur rationem Orig. homil. 2. apud Hierony. tom. 3. cur additum, *Proxima mea*, pulchram reddat sponsam: ipsa vero repẽdens sponso suo laudem, nõ itidem dixerit, proximus meus, sed dixerit tantum, *Ecce tu pulcher es dilecte mi*. Illa, inquit Orig; sic dicit ad spõsum: *Ecce speciosus fratuelis meus*, non adiungit & *Proximus meus*: hic autem quando loquitur ad eam, *Ecce sponsa adiungit, & proxima mea*: quare autem & illa non dicit: *Ecce speciosus proximus mihi, sed tantum ecce speciosus?* Quare illa non solum speciosa es, dicit. Sed speciosa es proxima mea. Sponsa si longe fuerit ab sponso, non est speciosa; tunc pulchra fit, quando Dei Verbo cõiungitur, & merito nũc docetur ab sponso vt proxima sit, & á suo latere nõ recedat: incipis esse speciosa ex eo, quod proxima mihi es, &c. Merito proinde illa, quæ procul ab sponso se senserat, vicem suam dolet, & lachrymatur, & veluti viduam se futuram pollicetur, quandiu præsentia sponsi caruisset; nouerat siquidem pulchritudinem, decorem, lætitiam, omne denique bonum sibi ab sponso, in quo omnia pariter habebat, prouenire.

Psal. 15. n. 2.

Hoc etiam in eodem sensu profitebatur Dauid cum dicebat: *Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Vbi Hierony. vertit; *Bene mihi non est sine te*: & Chald. paraphrasis: *Veruntamen bonum meum non procedit, vel non datur nisi à te*: quæ duæ versiones explicant totum in nos bonum à Deo deriuari, & effundi, adeo, vt nullum prorsus habeat ea anima, quæ longe à Deo recesit. Hoc etiam confessus est Dauid cum dixit. *Quid mihi est in cælo, & à te* (i. præter te) *Quid volui super terram*? Proprie ex Hebr. *Quis mihi in cælo? & tecum non optaui in terra*; siue vt legit Chaldæus, *Tecum socium non volui in terra*, q.d. cælum mihi sine te nihil est, ac tu solus mihi ex terra cælũ efficies, si in terra mihi adsis, vbi enim fueris, ibi tandem altissimũ cælũ erit, & nihil mihi diligẽdum, aut inquirendum restabit; nam sicut dixit Ambros. epist. 1. longe á princip. loquens de Deo: hic est thesaurus noster, hic est vita nostra, hic est sapientia nostra, iustitia nostra, pastor noster. Vides quanta bona in vno bono? Hæc bona nobis prædicant Euangelistæ: hæc bona requirens Dauid ait. *Quis ostendit nobis bona*? Ipse Dominus Iesus summũ bonum, quod nobis annuntiatum est à prophetis, prædicatũ ab Angelis, promissum à Patre euangelizatum ab Apostolis, qui nobis tãquam maturitas aduenit, vt nihil acerbum, nihil immaturum: nihil inutile, nihil asperum, &c. Quid igitur desiderandũ restat illi, qui Deum inuenit, & assecutus est, in quo bono omnia bonum sunt, nisi laus, & perpetua lætitia?

Psal. 72. n. 25.

Psal. 4. n. 6.

Merito proinde ipse Dauid dixit, *Lætentur omnes, qui sperant in te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis.* Sensus est: tristabatur sponsa, quod habitaculum sponsi nesciret, vt quæreret, & quandiu non inueniret, dicit se fore instar viduæ, & coopertę: at ijs, qui apud te, & tecũ habitant, vel in quibus tu habitas, iugiter exultabunt: Hie-

Psal. 5. n. 12.

ronymus.

rony. *Te laudabunt*, alij *iubilabunt*, alij *cantabunt*: est enim ibi particula, &, rationalis, & causatiua, idemque valet, ac quia, sicut in Scriptura sæpe sumitur, qua de re vide Saa in indice Scripturæ, & Salmeron tom. 1. prolegom. 16. proindeque indicat causam lætitiæ, & exultationis, quoniam. s. Deus habitat in Iustis, ij autem, in quibus habitat Deus, cum secum totius bonitatis fontem, & originē habeant, merito exultant, & in laudes Dei totos se diffundunt.

Quod melius intelligetur si aduertamus Deum, & si simplicissima vna res sit, omnis compositionis omnino expers, nomine multarum rerum aliquando exponi, & intelligi etenim ipse vnus Deus rebus multis, imo & omnibus, quæ fuerunt, sunt, & erunt, atque etiam omnibus possibilibus æquualet, & in bonitate ac perfectione longe superat, & excedit, cum ea omnia in eo eminenter cōtineantur. Vnde Paulus fidem supernaturalem definiens dixit: *Heb. 11. n. 1.* *Est autem fides sperandarum substantia rerum.* Syriace: *Est fides certitudo de ijs rebus, quæ sunt in spe.* Si vero inquiratur quænam sunt res circa quas spes fertur? Bona vtique quibus compleri, & satiari possit appetitus, & voluntas nostra, iuxta illud Clementis Alex. 2. stromat. Spes autem est bene sperans expectatio bonorum. Si insuper indagare velimus, altiusque rimari quænā sūt bona ista quæ sperantur, profecto inueniemus esse vnum bonum, in qua omnia bona reperiūtur, & quod est pro omnibus, & præ omnibus inquirendum, optandum, & promerendum: ideoque & Caiet. ad dicta verba Pauli ait, nomine sperandarum rerum proprie, ac complete intelligitur ipse Deus Trinus, & Vnus, ad quod respexisse videtur August. lib. de doctrina Christiana c. 3 cum dixit: res, quæ nos beatos efficiunt, sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, qui sunt terminus spei nostræ, & res sperandæ, quarum fides substantia est.

Hinc est quod de semetipso testatur Deus Prouerb. in cap. 8. *Qui me inuenerit inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino*: ex Hebr. legitur apud Vatablum. *Hauriet voluntatem à Domino*, quod ipse explicat, assequetur quidquid volet. Pagninus legit: *Et educet quod voluerit à Domino*: Caiet. ex Hebr. legit. *Et eduxit voluntatem à Iehouah*, hoc est. inquit, eduxit (pro educet) à Deo quod voluit. Cum enim in eo bono omnia bona pariter reperiantur nihil potest velle, aut optare homo, quod ibi non inueniat cumulatissime, & libentissime veluti sibi ministratum, & præparatum, quod indicant. 70. qui habent: *Egressiones meæ egressiones vitæ*: videlicet Diuina bonitas quāuis summa bonorum omnium congregatione in se referta sit, nō sibi tantum ea continet, quin illa bona in mortales refundat, & etiam in eos, qui haurire obliuiscuntur magnam semper copiā diriuet: sicut Ieremiæ in c. 18. dicitur illis verbis: *Nunquid deficiet de petra agri nix Libani, aut auelli possūt aquæ erūpentes, frigidæ, & defluentes? Quia oblitus est mei populus meus.* Quo in loco confert se Deus cum Libano niuibus cooperto semper in subiectum sibi agrū destillantibus, & per montium rimas percollatis, quæ omni fertilitate, & optimorum fructuum vbertate, & affluentia implent adiacentem tellurē, tum etiam cum perennibus fructibus, quorum scaturigines, & defluxus impediri nō possunt. Quando igitur perenniter fluens Diuina Bonitas etiam nolentibus libenter, & affluenter sese communicat, volentibus quidem dabit quidquid appetierint, & postulauerint, omnia enim fit omnibus, vt nihil extra illum quærant, aut diligāt, & vt ostendat nihil præter ipsum esse optandum; quod argumentum pro-

Prou. 8. n. 35.

Ieremi. 18. n. 14.

sequitur Chrysost. tom. 3. ser. de Pentecost. ant. med. vbi ostendit propterea Paulum omnia omnibus factum fuisse vt omnes lucrifaceret, quo Deū suum imitaretur, qui omnia fit, & est omnibus quærentibus, & inuenientibus eum: post multa igitur ait Chrysost. Cū esset vnus omnia faciebat, Dominum suum imitans: etenim cū sit Diuinitas vnius substantiæ, & immutabilis, pro nostra salute omnia fit. Tu palmes Factus es, & ipse tibi vinea. sicut ipse dicit Ioan. 15. *Ego sum vinea, & vos palmites*: promouere gressū voluisti? factus est tibi via dicens. *Ego sum via, per me si quis intrauerit, exit, & pascua inuenit.* Ouis factus es? Factus est tibi agnus: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi*: Bibere voluisti? Factus est tibi poculum, *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum in me manet, & ego in eo*, & cætera, quæ in eandem sententiā prosequitur, ostendens quomodo Deus omnia nobis sit, ne quid aliud extra eum, aut præter eū velimus, aut optemus.

Ioan. 15. n. 5.

Ioan. 14. n. 6.

Ioan. 1. n. 29.

Ioan. 6. n. 55.

Quæ fuit ratio cur Bernard. in declamat. super *Ecce nos reliquimus omnia* statim post princip. maxime commendauerit Apostolorum expeditionem, dum omnia reliquere, quæ ad hoc vnum inseruiūt, vt. s. pro Deo relinquantur, in quo omnia reperiuntur, & assequuntur: sic vero habet: *Ecce nos reliquimus omnia.* Bene, opti me, & non ad insipientiam tibi, nam & mundus transit, & concupiscentia eius, & relinquere hæc magis expedit, quā relinqui. Sed nec inutilis cōmutatio pro eo, qui super omnia reliquisset, nā & simul cum eo, donantur omnia, & vbi apprehenderis cum, erit vnus ipse omnia in omnibus, qui pro ipso omnia reliquerunt. Omnia sanc dixerim, non tantum possessiones, sed etiam cupiditates, & eas maxime, plus enim concupiscentia mundi, quā substantia nocet, &c. Plura in hanc sententiam habet Ambros. lib. 2 de Abraham. cap. 1 & 2. ad illa verba Genes. 12 *Egredere de terra tua.*

Matt. 19. n. 27.

Facit item in hāc sententiā id, quod ponderat Greg. Nyssen. Orat. 2. de. 40. martyribus prope finem, in Latrone beato qui etsi inuitus incurrerit in vitam, nempe Christum Dominū, cui affixus in cruce appropinquauit, inde tamen à fontibus Saluatoris salutē hausit, & voluntatem à Domino, seu quidquid ipse voluit, & optauit, inde enim hausit fidem, cum antea infidelis extiterit, iuxta illud Augustini ser. 120 Illuminauerat credo nascentem fidem propius corpori admota Diuinitas, inde sumpsit amorē, iuxta illud Ambrosij ser. 44. Sciuit quod illa in corpore Christi vulnera, non essent Christi vulnera, sed latronis, atq; ideo plus amare cæpit, postquam in corpore Christi sua vulnera recognouit. Mira res plus in cruce Latro Christum diligit, quam Iudas dilexit in Cena. Inde animum sumpsit vt etiam deficiente vita, & extinctis pene viribus violenter raperet cælum, iuxta illud Chrysost. homil. 3 de resurrectione. Fecit latro de cruce impetum. O violentum latronem! O artificiosæ effractionis vim? Ibi in medijs doloribus, & ignominijs gloriam inuenit, iuxta illud Ambrosij ser. 45. Prius in malis cæpit gloriari, quam puniri, nō enim patitur supplicium, dum paradisū promeretur; cui suffragatur Ber. epist. 8 cum ait Latro vno, eodemque die, & confessus est latrocinium, & introductus in gloriam, breui quodā contentus ponte crucis: etenim cum summo bono approximaret, quid boni illi deesse potuit? Imo, & quando cum Christo pariter patiebatur, in eadem passione, & cruce paradisum inuenit ex mente August. in Psalm. 39. ad illa verba: *Ecce labia mea non prohibebo*: vbi velle videtur Latronem nō tantum post mortem ingressum fuisse

paradisum, sed adhuc viuentem posse-
Luc.23. n.43. disse; sic enim interpretatur illa ver-
ba: *Hodie mecũ eris in paradiso.* Paradisus
habet ligna felicia: hodie mecũ eris
in ligno crucis, hodie mecum eris in
ligno salutis: Quibus in verbis mihi
videtur fieri allusio ad illud Genes. 2.
Genes.2. n.19. *Produxit Dominus lignum vitæ in medio*
paradisi, lignumque scientiæ boni, & mali.
Felicia ista ligna paradisi essent, nisi
de ligno scientiæ ignorans Adamus
comedisset Sed qui reparare damnũ
venit, idem Dominus & creat, duo
etiam habuit ligna in medio Caluariæ
monte: lignum vtique vitæ, vnde no-
bis orta est vita, vbi nostra occisa est
mors lignum item scientiæ boni, &
mali; nouit enim & patrata mala dũ
confitetur commissa, nouit & iniquũ
socium obloquentem, dum acriter
obiurgauit, nouit & bonum Dominũ,
& omnipotentem regẽ, quẽ in medijs
supplicijs existentẽ confessus est quẽ
& discipulus vendidit vili pretio pre-
tioso tamen vnguento delibutũ, & a-
lius negauit vinctũ, omnes deseruere
in passione Cum igitur talibus con-
situs arboribus, tantoq; præsente Do-
mino, longe melior, & illustrior red-
ditus esset paradisus, quam fuerit ille
primus in quo cecidit primus Adam,
& feliciora ibi essent ligna quam pa-
radisi prioris, adhuc in cruce positus
Latro era in paradiso, antequam ad a-
lium Christo Comite, Duce, deduce-
retur.

Quia vero in vno, & ab vno Christo
tot bona inuenerat, & acceperat ei
dẽ obtulit omnia sua, quo melius illo
frueretur Aduertit hoc pulchre Greg.
18. moral. c. 23. vbi asserit Latronẽ se
totũ obtulisse Christo Domino, á quo
tot bona hauserat. In cruce, inquit
ille. manus eius, pedesque ligauerãt,
nihil in eo à pœnis liberum, nisi cor, &
lingua remanserat: inspirante Deo to
tum illi obtulit, quod in se liberũ in-
uenit, & iuxtà hoc quod scriptum est:

Corde creditur ad iustitiam, ore confitetur Rom.10.
ad salutem &c. In corde autem fideliũ n.10.
tres manere virtutes testatur Apostolus dicens: *Nunc autem manent fides,* 1.Cors.13.
spes, charitas: Quas simul cum gratia, & n.13.
accepit Latro, & seruauit in cruce: fidem namque habuit, qui regnaturũ Dominum credidit, quem secum pariter morientem vidit; spem habuit, qui Regni Dei aditũ postulauit: charitatẽ quoque in morte viuaciter habuit, qui fratrem, & collatronem, & pro eodem scelere commorientẽ de impietate redarguit, & vitam, quam non nouerat, indicauit, & prædicauit dicens: *Neque tu times Deum, &c.* Ille igitur, qui talis ad crucem venit ex culpa, ecce qualis á cruce recedit ex gratia, &c. Similia sunt, quæ habet Aug in Psal. 39 ad illa verba. *Ecce labia mea non prohibebo*; vbi inter alia, ait: erat confixus omnibus membris, manus clauis inhærebant, pedes transfixi erant, totũ corpus adiungebatur ligno corpus illud non vacabat cæteris mẽbris, lingua vacabat, & cor, corde credidit, ore confessus est, &c. ideo itaque Christo Seruatori omnia sua obtulit, quia in eo omnia simul bona, & agnouerat, & accipienda certo confidebat; proinde nihil sibi relinquit ex suis, sed totum offert ei, cui se totum commiserat.

Quomodo item omnia in vno Deo contineantur pulchra similitudine aperuit Dauid, cum dixit: *In via testimo-* Psal.118.
niorũ tuorum delectatus sum, sicut in om- n.14.
nibus diuitijs; quo in loco Auendanus aduertit Regiũ vatem contulisse Deũ cum pecunia, quæ ex illius sententia, & vulgi opinione, magnam cum Deo videtur habere similitudinem; quod etiam videtur dixisse Paulus illis verbis: *In omnibus diuites facti estis in illo:* 1.Genes.1.
Etenim *Pecuniæ obtemperant omnia*, sicut n.5.
dixit Salomon; quod magis adhuc illustratur ex varijs lectionibus: nam Eccles.10.
Symach. legit. *Argentum vtile erit ad* n.19.

omnia,

omnia: nihil enim est ad quod non cõducat maxime pecunia, & quod illa non sit æstimabile, vera siquidem est, licet non iusta, sententia Verri apud Cic. lib. 3. in Verrem; omnia pecunia effici posse, quod etiam videtur dixisse Horat. 1. epist. lib. 6. scilicet vxorem cum dote, fidemque, amicos: & genus, & formam regina pecunia donat, &c. Hebraice vero ad verbum: *Et argentũ respondebit omne*, vel supplendo articulum; *Respondebit omnibus*, vt sit sensus, quem Lorinus adhibet: pecuniæ cum rebus omnibus magnam habitudinẽ esse, sibique optime respondere, & perprosopopœam perinde, ac si præditæ res essent sensu, & intelligendi facultate, percipere ac præstare, atque suppeditare pecunia quæcunque impe rentur, & expetantur, & sane Seneca lib. 3. de ira c. 32. & 33. dixit, circa pecuniam multũ vociferationis esse: Clamat vtique pecunia, & ea etiam quæ lõgissime distãt, vociferatẽ audiũt, & accurrũt, & exequẽdo, quod præcipit, respondent, non deliberando, differendo, aut excusando: nam Carthusianus refert in cõment. ex Seneca apophthegma; pecuniæ imperare oportere, nõ obedire: Vnde merito ille, qui furatus est *Aureã linguã* (sic enim in Hebr. habetur pro eo, quod nos legimus *Regulã auream*, apud Iosue. c. 7.) Iosu.7. n.11. Lapidibꝰ obruitur, & cõburitur, quie nim in ciuitate habuerit aureã linguã, efficiet vtique, & obtinebit quidquid volet; venaliaq; vel inueniet, vel reddet omnia, & si forte venalis fuerit ciuitas emptorẽ facile reperiet, quod defuisse Romę dixit Salust. in Iugurth vbi omnia venalia erant. Cum igitur in pecunia omnia videantur contineri, hinc est quod Dauid volens ostẽdere omnia bona in Deo collecta reperiri, dixerit se in Deo, & in præceptis illius sic delectatum, ac si omnes diuitias possideret.

Vnde in nullo alio vult delectari, & consolari, nisi in Deo, in quo bonitatẽ contra omnia mala, veluti antidotum credebat. *Renuit*, inquit ille, *consolari* Psal.76. *anima mea, memor fui Dei, & delectatus,* n.3. *fui*: vbi Augustin. ait. Prædicandus igitur est Deus, cuius iste memor factus delectatus est: at Nazianz. non ea ratione delectatum putat Dauidẽ, quasi sola memoria satisfuerit, sed quod memor Dei Dauid ipsum inuocarit, & cum præsto sit Deus inuocantibus se in veritate, proinde delectatus dicitur Dauid, quod Deum secum habuerit, in quo bona omnia continentur. Deplorat autem Nazianz. hominũ stultitiam, qui cum ad manum habeant veram consolationem, eam non quærunt, vt in ea, præ omnibus alijs delectentur, sic ergo ille habet Orat. 17. post princip. ad dicta verba. *Renuit anima mea consolationem*: audis ne verba tristitiæ, & desperationis plena: Nemo te curare potest? Non sermo, nõ amicus, non cognatus, non consulens, nõ condolens, proiecta ne sunt omnia? Et hæc sane magno acciderunt Dauid, qui in tribulationibus dilatatur, & mortis vmbra circundatus, cũ Deo resurgit. Quid igitur, inquit, ego paruulus, imbecillis, & terrenus patior? Si Dauid ita afficitur: prope est consolatio in ore tuo, & in corde tuo. Dei memor sis, ait, & lætaberis: & quid potius recordari deberes? Proh quam facile remedium, proh quam velox curatio, proinde vis & alia humanitatis audire verba? Si conuersus ad Deũ ingemueris tantum, saluus eris. Cernitis gemitibus salutem copulatam? Sed cum adhuc loqueris, inquit, ecce adsum Nihil aliud ad reconciliationẽ impetrandam interuenit, &c. Quia igitur Dauid in Deo delectabatur, nihil omnino eum retardabat; aut mæstitia afficiebat, quinimo in medijs periculis garriebat, sic enim legit Augustin illud, quod statim sequitur in nostra vulgata, *Et exercitatus sum: Gar-*

riui. Quid est, inquit Aug. *garriui?* lætatus sum, exultaui loquendo, garruli enim proprie dicuntur; qui a vulgo verbosi appellantur, accedēte lætitia, nec valētes, nec volētes tacere: factus est iste talis, &c. Nihil itaque formidabat, qui garriebat; neque vlla mala verebatur, qui vno bono contentus, omnia contēnebat: vnde alibi dicebat: *Psal. 22. n. 4.* *Non timebo mala, quoniam tu mecum es:* cuius rei rationem reddens Chrysost. ait: Quia fortior est ille ad protegendum, quam illa ad expugnandum.

Matth. 2. n. 13. Monens Angelus sanctissimū Virginis sponsum vt surgeret, & fugeret in Ægyptum: nequaquam se viæ comitem, & custodem se offert, aut pollicetur, cuius protectione ab animo sanctissimi Ioseph omnem prorsus timorem repelleret, & securum, ac tranquillum redderet; huius igitur rei rationem affert Chrysost. homil. 8. in Matth. post med. in hunc modum. Cum dicit Angelus: *Fuge in Ægyptum,* nequaquam se socium itineris futurum esse pollicitus est, neque illuc se euntibus, neque redeuntibus procul dubio designans; maximo ipsius, propter quem fugiebant, paruuli esse munitos comitatu, qui vbi certe primū paruit, in melius cuncta conuertit; effecitque vt hostes multū huic æconomiæ inseruirent. Nam & magi illi, & barbari superstitionem patriam relinquentes, ad verum Dominum veniunt adorādum. Denique si quis nūc ad Ægypti veniat solitudines, paradiso quouis omnem illam videbit eremum digniorem. Sic ille ostendit quantum valeat Dei præsentia ad depellenda omnia mala, & inducenda omnia bona.

Nihil proinde timendum restabat populo, cui omnia bona suppetebant ex comitatu Dei, in quo licet tātūmodo delectari. Profecturo in terrā Chanaā apparuit Deus Iacobo, & dixit: *Gen. 32. n. 9.* *Reuertere in terrā patrū tuorū, & ad generationē tuā, eroque tecū,* quæ verba pōderās Amb. lib. 2. de Iacob & vita beata c. 5. ait. Dixit hoc ei Deus ostendēs nihil ei deesse, cui adesset omniūplenitudo: hoc solo abūdare perfecte, in hoc cōstare omnia, & omnia ad ipsū referri; quib⁹ similia dixit lib. 1. c. 8. post princ. vbi ostēdit iusto nihil officere mala, cū Deū habeat, neq, itē abesse bona, cū fruatur bonorū bono. Etsi amittat liberos, nō ideo minus beatus, qui non ideo minus perfectus; quin etiāsi aduersa toleret, quam si secūdis affluat, magis solet huiusmodi videri perfectus: quāuis neq; desint, neq; adsint externa cōmoda, aut corporalis lætitia decedere quicquā virtuti soleat, vel accedere. Sed plerisq; tātū laudi fuit tolerasse aduersa fortiter, quā nō incidisse. Verū hæc specie æstimātur, nō pōdere. Illud profundū, virū iustū nihil velle, nisi illud solum, & præclarum bonū, huic soli intendere, hoc vnū in bonis producere, nihil aliud cum illo. Sed solum ipsum semper desiderare, hoc delectari: cui si aliud adiungatur, quod delectet eū, vt est filiorum suauitas, non illud amittitur, sed istud adiungitur. Quid enim est quod is, qui ad summum ascendit, aut damni de caducis sentiat, aut commoditatis? &c. quæ in eandem sententiam late prosequitur.

Ex dictis iam intelligetur cur Abrahamus Regi Sodomæ sibi omnia de spolijs, præter animas offerēti dixerit: *Genes. 14. n. 22.* *Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorē cæli, & terræ, quod à filo subtegminis, &c. Non accipiam ex omnibus, siuq tua sunt ne dicas: Ego ditaui Abraham.* Veritus quidem est Abrahamus, qui Deum secum habebat, ne aliquo indigere videretur, vel ab aliquo quid accipere velle cēseretur, cū in vno Deo omnia haberet, & possideret. Sic vero ad dicta verba habet Chrysost. hom. 35. in Genes. Habeo Deū, qui innumera mihi suppeditet bona: supernæ

pernæ gratiæ innitor, non indigeo humanis facultatibus, cōtentus sum Dei in me beneficentia scio illius largitatem. Et nunc maiorū diuitiarū negotiatio mihi est, & maiorem eius gratiam mihi concilio, quare opes tuas non accipio, &c. Quid enim opus erat terrenis bonis ei, qui vnicum, & supereminens bonum habebat.

Iure vtique mirabatur Gedeon, & admiratus interrogauit quādo illi Angelus dixit: *Dominus tecū,* Iudic. 6. *Iudic. 6. n. 12.* *Obsecro mi Domine, si Dominus nobiscum est, quomodo apprehenderunt nos hæc omnia:* mala. s. quibus eo tēpore Resp. Israelitica premebatur. Vbi August. q. 34. ait. In me intende, seu ad me attende Domine, quasi dicat. Hoc vnum precor attendas, & pro hoc mihi satisfacias, quomodo fieri potest, vt mecum, adeoq; cū toto populo, cuius ego particula sum, sit Dominus, cum vbi ille adest, omnia reperiantur bona; at modo apud nos tot experiamur mala? Hoc miratur sane Gedeon, vtpote, qui nouerat vbi Deus adest, omnia simul adesse bona, & omnia exulare mala.

Hæc fuit ratio cur Augustinus optionem, & licentiam concesserit hominibus habendi, & optandi aliud bonū, si aliud fortassis aut existimare, aut inuenire possent, quod melius, aut suauius esset Diuino isto bono. Sic enim habet enarratione 2. in Psal. 26. in fine. Aliud desidera, si maius, si melius, si suauius inueneris, &c. Hinc etiā est quod Chrysost. hom. 1. in Act. Apost. post med. rationem reddens cur statim post Christi Ascensionem nō aduenerit Spiritus sanctus in discipulos, ait ideo non aduenisse vt desiderio tanti boni, illius capaces redderētur; & quo maius foret desiderium, & pressior afflictio, ac indigentia discipulorum, clarius constaret Spiritum sanctū esse verū Deū, æqualē, & consubstantialē Filio, aliter enim nō esset sufficiēs consolatio laborantiū, & mæstorū, solus siquidē Deus qui in se omnia bona pariter continet, omnē mærorē expellit, omne desideriū cōplet, omnibusque medetur malis. Porro, inquit Chrysost. si Spiritus sanctus esset minor, aut inferior Filio, non erat sufficiens consolatio, quasi velit ex eo fuisse veram, & sufficientem consolationem Spiritus sancti, quia ille verus Deus est, qui omnia in se continet, & affert bona, proindeque leuare posset ab animis discipulorum mæstitiam conceptam ex discessu Dei hominis in cælum.

Felices igitur Israelitæ, qui Deum secum habuerunt in deserto, feliciores vtique si hanc felicitatē agnouissent, & pro ea gratias reddidissent, cum in inculta, & inuia regione omnia necessaria cum Deo habuissent; inde enim est quod Deus Saddai dicitur .i. sufficiens, seu qui sufficit, sicut ostendit Galatin. lib. 2. de arcanis. c. 11. Et Lorinus in Psal. 15. n. 2. Vbi stultitiam illius populi licet subnotare, qui cum Deum per omnia, & pro omnibus sufficientem habuerit, adhuc alium Deū falsum tamen concupierunt in deserto, nā cū vera sit ea doctrina Bernard. epist. 248. ad Eugenium Papam vbi ait: Nihil pretiosius, nihil optabilius bono, vtilique Pastore; proinde si cubi reperiatur injiciēdæ sunt manus, &c. Profecto tenebantur Israelitæ manus extollere in gratiarum actionem pro tantis beneficijs ab Omnipotēte Deo acceptis, insuper & totis viribus conari ne ab illorum cætu offensus discederet bonus Deus, in quo omnia bona, ad quæcunque mala repellenda habebant.

ANNOT. III.

Quomodo seruos suos Deus per labores, & ærumnas doceat.

QVoniam ex multorum sententia verbum illud *docuit*, in nostro contextu positum, ad laboru. & afflictionũ doctrinam, qua Deus suos Israelitas 40. annorũ spatio in deserto docuit, etsi alias de hoc argumento multa me dixisse memini in præsenti id medijs aliis prosequemur: possumus itaque illud fundare in eo, quod Deus populũ suũ soleat instruere, & informare affligendo, & ad angustias reducendo sicut cõstat ex illo loco Isai 26. vbi postquam facer Vates ostendit quomodo Diuina Benignitate abusi Iudæi ab eo recesserint subiungit: *Domine in angustia requisierũt te; in tribulatione murmuris doctrina tua eis*: sicut enim boum doctrina, qua. s deducuntur, dirigũtur, & incitãtur, stimulus est, sic & impij, qui nec etiãtanquã boues cognoscũt possessorẽ & creatorẽ suum non aliter edocentur quam dum stimulis compungũtur. Et sane apud Hebræos eadẽ vox, *malmad*, stimulũ, & doctrinam significat. Doctrina igitur Dei, qua suos in deserto erudiuit & sæpe instruere solet tribulatio fuit, hac vtique reuocarunt gradũ & a cursu, quo ad vitia præcipites, & effrenati ferebantur, cohibiti sunt. Si vero interroget quis qua ratione hoc in loco tribulatio dicatur murmuris? Lyran. Carthus. & Adamus dicunt id propterea factum fuisse, quia cum tribulationem homines inuiti ferant, obmurmurare solẽt, & aliquid obgannire contra ferientẽ, ideoque communiter accidit, vt tribulatio dicatur murmuris, quod etiã in institutioue acerba multoties erga discentes contingit.

Isai.26. n.17.

Hinc iam intelligetur cur Ægyptus, vbi filij Israel tribulati, & vexati admodum fuere, dicatur a Maldonato schola filiorum Dei in comment. ad Matth.c 2.n 14. Dum enim persequuntur; docẽtur quidẽ, & instruũtur, & schola ac gymnasiũ huius doctrinæ, locus ille est vbi tormenta & afflictiones sustinentur. Huius rei perclarum symbolum extat in curatione cæcitatis Tobiæ per fel piscis appositum: quo in loco non assentior Valesio, neque etiã Serario in cap. 1. Tobiæ q. 2. asserentibus curationem illam fuisse naturalem, mitto quod piscis ille non fuerit, qualem putat Valesius in sacra Philosophia cap. 12. nempe Vranoscopum: siue Callionimum. Hic namque piscis, teste Rondeletio de piscibus lib. 10 c. 13. pedalis est. De pisce autẽ Tobiæ cap 6. dicitur: *Ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum* Deinde etiã curationem hanc supernaturalẽ fuisse videtur constare ex ipso contextu, vt postea expendemus. Et sanẽ homini oculis omnino capto vsum oculorũ restituisse, idque tam celeriter, sicut cõstat ex cap. 14. Verisimile est nullo modo citra euidens miraculum fieri potuisse. Nam si naturali virtute id effectum esset, ex eodem illo experimẽto piscis illius species, & admirabilis fellis ipsius vis ad oculorum cæcitatẽ expellendã cognita apud posteros, atque prospecta manerẽt. Nec dubiũ quin cõpediaria hac curationis vi plurimi morbis similibꝰ mederẽtur. Hoc igitur constituto, insuper aduertendũ Diuinæ prouidẽtiæ propriũ esse, vt periculũ suorũ amicorũ faciat, quo prouehat eos doceat, atq; perficiat; quod Tobiæ vsu venit excæcando illũ & oculis diuinitus restitutis curãdo, imò dũ curat, affectũ morbi mirabiliter aperiẽdo. Etenim per fel amarũ constat calamitates & ærũnas indicari. singularis igitur Dei Prouidentia sapiẽter disposuit, vt piscis fel aperiẽdis oculis esset salutare, ac per hoc innueret amaritudines, & labores seruos Dei docere & instruere, & mentis oculos referare: quò forsitan spectant illa Isaiæ verba cap 28. *Vexatio dabit intellectum*. Multo tamen ad rem congruẽtius est illud Iobi cap 42. *Auditu auris*

Tob. 6. n.2.

Tob. 14. n.3.

Isai.28. n 19. Tob.42. n.5.

audiui te, nunc autem oculus meus videt te, quasi diceret, se in Dei cognitione tãtopere profeciſſe illa Dei concione (qua illi exposuit Deus suam mentẽ, & consilium in afflictionibus & ærũnis, quibus eum probauerat) vt oculos sibi aperuisse videretur, & visũ recepisse, atque adeo Deũ de facie quodã modo tunc cognouisse, quasi ante fama solum, & auditione. tunc verò oculorum conspectu cognoscceret. Vsque adeo præstat à Deo edoceri afflictionibus, & amaritudinibus. Sed quid necessariũ sit in huiusmodi curatione docuit Tobias, & de eo facer textus: dicitur enim: *Sumens Tobias de felle piscis linuit oculos patris sui & sustinuit quasi dimidiam ferè horam*. Vbi verbum, *sustinuit*, denotat Tobiam non expectasse solum, sed etiam patienter pertulisse. Est enim necessaria patiẽtia ad sustinendam fellis, & afflictionis amaritudinem iuxta illud Eccles. 2. *Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine*. Dixerat autem paulò ante, *Suscipe verba intellectus, & ne festines in tempore obductionis*: vbi obductio est medicinæ applicatio. Et paulo infra: *Sperate in illum, & illuminabuntur corda vestra*; quod idem est ac dicere. labores á Deo nobis mitti, vt sui serui in eius cognitione, & doctrina, ac amore prouehantur. Sunt enim veluti spirituales prælectiones verba intellectus, & illuminationes cordium, id, quod in eo indicatur, quod fel ad oculorum curationem fuerit præcipue electum, & vt efficacia medicinæ nobis clarius innotesceret, dicitur sustinuisse per dimidiam horam; etenim in Scriptura horæ nomen significat cuiusuis rei tempus. & spatium ac durationẽ. Cũ verò hic dicatur sustinuisse dimidiam horam, illud pro certo asseritur, laborum fructum, Dei scientiam, & doctrinam. & intellectus obtutus multò ante percipi ac gustari, quam humanitus fieri posse creditur, vt si dimidia vix dũ prælectione à præceptore decursa, discipuli probè idmodum tenerent ea, quæ integrũ prælectionis, atque horæ tempus ad sui declarationem videbantur exigere; quod nihil est aliud, quam reapse dicere ad maximam Dei lucem, & cognitionem laborum, & aduersitatum viam esse valdé cõpendiariam. Proin de rectè dicitur Deus docuisse populum suum, dum per labores circundu xit & ærumnis oppressit, quod bene prosequitur Chrysost. hom. 10. in epist. ad Rom post med. vbi ait. Tanquam in schola aliqua, vita præsenti, per morbum, per afflictionem, per tentationes per paupertatem, per cætera itẽ, quæ mala esse videntur, eruditi, vt apti efficiamur ad futurorum bonorum perceptionem, &c.

Eccl.2. n.4.

Edoctos vtique ærumnis fame, siti, serpentum morsibus, tempestatum, ac fulgurum timore, amaris aquæ potionibus Israelitas supponit Diuinũ Oraculum, quando Deut. 8 ait: *Recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent, quæ in animo tuo versabantur; vtrum custodires mandata illius, an non, afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu, & Patres tui, vt ostenderet tibi, quod non in solo pane viuit homo, & cæt. Vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit filium homo, sic Dominus Deus tuus eruditit te, vt custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in vijs eius, & timeas eum.* Hanc insuper doctrinam agnouit Hieremias quando dixit: *Castigasti me Domine, & eruditus sum, &c.* Quod etiam dixit Dauid Psal. 118. *Bonum mihi, quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Cum* enim *occideret eos, quarebãt eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum.* Et Sauldormiẽs excitatur ad Dauidis vocem, ablatis hasta, & scypho aquę é lectuli capite atque cõpun

Deut.8 n.2. & seq.

Exod.16. n.14.

Hierem. 31.n.18. Psal.118. n.71. Psal.77. n.34.

gitur, & dicit: *Nequaquam tibi malefaciam Dauid, eo quod pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie, apparet enim quoſtultè egerim.* Sic Deus Optimus Maximus delitias, imò & neceſſaria abſtulit á populo ſuo in deſerto vſque ad defectum aquæ, & panis, quia ijs omnibus, veluti armis in ipſum Deum inſurgebat; ſic enim dicitur: *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit:* vt diſceret & ſtultitiam ſuam, & iterum ad Deũ rediret. Vnde Moyſes virga percutiens petram, indeque educens aquã, videtur item percutere durum populum, indeque lachrymas percuſsione elicere: & dum ſaturauit eos de petra melle, videtur docere dulcedinẽ virgæ Dei, & inflictus illius. Et ſicut virga Ionathæ melle illita eius oculos aperuit, ſic & virga, qua Deus ſuos punit mel & dulcedinem ſecum adducit, maximé verò in extremitate, id eſt, ſi finis ſuppliciorum Dei attẽdatur, & cõſideretur; ſic enim eſt Dei gloria vt pariter & noſtrum commodum interueniat. Nam ſicut dicitur Eccl. 36. *In ira flammæ deuoretur, qui ſaluatur*, id eſt, qui in hac vita á laboribus liberatur, abardenti Auerni flãma comburetur, ſicut exponunt Lyran. Carthuſ. & Raban. Hinc Eccleſ. 2. dicitur: *Ne feſtines in tempore obductionis* id eſt, ne properes euadere tempeſtatum laborem: *Deprime cor tuum, & ſuſtine, conungere Deo, &c.* In Græco eſt: *Agglutinare*, id eſt, veluti glutino inſeparabiliter Deo adhære, ſuſtine vt creſcat in nouiſsimo vita tua, id eſt, augebitur tibi gloria in vita viuida, ac beata Patriæ ſeu terra viuentium; qui enim laboribus eruditur, aptior tandem redditur ad maiorem Dei notitiam, & claritatem.

1. Reg. 26

Eccl. 36. n. 11.

Eccl. 2. n. 2.

Docuit inſuper per tot labores deueniendum eſſe ad Promiſſam terrã, ſunt enim afflictiones, veluti porta, per quam ad beatitudinem ingreditur: vnde Dauid Pſal. 117. ait. *Caſtigãs caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iuſtitiæ, & ingreſſus in eas, confitebor Domino.* Et de huiuſmodi portis loquens Chriſtus Dominus dixit: *Nonne oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* Per hanc igitur portam ingreſſus eſt Filius Dei, per hanc ingrediũtur omnes Sancti, ſicut exponit Remig. & Altiſsiod ad dictum locum Pſal Vnde & Chriſto Seruatori dedit Dominus regnum Dauid Patris eius, multis prælijs rapinis, rebellionibus, & ignominijs comparatum, & refertum, vt quiad regnum illius, quod non eſt de hoc mundo, peruenire voluerint, prius in hoc diſcant per labores regnare, & iugiter decertando beatitudinis coronas promereri.

Pſal. 117. n. 18.

Luc. 24. n. 26.

Hinc de Sanctis dicitur Pſal. 149. *Gladij ancipites in manibus eorum*: vbi Caietan exponit: Quia beati in gloria erunt Reges, ideó deſcribuntur cũ gladijs euaginatis, qui ſolent Regum præſentiam & maieſtatem anteire. Iã verò gladij igni, aquaque cõficiũtur, & fabricantur; Regni namque ſuperioris ſceptrum per aquam, & ignem debet tranſire, vt verum ſit: *Tranſiuimus per ignem, & aquam.* Vnde etiam Dauid (ſicut ſuperius diximus) dormientis Saul ſcyphum, & haſtam abſtulit, quę aliquibus videtur fuiſſe Regiæ poteſtatis ſymbolum, ſortiuntur ſiquidem, & ſe inuicem complectuntur hæc duo, calix, ſcilicet, tribulationum, & gloriæ corona, ac ſceptrum: Quod etiam Dominus docuiſſe videtur cum in tabernaculo præcepit collocari cãdelabrũ, in quo ſcyphi appoſiti erãt, & lilia & vbi ſcyphus, ibi & lilium, ſic tamen verum eſt calicem ſymbolum mortis, ac tribulationis eſſe, & ira voluit Deus huiuſmodi ſtructura docere populũ ſuũ, vt prõ comperto haberet vbi labores, & ærumnæ reperirentur, ibi etiam lilia prodire, certoque affuturam gloriam cum laboribus præceſsiſſent.

Pſal. 149. n. 6.

1. Reg. 26 n. 12.

Exod. 25 n. 31.

Hæc eſt ratio cur prudens Abigail 1. Reg. appellauerit iuſtos viuentium faſciculum, ſic enim dixit Dauidi: *Erit anima Dñi mei cuſtodita, quaſi in faſciculo viuentium apud Dominum Deum tuum; porrò anima inimicorum tuorum rotabitur quaſi impetu, & circulo fundæ*, vbi Angelom. in ſuis enarrationibus ad lib. Reg. ait: Pulcherrima comparatione iuſtorum ſtatum à reproborum ſorte diſcernit: Horum quippe animas, id eſt, iuſtorum, appellat viuentes, vt reproborum è contrario ſpirituali amore præoccupatas inſinuet. Hos faſciculo, illos lapidi fundæ aſsimilat. Faſciculus enim cõſtringitur, vt integer maneat, & conſeruetur; lapis in funda expeditus ponitur, vt abijciatur: Sic in hoc ſeculo electi preſſuris tribulationum coanguſtantur, vt his admoniti, arctiùs adinuicem, mutua charitate connectantur, & coadunati ad inuicem manu ſui Redemptoris, in perpetuum conſeruentur. At verò reprobi quantò latiùs in hac vita voluptatibus proprijs, veluti liberi, dimittuntur: tantò longiùs in futuro à Diuinæ viſionis gloria proijciuntur, vt de eis meritó dicatur: Equidem *Ipſi de manu tua repulſi ſunt.*

1. Reg. 25.

Inſuper & inculcatum voluit populo ſuo quanti faciendi eſſent labores, ac preſſuræ, quando Num. 21. in altum iuſsit erigi ſerpentem æneum, qui eos ignitos ſerpentes, à quibus læſi fuerant, demonſtrabat, vt iam ſuper capita collocandas agnoſcerent tribulationes ſibi illatas. Vnde fortè edocta Eſther cap. 2. Virgam Aſſueri oſculata eſt, & ad Philiſtæos etiam hæc doctrina peruenit, quando 1. Reg. Ex conſilio maiorum ſuorum videntes ſe puniri plaga illa murium, qui fructus terræ, & arborum rodebant, fructetaque omnia deuaſtabant; mures aureos Deo Iſrael obtulerunt, ſimul & profitentes ſe magni facere plagas à Deo inflictas, & ab illis liberationem poſtulantes.

Num. 21.

Eſth. 2.

1. Reg. 6.

Et nunc melius intelligetur locus ille Cant. 4. Vbi ſponſus capillaturam ſponſæ ſuæ cõmendans, ait: *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt à monte Galaad*: Vbi aduertendum eſt maximam, ac præcipuam fœminarum pulchritudinem in capillis conſiſtere, ſicut notauit Apuleius lib. 2. de tranſformat. vbi ait. Si cuiuſlibet pulcherrimæ fœminæ caput capillo ſpoliaueris, licet illa de cælo deiecta, mari edita, fluctibus educata, licet, inquam, Venus ipſa fuerit, licet omnium gratiarum choro ſtipata, & toto cupidinum populo comitata, & balteo ſuo ſcripta, & balſamo rorans, calua proceſſerit, nec Vulcano ſuo placere potuit. Quibus ſimilia habet Iuſtus Lypſius lib. 2. elector. cap. 6. vbi refert veteres matronas Romanas difficillimis in rebus Reipub. ſolitas eſſe ſuis crinibus pauimenta templorum verrere, ita ſignificantes ſuam vniuerſam gloriam iam periiſſe. In fœminis ſiquidẽ nihil pulchrius, aut melius eſt, quam cæſaries, quæ fuit ratio cur celebris illa Berenice, cuius meminit Gregor. Nazianz. orat. 4. in votum pro parta à patre victoria abſciſſos capillos Dijs conſecrauit, quos inter ſydera collocatos veteres fabulantur. Vnde, & Phædra apud Hippolit. præuignum ſuum, ſicut habetur in Seneca Tragico act. vbi Hippoliti omnino ſe ſeparatam eſſe oſtendit, cum abſciſſos capillos eidem dedit. Quapropter ſi fortè deſint fœminis capilli, ſibi peregrinos inſuere ſolent, in quam ſententiã dixit Nazianz. in carminib. Nec ea pita turrificate adulterinis crinibus, quod Lucan. ſignificauit cum dixit.

Cant. 4.

Turitamque gerens frontem matrona coronam.

Melius Tertullian. lib. de cultu fœminar. c. 7. poſt princip. Affigitis neſcio quas enormitates ſubtilium, atq; tex

tilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis, & operculum verticis nunc in ceruicem retro suggestum. Quibus similia habet Clem. Alex. lib. 3. Pædag. cap. 11. Cum igitur fœminarum pulchritudinis maxima pars in capillatura consistat, per quã suppletur si quid in facie sit deforme; vnde Paul. 1 Corinth. 11. ait: *Mulier si comam nutriat, gloria est illi, &c.* loco autem illorum verborũ. *Quæ ascenderunt de Galaad*, in Hebr. habetur: *Quæ pexæ sunt de monte Galaad*; Quo in loco notanda est similitudo, quam inuenit Agathius Guidiaceri us. Etenim consueuerunt capræ quæ ascendunt de montibus saxosis, & dumetis ob nimiam pressuram lapidũ, collisionemque syluarum expilari, pecti, & quãdoque vulnerari, vnde earum capilli collucentes, nitidi, ac pulcherrimi redduntur, deinde etiam, & quia in monte Galaad magna resinæ abundantia suppetebat vt constat Ierem 8 *Nunquid resina non est in Galaad:* & ex ipsis dumetis resina emanabat, pelles, ac pilli caprarum ad contactũ, transitum, & pressuram dumetorum resina ipsa rubescebant, flauique demonstrabantur. Pulcherrima igitur prædicatur Sponsa, cum ipsius capilli, quæ præcipua illius pars est, spinarũ, ac tribulationũ pectine pectũtur plectuntur, ac premuntur nec minori itidẽ decore illustratur, si resina lachrymarum accedat, quibus veluti lota, ac purgata nitidissima cõspicitur. Hanc igitur laborum doctrinam, Dominus circunducẽs popu um suum, docuit in deserto. Vnde & idem populus vocatur tritura Dei Isai. 21. *Tritura, & filia areæ meæ, quæ audiui à Domino exercituum Deo Israel, nuntiauit vobis.* Vbi Isaias appellat populares suos granũ excussum, quia decreuerat Deus triturare eos veluti triticum in area & sicut olim fecerat in deserto. Vocatur vero granum filius areæ, noto Hebraismo, quia in area teritur, & à paleis mundatur, & sicut diuersa animalia in area triturant, boues scilicet, equi, equæ, ac iumenta, ita ciuitas Hierosolymitana à diuersis opprimẽda erat tyrannis. Diuersis etiam pressuris in deserto triturauit Dominus granum, quod seminare postea cõstituerat in optima terra, qualis plane erat optima Palestina inter cæteras Prouincias. Sicut autem granum seminandum prius purgatur, & circũducitur in cribro, ac vento purgandũ obijcitur: sic diuersis anfractibus gyrando circũduxit populum suũ Deus, variisque afflictionum flatibus exposuit, docens vtique quonam pacto separandæ essent palleæ, vt mundum triticum Dei horreo recludẽdum remaneret.

1. Cor. 11.

Ierem. 8. n. 22.

Isai 21. n. 10.

Ex illo igitur loco, quem superius retulimus, petito ex Deut. cap 8. vbi habetur. *Recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Deus: Vt recognites in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic Deus tuus eruditit te vt custodias mãdata Domini Dei tui, & ambules in vijs eius, & timeas eum: Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam, &c.* Ex hoc igitur loco aperte constat, cur Deus circunduxit p pulum suum per desertum. Habemus enim in dictis verbis Deum voluisse docere, & instruere homines laboribus, tanquam magistris, inde enim dicitur: Sicut erudit filium suum homo: Constat etiam tribulationibus, & afflictionibus probari, & examinari homines, vt appareat quales sint hoc enim indicant verba, quæ eodem loco habentur: *Vt tentaret, & nota fierent, quæ in animo tuo versabantur, vtrum custodires, &c.* Et quod affligendo, & opprimendo singulare beneficium præstet Deus afflictis, & oppressis sicut olim laborantibus exhibuit manna, quod deducitur ex ijs verbis: *Afflixi te penuria, & dedi tibi cibũ manna, &c.* Quoniam igitur hæc est

doctrina

doctrina laborũ, eandem in præsenti prosequemur.

Sap. 3. n. 5.

Et quod attinet ad primum tritũ satis est tribulationibus. & angustijs homines eruditi in via Dei, quod docet locus ille Sapient. 3. *In paucis vexati, in multis bene disponentur, quoniã Deus tentauit eos*: Vbi Iansen. metaphoram agnoscens, ait. Correcti vt filij, vel discipuli à parente, vel magistro. Proprie ex Græco, Eruditi, & edocti, nam sicut ibi obseruat Ceruant. Effectus tribulationis iustorũ, est eorum eruditio, doctrina, & sapientia, cui addimus, finem à Deo intentum in tribulationibus iustorum esse eorum eruditionem, & disciplinam, iuxta illud Paul. Hebr. 12. *Obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filijs loquitur, dicens: Fili mi noli negligere disciplinam Domini, Neque fatigeris, dum ab eo argueris, quem enim diligit Dominus, castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filijs vobis offert se Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes. Ergo adulteri, & non filijs estis.* Vbi Paul. refert locum Prouerb. 3. in quo castigationem, & flagellationem intelligit Salomon, & interpretatur Paulus, Et cum vox Hebræa, & Græca eruditionem significet, non flagellationem, sicut ibi obseruat Ribera, ex fine quidem flagellatio dicitur eruditio, sicut actus liberi à fine denominantur: At Deus puniendo non intendit dolore, & mæstitia afficere, sed suos homines erudire. Vnde additur. *Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi*, præmittitur item; *Nec deficias cum ab eo argueris*, quod idem est ac, ne pusillanimis fias, ne ob id te abijcias, vt serui facere solẽt; Sed potius gloriare, & excellentẽ te reputa; Tunc enim, vt pulchrè dixit Nazianz. de plaga grandinis recepisti monile ingenuorum, quod confirmatur ex illo,

Hebr. 12. n. 5.

Prou. 3. n. 11.

2. Machab. cap. 12. *Obsecro eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputẽt ea, quæ acciderũt, non ad interitum, sed ad correctionem esse generis nostri.* Et Leuit. 26. postquam Deus retulit supplicia, quæ inflicturus erat delinquentibus, addit. *Sin autem nec si obedieritis mihi, addam correctiones vestras septuplum propter peccata vestra*; & Num. 21 *Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec volueritis audire me, addam plagas vestras, &c.* Ex quibus constat finem laborum, & oppressionum esse prorsus eruditionem.

Macab. 2. cap. 12.

Leu. 26. n. 18.

Vnde Prou. 22. dicitur: *Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam*: Et Iob. 5. *Increpationem Domini ne reprobes*, quod Hieronymus ad cap. 20. Ezechiel. sic legit: *Fili ne contristeris ad disciplinam Domini.* Etenim sicut dixit Nyssen. Orat de Resurrect. Christi post med. Omnis disciplina in præsens non iucunda, sed molesta esse videtur, &c. Qualis autem sit doctrina, quæ in afflictione reperitur ad rem nostram optimè proponit Chrysost. homil. 42. in act. Apostol. ad fin. vbi ait. In carcere humilitas animi, exhortatio, & stimulatio ad philosophiam, contemptus rerum sæculariũ. Magnum bonum est afflictio, & hoc à pueris nostris discitur, nam absque afflictione nulli vtilia discunt, nos autem magis, quam illi egemus afflictione. Nam si illi cum afflictiones eis desunt, lasciuiunt, multo magis nos, & maximè tantis obnoxij, vnde nobis magis opus erat pædagogis Noster autẽ pædagogus est afflictio, &c Et homil. 29. in epist ad Hebr. ad citata verba Pauli ait. Vides quod dicit quod non possit esse filius, qui non castigatur? Nam quomodo in familijs adulterinos filios despiciunt patres, etiamsi nihil discant, etiamsi non sint gloria insignes, de legitimis autem filijs timent, ne se dedant otio & socordiæ. Ad eundem modum, &c. Et ho-

Prou. 22. n. 15.

Iob. 5. n. 17.

mil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mil 1. in epist. ad Timot. ait. Sicut paruulus si quid habeat puerile, idque rebus necessarijs præfert, pater ipsum puerilibus priuans, vt vel inuitum ad meliora reducat. Ita & Deus omnia facit, cuncta molitur, vt vota nostra atq; desideria ad cælestia transferat. Et lib. 1 de prouident. post med. Correctiones Dei, & labores magistros nostros, quibus à Deo tradimur, appellat, & post multa, tandem ait. Adiectio laborum prudentiores, ac religiosiores nos efficit. Et homil. 2. ad pop. ait: Tribulatio philosophiæ mater, &c. Videndusque erit Gregor. Nazianz. epist. 4 ad Eudoxium Rhetorē, qui ab eo petierat, vt in solatium morbi, quo premebatur, ægrotanti exponeret Psalm. 72. Cumque Gregor. dictum Psal. ei enuclearet, æger cæpit gratias Deo reddere pro eadē ægritudine dicens: Gratias tibi ago Pater, ó Conditor hominum tuorum, quod nos etiam inuitos rectè fingis, & per externum hominem, internum purgas. Et quid opus est omnia recensere quæ antè nos philosophabaris, veluti exultans ex morbo, ita vt discipulū haberes, quem volebas esse Doctorē? &c. Et August. in Psal. 93 ait. Duos filios habet homo, alterum castigat, alterum dimittit: faciat vnus male, & non corripitur à patre, alter mox vt se mouerit, colaphis cæditur flagellatur, vnde ille dimittitur, & ille cæditur? Nisi quia huic cæso hæreditas seruatur? Ille autem dimissus exhæreditatus est, videt eum nō habere spem & dimittit eum, vt faciat quod vult. Ita August. & Idiota lib. 2. contemplationum c. 21. in eodem argumento ait. Qui ambulare non vult vias duras tribulationum non est filius Dei, sed seruus; scribitur namque, quod seruus non manet in domo in æternū, filius autē manet. Nam seruus offendens Dominum non flagellatur, sed eiicitur ēdomo, & odio habet Dominū suum, illumque quantū potest fugit: filius autem patrem offendit flagellatur à patre, sed à domo non expellitur, nec habet patrē suum odio, nec ab eo fugit, & idcireo dicitur quod filius manet in domo in æternum.

Quemadmodum igitur accedente pædagogo, vel magistro discūt pueri, & grandiores ea, quæ facere tenentur, ita per afflictiones superne instruimur, & erudimur. Quoniam verō aliquando adeò obtusi sumus & rudes præ ignorantia, adeò obdurati in malis præ nequitia, vt disciplinæ minimè cædamus, aut locū aduenienti doctrinæ præbeamus, accedit durior pressura, & grauior tribulatio, quæ simul & edocendo emolliat, & emolliendo instruat, & quæ scire oportet affigat, animoque violenter ipsam doctrinā imprimat, quod optimè dixit Antiochus homil. 78. his verbis. Sicut cera nisi recalescat, aut præmolliatur, non facile in se recipit sigilli impressionem. Ita & homo, nisi laborum, & multiuariæ infirmitatis probetur exercicio, neutiquam sinet cōsigniri se, &c. Facit Gregor. 3 p Pastoral. admonit. 3. ad med. vbi hac de re ait: Lapides extra tunsi sunt, vt in cōstructione tēpli Domini absque malleī sonitu ponerentur, quia videlicet nunc foris per flagella tundimur, vt intus in templum Dei postmodū sine disciplinæ percussione disponamur: Quatenus quicquid in nobis est superfluū modó percussio resecet: Quo in loco alludit Gregor. ad illud 3. Reg. 6. vbi dicitur: *Domus cum ædificaretur de lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata est: Et malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cum ædificaretur.* Confert igitur templum, & domum Domini à Salomone structā, cum domo superiori, & cælesti Hierusalem. Resecatio autem, & sectio lapidum cum tunsionibus, & pressuris, quibus expoliuntur lapides per manus

3. Reg. 6. n. 7.

artificis

artificis coaptandis suis locis. Huiusmodi autem percussio, & absscisio dicitur á Gregorio disciplina, & doctrina, qua per labores, superflua, & excedentia resecantur, & ad amussim cælestis ædificij componuntur viui lapides, idque in laborum huius vitæ schola, in qua, & virtutes perficiuntur in melius semper proficiendo, vitia resecantur: Vnde Tertull. lib. de fuga in persecutione cap. 1. ad fin. loquens de persecutione ait: Tunc & fides in expeditione sollicitior, & disciplinatior, &c.

Optima hac de re habet Nazianz. orat. 17. ad med. vbi ait: Circulus quidam fratres est in rebus humanis, Deusque nos per contraria erudit, deinde addit: Sanè ad viros prudentes; & qui aduersitatibus instructiores sūt redditi, ac instar auri igne purgati, dicere pertinet: *Bonum mihi quia humiliasti me*: Tanquam humilitas pariat, vt iustificatio cognoscatur, &c. Eleganterque Chrysost. concione 3. de Lazaro ad fin. tom. 3. loquens de antiquis Patribus, quos Deus varijs laboribus erudiuit, tandem ait Ettu tāto iam tempore manes ineruditus? Licet sciam hoc in loco Scholiastem Chrysostomi translationem Erasmi carpere. Nouit item quantum conduceret ad discendum quæ scire oportebat, varijs tribulationibus agitari Ignatius Martyr epist. 4. post princip. cum dicebat. Ego non tam meus, quā aliorum, nunc factus, multorum aduersariorū arbitrio exagitor, partim exilijs, partim custodijs, partim vinculis. At nihil eorum curo, verum eorum iniurijs eruditor, vt Iesum assequar supplicijs mihi paratis. Omnes igitur adducti Patres doctrinam laborum agnoscunt, dum per instructionem, eruditionem, & disciplinam loquuntur, vt patet ex ijs, quæ retulimus.

Psal. 118. n. 71.

Illud autem in hac materia mirū censebitur quod laborum doctrina talis, ac tanta est, vt caro quantumcūque inferior, & brutalis videatur, laboribus tamen macerata, & pressuris perpolita sic tandem docta euadit, vt superiorem rationem, intellectum, ipsam denique animam instruat, & doceat; quod acutè deducit Gregor. ex asina, qua Balaā vehebatur, & á qua percussa, & afflicta in via fuit instructus, est siquidem asina illa figura brutalis carnis, cui insidet, & obequitat ratio, & anima. Illa igitur videt Angelum á Deo missum, vt impediret intentam ab ariolo viam, illa ipsum reprehendit, & admonuit posita in pressura duarum macerierum, & percussa verberibus iniustè á Balaam inflictis. Sic ergo rē prosequitur Gregor 3. p. Pastoral. admonit. 3 post med. Admonendi sunt ægri, vt considerēt quanta salus cordis sit molestia corporalis, quæ ad cognitionē sui mentē reuocat, quā plerumque salus abijcit, infirmitatis memoria reformat: Vt animus, qui extra se in elationem ducitur, cui sic conditioni subditus ex percussura, quam sustinet carne, memoretur. Quod rectè per Balaam, si tamen vocem Dei subsequi obediendo voluisset, in ipsa eius itineris retardatione signatur. Balaam namq; vt perueniret ad propositum tendit, sed eius votum animal, cui præsedit, præpedit. Prohibitione quippe immorata asina Angelum videt quē humana mens nō videt, quia plerumque caro per molestias tarda flagello suo, menti Deum indicat, quē mens ipsa carni præsidens non videbat; ita vt anxietatem spiritus proficere in hoc mundo cupientis, velut iter tendentis impediat, donec ei inuisibilem, qui sibi obuiat innotescat. Vnde bene per Petr. dicitur: *Correctionem habuit suæ vesaniæ subiugale mutum, quod in hominis voce loquēs prohibuit Prophetæ insipientiā.* Insanus quippe homo á subiugali

Numer. 22. n. 31.

2. Petr. 2. n. 16.

mūto

mutò corripitur, quando elata mens, humilitatis bonum, quod tenere debeat, ab afflicta carne memoratur: Sed huius correctionis donum ideirco Balaam nõ obtinuit, quia ad maledicendum pergens, vocem, non mentẽ mutauit. Sic Gregor. ostendit vel insipientem, & stultam carnem in tantum proficere, cum afflictionibus eruditur, & ærumnis instruitur, vt ipsam etiam spiritualem animam illustret, & illuminet circa ea quæ agenda sunt. cùm tamẽ caro regatur spiritu, cui subest, & ab eodem obesa, & hebes deducatur, veluti à rectore, & moderatore suo.

Alas siquidẽ afflictio tribuit, quibus infima caro ad superiorem mentis statũ perueniat, vnde dicitur Psal. 15. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleranerunt*; ad superna scilicet sicut exposuit Pined. Iob. 5. n. 7. Et Apocal. 12. *Alæ duæ aquilæ magnæ datæ sunt mulieri* (videlicet Ecclesiæ, & fidelibus) *Vt volaret in desertum locum, cum adesset teterrimus draco deuorare, & percussionis virus immittere*; Et Paulus externis malis reuocatus interiùs velut volucris cæli in cælis conuersatur Philip. 3.

Hinc est, quòd stultus Pharao, qui dicebat: *Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & emittam Israel? Nescio Dominum, & Israel non dimittam* postea plagis, & ærũnis pressus ipsũ agnouit. Ideoque ponderans Origen. prædicta verba ait: Vides quid agit cruda superbia donec in laboribus hominum non est, & cum hominibus non flagellatur? Propterea tenuit cum superbia. Denique videbis cum paulò post quantum proficit in flagellis, quantò melior verberatus efficitur. Iste, qui modò dicit, *Nescio Dominum*, postea, cum vim senserit verberum, dicturus est, *orate pro me Dominum*, & non solum hoc, sed etiam contestantibus. Magis fatebitur, quia digitus Dei est.

Nemo ergo ita ineruditus Diuinæ sit disciplinæ, vt flagella Diuina perniciem putet. Ecce Pharao durissimus, tamen proficit verberatus. Ante verbera Dominum nescit, verberatus supplicati pro se Dominum rogat. Sic Origenes.

Quid mirum igitur si Deus volẽs suos Israelitas docere in schola laborum circunduxerit per terram desertam, quo melius per sitim, famem, molestiam, & per quadraginta annorum ærumnas instructi euaderent. Sed illi adeó obtusi, ignaui, & ignari fuerunt, vt etiamsi in schola Domini quadraginta annos versati fuerint, e docti minimè prodierint, vnde necesse fuit Deum iugiter in eadem disciplina perseuerare, sicut prosequitur August. in Psalm. 84. ad illa verba: *Auertisti captiuitatem Iacob*, vbi ita ait. Data est illi populo terra quædã promissionis in quadam regione, vbi habitauit populus Iudæorum. Hanc ergo terram cum accepisset ille populus, ab hostibus suis vicinis circumquaque inimicantibus multas molestias patiebatur: & cum peccabat in Deum suum, dabatur in captiuitatem non ad interitum, sed ad disciplinam, non damnante Patre, sed flagellante &c.

Docent insuper labores, & ostendunt quid sit in homine, qualisue sit homo; quod bene prosequitur Gaudent. præfat. ad Beneuol. in med. vbi ait. Probat Deus homines, non sibi, qui ante nouit vniuersa, quam fiant: sed Angelis, & hominibus, & ideò fortasse B. Paulus Apostolus inter multiplicium tribulationum, persecutionumque tentacula constitutus aiebat: *Quoniam spectaculũ facti sumus huic mundo, & Angelis, & hominibus.* Angelis quidem iustos suos Deus ideó probari vult, vt consummatam Sanctorum iustitiam lætantes agnoscant. Hominibus autem probatum esse vult perfectionem

Psal. 15. n. 4.

Apocal. 2.

Phil 3. n 20.

Exod. 5. n. 2.

Exod. 8. n. 8.

1. Cor. 4. n. 9.

fectionem iustorum: vt ad perseuerãtiã dilectionis Dei, eorum prouocentur exẽplo. Diabolo etiã probatũ vult ingerere Deus Sanctorum iustitiam, vt è bonorũ operum meritis debité ad amicitiam Dei, & ad Regnum cęli (vnde ipse cecidit) esse perfectos doleat, indignetur, inuideat, ingemiscat, nec tamen audeat quidquã de Iudicio Diuino causari. Probationis igitur gratia mirificus Iob, ex opulento repentè inops efficitur; ex patre decem natorum, sine filijs inuenitur; ex vegeto, ac sano, vulneratus; ex florentissimo, vermibus exaratus aspicitur; ex glorioso, opprobrijs expositꝰ reperitur. Opprobrijs autem, & amicorũ exprobrantiũ, & (quod esset grauius) propriæ cõiugis, quæ nõ ad solatiũ dolorũ eius, sed ad vltimã tẽtationẽ docetur esse seruata. Si ergo peccator es, agnosce pro correctione tua esse, quod cæderis, vel certè pro purgatione. Si autem iustus es, ad gloriæ tuæ probationem intelliges euenire, quod pateris. Scriptum est enim Ecclesiast. 27. *Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis*; & ideo Sanctus quoque Apostolus dicit: *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit, &c.*

Eccl. 27. n. 6.

Rom. 5. n. 4.

Ipsis etiam hominibus per labores innotescit quid de se æstimare, aut præsumere debeãt, quod prosequitur Greg. homil. 19. in Ezechiel ante fin. loquens de Iob in hunc modũ. Quam iustꝰ esset in prosperitate innotuerat, valdè autẽ ignotũ erat, si perseuerare iustus & inter flagella potuisset. Tangendus ergo erat verbere. Vir ille Sãctus in prosperis, interrogatur in aduersis: vt qui notus erat omnipotenti Deo, notus per flagella fieret nobis, & sibimetipsi. Disponente itaq; Domino, consumpti sunt greges, interfecti custodes, euersa domus, extincti filij, percussa caro â planctu pedis vsque ad verticẽ. Remansit vxor incolumis, quæ verborũ iaculis vulnera augeret. Sed hanc vir Sanctus in tentatione, sanus in vulnere, prudenter docet, & cætera, quæ prosequitur, quibus ostẽdit quomodo etiam in laboribus & ab ipso sterquilinio, veluti è cathedra sapientissimus doctrinam laborum perlegerit, nõ quasi tenerrimus ligni vermiculus, sicut de Dauide dicitur, sed vermibus scatens. Pensanda verò sunt verba illa Gregor. cum ait. Tangẽdus erat verbere vir ille Sanctus, &c. Innuunt enim aliquid latens, cum tangendi verbum, non tantũ verberibus conueniat, sed allusionem videatur continere ad lydium, seu heraclium lapidem, quem nos tangendi lapidẽ appellamus, ad minimum siquidem eius tactum, & attritũ cuiusmodi sit aurum, proditur. De hoc enim Plin. lib. 33. cap. 8 ait. Argenti, aurique mẽsionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondã non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, vt author est Theophrastus; nunc verò passim, quem alij heraclium, alij lydium vocant. Ijs coticulis periti cum ê vena, vt lima, rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris scrupulari differentia, mirabili ratione, non fallente. Ad hunc igitur lapidem alludens Gregor. dicit, quod tangendus erat verbere sanctus Iob, vt aurum lapide lydio, quò mirabili ratione non fallente, vniuerso orbi constaret illiꝰ virtus, & inconcussa patientia, & constantia innotesceret.

2. Reg. 23 n. 8.

Nouit hoc etiam, quod prosequimur, pro modulo suo Seneca lib. 4. quæst. natural. in præfat. ad fin. vbi de suis laboribus, & afflictionibus ait. Ostendi in omne pectus cadere virtutem, nec sorte me, sed animo mẽsus, par maximus steti. Ceruicẽ pro fide appositi, periculis meis maior, paratus ire in ea, quæ minabantur. Egi gratias

fortunæ, quod experiri voluisset, quãti æstimarem fidem. Nõ debebat mihi paruo res tanta constare. Videbam apud Caium tormenta, videbam ignes: sciebam olim sub illo in eum statum res humanas recedisse, vt inter misericordiæ opera haberetur occidi, non tamen ferro incubui, nec intra mare aperto ore desiliui, ne viderer pro fide tantũ mori posse, &c Melius Tertull. lib. de fuga in persecut. c. 1. ante med. dixit persecutionem omninò necessariã esse ad probationẽ seruorũ Dei, siue ad reprobationem impiorũ. Quis est enim, addit ille, exitus persecutionis quis effectus alius, nisi probatio, & reprobatio fidei, qua suos vtiq; Dominus examinabit? Hæ enim scalæ, quas somniat Iacob, alijs ascensum in superiora, alijs descensum ad inferiora demonstrantes, &c.

Quia verò & aurum non lapide tantum, sed igne etiam probatur, audiamus dicentem eundem Iob: *Ipse verò* (scilicet Deus) *scit viam meam, & probauit me quasi aurum, quod per ignem transit.* Vbi noster Interpres paraphrastis officio functus, ex alijs sacræ Scripturæ locis addidit illud, de igne, ex Prouerb. 17. *Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus.* Et Sapient. 3. *Tanquam aurum in fornace probauit illos.* Et Zachar. 13. *Vram eos, sicut vritur argẽtum: & probabo eos, sicut probatur aurum.* Vbi Tertull. lib. de fuga in persecut. cap. 3. in med ait: Cum exurimur persecutionis ardore, tunc probamur de fidei tenore. Hæc erunt ignea iacula Diaboli, per quæ fidei vstio, & conflatio administratur, &c. Quo etiam sensu Petrus 1. epist. cap. 1. ait. *Vt probatio vestræ fidei, multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur.* Syriac. *Vt examinatio fidei vestræ appareat excellentior, quàm aurum purgatum, quod per ignem purgatum est.* Et Isai 54. ait. *Ecce ego creaui fabrum sufflantem in ignem prunas, & proferentem vas in opus suũ.* Vbi Hieronymus putat fabrum esse diabolum, qui halitu suo prunas ardere facit, & vasa fingit, id est, homines scelestos inflammat, quibus tanquã suæ inuidiæ, & improbitatis instrumentis vtitur ad bonorum exitiũ, sed exercitium simul, & probationẽ. Hieronymo suffragatur Haymo, Dionysius & Adamus. Impij igitur dum in iustos insurgunt vrendo, inflammando & persequendo eosdem purificant, perficiunt, & perpolliunt, quo clarior, & illustrior eorum virtus eniteat. Vnde Greg. lib. 16. moral. cap. 16. ait. Aurum in fornace ad naturæ suæ claritatem proficit, dum sordes amittit. Probantur animæ iustorum, quibus exustione tribulationis subtrahuntur vitia, & merita augentur, &c.

Hinc est quod Dauid Psal. 9. dixit: *Dum superbit impius, incenditur pauper,* quæ verba intelligit Haymo, & Bruno de purgatione, quã tribulatio circa iustos operatur. Examinatur enim aurum dum incenditur, simul & purgatur, ac in melius reducitur. Sicut dixit August. 4. de ciuit. Dei cap. 3. in fin. his verbis. Iustis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non est pæna criminis, sed virtutis examen. In quam sententiam pulcher occurrit locus Tertull. lib. de fuga in persecut. cap. 2. post princip. vbi ponderat iniquitatem, & iniustitiam deseruire ad eliciendũ testimoniũ pro cõmendatione virtutis, & iustitiæ ijs, quibus iniquitas maximè aduersatur. Cũ enim impius virtutũ persecutor iustitiam infectetur, virtuteq; pollentem hominẽ in odium virtutis aggrediatur persequendo, eadem vtique persecutione clarum elicit testimoniũ in cõmendationem virtutis, qui enim pro illa acerba patitur, eui dẽter testatur tantum esse illius valorem, & meritum, quod pro illa tot ad

Iob. 23. n. 10.

Prou. 17. n. 3. Sap. 3. n. 6. Zach. 13. n. 9.

1. Pet. 1. n. 7.

Isai. 54. n. 16.

Psal. 9. n. 23.

uersa

uersa æquo, imò læto animo sustineãtur. Inseruit insuper iniquus persequendo iustum, quatenus eum, illato examine, probat, probatumque constituit. Sic ergo habet Tertull. Scire debemus præcedere Dei voluntatem circa fidei probationem, quæ est ratio persecutionis. Sequi autem diaboli iniquitatem ad instrumentũ persecutionis, quæ est ratio probationis. Nam & aliás in quantum iustitiæ iniquitas æmula est, in tantum materia est ad testimonium eius, cuius æmula est, vt sic iustitia in iniquitate perficiatur, quomodo virtus in infirmitate perficitur, &c.

Non potuit autem quid in maiorem virtutis commendationem reperiri, quam quod iustitia, & iniquitas titulo odij, & inimicitiæ illi maximè inseruiat ad examen, & publicam notitiam, & ad instruendos homines quidnam in afflictione sit boni, & quos virtus, dum probatur, habeat cultores. Tũc addit ille. Itaque & iniquitas adhibetur, vt iustitia probetur, quod ministerium nõ est arbitrij, sed seruitij, &c. Neque iniquitas intenderet in laudem, & perfectionem virtutis inseruire, id tamẽ facere cogitur, dum eam æmulatur, premit, & adurit. Nam de iustis dixit Dauid: *In miserijs non subsistent.* Vbi Theodoretus ait. In miserias incident, sed his superiores erunt, vt scilicet omnibus sint conspicui, fiantque pro merito suo noti, qui antea prorsus erant ignoti. Docent enim afflictiones, & persecutiones, nosque erudiunt de præstantia cuiusque iusti, ceduntque in maiorẽ commendationem, & in ipsiusmet patientis notitiam; quæ fuit ratio, cur Deus quadraginta annorum spatio afflictauerit populum suum in deserto, vt discerent quid de se sentire deberent in itinere perfectionis, & insuper nota fierent, quæ in animo illius gentis versabantur, vtrumnè custodiret mandata Dei, an non.

Psal. 39. n. 11.

Docuit insuper ea in re Deus singulare beneficium afflictionis & pressuræ, quod præstat filijs dilectis, quibus sicut præbet manna absconditum, sic etiam singulare bonum laborum impertit, ac partitur, iuxta illud citatum: *Quem diligit Dominus castigat: Flagellat autem omnem filium, quem recipit*, id est, quem approbat, quem læto vultu, & obuijs vlnis excipit, non enim in domo Dei id cõtingit, quod in Romana Republic. vbi nemo ingenuus, & liber flagellabatur, vt patet ex l. in seruorum. ff. de pœnis Quod rescripsere Imperatores in l. 8. C. de repudijs. Videndusque erit Cicero Orat. pro Rabirio, & Terent in Adelpho. Ignominiosa itaque flagellatio ab ingenuis hominibus remouetur. At in domo Domini, qui adoptatur in filium, flagellandus traditur: *Flagellat enim Deus omnem filium, quẽ recipit.* Tunc addit Paulus: *In disciplina perseuerate: tanquam filijs se vobis offert Deus.* Vbi Ribera ait: Agnoscite vestram fælicitatẽ, nõ vos abijcit Deus, sed ad vos venit, vt ad veros filios pater. D. Augustinus serm. de tempore barbarico tom. 9. legit: *Sicut filios vos aggredietur Deus.* Ne vos igitur subtrahatis Deo aggredienti, minanti, verberantique, sed potius illi occurrite lætantes. Vbi vel ab alienis, & longè inferioribus exemplum, & expositionem petamus,

Hebr. 12. n. 6.

Refert siquidẽ Laertius Diogenẽ Cynicum profectum Athenas ad Antisthenem, vt ab eo doceretur, se contulisse, cumque ab eo sæpe repellere tur, nõ destitisse tamen ei inhærere: adeò vt cum aliquando baculum ei intentaret Antisthenes, vltró baculo caput subiecit, dicens: Cæde, si vis, at nullũ inuenies baculũ tam durũ, quo me abs te abigas, dum aliquid docueris. Si igitur Diogenes tam tenaciter Antisthenis disciplinæ adhære-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat, quantò magis Christianus debet Christi disciplinam acerbè percussus ambire, & persequi? Nam sicut dixit Seneca libro de prouident. Deus bonos, vt seueri patres, durius adducit, vultque doloribus, ac damnis colligere robur. Et inferius addit. Hanc rationem Dij sequuntur in bonis viris, quam in discipulis suis præceptores, qui plus laboris ab his exigunt, in quibus certior est spes. Dicant ergo ipsi: Digni visi sumus Deo, in quibus experiretur quantum humana natura posset pati. Optimi milites ad durissima mittuntur, &c.

Hinc intelligetur locus ille Eccles. 2 vbi dicitur: *Ne festines* (id est, ne festinanter fugam arripias) *in tempore obductionis* (id est, afflictionis, & correctionis) *coniungere Deo.* *Eccles. 2. n. 3.*

In quam sententiam D. Chrysost. lib. 1. de prouident. longè post med. interpretatur illud Psalm. 72. *Omnes, qui elongant se à te, peribunt,* dicens: Elongant se à Deo, qui correctiones illius non sustinent, sed irascuntur, atque indignantur, ac veluti mali, & peruersi filij, cum à parentibus traditi magistris, vel impatientes laboris, vel fugientes verbera, parentum aspectus declinant, ab eis resiliunt Nihil inde lucrantur. Ita, & qui Dei disciplinam ingratè susciptunt, indignanturque, & grauiter ferũt, præterquam quod nihil ex eo lucrãtur, summis se calamitatibus afficiunt, &c. Et post multa obseruat idem Chrysost. nullum eorum, qui maximè à Deo dilecti sunt, absque laboribus vitæ trãsegisse. Sic vero habet. Nullus vnquã ex his, qui Deo maximè chari, atque acceptabiles fuerunt, sine pressuris vixit, etiamsi nobis non ita videatur, &c. Idque, quod iam ab initio euenit, videmus veluti consecratum in eo homine, ad quem, & ad cuius munera oculis sui amoris respicere dignatus est Deus; sicut bene prosequitur Saluian. *Psal. 72. n. 27.*

lib. 1. de prouident. lõgè á princip. vbi ait: Ne miremur nunc sanctos homines quædam aspera pati, cum videamus, quod iam tũc Deus etiã per maximum nefas finit occidi.

Nouerat quam singulare à Deo stetisset beneficium in carcerem detrudi, & vinculis alligari Paulus, qui sibi soli volebat illa, neque alteris communicare, cum dixit ad Aggrippam Actor. 26. *Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis ego sum, exceptis vinculis his.* Similia sunt, quæ habet Nazianzen. Orat. 17. in med. cum ponderat illud Psalm. 118. *Bonum mihi, quia humiliasti me,* dicens: Homines quippe Petrum imitantur Saluatoris opem, cum iam penè mergeretur, implorantem. Et in eandem sentẽtiam Ioan. Casian. collat. 6. c. 3 post med. ostendit in Lazaro vlceroso propinquiorem esse Deo miseriam, quã fælicitatẽ hominum. Infirmitas enim, inquit, carnis, quã sit interdũ cõmoda, Lazari illius pauperis vlcerosi beatitudo demonstrat, cuius, cum nulla alia virtutum merita Scriptura commemoret pro solo hoc, quod infirmitatem corporis, & egestatem patientissimè tolerauit, sinum Abrahæ possidere fælicissima sorte promeruit. Nihil enim maius de eo legitur, &c. Videndus Chrysost. toris tribus lib de prouident. vbi dictũ locum Prouerb. 3. *Flagellat Deus omnem filium, quem recipit:* latissimè versat Et homil. 61. in Ioan. cap. 11. cum explicat ea verba: *Ecce quem amas, infirmatur.* Valebant enim cæteri Hebræorum, quamuis impij essent, & sola ea domus, quam Christus Dominus amauerat, laborabat. Nã Lazarus vita functus, vtraque soror mortuũ fratrẽ lachrymabatur. Similia habet Aug. in Psal 83. cum ait. Accedens ad seruitutem Dei, ad torcularia te venisse puta, &c. Et in Psal. 50. item cũ ait. Erat *Act. 26 n. 29.* *Psal. 118. n. 71.* *Matt. 14. n. 30.*

in infir-

in infirmitate tribulationis suæ Dauid tantò in Deum intentior, quanto miserior videbatur.

Bonum item afflictionum agnouit Ignatius, dum eas veluti magnum á Deo bonum, & præclarum munus nõ iam sibi tantum reseruat, sicut faciebat Paulus, sed dilectis suis optat, & precatur, quasi ægrè ferat sancti Martyris charitas tantum bonum afflictionis sibi soli à Deo reseruari, & non in cæteros fideles, in maius ipsorum meritum, diffundi. Igitur epist. 10. ad Smyrnenses ad fin. postquam eis gratulatur, quod in martyres, & fideles multa charitatis opera contulerant, quasi eadem ipsis soluat, addit. Nihil vobis apud Deum peribit eorum, quę in illos contulistis. Det vobis Dominus, vt inueniatis misericordiam à Domino in illa die. Vtinam meus spiritus cum vestro commutari possit, & vincula hæc mea, quæ non fastidistis, nec ob ea erubuistis. Hæc itaque voluit Martyr Ignatius fidelibus benemeritis cõmunicare ex summo affectu erga illos, & erga illa, sicut apertè testatur epist. 14. quæ est ad Ephesios post med. vbi ita habet. Hic mea spes, hic mea gloriatio, hic meæ indeficiẽtes diuitiæ. In quo ab Syria Romã vsque hęc vincula circunfero, spirituales margaritas, in quibus cõtingat mihi consummari precibus vestris, &c. En quanti fecerit Ignatius ea omnia mala, quæ ab iniquis patiebatur, quãtumque duxerit à Deo beneficium persequi, & affligi.

Nouerat hoc moribundus Iacob, qui volens benedicere nepotes suos filios Ioseph, & sibi reputari dixit: *Duo ergo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Ægypti, antequã huc venirem ad te, mei erũt.* Quibus in verbis eos sibi in filios adoptauit, vt quisque eorũ separatã tribũ constitueret, & propriã hæreditatem in Chananęa adiret, alioqui enim Ephraim, & Manasses parenti suo Iosepho succedentes vnam tantum tribum deberent constituere. At hoc in loco domus Ioseph in duas tribus diuisa est, vt pari iure censerẽtur, & succederent cum Ruben, Iuda, alijsque immediatis filijs Iacob, quod peculiarem affectum, & singularem dilectionem testabatur. Benedicturus igitur nepotibus sic dilectis, decussatas posuit manus, & in Crucis modum transuersas; cum autẽ & Crux sit symbolum laborum, eosdem videtur imprecatus nepotibus pro benedictione, quod assecutus Tertull. dixit lib. de baptismo cap. 8. ante med Nepotes suos ex Ioseph Ephraim, & Manassem Iacob capitibus interpositis, & intermutatis manibus benedixit. Et quidẽ ita transuersim obliquatis in se, vt Christum deformantes, iam tunc protenderent benedictionem in Christo futuram, &c. Vbi si quæras quænam benedictio futura esset Christi, eam intelligo, qua ille beatos dicit à mũdo maledictos Matth. 5. *Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos.* Benedictio Christi est, qua beatos prædicat pauperes, plorantes, persecutionem patientes Hanc igitur Iacob dilectis nepotibus precatur, & pro hæreditate relinquit, quasi nihilo magis ipsis testatam posset ostendere dilectionem suam, quàm si cruces, & labores eis pro testamento legato relinqueret; latet enim gloria, & honor sub labore, sicut prosequitur Bernar. serm. 7. in psalm 90.

Nouit quantus accederet prouẽtus iustitiæ per afflictiones, & tormenta Stephanus, dum pro impijs se lapidãtibus Deo plenus exorat, positisq; genibus clamat. Quod expendens Gregor. Nyssen. serm. de S. Stephano post med. ait. Non ignorabat athleta se per crudelitatẽ nefariã perpetrantiũ beneficium accipere. Nam orbe lapides vndique conijcientium quasi corona *Gen. 48. n. 5.* *Matth. 5. n. 11.* *Matt. 5. à n. 3.* *Act. 4. n. 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cinctus, ita accepit id, quod agebatur, quasi corona victoriæ, & præmium in manibus aduersariorum necteretur. Quare etiam benigna precatione sanguinarios compensat, rogans ne in contrarios euentus facinus, quod in ipsũ perpetrabatur, diuideretur, vt sibi quidem vitam, aduersarijs autem exitium afferret: sed quibus ipse dignus iudicatus esset, ab ijs ne hostes quidem quasi bonorum sibi aliqua ex parte authores, excluderentur. Sic Nyssenus probat quanti fecerit Stephanus lapidantium impetum, quandoquidem pro eis, veluti pro benefactoribus supplex preces effundit.

Hoc igitur docuit suos Israelitas Deus dum fame, sitique premit, dum armatis hostibus obijcit, etenim si supplicium durum admodum est supplicia, & mala à Deo non sustinere, sicut constat ex Isai. cap. 5. vbi de vinea Domini dicitur: *Ponam eam desertam: non plantabitur, & non fodietur: & ascendent vepres & spinæ*, vbi Basil. ait De quorum salute prorsus desperat Deus: Tales sinit obire ad explendas voluntates carnis. Quemadmodum enim qui vineam putant, adstringunt eius vites & interne continẽt, vt maiore cum temperamento procedat ad proferendos vtiles fructus Ad eundẽ modum contingit animæ assiduitate afflictionum propendenti, & incuruatæ. Quodammodo in se contrahitur, seque vtiliter demittit, atque humiliat, & ad sui diligentiorem custodiam retrahitur, in rebus peragendis id eligens quod necessarium sibi censet, & vsui futurum. E diuerso anima quæ indulgenter, ac remisse viuere finitur, eluxuriat, & syluescit sarmẽtis seque effundens circa incommoda nec vllam afferentia frugem, natiuo succu exhauritur, in hoc constituens omnem suorum operum ostentationem, vt multos in errorem pelliceat, & cætera quæ prosequitur, ostendens

Isai. 5. n. 6.

à Deo derelinqui eam animam, quæ post concupiscentias suas abire permittitur, neque illam falx vlla cohibet, quominus in ambitiosum filiorum, & propaginum apparatum diffluat. Quod etiam prosequitur Gregor. homil. 12. in Ezechiel. ad med. vbi ait. Necesse est, vt peccantes quosque tunc consideremus amplius miseros, quando eos conspicimus in culpa sua sine flagello derelictos.

Hinc enim per Salomonem dicitur Prouerb. 1. *Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos.* Qui enim à Deo auertitur, & prosperatur, tãto perditioni fit proximus, quanto à zelo disciplinæ inuenitur alienus. Quibus similia habet Hieron. ad illud Ezechiel. cap. 7. *Non parcet oculus meus nec miserebor*, vbi dicit. Clementissimus medicus incidere cupiens putridas carnes, & carriosa vulnera adurere, cauterio non parcit, vt parcat, non miseretur, vt magis misereatur. Videndus in eandem sententiã Ambros. lib. 3. examer. cap. 12. vbi dictum Isaiæ locum versat. Ex quibus constat singulare esse Dei beneficium ab eo affligi, puniri, & in labores, ac ærumnas induci sicque vsus est erga populũ suum Israel circumducendo per desertum periculis, & serpentibus plenum, eumque obijciens afflictionibus, & ærumnis.

Prou. 1.

Ezech. 7.

Docuit insuper quomodo ad Deũ reducant labores resilientes seruos & recedentes illius obsequio adhærere faciant, & in officio contineant; Sicut colligitur ex illis verbis citatis: *Vt custodias mandata Dei tui*: Ea est enim natura hominũ, & conditio humani ingenij, vt nisi cohibeatur, resiliat, nisi vapulet, & afflictionibus prematur, minimè obtemperet, & subijciatur. Dum igitur Deus circunduxit populum per desertum, horridum, & serpentibus, ac feris plenũ, docuit Israelitas Deo iugiter adhærere, nec digre

di ab

di ab illius obsequio, quod descriptũ habemus in Psal. 43. Vbi Regius vates de Hebræis vel pro Hebræis loquens, ait. *Declinasti semitas nostras à via tua.* Qui locꝰ à plerisq; per negationẽ legitur, vt videre est in Symmach. Bruno, & Thoma: Remigiusque cum negatione explicat, & Beda meminit non nullos libros ita habere, vt sit sensus: Neque declinasti semitas á via tua, seu vt habet Symmachus; *Neque transposita sunt, vel inclinata, quæ dirigebant suos.* Quid igitur est, imò quæ sunt, quæ minime aberrare fecerunt Israelitas á via Domini? Ea vtique, quæ mox subdit: *Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis.* Hieronym. *Deiecisti nos in loco draconum.* Eusebius verò cuius meminit Chrysost. nullum nominans authorem, & Ambrosius tribuit Symmacho; *Confregisti nos in loco inhabitato, siue deserto.* Ambros. videtur legisse; *In loco afflictionis* Alia versio Ambros. *Deiecisti nos in loco draconũ*; quæ omnia rectè consonant cum præsenti loco Cantici, in quo dicitur Deus per desertũ circunduxisse populum suum, per terram inuiam, & inaquosam, solis draconibus, & ibicibus peruiam, & plenam. Docens huiusmodi afflictionibus, & molestijs, quomodó homines in officio contineantur, quomodò recta via ad patriam, & promissam terrã gradiantur. Sic enim Deus se habet cum pertinacibus, & reluctãtibus. Quod prosequitur Philo libr. de confus. linguar. post med. in eo, quod Deus occurrit superbè ædificãtibus, eosque linguarum confusione diuisit, & profligauit: Alioqui, inquit Deus Genes. 11. *Cæperunt hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant.* O infinitã, inquit Philo, & immensam miseriam. Omnia, quæcunque aggredietur mens dementissima, succedunt ex sententia: Nec magnus nec paruus conatus frustratur vllus, vltrò negotijs animæ occurrentibus, & sese præbentibus: hæc sunt animæ viduatæ indicia peccantibus absque impedimentis omnibus, nam quisquis est non prorsus insanabilis, optauit se consiljo mentis desti tui, vt cum furtum, aut sacrilegium, aut aliquid simile tẽtat committere, successu careat, & innumera inueniat obstacula. Nam cohibitio maximũ morbum arcet iniustitiam. Quod si adsit licentia, ille vitari non poterit. Et adhuc tyrannorum fortunas ò beati suspicitis, quibus procliue est quiduis efficere quod rapido, efferatoque animo cõcipiunt? Imo gemenda est illorum conditio siquidem inopia, & infirmitas malis prodest, bonis verò potentia cum opibus. Sic ille ostendit opportere Deum afflictionibus infirmitatibus & indigentijs à perpetrandis malis impios retardare, & in officio continere, quod nisi accidat per omnia scelerum genera libero gradu vagabuntur. Quod idem Philo prosequitur lib. de agricult. post princip. vbi de veris pastoribus Deum imitãtibus ait. Curã adhibent, ne grex vagabundus dispergatur, metum intentando castigatorem non obtemperantibus rationi, & animaduersione vtẽdo continua, mediocri quidem in errata sanabilia, seuera autem, si his accedat contumacia. Quamuis enim abominandæ videantur plurimum, tamen prosunt pœnæ insipientibus, quemadmodum medicinæ Sylua corporeo morbo laborantibus, &c.

Psal. 43. n. 19. & 20.

Hinc est quod colũba ab arca emissa ad illam statim redijt, cũ non inueniret vbi requiesceret pes eius, quod ponderans Petr. Damian. epist. 14. ex lib 8 ait. Ideo Diuina dispensatio in huius vitæ salo procellosis hinc inde turbinibus, & quodammodo violẽtis ventorũ futentiũ flatibus nos fluctuare permittit, vt mens nostra ad superna desideria trâseat, dum interim anũ

Genes. 11. n. 6.

Genes. 8. n. 9.

inuenit

inuenit, vbi delectabiliter requiescat. Nos igitur si iuxta votũ erecta in cumulum vnda prosperitatis attollet; En at imisi cuiusquã piaculi naufragiũ absorbebit, aut certe à littore quietis intimæ mentes nostras fluxa lætitia procul abducet. Sic ille, qui pro eadẽ re videndus est ser. 1. de Natiuit. Virg. & Bernard. lib. de dilig. Deo ad med. ait. Vult hominem Conditor alto, sed salubri consilio tribulationibus exerceri, vt cũ defecerit homo, & subuenerit Deus, dũ homo liberatur à Deo, Deus ab homine, vt dignum est, honoretur. Hoc enim dicit Psal. 49. Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & glorificabis me. *Psal. 49.*

2. Reg. 13. *Misit Absalon ad Ioab, vt mitteret eum ad Regem Dauid patrẽ suum, qui noluit venire ad eum, cumque secundo misisset, & ille adhuc noluisset venire, dixit seruis suis: scitis agrum Ioab iuxta agrum meum habentem messem hordei; ite igitur, & succendite eum igni. Succenderunt ergo serui Absalon segetem igni, vbi hoc resciuit Ioab, statim venit ad Absalon.* Quoties Deus nos ad se vocat, & pulsat ad ostium, intellectum, scilicet, & voluntatem, renuit tamen terrenis adhærens anima, at si ijsdem denudetur, si vstio febris accedat, si succensio bonorum accidat, si infælix adueniat nuntium, statim Deum conuenimus, templa adimus, sacraque vel facimus, vel offerimus; & cum impio Rege Antiocho 1. Machab. 6. dicimus: *Nunc reminiscor malorum, quæ feci in Hierusalem, & cognoui, quia propter ea inuenerunt me mala ista.* Vnde Chrysost. hom. 10. in Matt. ait. Deus tribulationes fieri permittit, vt ad ipsum frequentius cõfugiamus. Tale aliquid faciunt amantiores filiorum parentes, cum paruulos suos vident à se quidem sæpe discedere, æquæuorum autem suorum vsibus detineri. Præcipiunt famulis terribilia multa simulare, vt eos terreant, vt exagitati etiam metu periculi ad maternũ sinum cõfugere festinent. Item Deus non modo ab alijs nos sæpe tribulari finit, sed nonnunquam etiam ipse plagam minatur, non vt eam in nos inducat, sed vt nos ad se potius adducat, & continuò dissoluit timorem: eadẽque fere similitudine vtitur in idẽ argumentũ homil. 1. in epist. ad Timoth. Videndusque erit homil. 7. de tristitia, & orat. aduersus Iudæos longe à princip. & homil. 2. quod periculosũ est adire spectacula. 2. Reg. 13. 2. Mach. 6. n. 12.

Dixerat in abundantia sua Dauid. *Non mouebor in æternum* Psal. 29. statim vero atque Deus auertit faciem, beneuolentiam scilicet, & fauorẽ in facie Diuina de more Scripturę inculcatũ. Ipsumque angustiæ vndique comprehenderunt, ad opem, & auxilium Diuinum accurrit, dicens: *Ad te Domine clamabo, & ad Deum meũ deprecabor*: Vbi non omittendus Bernard. ser. 21. in Cant. post med. cum ait: Ne dixeris in abũdantia tua, *Non mouebor in æternum*: Ne etiam illud, quod sequitur, cum gemitu dicere cogaris: *Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* Ergo in die virtutis tuæ noli esse securus, sed clama ad Deum, & dic: *Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me*: Porrò in tempore tentationis consolare, & dic eum sponsa: *Trahe me post te, curremus. &c.* Sic te non deseret spes in tempore malo, nec in bono prouidentia deerit, erisque inter aduersa, & prospera mutabilium temporum tenens quandam æternitatis imaginem, &c. Illi igitur, qui in prosperis Dei obliti ipsum deserunt, afflictionibus adhibitis compelluntur ad eum redire, iuxta illud Psalm. 77. *Dum occideret eos, quærebant eum, & reuertebãtur, & diluculò veniebant ad eum*: Quod argumentũ prosequitur Hieron. y in c. 57. Isai. ostendens quomodo homines laboribus pressi, Deũ quærant, & inuocẽt; Similiaque habet in Psal. 107. ad illa verba. *Ad Dominũ cum tribularer* *Psal. 29. n. 6.* *Psal. 77. n. 36.*

clamaui;

clamaui: Et epist. ad Castrusium Quod argumentum etiam prosequitur August. in Psal. 57. & lib. quæst. in Iosue q. 1. Et de verbis Domini serm. 16. Et lib. 2. contra epist. Pitilliani cap. 67. Prosper in lib. sententiar. sent. 47. Ambros. lib. 1. officior. cap. 12. Chrysost. homil. 13 6. & 7. ad Populum: Et homil. 4. de verbis Isaiæ. Chrysolog. ser. 2. de duobus filijs ad illa verba: *Quanti mercenarij in domo Patris mei abũdant panibus, ego autem hic fame pereo.* vbi ait: Fames illi patrem dedit sapere, cui copia tulerat sentire genitorem, &c. Sunt enim plerique, qui sicut Iacob, dum faciem mundani Laban tristem circa se vident, tunc supernam Patriã petunt, paternosque lares adire constituunt, pro qua re videndus Fulgẽt. epist. 7. ad Verantiam cap. 14. cum ponderat illud Psal. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*, quod sic explicat, quasi velit Dauid eo in loco ostendere quantum emolumentum percipiatur ex laboribus, quibus nos Deus ad se trahit, non quoquo modo, sed ita, vt illi placatissima reddamur victima. Sic enim habet. In tantum prodest tribulatio Christianis, vt per hanc spiritus noster Deo sacrificium fiat, sacrificium enim Deo spiritus contribulatus. *Genes. 31. n. 5.* *Psal. 50. n. 19.*

Est optimus in hanc sententiam locus ille apud Isaiam 26. vbi sacer Vates sic Deum alloquitur. *Indulsisti genti Domine, indulsisti genti: nunquid glorificatus es? Elongasti terminos terræ.* Probat igitur ab effectu opportuniorem esse impiorum saluti seueritatem, & afflictionem, quam clementiæ serenitatem, & benignitatem, nam quandiu Deus mitis fuit in impios Iudæos, magisque beneficijs, quam supplicijs affecit, recesserunt ipsi à parente Deo, prioribusque vitijs adhæsit gens iniqua Israelitarum, de qua melius intelligit dictum locum Sanctius. De illo enim populo eodem propè tempore dixit in eandem sententiam Oseas cap. 10. *Vitis frondosa Israel.* Septuaginta legunt: *Bonos, ac pulchros palmites habens*, vt etiam vertit Hieron. & legisse videtur Cyrillus *Fructus adæquatus est ei.* Septuaginta. *Fructus eius abundans.* Sensus est: Israel similis viti plenæ palmitibus, & vuis copiosissimè fuit propagatus, vt Theodoretus, Theophylactus, Ruffinusque exponunt; fructusque respondet numero, magnitudinique palmitum. *Secundũ multitudinem fructus sui multiplicauit altaria* (scilicet idolis) quod Hieronymus, Theodoretus, & Theophylactus exponunt, quanto plures habebat populos, tanto plura exædificauit altaria. *Iuxta vbertatem terræ suæ exuberauit simulachris.* Sic gens illa ingrata iuxta mensuram, & magnitudinem beneficiorum reddebat iniurias, & offensas vero Deo per adorationem, & cultum falsorum Deorum. Ex hoc ergo loco Oseę patet quã congrue superior ille ex Isaia Iudæorum genti adaptetur, de qua Propheta conqueritur apud Deũ, quod prosperata insurrexerit in ipsum Deum, quem magis glorificare debuerat. Ait ergo Isaias: *Indulsisti Domine, nunquid glorificatus es? Elongasti terminos terræ*: Hieronymus, quem Adamus, & alij sequuntur, asserit ex hac Dei indulgentia ingratos populos à Deo recessisse ad vltimos vsque terræ terminos, id est, quam longissime. Dionysius, & Lyran. paulo aliter explicant; Vt ideo omnes termini terræ à Deo fuerint alienati, quia eum tam benignum, & benefactorẽ fuerant experti. Ego verò censeo etiam hæc verba explicanda esse per illa citata ex Osea, *Iuxta vbertatem terræ suæ exuberauit simulachris*; Sicut enim ibi est quædam vocum allusio, qua ingratitudo per impudentiam respondet beneficio, & redundantia idolorum vbertati terræ; Ita etiã hoc in loco tacitam arbitror esse *Isai. 26. n. 16.* *Ose. 10. n. 1.*

allusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

allusionem. Per elongationem enim terminorum significari fauorem, & indulgentiam tradunt Vatabl. Emanuel Sá, & Leo Castrus. Tunc hæc verba superioribus correspondent, si adaptetur tradita expositio Hieronymi, & aliorum. Elongasti terminos terræ ipsorum benigno fauore prosequens, ipsi autem ex opposito se elongarunt quam longissimè à cultu, cognitione, & adoratione tua. Sic enim consueuerunt impij abuti indulgentia, & benignitate Dei. Addit igitur Propheta: *Domine in angustia requisierũt te*, id est, populus, qui in laxis spatijs acceptus abs te molliter, non glorificauit te, idem in angustis finibus, & duris funibus constrictus te requisiuit. Sic etiam apud Oseam cap. 6 post quam dixit deserendos esse à se Israelitas, donec malis fessi ipsius faciem quærerent, addit: *In tribulatione manè consurgent ad me*, vbi Theophylact aduertit: Manè consurgere, esse celeriter venire: Manè enim consurgere de more Scripturæ, est diligenter, accurate, & quam primum aliquid quærere, & vestigare, vt patet Prouerb. 1. *Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, manè consurgent, & non inuenient me.* Et Ierem. 7. *Loquutus sum ad vos manè consurgens, & loquens, & non audistis.* Est autem hic modus loquendi desumptus, vt plerique existimant, ex eo, quod euenire consueuerat his, qui manna de cælo defluum colligebant, quibus necessarium erat ante solis ortũ præcurrere ad colligendam benedictionẽ, sicut dicitur Sapient. 16. Aliter tanquam hibernalis glacies tabescebat, & tanquam aqua superuacua disperibat: propterea manè surgere, idem erat, quod diligentissimè quærere. Pressa igitur & afflicta gens quamprimum consurgit, diluculoque, & diligentissimè ad Deum confugit, quæ fauoribus delinita aufugit, vnde Hieronymus in cap. 1. Isaiæ post princip. ait: Est

Ose. 6. n. 1.

Prou. 1. n. 28.

Ierem. 7. n. 3.

species quædam beneficentiæ delinquentem punire. Nec species hęc munificentiæ inferior est honore in homines collato, &c. Vnde apud Ieremiam postquam retulit beneficia ingrato populo collata, quasi referens apposita adhuc beneficia ait: *In tempore afflictionis suæ dicent; Surge, & libera nos.*

Ierem. 2. n. 27.

Vsque adeo hoc verum est, vt cum impia Synagoga Ose. 2. dixerit: *Vadã post amatores meos, vt dent mihi panes, & aquas meas, & linum meum, oleum meum, & potum meum.* Insano furori occurrens Deus, eamque ad se reducere volens, ait: *Propter hoc sepiam viam tuã spinis, &c.* vbi Hieronym ait: Ex quo intelligimus, quod prouidentia Dei sæpe nobis accidunt mala, ne habeamus ea, quæ cupimus, & varijs oppressi calamitatibus huius sæculi, ac miserijs, ad Dei seruitutẽ redire cogamur, &c. Quod optime exponit Chrysostom. lib. 1. de prouident. ante med. appositis similitudinibus rem explicantibus, & inter alias sic habet. Qui imminere sibi cernit inimicum, maiori ad illum currit desiderio, quò se tueri possit. Ita fere infantes fateri, cum quid horrendũ viderint, ad matrũ sinus protinus fugiunt, illarumq; pendentes vestibus eis se tuentur, ac protegunt, atque ita vt sæpius retrahentibus plurimis, inde auelli nõ possint. At verò quando nihil eiusmodi perturbat, nec vocantes quidẽ millies exaudiunt, neq; trahi patiuntur: Imò blanditijs allicientes respuunt. Et cũ plurima illæ moliantur, vt ad se eos pertrahant, semper eas auersantur, appositamque mensam despiciunt. Quocirca matrum plurimæ, cum nihil obsecrando proficere se viderint, laruas quasdam, horrorisque figmenta parant, atque illos demum ad reditum compellunt, persuadentque ad se iterum recurrere. Hoc autem nõ in solis pueris contingit, sed etiam

in nobis: Quando enim malignus ille perterret nos, atque perturbat, tunc frugi efficimur, tunc nos ipsos agnoscimus, tunc ad Deũ omni studio recurrimus, &c.

Videndus in hanc sententiam August. in Psal. 49 cum explicat illa verba: *Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & glorificabis me*: vbi sub Dei nomine ita ait: Ad hoc permisi diem tribulationis tibi fieri, quia forte si nõ tribularis, non inuocares me. Cũ tribularis autẽ, inuocas me, eximã te: Cũ eximã te, glorificabis me, vt iam non discedas à me. Obturpuerat quidem, & frigerat á feruore orationis, & dixit: *Tribulationem, & dolorẽ inueni*: Inuenit tribulationẽ tanquam aliquid vtile, putruerat tabe peccatorum suorũ iam sine sensu remanserat, inuenit tribulationem, tanquam vstionem, & sectionem.

Psal. 114.

Neque parum facit ad rem præsentem id, quod obseruat Hieron. in Psal. 133. Iacobum scilicet quandiu in paterna domo, & delitijs affluit, nõ quæsisse lapidem, nempe Filium Dei, neque supernum auxiliũ tam enixè fuisse imprecatum, at in afflictione positum, dum fratris iram declinaret, dũ iam è domo paterna exularet, diuturnam illam peregrinationem exorsus, tunc ad lapidem accurrisse, illumque capiti suo supposuisse, & in eo requiẽ inuenisse. Quãdiu enim homines delitijs & diuitijs affluũt, & in media prosperitate versãtur, nõ tã de Deo curãt, & cogitant, at ærumnis stimulati de mane vigilant ad Deũ. Sic vero habet Hieron. Posuit lapidem ad caput, sub capite ipsius lapis erat Christus, nunquã sibi posuit lapidem ad caput, nisi eo tempore, quando persecutorẽ fugit. Quandiu erat in domo patris sui, & habebat refrigeria carnis, lapidem nõ habebat ad caput. Recessit de domo nudus, recessit virga, & statim in ipsa nocte inuenit lapidẽ, & posuit ad caput suum. Qui talem habebat puluillum, in quo refrigerabat, videte visionem eius. *Vidit*, inquit, *scalam*, &c. Est itaque Deus ex mente Hieronym. puluillus laborantium, in quo pressi, & afflicti requiescunt, & solatia è cælo habent. Vnde ille, qui ædificat super petram hanc, & in ea totam spem suã figit, etiamsi descendat pluuia, & veniant flumina, non corruit, nec deficit. Matth. 7. vbi Chrysostom. hom. 25. Pluuiam, & flumina, & ventos trãslatione verborum afflictiones, & ingruentia hominibus pericula nuncupauit; calumnias videlicet, insidias, luctus, aliorum impugnationes, desertiones, & deceptiones suorum, cætera omnia vitæ præsentis incommoda: At nullis horum talis anima succumbit. Causa verò istius firmitatis est supra petram esse fundatam. Vnde conferens idem Chrysost. Heliam cum Achab 3. Reg. 17. ait: Idcirco ille diademate coruscus, ac purpura contremiscebat Prophetam sola certe pelle circundatum. Nam hic quidem super petram ædificauit domum, ille super arenam, &c. Suos igitur volens Deus docere quærere verum refrigerium, vera arma, veramque palmam, & victoriam, afflictionibus pungit, & periculis incitat, quó ad petram adiutorij pro auxilio currant, vbi puluinar inueniant quietis, Angelos descendẽtes in sui patrocinium conspiciant, qui, si opus fuerit, ipsos ad cælũ subtrahant, & de victoria certos reddentes praemia ostendant coronas.

Psal. 133.

Matth. 7.

Quo in loco licet miseram hominis conditionem, & ingenium deplorare, qui cum semper debeat Deũ diligere, colere, & venerari, id non nisi pressus afflictionibus facit, & cũ quouis tempore ipsum adire teneatur, nõ nisi pro remedio conuenit, imo cum plus Deo debeat, cum prosperis afficitur, non eum quærit, nisi in aduersis, quod optime prosequitur Saluian.

Gen. 28. n. 11.

præfat. in libros ad Ecclesiam post princip. vbi ait: Hunc affectum, vt nihil Deo præponendum putent tepidissimi, atque negligentissimi quiq; homines, solo persecutionis tempore putant esse seruandum, quasi vllum tempus sit, quo præferri aliquid Deo debeant, aut qui persecutionis tempore pretiosiore omnibus rebus Christum habere debet, reliquo omni tẽpore habere debeat viliorem? Quod si ita est, amorem Dei persecutioni debemus, non fidei: Et nunc tantũ poterimus, quantũ nos impij persequentur. Cum vtique aut maiorẽ, aut certe non minorem tranquillis, quam asperis rebus affectum Domino debemus: quia, & hoc ipso à nobis plus debet diligi, quia nos à malis nõ patitur affligi. Indulgentia, scilicet, pijssimi, & mollissimi Patris nobiscum agens, qui magis vult nos in pace, & quiete fidem nostrã religiosis operibus ostẽdere, quam in persecutione, pœnis nostrorum corporũ comprobare. Et ideo si tunc ei nihil præferendum est quãdo nobiscum aspere agitur. Nec tum quidem præferri debet, quando per indulgentiam plus meretur: Sic ille conuincit hominum malitiam, qui potius ad Deum accedunt pœnarum funibus constricti, & conuicti, quã attrahantur funiculis Adam, beneficijs scilicet, & prosperitatibus. Quod argumentũ prosequitur Chrysost. homil. 66. ad popul. ad med. vbi ait. In veteri testamento in tentationibus iusti florebant, ita tres pueri, ita Daniel, & Moyses, & Ioseph; & Hebræorũ populus dum affligebantur, & pellebantur, gemebant, & Deum inuocabant, & multum superne momentum attrahebant: cum autem impinguati sunt resilierunt. Niniuitæ rursum cum libertate potirentur, ita Deum irritauerunt, vt totam à fundamentis vrbẽ subuertere Deus minatus sit: postquã verò ab illo sunt humiliati præconem omnem præstitere sapiẽtiam. Et quid opus est antiqua, & prisca recensere? Nunc enim potientes recidimus, & defluximus. Cùm verò compellebamur, & modestiores, & humaniores eramus, & studiosi magis, & ad has cõciones promptiores, & feruentes ad audiendum, &c. Sic enim reuocat tribulatio recedentes à Deo seruos, sic ab eo non discedere docet. Vnde idẽ Chrysost. vinculum, & catenam appellat afflictionem homil. 69. ad populum in princip. vbi ait Vinculũ in disuptum est tribulatio, audi namque Dauid dicentem: *Bonum mihi quia humiliasti me*; & post multa addit. Si vis ad illam peruenire ciuitatem, illam perambula viam, scilicet laborum, nõ illuc perducit remissionis via, sed tribulationis &c. *Psal.118. n. 71.*

Vsque adeo autem hoc verum est, homines scilicet laboribus detineri, & veluti compedibus ad Dei obsequium deduci, & in illius domo comprehendi, vt vel etiam Paulus volens ostendere se seruum Dei, & de domo illius esse, id comprobauerit ex afflictionibus, & verberibus, quib⁹ affectus fuerat, cum dixit Galat. 6. *Nemo mihi molestus sit.* Nemo scilicet Iudæorum rogando me an seruus sim Christi an Moysis, an carnis, & mundi, me molestet. Nam cuius sim seruus patet ex stigmate meo. Non ego stigma circunciſionis præfero, & ostento, vti faciunt serui legis, de quibus ibi sermo erat, sed Christi stigmata. Neque dixit, habeo, sed porto, tanquã trophæa, & signa regalia, de quibus glorior. Sũt autem stigmata notæ alicui inustæ, quales seruis, & ancillis inurunt domini, vt ipsorum esse cognoscantur. Vel etiam stigmata dicuntur cicatrices militum vulneratorum. Vocat igitur Paulus stigmata Christi plagas, & cicatrices ex afflictionibus, verberibus, ac vulneribus propter Christũ susceptis, corpori suo impressas, de qui *Galat. 6. n. 17.*

bus 2. Corinth. 11. n. 23. Vt milites igitur, vexilliferi, & Capitanei sua vulnera, & cicatrices ostentant quasi signa fortitudinis, & gloriæ bellicæ, quæ ipsos iamdiu probatos ostentant; ita Paulus plagas & stigmata, quasi trophea militiæ Christi, nõ tã habet, quã portat, & ostentat. Ita Hieron. Chrysost. D. Thom. Haymo, Theoph. & Anselm. qui putat Paulũ alludere ad milites Romanos gestãtes impressa in manibus insignia suorũ Imperatorũ, vt per ea, ad quẽ quisq; spectaret, discerneretur, & cõstaret. Se ergo domesticũ Dei per stigmata plagarũ probat Paulus: Sic enim ad suũ obsequiũ reducit Deus homines sic insignitos, retinet sic inustos, ostentat morbis aliquãdo, ærumnis, & pressuris, vt á cæteris hominibus Dei serui discernantur. Quã doctrinam inculcare voluit suis Israelitis, dum eos tanto annorum spatio per desertum afflixit.

Docuit insuper diuturna peregrinatione, & afflictatione sic tandẽ perfici, aptosque reddi ad ingressum promissæ terræ, hoc enim pro ratione lõgissimi itineris, & laboris proponit, dicendo in citato textu: *Dominus enim introducet te in terram bonam, &c.* Afflictionum siquidem acerbitate superflua veluti abscinduntur; pressurarum inflictione inepta, sordida, & iniqua eruuntur. In quam sententiam facit sponsus, dum sponsam suam vocat, vt surgat, proficiat, & exaltet se Cantic. 2. cum ait: *Tempus putationis aduenit:* vbi Ambrosius eodem sensu legit: *Tempus secandi*, id est, tempus iam adest, vt tibi per vulnera, & inflictas plagas resecentur ea, quæ imperfecta, aut superflua videbantur, quo in melius proficias. Et cum de vitis amputatione Salomonem loqui asserant Ambrosius, Aponius, Epiphanius, & alij, plane docet hic locus vocari sponsam ad sectionem, & ad vulnera, afflictiones, & *Cant. 2. n. 12.*

persecutiones, per quas, sicut fit in vitibus, superflua, inutilia, & inferacia resecantur, quo in melius proficiant, dulcioresque fructus proferre possint.

Nisi velimus hoc explicare ex illa arbore, de qua Nazianz. Orat. 20. asserit esse apud Poetas arborem, quæ morte viuit, & sectione pullulat. Talis, inquit ille, est, qui pietatem sub imo pectore condidit, floret inter eruciatus, ac vitæ molestiam virtutis segetem existimat: quo in loco Helias Cretensis dicit hanc arborem esse, cuius meminit Horat. cum ait.

Duris vt ilex, tonsa bipennibus
Nigræ feracis, frondis in algidò,
Per damna, per cædes ab ipso ducit opes,
animumque ferro.

Quam similitudinem præcisæ arboris prosequitur Chrysost. homil. 2. ad populum propé fin. vbi ait. Tu siue pecunias, siue præsentem vitam, siue omnia amittere oporteat, vt pietatẽ conserues, noli tristari. Nam in simo nudus sedebat Iob, innumeris mortibus grauiorem sustinens vitam: sed quia pietatem non abiecit, omnia cum maiori copia rediere priora, corporis sanitas, & species, omnes filiorũ cœtus, possessiones omnes, & quod omnium maximus, splendida patiẽtiæ corona. Sicut enim in arboribus accidit, etsi quis fructum cum foliis auferat, & ramos omnes amputet, radice manente, tota cum maiori etiã ornatu arbor resurgit. Sic quidem & in nobis, si pietatis radix permaneat, & si diuitiæ auferantur, & corpus corrumpatur, omnia rursus nobis cum maiori gloria redeunt, &c. Hac igitur ratione percutit aliquando Deus suos, vt in melius afflicti, & percussi resurgant.

Deut. 4. dixit Moyses filijs Israel: *Vos tulit Dominus de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populum hæreditarium.* Vbi Oleaster ait. Voluit Deus *Deut. 4. n. 20.*

Iudæos nouos homines facere, ideó in fornacem ferream Ægypti concluſit, & immiſit. Vtinam Domine me dignareris in fornacem mittere, vt inde me nouum extraheres hominẽ. Sicut igitur qui auream ſtatuam, aliudue vas vult efformare, in fornacem mittit materiam, indeque liquefactam, aut emollitam extrahit, vt conſtruat, & fabricet. Sic & Deus ſuos, vt perficiat, & adaptet, in perſecutionum, & afflictionum fornacem immittit, ad incudem diſponit, multiſque repetitis ictibus ad congruentem, & prædeſtinatam perfectionem perducit. Vnde Chryſoſt. hom. 4. ad pop. poſt princip. ait. Sicut aurũ, etſi aquis immoretur, propriam præfert ſpeciem, ſiue in cõflatorium ceciderit, ſplendidius rurſũ apparet. Lutum autẽ, & fænum, ſiue in aquis immiſceri accidat, hoc quidem marceſcit, illud verò diſſoluitur, ſiue in ignem ceciderit, hoc quidem frigitur, illud autẽ comburitur: ſic certè & iuſtus, & peccator. Ille quidem ſiue remiſsione fruatur, manet ſplẽdidus, ſicut aurum aquæ immerſum: ſiue in tentationẽ ceciderit, ſplendidior fit, ſicut aurum igne examinatũ; & poſt multa ſubdit. Aurifex donec aurum bene purgatum viderit, de cõflatorio non extrahit, &c. Et hom. 66. ad populum poſt med. ait. Quod ignis eſt auro, hoc & animis tribulatio ſordem abſtergens, faciens mundos, claros reddens, & ſplendidos, propter hoc & ipſe dicebat Ioan. 16. *In mundo tribulationem habebitis.* Tanquam magnũ nobis bonum relinquens, &c. Quod etiam proſequitur Tertull. lib. de fuga in perſecut. & in fine apologetici. Athanaſ. in apologia de fuga ſua, vbi perſecutionẽ accõmodatè vocat fornacẽ conflatoriã, in qua, ſcilicet, iuſti exuſtione ipſa purificantur & ſplẽdeſcunt, de quo ſplendore bene explicat Origen. illud Numer. 16. *Murmurauit multitudo filiorum Iſrael contra Moyſen, & Aaron, dicens: Vos interfeciſtis populum Domini. Cumque oriretur ſeditio, & tumultus increſceret, Moyſes, & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis, quod poſtquam ingreſſi ſunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini:* vbi Orig. hom. 9. ſic ait. Non legimus antea, quia obtexerit nubes tabernaculum, & apparuerit maieſtas Domini, & receperit intra nubem Moyſen, & Aaron, niſi nunc, cum inſurrexit in eos populus, & voluit lapidare. Diſcamus ex hoc, quãta ſit vtilitas in perſecutionibus Chriſtianis, quantũ gratiæ cõferatur, quomodo propugnator eis fiat Deus, quomodo abundãter Spiritus ſanctus infundatur. Tũc enim maximè gratia Dei adeſt, cũ hominũ fœuitia concitatur, &c. Similiaq; habet Chryſoſt. ad c. 7. Matth. vbi inter alia ait: Omnis aduerſitas, quæ nos ſine noſtra occaſione tribulat, baptiſmus ignis eſt: & in aqua quidem ſemel baptizamur, in igne autem hoc, pene dum viuimus.

Hoc etiam alia ſimilitudine aperuit Nazianz. Orat. 12. in hunc modũ: Nonnunquam afflictio ipſa commodum eſt ad ſalutem pharmacum, &c. Enimueró ſicut Medici ſalutari poculo noxios, & mortiferos humores euacuãt, & à corpore ægro abiiciunt, quo citius ſalute potiatur, ſaniuſque, vegetius, & robuſtius euadat; ſic & Deus, vt noxia quæque vitia ab anima iuſti extrahat, eamque puriorem reddat, afflictione vtitur, tanquam ſalutifero medicamento, & pharmaco, &c. Qua eadem ſimilitudine vſus eſt Hieronym. in cap. 51. Iſaiæ ad illa verba: *Eleuare, conſurge Hieruſalẽ, quæ bibiſti de manu Domini calicem iræ eius.* Quibus in verbis reuocat ſacer Vates affictũ populũ, monetq; vt caput exerat altũ, adſurgatque, & lætetur poſt correctionem Dei, qui ab illo curatus fuerat, dato calice affictionis, vt noxium peccatorum virus, euomeret, vt curatus ſalutem conſequeretur.

Ioan. 16. n. 33.

Num. 16. n. 41.

Iſai. 51. n. 17.

Ait ergo Hieron. Solent medici amariſsimam antidotum, quæ ex guſtu rationem accepit, dare ſtomacho nauſeanti, vt humores euomat, & poſsit coctos cibos, atque digeſtos in aluum tranſmittere, quos phlegmatum magnitudo digeri non ſinebat. Igitur & Hieruſalem iubetur de ebrietate cõſurgere, eo quod biberit, & vacuefecerit, & potauerit. Bonũ eſt ſua ſentire ſupplicia, & audire Dominũ dicentẽ Ierem. 8. *Cum ira furoris mei tranſierit, rurſum curabo.* Sic Hieronymus.

Iſai. 65. n. 19.

Locum cũ primis elegantem habemus Iſai. 65. vbi dicitur: *Erunt cãpeſtria in caulas gregum, & vallis Hachor in cubile armentorum populo meo, qui requiſierunt me.* Cuius loci ſenſus eſt: Oues (ſic enim habet textus Hebræus) minores ſunt armentis, id eſt, bobus. In populo Dei ſunt minores, & imperfectiores, qui in campeſtribus morãtur, & pace, atque tranquillitate, & proſperitate creſcunt. At armenta, id eſt, perfectiores viri, & fortiores perferendis laboribus, vt boues aptiores quieſcent in valle Hachor, id eſt, perſecutionibus, & calamitatibus. Neque enim Hachor eſt nomen proprium alicuius hominis, vel illius etiam à Io ſue damnati, vt plerique putant, ſed ſignificat turbationes, perſecutiones, & calamitates, ſicut bene oſtendit Ribera in cap. 2. Oſeæ n. 88. & 89. Has igitur permittit Deus, vt donũ quoddam, quo profectò proficiunt, augentur, & creſcunt, qui à Deo eliguntur ad promiſſam terram.

Eſt optimus pro noſtro argumẽto ille locus apud Chryſoſt. homil. 54. in Act. Apoſt. in med. vbi ponderat Diuinæ prouidentiæ ordinem, quę quos in melius vult prouehere, & in altiorẽ finem dirigere, & perducere, mediis perſecutionibus vtitur, velut inſtrumentis ad illum aſſequendum. Vnde volens Moyſen honorare, prius in flumen ab ipſa etiam matre vi perſecutionis adacta, proijci fecit: volẽs deinde celebri viſione oſtenſa, cũ illuſtrẽ reddere, metu perſecutionis exulare coegit, quod etiam aliàs ex Gregorio confirmauimus, dum expendit Ioſephum à Deo in regnum electũ nõ niſi per fratrum inſidias, per dominæ perſecutionem, vincula, & carceres adſu premum faſtigium exaltatum. Sic ergo habet Chryſoſ. Hoc mirabile, quod non per ea, quæ videntur ſecuritatis eſſe, ſed plane per contraria omnia pro nobis fiunt. Et vt diſcas, iuſsit Pharao in flumen proijci pueros Exod. 1. niſi proiecti fuiſſent pueri, non fuiſſet ſeruatus Moyſes, non in aula educatus. Quando ſeruabatur, non erat in honore; quando expoſitus eſt, tunc factus eſt in honore. Hoc faciebat declarans ſuam omnipotentiam, quam facile ei ſit ſeruare. Minatus eſt illi Iudæus, dicens: *Nunquid me occidere tu vis?* Et hoc illi profuit, ſingularq; diſpenſatione factum, ita vt ipſe videret viſionem illam, quæ eſt in ſolitudine, & in omnibus Iudæorum contra illum inſidijs, idem fit. Tunc clarior prodit, & cum inſurgerent contra eũ, & Aaronem, clariorem eum fecerũt, vt indubitata fieret eius ordinatio, & ita etiam in poſterum laminæ ęreæ admirationi factæ ſunt. Cain fratrem ſuum occidit, ſed hac ratione plurimum profuit. Tres pueri iecti fuerunt in caminum, & per hoc facti ſunt clariores. Daniel miſſus eſt in lacum, & inde prodijt illuſtrior. Vides vbique tentationes magna parare bona, & hic, quomodo non alibi? In malicia idem euenit, vt ſiquis calamum habens prælietur contra ignem, videtur quidem verberare ignem, ignis autem clarior fit, & calamus conſumitur. Alimentũ enim, & fomes claritudinis eſt malitia virtuti: nũc ſicut eos ſunt afflictiones Corpus, quod otioſum, & immobile morbis magis obnoxium, & fœdum, quod

Exod. 1. n. 22.

Exod. 2. n. 14.

Dan. 3. n. 24.

Dan. 14. n. 40.

autem mouetur,& laborat, & ærumnis exercetur; formosius,ac sanius. Et ferrum quidem si iaceat, corrumpitur,si exerceatur autem,splendet.Bona res est tristitia,bona res egestas,bona res & cura. Fortes enim nos faciũt & cõtraria.Sic ille multis medijs ostẽdit,quod nos intendimus probare.

Quia vero Chrysost. assumpta similitudine agitationis tum corporis, tum ferri,probauit quantum proficiat animus attritus laboribus,id etiam alia,nec inepta similitudine ostendimus petita á transfusione. & trãsmissione vini,quod si in fæcib⁹ suis,& in dolio,cui primũ recens infusum est, remaneat, & fætidũ odorem emittit, & acidum,ac acerbum saporẽ cõtrahit. Qua quidem similitudine vsus est Ierem.vt Moabitarum impietatẽ comprobaret,cum ait cap. 48. *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua,& requieuit in fæcibus suis, nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abijt. Idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus,propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus,& mittã ei ordinatores, & stratores lagunc̃larum; & sternent eũ, & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident.* Vbi vides totã rationẽ impietatis Moabitarũ in eo fundari,& ad id reduci,quod perpetua quiete, & prosperitate vsi fuerint, nec laborũ tempestatibus agitati,neque aduersitatũ vẽtis cõmoti,nec diuersis afflictionũ flatibus exturbati Quod tandem remedium pro illius correctione, & reuocatione adinuenit Diuina Prouidẽtia. Solet siquidem afflictio sicut perfectos reddit perfectiores, imò & perfectissimos,sic & homines nequam ad iustitiam conuertere,& in meliorem frugẽ reuocare. Lyran.autẽ,& Glossa per fæces intelligunt diuitias,per trãsfusionem verò de vase in vas captiuitatẽ. At Theod.ait. Permansit in metaphora,quia meminit vasis, necessariò facit etiam mentionem de gustu, & odore. Propterea,inquit, quod permansit in prosperitate & nullã aduersitatem expertus est,&c.

Ierem.48. n. 11.

Sed adhuc expendenda restat & alia similitudo,quæ huic accedit,nempe,de vuis in torculari expressis: etenim aduertit August. Psalmum 55. pro titulo habere. *Psalmus ipsi Dauid in tituli inscriptione,cum tenuerunt eum allophyli in Geth.* Ait verò Aug. Geth diximus quod ciuitas sit, interrogata autem interpretatio huius nominis indicat torcular. Quomodo ergo tenetur in Geth? Tenetur in torculari. Quid est in torculari? In pressuris Sed in torculari fructuosa pressura est. Vua in vite pressuram non sentit,integra videtur; sed nihil inde manat. Mittitur in torculari,calcatur, premitur Iniuria videtur fieri vuæ, sed ista iniuria sterilis non est, imó si nulla iniuria accederet, sterilis remaneret. Quicũque ergo Sãcti pressurã patiũtur ab eis,qui longe facti sunt á Sanctis,attendant Psalmum istum,agnoscant hic se,dicant quod hic dicit, qui patiuntur quod hic dicitur, &c. Fit itaq; ex vuis vinũ optimũ recludendũ in cellam vinariam Domini, apponendũ in mensa diuitis,per pressuram tamen & compressionem vuarũ, quæ alioqui steriles, putidæ scilicet, aut passæ remanerent.

Sicut autem per pressuram vinum ex vuis elicitur apponendum in mẽsa Domini Sic itidem & triticum ex paleis excutitur, dum conteritur, & in area comprimitur,& conculcatur, quod optimè ad nostrum institutum prosequitur Gregor.6 moral cap. 18. post med cum explicat illa verba Iob cap. 5. *Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo*, vbi iustos tritico comparat, quod non nisi per pressuram è palea elicitur trituraturque & veluti conteritur, vt recondatur, & in pretio sit. Frumentum, inquit Gregorius,

Iob. 5. n. 26.

in segete

in segete Sole tangitur, quia in hac vita ventis concutitur, quia tentationibus exercetur: & secum crescentes paleas portat,quia nequiorem contra se quotidie vitam peccantium tolerat: atque ad aream deductum triturationis pondere premitur. Bené ergo dicitur. *Ingredieris in abundantia sepulchrũ, sicut infertur aceruus tritici in tẽpore suo* : quia dum post afflictionem iusti præmia patriæ cælestis inueniũt, quasi post pressuras ad horreum grana deferuntur. Et in alieno quidem tempore percussiones sentiunt, sed in suo á percussione requiescunt: electis quippe alienum tempus est vita præsens,vnde & quibusdam adhuc infidelibus Veritas dicit Ioan 7. *Tempus meũ nondum aduenit,tempus autem vestrũ semper est paratum.* Sepulchrum ergó in tempore suo sicut frumenti aceruus ingreditur,quia ille æternam requiẽ percipit,qui prius hic, vt ab exurendis paleis liber sit, disciplinæ pressuras sentit,&c Sic expurgatur triticũ, sic elicitur vinum in æterna recondendum horrea;si in area huius sæculi, & in terreno torculari conteratur prius & prematur. Sic & iustus perficitur,dum affligitur, sic purgatur, dũ comprimitur.

Ioan.7. n.6.

Vnde non iam tantum excussum triticum apparent iusti,sed ad sanctificatum panem comedendum dispositi. Quod bene deducit Hieron in cap 2. Sophon. ex eo, quod Sacerdos Achimelech sanctificatum panẽ propositionum dedit Dauid;eaque ratione factum esse ostendit, quod Dauid in tantam sanctitatem profecerat ex illatis persecutionibus á Saule, vt iam in sanctiorem ordinem adscriptus, & assumptus, Sacerdotum iure,& priuilegio potiretur,quibus tãtum fas erat panibus in sacra mensa propositionis propositis vesci. Sic verò habet Hieronym. Dauid non erat de Sacerdotibus, nec licebat ei comedere panes

1.Reg.21. n.6.

propositionis. Sed quia per singula crescebat opera & persecutio Saul virtutum illius profectus erat, propterea in fuga illius,dum nescit,subitò antistes efficitur: & accipit panes propositionis & non violat mandatũ Dei, &c. Enimueró qui persecutiones libenti,ac patienti animo sustinet, in nobiliorem transcendit statũ & perfectus minister Dei redditur.

Notandus venit hoc in loco ille apud Isai.28.vbi conquestus Dominus per Prophetã de impio Regno Ephraimitico præ superbia ebrio. De regno item Iuda diuina beneficia minime demerente præ impietate sua. Tandẽ ait: *Quem docebit scientiam & quem intelligere faciet eruditum?* Id est, Ecquis erit ex tam frequenti populo diuinæ capax disciplinæ? Cui Deus suorum consiliorũ arcana mysteria reuelabit? Tum quasi respõdeat Propheta, subdit. *Ablactatos à lacte,auulsos ab vberibus*; id est, eos, qui puerilem animum excedentes, renuunt iam dulcia & terrena, & prospera. Docet quidẽ Deus scientiam suam, nempe hanc scientiã laborum, quod illis proficiant, & perficiantur. Quæ doctrina vsque adeò perfectorum est, vt non quibuslibet trahatur, sed perfectis viris adhuc per illam amplius illustrandis, & exornãdis: Vnde & tẽpestate passionis Christi iactatum Petrum, cum Diabolus postularet,adhuc amplius premendũ, & perturbandum pro illo rogauit magister,ne deficeret,quia adhuc imperfectus erat:E contra verò libera optio datur affligendi,& persequendi Iobũ, quia perfectus erat,& scientiam laborum callebat, quæ non nisi iustis viris committitur.Qua de re vide Chrysost.tom.1 homil. de Abraham,& Iob ant. med. vbi præsentem Isaiæ locum sic interpretatur. Vide, inquit ille, Dei prouidentiã. Imperfectum petit diabolus, sed non obtinet. Vnde Saluator Simoni dixit Luc. 22. *Satanas*

Isai.28. n.19.

Luc.22. n.31.

expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: Ego autem oraui pro te, vt non deficiat fides tua. Quandiu imperfecti sumus, nobis parcitur: Quandiu luctamur, paterne fouemur: Vbi autem perfectiores facti fuerimus, perfectorũ certamina etiã suscipiemus: Dicit enim: *Ablactati à lacte, auulsi ab vbere: Afflictionem super afflictionẽ suscipere; Spẽ super spem.* Nõ dixit, ablactati ab vbere sed auulsi: Proficiens enim ad perfectionẽ, cogitur, vt cedat à lactendo Sciebat suũ athletam (scilicet Iob) agonotheta, videbatque eius futura, de cuius præsentibus testabatur & dicit diabolo. Ecce omnia, quæcunque habet, do in manum tuam, sed ipsum ne attigeris, &c.

Suam itaque scientiam de profectu per labores, & afflictiones Deus perfectis elargitur. Vnde non omnibus datum est commodum afflictonum agnoscere, sed ijs, qui in schola Dei diu versantur: Vnde Chrysost. homil. 4. ad populum post princip. ait. Turbabitur quisquam cernens fulmina, & coruscationes deferri. Agricola verò non ita, sed lætatur & gaudet tempestatem cernens: Non enim præsentia respicit, sed futura spectat: Non respicit ad fulmina, sed manipulos computat. Nõ marcescentia semina, sed vernantes spicas: Nõ grauem imbrem, sed iucundissimam areæ ventilationem: Itidem & nos non præsentem spectemus tribulationem, aut dolorem, sed orientem ex ipso vtilitatẽ, ex ipso nascentẽ fructum. Spectemus aream, manipulos Si etenim vigilemus, multum ex hoc tempore fructũ congregare, & mentis nostræ penus implere poterimus: Si vigilemus, non tantum nihil graue ex hac patiemur tribulatione, sed innumera bona capiemus, &c. Quibus similia habet Nazianz. Orat 19 vbi inter alia ait Quid mirandum si sancti quoque viri malis premantur, siue ad limi quantumuis exigui purgationem, siue ad virtutis explorationem, & philosophiæ documentum, siue denique ad imbecillio rum eruditionem, qui in illis fortiter aduersa perferre condiscunt, rebusque calamitosis minime frangi, ac debilitari, &c.

Hinc est quod amicũ suũ, & fidei ac fidelium parentem Abrahamum (sicut notant Hebræi) decies tẽtauit, afflixitque Deus doçens illum scientiam domus suæ. Primo enim iussus est relinquere patriam, & cognatos, & ire peregrinus in terram ignotã. Secundo ob famẽ iussus est peregrinari in Ægyptũ. Tertio ablata est ei vxor à Pharaone, ipseque periculum vitæ, vxor vero pudicitiæ subijt. Quarto obiurgia famulorũ coactus est diuelli à Loth, quem quasi filium alu erat & diligebat. Quinto cum quatuor Regibus congredi opus fuit, eosque debellare, vt captiuum Loth in libertatem assereret. Sexto Agar, quam vxorem duxerat iam ex se grauidam, impulsu ac iussu Saræ domo eiecit. Septimo cum Senex iussus est circuncidi. Octauo cum per Regem Abimelech ablata est ei vxor. Nono cum rursum vxorem Agar, & filium Ismaelem, primo Saræ instinctu, tum Dei iussu domo expulit. Decimo tandem cum iussus est immolare filium suum Isaac. Sic itaque suos Deus docet, quod etiam eleganter prosequutus est Seneca lib. de prouident. á quo hæc summatim percepimus, dum ait. Marcet sine aduersario virtus, eoque præsenti acuitur, atque inter aduersa manet in suo statu, & quicquid euenit in suum colorem trahit, vt mare flumina. Ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus: Spectaculũ Deo dignum. Fortuna vt gladiator, fortissimos sibi pares quærit, alios fastidio transit: Ignem experitur in Mucio, paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormentum in Regulo ve-

nenum in Socrate, mortem in Catone. Gaudent magni viri aliquando rebus aduersis, non aliter quam milites fortes bellis. Gubernatorem in tempestate, in acie militem cognoscas. Hanc rationem sequuntur Dij in bonis viris, quam in discipulis suis præceptores, qui plus laboris exigunt ab his, in quibus certior est spes doctrinæ. Tolerantes nati sunt in exẽplar. Deus extra patientiam est, illi supra patientiam. Dicit ergo eis Deus. Ego vobis solida bona dedi: id in quoque solidissimum est, quod exercuit. Dicant probi: Digni visi sumus Deo, in quibus experiretur, quantũ humana natura posset pati Optimi milites ad durissima mittuntur. Hæc, & plura sparsim ibi Seneca.

Atque vt certum, & cõstitutũ apud nos vsquequaque esset Deum solis afflictis, & laborantibus suam communicare, & instillare doctrinam, ijs etiam, qui pro ratione status, muneriue sibi iniuncti laborant, notitiam, & manifestationem sui impertire dignatur, in quam sententiam facit Bernard. serm 3. de Natali Domini ad fin. vbi aduertit Filij Dei in carne nascentis fæliciſsimum nuntium non fuisse per Angelos delatum ad nobiles, diuites, & delicijs defluentes, sed ad laborantes, & in media frigidissima nocte vigilantes, quasi per ea, quæ patiebantur, ad potiora Dei beneficia promerenda disponerentur: Quam multi nobiles secundum carnem, ait Bern. quam multi potentes, quã multi sapientes huius sæculi, hora illa in stratis mollibus quiescebant, & nemo eorum dignus habitus est nouam videre lucem, scire magnum illud gaudium, Angelos audire cantantes, *Gloria in excelsis Deo.* Agnoscant igitur homines, quia qui in labore hominũ non sunt, visitari ab Angelis non merentur; Agnoscant quam placeat supernis ciuibus labor, cuius spiritualis intentio est, quandoquidẽ & eos qui pro victu corporis, corporali vrgente necessitate laborant, suo dignantur alloquio. alloquio tam fælici. Nimirũ humanã in eis agnoscũt ordinationẽ, qua constituit Deus, vt in sudore vultus sui vescatur Adam pane suo, &c. Quibus postremis verbis videtur innuere Bernard. quod sicut nemo ad vescendum pane in mensa sua accedit, nisi præuio labore, & sudore, sic neque ad mensam cælestis doctrinæ, & panis accedit, nisi præuia afflictione, pressura, & labore. *Genes. 3. n. 19.*

Hinc est quod Ambros. interpretatur illud Cant. 1 n 4. *Nigra sum, sed formosa*: De pulchritudine sponsæ per labores cõparata, quibus decorem assecuta est, vt ad thalamum sponsi Diuini accederet: Sic vero habet lib 2. de Spiritu Sancto cap. 11. Nigra est exercitij puluere, & decora ab insignibus victoriæ. Qui locus melius intelligetur, si aduertam⁹ per puluerem labores intelligi, quibus comparantur coronæ, quæ insignia victoriæ sũt: Nam sicut dixit Chrysost. homil. 4 ad popul. in princip. Gratias agamus propter hæc Deo, quod tantum ex tribulatione carpsimus emolumentum, quod tantam ex tentatione vtilitatẽ cepimus: nisi tentatio, nec corona: nisi certamina, nec præmia nisi studia, nec honores: nisi tribulatio nec remissio: nisi hyems, nec æstas & cætera in eandem sententiam, quibus ostendit sudorem laborum præmitti ad panem æternę vitæ, & pulchritudinem gratiæ, ac coronam beatitudinis nigredine afflictionis comparari, vnde idem Ambros. ad illud Psalm 118. *Iustus es Domine*, ait: Non decet redimitos floribus corona, sed puluerulẽtos, &c. *Cant. 1. n. 4.* *Psal. 118. n. 137.*

Docuit etiã Chrysolog. quomodo Deus seruos suos per labores doceat, per afflictionis elaboret, & per pressuras perficiat, ser. 10. post med. ex illis

verbis Paul. ad. Roman. 4. cum ait: *Scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem, &c.* Ecce, inquit Chrysologus, quibus ætatibus iustus perfectum roboratur in virum. In tribulatione, patientia, probatione, & spe. Tribulatio fratres veluti primam iusti viri concutit & conturbat infantiam, sed cum inuenerit ista patientem, ad maiora adolescentē iā bonæ indolis, tūc erudit. Tribulatio patientiā operatur. Patientia est fratres, quæ Christi iuuenem aptum probat esse virtutibus; Spes verò non confundit. Spes, quæ virū perficit, & ad mensuram Christi plenitudinis indefessa perducit. perfectæ virtutis est, quod in re non teneas, spei robore possidere, &c.

Rom 4. n.5.

Ecce qualiter veluti per gradus ad fastigium virtutis ascendatur, nempe per tribulationē, & afflictionū tolerātiam; quod adhuc confirmat locus ille Psal 9. prout à plerisq; intelligitur: *Dum superbit impius, incenditur pauper.* Etenim Aug Cassiodor. Ruffin. Remig. Haymo, Lombard. Alcuin. & plerique alij explicāt de incēso amore, que iusti concipiūt, quasi per antiperistasim, dū ab impijs vexantur. Fit enim, vt calor indies augeatur, si frigus circumstet oppositum, roboratur enim, & magis incalescit circumambiente frigiditate. Sic & afflictus iustus, medijsque in difficultatibus positus, illius roboratur virtus, augetur meritum & perficitur iustitia.

Psal 9. n.23.

Ex qua doctrina celebris ille locus constabit apud Iob in c. 5. *Homo natus ad laborem, sicut auis ad volatum*: quem bene expedit Greg. lib. 6 moral c. 67. Vult enim, vt similitudo in eo consistat, quod sicut auis pennis eleuatur é terra, & ad suprema conscendit, vicinior que redditur cælo; sic anima quā tó maioribus afflictionibus premitur, tantó magis eleuatur á terra, & ad perfectiorem conscendit iustitiam.

Iob. 15. n.7.

Homo, inquit ille, ad laborem nascitur, & auis ad volatum, quia inde mēs ad summa euolat, vnde caro in infimis durius laborat, cuius mens ad alta suspenditur. sub ipsa est quicquid exterius contra ipsam mouetur. Velut auis ima transcenderat Paulus, quem adhuc corpore in terra demorantem, iam in sublimibus spei penna subleuabat &c. Quo sensu etiam Guarric. serm. de Ascens. Domini post med. loquens de laboribus fidelium ait: Quid facilius, quam portare pennas, quæ portent portantem se, &c. Et Nazian. epist. ad Cæsarium fratrem ita incipit. Neque terrores inutiles sunt ijs, qui sano sunt iudicio: imò, vt ego censeo, vehementer etiā vtiles, ac salutares. Licet enim illos deprecemur, perterriti tamen adorimur: anima namque afflicta, Deo vicina est (inquit Apostolus Petrus, vbi de hac re præclarissimè disserit) & quisquis periculū euasit, familiarius ei adhæret, per quē seruatus est. Ante terrores mundi eramus; post terrores verò facti sumus Dei, &c. Et Cyprian. lib. 2. epist. 26. post med. Persecutio, ait, grauior ad hoc diu perseuerat, non vt stantem fidem deijceret, sed vt homines Dei ad Deum velocius mitteret. Similia sunt quæ habet Gregor. homil. 32. in Euang. Chrysost. homil 7. de laudib. Paul. vbi obseruat illud Act. 4. *Quid faciemus hominibus istis.* Per quæ enim, ait Chrysost. eos opprimere volumus, per ea ipsa proficimus, &c. Et Hilar. canon 16. in Matth. eodem sensu dixit. O beatum damnum, felix iactura, diteſcere nos Deus detrimēto corporis voluit, &c.

Act. 4. n.16.

Hinc etiam Sapient. 10. dicitur de afflicto iusto: *Honestabit illum in laboribus.* Græce habetur: *Locupletabit illum in laboribus.* Nemo quidem repentè fit diues, sed multiplicatis accessionibus, & diu conquæsitis, ac vnde quaque congestis diuitijs locuples

Sap. 10. n.10.

tandem euadit, quod D. Ambrosius ostendit in eo iusto, de quo Salomon loquitur, nempe Iacobo, sic verò habet lib. 2. de Iacob, & vita beata cap. 1. post princip. In paupertate, inquit, diues, qui mercenariæ vitæ munere & patrimonium, & coniugium eodē parauit officio. Idem superné affectus recōciliator egregius, certauit muneribus, & obsequijs, vt indignationem omnem excluderet, doloré offensionis auerteret; ostendens se minorem exilio non fuisse, qui posit largiri, quæ non acceperat, &c. Diuitias itē paupertatis, & laborum ostendit Bernard. in sponsa, quæ diues reddita est ab ijs, qui per violentiam ipsi vnicā vineam abstulerant, pro ea enim plures accepit; sic verò ille habet ad illa verba Sponsæ Cant. 1. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Posuerunt me custodem in vineis: Vineam meam non custodiui.* In tantum, ait Bernard. ser 30. in Cant. in princip. se profecisse ex ijs, quæ ab æmulis passa esse gloriatur, vt pro vna vinea, quam sibi abstulisse visi sunt, super multa se gaudeat constitutam. Hoc mihi, inquit, præstitere pugnando contra me, & contra vineam meam, qui dicunt exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea, vt vnam pluribus commutauerim.

Cant. 1. n.6.

Hæc est ratio, cur labores, & ærūnæ dicātur Dei testes. Etenim cum Deus in nostrum profectum virtutum, ac meritorum augmentum tribulationes infligat, si illis haud quaquā proficimus, nec perficimur, testimoniū contra nos ferunt, quod eis fuerimus abusi, quod videtur ostēdere locus ille Iob. 10. *Instauras testes tuos contra me*; vbi licet aliqui amicos intelligant, quorū orationes innouatæ, & instauratæ per vices sibi succedebant aduersus Iobū, & concordi testimonio improbitatis illum accusabant. Sed August. dicit huiusmodi testes esse dolores ipsos, &

Iob 10. n.17.

cruciatus; Vnde legit; *Instauras in me armenta mea*: Atque idem est Commentarius Græcorū, & post R. Moysen, & R. Abraham ita exponunt Vatabl. Caietan. Eugubin. & Hugo: Supplicia enim, & pœnæ solent testes esse Dei, indicesque peccati, sicut dixit Vatabl. & Brixian. Melius tamen ad rem nostram testes sunt in eo sensu, quod si ærumnis, & calamitatibus homo non redditur melior, perfectior, & ditior virtutibus, testimonium ferāt cōtra ipsū quod minime profecerit, neq; traditis talētis alia vlterius fuerit lucratus: Sunt siquidem labores, veluti pecunia, qua nobis Deus omnia vendit, & retribuit, vt maioribus indies affluamur diuitijs: Sicut videre est in eo iusto Ioseph, de quo statim loquitur Salomon citato loco: Rupert. enim lib. 9. in Genes. cap. 40. ad med. confert honores, ac titulos gloriarū, quibus Deo disponente insignitus est, post exantlatos labores in eo, quod Sacer Textus ait Genes. 41. *Dicit Pharao ad Ioseph; Ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti; Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: Vestiuitque eum stolla byssina, & collo torquem auream circumposuit; fecitque eum ascendere super currum suum.* Quæ omnia singulis afflictionibus, & ærumnis veluti coempta citatus Abbas prosequitur in hunc modū. Pro compedibus, in quibus humiliauerunt pedes eius; torquem auream suscepit: Pro pallio, quo in manu adulteræ relicto nudus effugit, stolla byssina Deo iudice indutus est: Pro seruili nomine regium gestat annulum, & pro carceris humilitate super altum sedet imperij curum, &c. In parente Iacobo Iosephi itidem labores licet rimari cum fauoribus ipsi à Deo impertitis: Sustinuit enim imprimis fratris minas. Laban ingratitudinem, vrgentem fratris timorem, luctam cum Angelo tota nocte, seditiones liberorum apud Sichi

Genes. 41. n. 41.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitas, necem Iosepho illatam, vt putauit à tera pessima, famis crudam acerbitatem, dolorem ob Beniamin detctum pro alimonia. Hæc autem omnia velut si Deus solueret: Apparuit ei primo in scala Genes. 28. Deinde in Mesopotamia cum demonstrauit fœturam pecudum Genes. 30. Postea cum iussit eum Deus abire á Mesopotamia Genes. 31. Iterũ cum castra Angelorum vidit ad sui defensionem parata, Genes. 32. Atque cum sub specie viri luctantem expertus est. Post cædẽ Sichimitarum iussit eum Deus abire Bethel, & ibi sacrificare Genes. 35. Tandem cum iterum imposuit illi nomẽ Israel Genes. 25. Fuerunt autẽ huiusmodi visiones cum specialibus gratiæ fauoribus coniunctæ, quibus Deus laborum amaritudines egregie temperabat, & soluebat ac si pecuniæ essent, quibus Iacob ea omnia bona à Deo comparabat.

Neque vero solas virtutes, & merita, ac diuinos fauores laboribus à nobis emendos voluit Deus, iisque in hac vita ditari, sed etiam æternam beatitudinem, vbi veræ diuitiæ, & thesauri sunt, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, neque fures effodiunt, aut furantur, afflictionibus, & pressuris nobis venalem posuit. De hac enim locupletatione Hugo, & Olchoth lect. 129. intelligunt dictum locum, *locupletauit illum in laboribus.* Et quia hac de re scribentẽ habemus Augustẽ eum proinde proponamus in Psalm. 93. ad illa verba: *Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis? &c.* vbi ita habet. Intendite fratres. Venale est: Venale est, quod habeo dicit tibi Deus, eme illud. Quid habet venale? Quodammodo Deus proposuit venale regnum cælorum. Dicis illi, quantũ valet? Pretium ipsius labor est, quomodo si diceret, pretium illius aurum est: Non sufficeret hoc solum dicere, sed quæreres quantum aurum: Nam solidus aurum es, & semiuncia, & libræ, & tale quid. Ideo dixit pretiũ ne laborares quærere quandiu huius rei pretium labor est. Quantus labor est? Iam quære quantum laborandum sit. Ego ostendo quanta sit illa requies, tu indica quanto labore emenda sit. Dicit ergo Deus quãta futura sit ipsa requies. *Beati qui habitant in domo tua, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Hæc est requies sempiterna, sine fine erit requies ista. Quanto labore digna est requies, quæ non habet finem? Si verum vis comparare, & verũ iudicare, æterna requies, æterno labore recte emitur. Verum hoc est, sed noli timere, misericors est Deus. Si enim haberes æternum laborem nusquam peruenires ad æternam requiem. Si semper laborares nunquam ad requiem peruenires Ergo vt aliquando peruenias ad id, quod emis, non in æternum laborandum est, non quia non valet tanti, sed vt possideatur quod emitur, & cætera, quæ prosequitur in eandem sententiam, ostendens adeo esse excellens pretium laborum, vt à Deo non solum comparentur æternæ beatitudinis gaudia, sed adhuc etiam in hac vita per labores diuina solatia assequantur. Qua in re gratulari debemus Omnipotenti Deo, qui tam communibus, & inuentu facilibus pecunijs pretiosas merces tribuit coemendas. Nemo siquidem est cui ad huiusmodi mercaturam pecuniæ laborũ non supperant, fæliciorque hac in re est pauperum conditio, quia & ditiores sunt ad commercium. *Psal. 83. n. 5.*

Non quod etiã in media maiestate, & in maioribus, ac celsioribus locis copia etiam ærumnarum desit qua de re videndus idem Augustẽ. tom. 1. lib. 2. de Genesi contra Manichæos cap. 20. in princip. vbi quærit quonã pacto communis omnibus sententia de labore, & sudore vultus verum etiam habeat in diuitibus, & in principibus viris. Nunquid forte, inquit ille, di-

uites,

uites, quibus prouenit facillimus victus, neq; in terra operantur, euasisse istam pœnam existimandi sunt, qua dicitur Genes. 3. *Maledicta terra erit tibi in omnibus operibus tuis, in tristitia, & gemitu tuo manducabis ex ea omnibus diebus vitæ tuæ: In sudore vultus tui edes panem tuum.* Sed certè illud manifestũ est, quod nemo euadit istam sentẽtiã, hoc ipso enim, quod in hac vita quisquã natus est, &c. Et concludit caput: Nemo euadet istam sententiam: Sed agendum est, vt saltem in hac tantum vita sentiatur. Similia sunt quæ habet Cyprian. epist. 2. vbi late ostendit quãtus sit labor diuitum inter honores, & maximas facultates, & de omnibus in vniuersũ hominibus concludit Chrysost. tom. 1. homil. 13. in Psalm. 33. post princip. Quicunque homo in sæculo nascitur, à sententia primi hominis nõ potest esse alienus, dicente Domino primo homini post lapsum. *In labore, & sudore vultus tui manducabis panem tuum, &c.* Idque intelligendũ est quoad vixerimus, in cuius symbolum Christus Dominus in summa paupertate natus, in medio duorũ animalium positus est, quæ perpetuo labori addicta censentur: imo & paucis post natiuitatem diebus, alienam cogitur adire patriam, & Herodis experiri crudelitatem, dum recentem natum persequitur. Vt à laboribus nosceremus vitam nostram auspicari, quod prosequitur Chrysost. homil. 8. in Matth. ad med. vbi quærit quanam de causa in Ægyptũ infans adhuc ductus fuerit Christus Dominus. Hinc, inquit ille, aliquid addiscitur, quo non certe parũ ad philosophiam pertinere doceatur. Quid vero istud est? Quod ab ipsis videlicet vitæ initijs ad tẽtationes debeamus, atque insidias præparari. Cerne igitur ab ipsis omnino incunabilis Christi istud effectum: Nam statim vt ortus est, contra eum tyrannus furit, & ipse in Ægyptum fugit, & extra solum natale deportatur, & inter innoxia in regionem barbarorum fugatur: Vt tu videlicet hæc audiens, isto munitus exemplo, viriliter cuncta sustineas, sciẽs tribulationes maximas, & insuperabiles quasdam comites esse virtutum, &c. *Genes. 3. n 18.*

Hoc etiam sibi contigisse fatetur Dauid Psalm. 128. cum ait. *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea:* vbi in Hebr. sicut aduertit Vatabl. habetur, *à pueritia mea:* Vel iuxta Caiet. *A pueritijs meis:* & Hilar. ait. Nõ nouella itaque, neq; rara impugnantium odia sunt, sed ea semper ab ipsis initijs ætatis infesta, &c. Insuper, & in Cruce affixus Filius Dei vitam finiuit, neq; inde prius deponi voluit, quam animam exhalaret, cruces enim, & ærumnæ vitam hanc nostram miseram iugiter commitantur, sicut dixisse videtur Guarric. Abb. ser. 1. de aduentu prope fin. in hæc verba. O Domine Iesu cum animam potestate positurus esses, & quo genere mortis id facere velles, tuo subesset arbitrio, suspendium elegit anima tua: Vt exaltatus à terra, nos quoque ad te traheres, & à terrenis suspenderes. Sed nec ante mortem deponi passus es, vt & nos vsque ad mortẽ in cruce perseueremus: Et vt de ipsa, tanquã de sublimi gradu, facilior sit in cælũ cõscẽsus. Gratias tibi Dñe Iesu: Ibi sumus ibi te expectamus, non Heliam, qui ad deponendum nos veniat, sed Eli, id est, Deum nostrum, qui nos suscipiat, &c. Etenim qui libenti animo crucem perpetitur propter Deum, ab eodẽ suscipitur. Et sicut cruce exaltatur à terra, & propinquior, ac vicinior fit cælo, qui illi affigitur: sic & cruces perfectiores reddunt, & sanctiores iustos. *Psal. 128. n. 1.*

Cum igitur omnibus communes, peruij, imo & domestici admodũ sint labores, facili vtique pretio nobis coemendam iustitiam Deus exposuit, cuique enim satis superque suppetit nũ-

mus, &

mus, & pecunia laborum: Magna vtique Dei benignitas, dum sic omnibus abundanter prouidit: Magna etiam, & inexcusabilis eorum stultitia, qui nolint tam facili negotio in perpetuũ ditari, & pro tam vilibus mercibus æternis locupletari copijs. Maxime cum velint, nolint, ea perpeti teneantur. Quod prosequitur Chrysost. homil. 77. in Matth. post med. cum ita ait. Terrestre certamen tibi propositum, cuius corona in cælo reddetur: Ab hominibus exagitaris, & Deus tibi honores retribuet. Sed præter illud apprime tenendum est, quia etsi propter Christum nihil triste pati voluerimus, necesse tamen est alia de causa multa tristia sustinere. Nõ enim quia propter Christum mori non vis, idcirco immortalis futurus es: Nec quoniam propter Christum diuitias tuas non distribuis, idcirco tecum eas auferes. Hæc à te Christus petit, quæ si non dabis ei, omnino tamen propter conditionẽ naturæ relicturus es. Hæc te tua sponte facere hortatur, quæ omnino inuito te fient. Vnum solum petit, vt propter eum vltro & non coactus facias. Vides quã facillimum est hoc certamen? Nam quæ necessario patieris, inquit, ea si propter me pati volueris, idque vnicum tibi propositum fuerit, sufficienter mihi obtemperasti. Si alterius gratia militares, labores susciperis: mihi etiam milita, quoniam cumulo retributionum ingenti labores tuos omnino excedam. Quid caduco huic mundo laboras? cur perforato aquam dolio ingeris? &c. Similia sunt quæ habet idem Chrysost. cõcione 3 de Lazaro post med. vbi hac de re loquens ait. Quot singulo quoque die accidunt molestiæ? Quã multa inexpectata, quã multæ angustiæ? &c. Addit deinde contra eos, qui cum meritum, gratiam, ac gloriam possent ex doloribus lucrari, potius in blasphemias prorumpunt. Num enim, inquit ille, si blasphemiam proferas, leuiorẽ reddis morbum? Exacerbas potius illum, ac molestiorem reddis cruciatum, &c. Et Bernard. ser. 17. in Psal. 90. ad med. in hoc sensu ait. In tribulatione spes gloriæ, imo & ipsa in tribulatione gloria cõtinetur: Sicut spes fructus in semine, sic & ipse fructus in semine est. In hunc modum etiam modo regnum Dei intra nos est, thesaurus ingens in fictili vase, in agro vili. Est, inquam, sed absconditum, fælix, qui ibi inuenerit illud. Quid ille? Nempe qui messem magis cogitauerit, quam sementem. Oculus fidei inuenit hunc thesaurum, non secundum faciem iudicans, sed videns, quæ non apparent, sed intuens quæ nõ videtur. Latet gloria, fratres mei, absconditum nobis est in tribulatione: In momentaneo hoc latet æternitas, in hoc leui pondus sublime, & supra modũ. Interim ergo festinemus nobis emere agrum istum, emere thesaurum istũ, qui absconditus est in agro. Res necessaria tribulatio, quæ in gloriam vertitur, tristitia, quæ mutatur in gaudiũ. Res necessaria est ista necessitas, quæ coronam parit. Sic Bernard. monet vili pretio emendas æternas diuitias. Et cum sic liceat apud Deum pretiosis virtutũ margaritis pro nostris ærumnis ditari, & inæstimabiles gemmas re nihili, qualis profecto est humana afflictio, emercari, quid est, quod inscij omnino simus, & omnes afflictiones Deo non proponamus? Hæc enim est doctrina, quam populo suo voluit inculcare, dum per desertum circunduxit, dum tot laboribus elaborauit, & disposuit ad ingressũ promissæ terræ, quæ symbolum fuit alterius longe nobilioris, cæli nempe, vbi viuida, & beata vita est.

Tantum vero valent, & conducunt ad spirituales diuitias, & supernaturalia lucra comparanda, labores, vt nihil amplius videatur requiri apud

Deum, nihil boni operis á nobis exigere, quam eorundem tolerantiam. Etenim sicut ille, qui aurum habet, argenti profectò, aliorumque metallorũ pretium possidet, & qui gemmas acquisiuit, pecunias virtute continet, sic & qui mala sustinet, & afflictiones patitur, etsi nihil boni operetur (dũ tamen nulla vrgeat occasio, occurratue præceptum) bonorum operum meritum & valorem apud se habet. Cum enim præstantissimæ æstimationis sit numus ærumna, & afflictio, eo vtique emere licet quicquid etiam pluribus alijs minoris pretij posset comparari. Quod probatum habemus apud Luc in cap. 16. vbi Abraham dixit de Lazaro quiescente. *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.* Quo in loco etiamsi non excludantur expresse, aut negentur bona; vnde scitè ab aliquibus interpretibus per additionem legitur: *Lazarus recepit mala, & fecit bona.* Tamen Chrysolog. ad rem nostram sola mala sufficere dicit. quod ex eo etiam confirmari potest, quia ille, qui mala sustinet, & debita soluit, & satisfacit, ac satis patitur; & insuper patienter sustinendo per tolerantiam denuò meretur. Sic ergo ille habet ser. 123. ante med. Transeamus ad Lazarum, & quæramus quid est, quod dicit: *Et Lazarus similiter mala.* Et id sufficiat ad meritum, abundet ad gloriam, si non fecit bona, sed recepit mala. Similia sunt quæ habet Chrysost. tom. 2. concione 3. de Lazaro ante med. cum ait. Vbi quem videas virtutis studiosum innumeris affligi molestijs, beatum existima, fælicem iudica: vt qui & hic omnia sua diluerit peccata, & illic multam habeat paratam mercedem, quẽadmodum hic euenit Lazaro. Idem ex illo Paralytico manifestum est, qui 38. anno laborans per morbum diuturnum peccata deposuit. Cæterum vt scias illum ob peccata sic afflictum fuisse, audi quod dicit Christus Ioan. 14. *Ecce sanus factus est, ne posthac pecces, ne quid tibi contingat deterius.* Ioan. 14.

Facit hanc sententiam idem Chrysost. epist. ad Olympiã ad med. tom. 5. quæ deest in nouissima additione Chrysost. vbi confert bona, quæ fecit Iob, cum malis, quæ pertulit, vt ostendat non tam diuitem meritis, nec tam illustrem virtutibus fuisse tatione operum bonorum, in quorum nullo defuit, quam in tolerantia laborum, quibus insuper abundauit. Sic ergo ille habet post enumeratas virtutes Iob. Videamus quando clarior apparebat, cum illa operaretur, an cum tristia paterentur, & quæ defectum ei plurimum commouerunt. Quando itaque erat Iob illustrior? Quãdo domum suam omnibus aduenientibus aperuit, an cum ea ruente verba amara non protulit, sed potius benedixit? Vtique cum hoc quidem virtus esset, istud ærumna. Quando splendidior erat die mihi, cum sacrificabat pro filijs suis, & eos ad concordiam congregabat. an cum desosi, & amarissimo genere fuissent mortis extincti, cum magna philosophia pertulit quod euenit. Et post multa ait. Hæc maxima amarissima certaminũ portio, & maiorem virtutẽ requirens, & animam fortiorem, & mentẽ philosophiæ appositiorem, quę maiorem circa Deum habent caritatem, & præterea cum illa quidem fierent, etsi impudenter, & valde crudeliter, attamen contradicit Diabolus dicens: *Nunquid gratis colit Iob Deum*, Iob. 1. Hæc verò cum contigissent, confusus abscedit, terga dans, quod neque vel impudentem contradictionem, vmbram saltẽ habentẽ, posset opponere. Sic ille eleganter probat quanto maius sit pretium laborum, & tolerãtiæ, quam bonorum etiam operum. Iob. 1. n. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed adhuc nobis expẽdendum reſtat pro valore,& cõmendatione iſtius numi, quo virtutes á Deo pretio cõciliantur,quod eò pretioſior cenſetur numus quo minori numero,& pondere magna comparantur, pro aurea nẽpe moneta veneunt ea,quæ multis argenteis numis cõparantur. Tanti igitur pretij,& valoris apud Deũ æſtimãtur afflictiones,& ærumnæ, vt pro paucis plurima,& præclara venundẽtur. *Leue* enim *tribulationis æternum gloriæ pondus operatur.* 2. Corinth. 4. & Sapient. 3. de iuſtis dicitur: *In paucis vexati, in multis bene diſponentur*, quæ quidem pauca multis illuſtrat Bonauent. ibi, oſtendens dici pauca omnia,quæ ſancti patiuntur. Primó cõparatione ſuæ reputationis. Reputant enim iuſti pauca, omnia laborioſa, iuxta illud Geneſ. 29. *Videbantur Iacob dies pauci præ amoris magnitudine:* pauca ſecundò ſunt reſpectu multorum,& magnorum, quæ paſſus eſt Chriſtus Thren. 1. *Videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus.* Pauca etiã ſunt reſpectu multi, & magni debiti, quo ratione peccatorum noſtrorum, tam dimiſſorum,quam commiſſorum tenemur,&c. quæ ibi videnda ſunt. Ratione igitur illorum *in paucis vexati*, dicuntur iuſti. Vatabl. legit: *leuiter caſtigati*,quod bene explicat Ceruantes ex illo loco apud idem c. n. 1. *Non tanget illos tormentum mortis.* Vbi Græca vox, cui reſpondet verbum, *tango*, ſignificat, *non inuadet, non injiciet in eos manus*, ſeu, *non guſtabit eos mors*, ſeu, *non tanget*, etiam leuiter. Qua ratione etiam ipſa mors dicitur ſomnus Ioan. 11. *Lazarus amicus noſter dormit.* Et Stephan. Act. 7. dicitur *obdormiſſe.* Et quamuis neque in Græco, neque in Syro ſit *in Domino.* Vulgatus Interpres addidit,ad denotandã ſuauitatẽ illius mortis,quantũuis ea fuerit acerbiſſima,quia ſcilicet, propter Dominum, & de ipſius gratia ſingulari,atque veluti ex oſculo Domini,& peculiari fauore. Clarius ad rem noſtram expoſuit Cantacuzenus dicens: Non ſunt tormenta proprié, ſed caſtigatio, nec autem grauis, ſed leuis. *In paucis vexati*, non quidẽ reſpectu ſæuitiæ tortorum,ſed ſpei,& præmij eorũ, qui torquebantur. Græco codici reſpõdet idẽ verbũ,quod eſt apud Paulum 2. Corint. 6. *Vt caſtigati,& non mortificati*, vbi particula,*vt*,diminutionẽ affert,quaſi videantur caſtigati,cũ tamen caſtigati non ſint, ſicut etiam videre eſt in omnibus, quæ præmiſerat Paulus eo in loco. *Sicut egentes, tanquam nihil habentes,&c.* Proſequitur hoc argumentũ Gregor. 6. moral cap. 7 ad med.

Denique circunducens Deus populum ſuum per deſertum,& tot laboribus,& afflictionibus opprimẽdo,docuit promiſſam appetere terram, & requiẽ futurã anhelare, quæ etiã fuit ratio, cur eos ab Ægypti iis permiſerit affligi,ne ipſi redire ad Ægyptũ cuperẽt,ne illorũ ſocietatẽ ſuſpirarẽt. Si enim cum ſic afflicti ibi fuiſſent, adhuc Ægyptum ſuſpirabant, quid ſi ibi proſperè habuiſſent? Quæ etiam eſt ratio,cur laborioſam ſatis hanc noſtram inſtituerit vitam, ne illi adhærentes, futuræ obliuiſceremur, neque eã curaremus inquirere: quod totum proſequitur Chryſoſt. hom. 6. ad med. cũ ita habet. Propterea Deus laborioſam naturaliter vitam noſtram & grauem conſtituit, vt præſenti tribulatione compulſi,futurorum deſiderium capiamus. Si enim cum tot ſint triſtia, & pericula,& timores & curæ nos vndique circũeuntes,tam libenter præſenti immoramur vitæ,ſi nihil horum eſſet & abſq; triſtitia,& ærumnis omnibus tota foret vita noſtra, quando vnquam futuram deſideraremus? Sic & Iudæis Deus fecit, volens enim & illos in reditus cupiditatem inducere,& vt Ægyptum odiſſent perſuadere, permiſit eos lateritio opere,

2.Cor. 4. n.17.
Sap. 3. n.5.
Gen.29. n.20.
Thren 1. n.12.
Ioan.11. n.11.
Act. 7. n.60.
2.Cor. 6. n.9.

& luto laborare, vt laborum, & illius magnitudine cruciati ad Deum clamarent. Si enim egreſsi,quamuis hęc accidiſſent, Ægypti iterum meminerunt,& priſtinæ ſeruitutis,& ad grauẽ tyrannidem redire feſtinabant: niſi tales fuiſſent experti barbaros, quando vnquam alienam dimittere terrã voluiſſent? Ne igitur & nos terræ affixi,& præſentibus inhiantes, torpeamus & futurorum obliuiſcamur, vitam nobis fecit Deus laborioſam. Vis diſcere quare bonum ſit præſens vita? Quia futuræ nobis vitæ materia efficitur, & occaſio, & certamina, & ſtudium habendarum illic coronarum. Totidem ferè verbis hoc ipſum habet Theodoret. q. 13. in Exod. Et pro hac ſententia facit Gregor. 23. moral. cap. 15. cum oſtendit Diuina Prouidentia diſponente auferri à iuſtis ea omnia, quæ illis ad quietem, & voluptatem poſſent inſeruire, ne temporalibus bonis immorati, & detenti à ſupernaturali patria inueſtiganda, & promerenda retardentur.

Hinc eſt quod cum ex Gregor ſententia lectus in Scriptura aliquando voluptas carnis,aliquando repauſatio intelligatur,cuidã ſanato dicit Chriſtus Dominus: *Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.* Et rurſus lectus, vel ſtratum requies temporalis accipitur: Propterea igitur dicitur,quod Deus *vniuerſum iuſti ſtratum verſauit*, omne ſcilicet; quod hic ſibi homo parauit ad requiem. Hoc ei mutaſti occulto iudicio ad perturbationẽ, ait Gregor. citatus,quod pio quidem Dei conſilio agitur, vt huius peregrinationis tempore,electorum vita turbetur. Via quippe eſt præſens vita, qua ad patriam tendimus, & idcirco hic occulto iudicio frequenti perturbatione conterimur,ne viam pro patria diligamus. Solent enim nonnulli viatores cum amæna fortaſſe in itinere parata conſpiciunt, pergendi mors innectere, & accepti itineris rectitudine declinare, eorumque greſſos tarda pulchritudo itineris dum delectat. Electis ergo ſuis ad ſe pergentibus Dominus huius mundi iter aſperum facit:ne dum quiſque vitæ præſentis requie,quaſi amænitate vię paſcitur: magis eum diu pergere, quam citius peruenire delecter: ne dum oblectatur in via, obliuiſcatur quod deſiderabat in patria,&c. Similia prorſus ſunt quæ habet Auguſtinus in Pſalm. 40. vbi eadem Prophetæ verba: *Vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius*: ſic ad præſens inſtitutum explicat. Quid eſt, inquit, totum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius? Omnis anima infirma in hac vita quærit ſibi aliquid terrenum, vt quodammodò pauſatione quadam recumbat. Acquieſcunt in his omnibus homines. Quid eſt acquieſcunt? Delectantur illic. Sed tamen Deus volens nos amorem non habere, niſi vitæ noſtræ æternæ, & iſtis delectationibus miſcet amaritudines, vt & in his patiamur tribulationes, & vniuerſum ſtratum noſtrum verſet in infirmitate noſtra. Docetur amare meliora per amaritudinem inferiorum, ne viator tendens ad patriam ſtabulum amet pro domo ſua. *Vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius*. Sed quare iſta? Quia flagellat omnem filium, quem recipit,&cæt. Vbi vides longè aliter ſe habere Patrem cæleſtem reſpectu filiorum, quos ſummè diligit, vt ſe terreni patres habeantur. Hi enim laborantibus, & ægrotantibus filijs ſtratum verſant, & cubile reuoluunt, vt molliori ſtramine, & aptiori ſtramento quieſcant, & dulciori potiantur ſomno, ac ſuauiori quiete fruantur. At cæleſtis Pater, quia nouit quonam loco nobis quieſcere oporteat in infirmitate, morbo, & afflictione, ac perſecutione

Matt.9. n.6.
Pſal.40. n.4.
Pſal.40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

noſtra, vniuerſum ſtratum noſtrum verſat,& reuerſat, quó magis illã deſideremus,& quæramus quietem,quę iugiter in ſæcula remanebit in pace. Vnde rectè annotauit Saluian. 5. de prouident.poſt med. Deum populum ſuum olim punijſſe,quod ingratus ipſi Deo extiterit in laboribus, quibus eũ ad profectum ſuum,& vt Ægypti penitus oblitus ad promiſſam terram anhelaret, oppreſsit. Ponderat enim id quod refert ſacer textus,& ad hunc noſtrum maximé conducit Numer. 21. *Profecti ſunt de monte Hor per viam, quæ ducit ad mare rubrum, vt circuirent terram Edon,& tædere cœpit populum itineris,ac laboris, loquutuſque contra Dominum, & Moyſen ait: Cur eduxiſti nos de Ægypto,vt moreremur in ſolitudine? Deeſt panis,non ſunt aquæ, &c. Quamobrem miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes, &c.* Hanc igitur querimoniam, & murmur populi, ingratitudinem cenſet Saluianus. Ij enim, qui conqueſti fuerant de Deo affligente, & in preſſuras inducente populum, potius ei pro tanto beneficio gratias deberent reddere,quandoquidẽ ea mẽte affligebantur á Deo,vt omnẽ Ægypti memoriam à ſe penitus relegarent, & totis votis in promiſſam terram gradientes ferrentur. Sic ergo habet: Laborem quoque ſe ſuſtinere idem populus ingemuit,& propter hoc plagis cæleſtibus verberatur, non quia laboranti gemere non liceat, ſed ingratus fuit gemitus, Dominum, quaſi autorem immaculati laboris accuſans,&c. vbi vides appellari immaculatũ laborem eũ,quo nos Deus perficit & maculas priſtinorum ſcelerum abſtergit vt mundi, & immaculati coram illo ſiſtamur. De quo tantum abeſt,vt cõqueramur, quin potius pro illo Deo grates reddere debeamus. Qua de re plura habet Chryſoſt. tom.1.homil.9. in Pſalm.22.& homil.42.in Act.poſt med.vbi ait. Afflictiones abſtrahunt nos ab affectione erga præſentẽ mundum. Itaque ſtatim mortẽ petimus, & non ſumus amatores corporis, quæ ſanè maxima philoſophiæ pars eſt, nõ deditum neque adſtrictum eſſe præſenti vitæ. Anima,quæ affligitur, non vult in multis eſſe occupationibus. Facile eſt ei à præſentibus liberari, etiamſi nihil aliud ſit,&c. quæ in eãdem proſequitur ſententiam.

Num. 21. n. 4.

Cum igitur tanta ſint bona, quæ in laboribus continentur,& ſub laboribus deliteſcunt, circunducendo ſuos per deſertum quadraginta annis, & affligendo tot ærumnis, ac probando tot caſibus, & neceſsitatibus, docuit ſcientiam,&doctrinam laborum,& ea omnia quæ labores conſequũtur, quæ vtcunque nos hucuſque ſumus proſecuti. Videnduſque erit Nazianzenus Orat. 13. poſt med. quæ eſt de laude Hieron.vbi inter alia ait. Philoſophi animus ex eo, quod paſſus eſt, generoſior redditur,atque vt candens ferrum frigidæ aſperſione, ſic ipſe periculis obdureſcit.

Hinc eſt quod alius Gregor. 5. moral.cap.3. ad fin. oſtendit iuſtos viros blandimenta,& proſpera moleſtè ferre,cum probè ſciant illis quidem retardari à bonis, quæ in patria parata habent. At moleſtijs, & ærumnis pũgi quidem,& comprimi, quo citatiori gradu pergant,& citius perueniant. Quod bene proſequitur Hieronym. in cap.2. Hierem. ad illa verba: *Traduxit nos per deſertum, per terram ſitis, & imaginem mortis.* Vbi hoc ad allegoriam vertit, & terram ſitis interpretatur hanc mortalem vitam, in qua iuſti laboribus preſsi diſcunt ſitire æterna, & hæc tranſitoria pœnis temporalibus velocius percurrere. Ex quibus iam aperte conſtat quomodo Deus ſuos Iſraelitas affligendo docuerit, & diſciplina laborum inſtruxerit.

Ierem. 2. n. 6.

ANNOT.

ANNOT. IIII.

Docuit Deus peregrinos nos eſſe in hoc mundo.

CIrcumducendo inſuper Deus populum ſuum quadraginta annos per deſertum docuit filios ſuos non eſſe terræ incolas, propria veluti domicilia habere, terrenaque,& temporalia curare, ſed potius peregrinos eſſe, eaque tranſire, quæ tranſeũtia ſunt,& peritura, quod proprium Sanctorum eſſe aſſerit Hieron. & ſanè agios,Græce dicitur,ſanctus,id eſt,ſine terra,quia totum à cælo volunt,expetunt,& expectant. Sic igitur interpretatur Hieronymus illa verba Ezechiel. 7. *Venit contractio ſuper te,qui habitas in terra.* Sanctus, inquit ille,non eſt habitator terræ, ſed aduena, atque peregrinus, dicitque: *Aduena ſum,& peregrinus ſicut omnes patres mei.* Ad quæ verba Pſalmi ſic habet Thoodoretus: Non habito terrã, vt propriam,ſed tanquam peregrinus incolo. Cæterum dignum eſt magnũ Dauidem admirari,cum ſit in regno, & copijs,atque potentia, ſeipſum aduenam,& peregrinum nominare, & fælicitati fidere nolle. Nam reueta hæc verba cum ſapientia dicta ſunt, quæ rerum naturam ſcit, & hac de cauſa præſentem fęlicitatem deſpicit. Similia ſunt quæ habet Auguſtinus in Pſalm.118.& Hieron. epiſt. 129. Et in cap. 26. Iſaiæ, & in cap. 16. Ezech. & in cap.1. Ioel, & in cap.14. Zachar. & in cap1. Sophon. Videnduſque erit Cornel. à lapide Geneſ. 26. cum ponderat Deum ſanctos Patriarchas olim peregrinari iuſsiſſe, vt eos, cæteroſq; Sanctos doceret nulli loco,imó nullis terrenis rebus affixos eſſe debere, ſed ſemper paratos omnia propter Deum relinquere, ſi caſus id exigat. Quod bene etiam proſequitur Cyrillus lib. Glaphyor. vbi ita ait. Cain ſui nominis vrbem in terra habuit, cum alioqui Sancti id ſibi cogitandum, ac dicendum,atque in hoc gloriandum cenſeant. *Non habemus hic manentem ciuitatem,ſed futuram inquirimus;cuius architectus, atque opifex eſt Deus.* Vitam verò huius ſæculi peregrinationem eſſe exiſtiment, & vocent. Ita veró alibi diuinus Dauid pſallit: *Remitte mihi,quia aduena ſum in terra,& peregrinus, ſicut omnes patres mei.* De ijs verò, qui terrena cogitant in Pſalmis ita ait. *Cognominarunt nomina ſua in generationibus ſuis,&c.*

Ezec. 7. n.

Pſal. 38. n. 13.

Hebr. 13. n. 14.

Hinc Petrus 1. epiſt.cap. 2. ait, *Obſecro vos tanquam aduenas, & peregrinos, abſtinete vos à carnalibus deſiderijs.* Vbi Cyprian. epiſt.7. & lib.3.teſtimonior. cap. 11. legit, *hoſpites, & peregrinos,* idque confeſſus Paulus 2. Corint 5. dicebat: *Se peregrinari à Domino, quandiu erat in corpore:* Et Geneſ. 47. Iacob vitã ſuam appellauit peregrinationẽ: Vnde *Sanctorum conuerſatio in cælis dicitur* Philipp.3.vbi vox Græca,teſte Budæo,vitæ rationem,& inſtitutum ſignificat, vt ſit ſenſus,Chriſtanæ vitæ inſtitutũ eſt in cælis agere, & Chriſtianiſmus eſt cæleſtis vitæ profeſsio. Significat inſuper, inquit Budæus, regimen politicum Reipubl. vel ciuitatis, quaſi dicat: Noſtrum regimen, noſtra Reſpubl. noſtra Ciuitas in cælis eſt: Noſque ipſos gerimus vt municipes cælorum, nõ temporalia ſectantes,ſed cæleſtia, vnde eleganter Tertull. lib. de corona militis cap. 13. poſt princip. legit: *Noſter municipatus in cælis eſt,* Ait verò ibi Tertull. Tu peregrinus es mũdi huius, ciuis ſupernæ Hieruſalem, habes tuos cenſus, nihil tibi cum gaudijs ſæculi, imo contrariũ debes, &c. Et Paul. etiam dixit Epheſ. 2. *Eſtis ciues Sanctorum,& domeſtici Dei,&c.* Quia vero & cõuerſationem dicta vox etiã ſignificat, vt noſter Interpres poſuit,

1. Pet. 2. n. 11.

2. Cor 5. n. 6.

Gen. 47 n. 9.

Pilip. 3. n. 20.

Epheſ 2.

sensus est: Nos curamus, & amamus cælestia, ijsque pascimur, & ad cælum tendimus cælestibus inhiamus, ibiq; est cor nostrum, & bona omnia, quia anima ibi est, vbi amat. Totum autem locum Pauli sic explicat Gregor. 8. Moral. cap. 31. Sicut domus, inquit, exterioris conuersationis est ædificiũ, quod inhabitat corpus, ita domus nostræ cogitationis est quælibet res, quã per dilectionẽ inhabitat animus. Vnde Paulus, qui in supernis cor fixerat, in terra quidem positus, sed tamen à terra extraneus dicebat: *Nostra conuersatio in cælis est.* Videndus in eandem sententiam Chrysostom. tom. 6. Panegyr in Sanctum Lucianum Martyrem, vbi de eodem ait. Ad vnamquãque interrogationem tantum respondebat; Christianus sum: Ac dicente tortore, quanam ex patria ortus es? Christianus sum. Quam artẽ profiteris? Christianus sum Qui enim, Christianus sum dixit, & patriam, & genus, & artis professionem, & omnia declarauit Quo tandem pacto? Ego dicã. Christianus vrbem in terra non habet, sed Hierusalem, quæ sursum est. Christiano terrena nulla est artis professio sed ad supernam conuersationẽ vitæ pertinet; *Nostra enim conuersatio in Cælis est.* Christianus cognatos habet sanctos omnes ciues. Sumus enim, inquit, ciues Sanctorum, & domestici Dei.

Galat. 4. n. 26.

Philip. 3. n. 20. Ephes. 2. n. 19.

Hinc est quod minime se ciues cæli probant ij, qui de terra tantummodo cogitant, illiusque habitatores se esse profitentur, sicut bene prosequitur Chrysost. homil. 12 in Matth. ante fin. dicens: Propterea nec gentiles fidẽ his, quæ á nobis dicuntur, accommodant, ex actionibus enim, non ex sermonibus nostris futurorum volunt euidenter demonstrationem. Et cum videant ædificari á nobis splẽdidas domos, agros, balnea, atque hortorum amænitates parari, nolunt credere, quod alterius nobis vrbis profectionẽ paremus. Si enim, inquiunt, verum esset istud, vendentes prorsus cuncta, quæ hic possident, illuc profecto præmittent: Idque ex his, quæ fieri solẽt, coniectant. Videmus quippe locupletiores quosque domos atque agros illis maximè in vrbibus comparare, in quibus habitationem firmare statuerunt. Sed nos è contrario facimus, & terram quidem, quam pauló post relicturi sumus, multo cum studio nobis parantes, pro paucis certè iugeribus & exiguis habitaculis, non modo aurum, sed proprium quoque sanguinẽ frequenter impendimus. Vt verò nobis emamus, ne hæc quidem, quæ nostris vsibus superant, erogamus. Et hoc cum & exiguo illud pretio emere possimus, & in perpetuum possidere, si semel emerimus. Qui pecuniæ seruit, & præsentis compedibus stringitur, & futuris paratur. Qui verò istius cupiditatis immunis est, vtraque libertate potitur Sic ille probat nequaquam censeri posse Christianos, aut cæli ciues reputari, qui totos se terræ immergunt, & committunt. Nam si *Noe vir terræ* dicitur Hebraicé, vbi nostra vulgata habet: *Cœpit Noe vir agricola exercere terram.* Terreni profectò dicẽtur, non cælestes ciues, qui de terra tantummodo cogitant.

Genes. 9. n. 20.

Et quidem si ex testimonio Christi Seruatoris Matth. 6. vbi vniuscuiusque thesaurus est, ibi cor eius, mẽs atque spes est. Ille proculdubio, qui thesaurum suum, & diuitias in terra collocat & recondit, ibi etiam, & cor suum & animã locatam habere profitetur, non in cælis. Qua de re Salu ian. lib. 1. ad Ecclesiam post princip. ita ait. Condentes profundis specubus infernas opes, simul pecuniam suam, ac spem suam infodientes, secundum illud, *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Inuidentes itaque saluti suæ, animasque proprias, quæ vo-

Matth. 6. n. 21.

cantur

cantur ad cælum, terrenis ponderibꝰ in terram premunt. &c. Vnde Paulinus Nolæ Episcopus. Nola á barbaris expugnata, captus precabatur. Ex opulentissimo diuite, inquit Augustin. 1. de ciuit. Dei cap. 10. post med. voluntate pauperrimus, & copiosissime Sanctus cum à barbaris teneretur, sic precabatur. Domine non excrucier propter aurum, & argentũ: vbi enim sint omnia mea, tu scis; Ibi enim habebat omnia sua, vbi eum condere, & thesaurizare ille monuerat, qui hæc mala mundo uentura prædixerat. Ac per hoc qui Domino suo monẽti obedierant, vbi, & quomodo thesaurizare deberẽt, nec ipsas terrenas diuitias barbaris incursantibus amiserunt. Quos autem non obedisse pænituit, quid de talibus rebus faciendum esset, si non præcedente sapientia, certe cõsequente experientia, dedicerunt. At enim quidã boni etiam Christiani tormentis excruciati sunt, vt bona sua hostibus proderent. Illi vero nec prodere, nec perdere potuerunt bonũ, quo ipsi boni erant. Sic Augustin ostendit vbi sancti diuitias suas collocare consueścãt. Qua de re videndus Chrysost homil. 25. in epist. ad Hebr. in morali ant. med. vbi ait. Ipsos etiam cælestes ciues á se reiecturos esse, tanquã alienos, eos, qui in terra pro auro contendunt, & litigant. Dic mihi, quæso, inquit, si quis pauper lutum iacens é tua aula acceperit, num propterea eum vocas in iudiciũ? Nequaquã Quamobrem? Ne te contumelia afficias: Ne te omnes condemnent. Lutum est aurum in aula iacens, non domi tuæ situm. Cælum enim est domus tua. Si propterea ergo litẽ moueas, & iudicio contendas, an non te condemnabunt superni ciues? Non te eijcient é sua patria, qui es adeo humilis & abiectus, Qui pro modico luto velis pugnare? ea, quæ hic sunt, miratur, illa afficit contumelia. Imo vero nec poteris illa admirari. &c Qui enim ciuis vult esse cælestis Hierusalem terrena omnia veluti peregrinus pertransire debet, & contemnere, alioqui contemnendus ab ipsis supernis ciuibus, & à Domino repellendus.

Ideo & sancta mater Samuelis tantam curam habuit comprobandi se nihil in terra habere, cum dixit: *Lætata sum in salutari tuo.* Quod expendens Chrysost. homil. de festis diebus tom. 6. ait. Nihil ipsi fuit cum terra commune: Nouerat enim, plané nouerat quod humana quidem, qualiacunque sint, dantium imitantur naturam. Nobis autem diuino semper opus est auxilio, si velimus anchoram in tuto firmare, &c. Imó si velimus permanentem ciuitatem inquirere, transeuntia debemus contemnere.

1. Reg. 2. n. 1.

Quia vero posset adhuc aliquis scrupulus in Abrahamo diuite remanere, qui singularis Dei amicus dictus est, illum imprimis perpetuó peregrinãtem ostendimus. Qua de re videndus Chrysost homil. 31. in Genes. vbi inter alia ait. Prudenter quisque expendat quantæ per illud tempus viarum difficultates erant. Neque enim sicuti nunc, licebat impauide versari, & tam facilé profectiones suscipere. Nam singula loca proprijs ducibus distincta erant, eratque necesse iter agentibus à ducibus, ad duces transire, & quotidie de regno in regnum progredi, &c. Et Augustin serm. 68. de tempore ait. Abraham per desertas solitudines, per inuias sedes, per naturæ secreta, vbi hominis vestigium necdum rudis terra cognouerat; & inter illa omnia, quæ Dei imperio dereliquerat non tugurium, nõ casam, sed inter ipsa corporum syluescentiũ formidolosa secreta hospes tantummodo cæli, terræque nullum suffragiũ, quod diuerteret, inueniebat, &c. Hæc vtcunqne possent probare Abrahamũ terrenis diuitijs minimè adhæ-

sisse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sisse, cum probent peregrinum vsquequaq; versatum fuisse. Cæterũ medijs etiam diuitijs purum, & integrũ nobis ostendit Chrysost. tom. 6 homil. quales ducendæ sunt vxores post med. vbi ad illa verba, quæ seruus Abrahã dixit. *Ego Abraham seruus sum. Dominus benedixit hero meo, valde exaltatusque est, & dedit ei oues, & boues, argentum, & aurũ.* Diuitias, inquit Chrysost. eius memorat, non vt opulentũ, sed vt pium esse ostendat, hoc nomine laudans, quod à Deo hæc acceperit, non quod tantarũ rerũ sit Dominus. Quasi velit Chrysost. dictis verbis nõ commẽdari Abrahamum de diuitijs, sed de pietate, ob quã ijs à Deo fuerat affectus. Et quod non illis comparandis studuerat, sed à Deo ditari promeruerat.

Gen. 24. n. 36.

Hoc quidem iam adumbratũ videtur in veteris legis Leuitis, & Sacerdotibus, quibus Num. 18. dictum fuit: *In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel.* Quod expendens Saluian. lib 2 post med ait. Licet decretum vetus largam cunctis ampliandarum opum dederit facultatem, omnes tamen Leuitas, & Sacerdotes intra certum habendi limitem coarctauit, quos scilicet neque segetem, neque vllum omninò fundum habere permisit. Ex quo intelligi potest an ea nunc Deus noster velit in Euangelio viuentes clericos suos mundanis post se hæredibus derelinquere, quæ adhuc in lege positos, ne ipsos quidem voluit possidere. Vnde est, quod eis Saluator ipse in Euangelio, non vt cæteris voluntarium, sed imperatiuũ officium perfectionis indicit. Quid enim eum laico illi adolescenti dixisse legimus? *Si vis perfectus esse, vade, & vende, &c.* Quid autẽ ministris suis? *Nolite possidere aurum, & argentum.* Videte quanta sit in vtroque hoc Dei sermone diuersitas. Laico dixit: *Si vis, vende, quæ possides.* Ministro autem: Nolo possideas: sed & hoc parum existimauit, nisi etiam peram ipsam acturo iter longum Apostolo sustulisset, calceamenta plantis gelu rigantibus tulit. Et posthæc parum est successoribus eorum (id est, Leuitis, ac Sacerdotibus) tanta diuinarum rerum administratione fungentibus, si ipsi tantum diuites fuerint, nisi etiam hæredes diuites derelinquant. Sufficiat nobis quod videmur vsque ad vitæ terminos dominium spernere. Cur id agimus, vt contemptum ipsius etiam post mortem extendamus, &c. Addit D. Ambros. lib. de fuga sæculi cap. 2. Cui Deus portio est, nihil debet curare, nisi Deum, ne alterius impediatur necessitatis munere, quod enim ad alia officia confertur, hoc Religionis cultui, atque huic nostro officio decerpitur.

Num. 18 n. 20.

Mat. 19 n. 21.

Mat. 10. n. 9.

Iratam nobis ostendit mansuetudinem Christi Seruatoris Ioan. 2. cum eum introduxit flagellantem quos in templo inuenerat vendentes, & emẽtes. Cum tamen Tertull. lib. de pudicitia c. 21. ponderans Petrũ damnasse Annaniam, & eius vxorem, dixerit: neminem punijsse quia non decebat, inquit, eum sæuire, qui pati venerat. Quibus similia dixit Chrysost. hom. 2. de Iuda proditore cum ait. Mira patientia Petrus condemnat Annaniam mentientem, Saluator patiẽter sustinet proditorem vendentem, &c. Quæ igitur causa fuerit tantæ iræ in mansuetissimo agno, inde indagari possumus, quod facer Textus ait. *Cum fecisset quasi flagellum omnes eiecit de templo.* Etenim signum illud, *omnes*, ambiguum est: & prima statim fronte videtur referendum ad solos vendentes, & emẽtes. Verum vniuersalior est est locutio, quæ etiam videtur ipsos Sacerdotes, & Pontifices tãgere, imò ferire, quorum auaritia illa sacrilega venditio fiebat in templo, vt docet Cyrill. lib. 2. in Ioan. cap. 27. Extat in

Ioan. 2. n. 14. & 15

hanc sententiam epist. Pij asserentis Sacerdotes vendentes fuisse eiectos, quod etiam asserit Iulius primus contra Orientales Episcopos pro S. Athanasio, vnde quamuis Ioannes nihil dicat de sacerdotibus, credibile valde est hanc negotiationem sacerdotũ fuisse, quorum vetus peccatum est auaritia, ac proinde difficilis curationis, nec vllum vitium tam crebro reprehendit Christus Dominus, quam auaritiam sacerdotum. Hinc enim suum inchoauit Euangelium, & ferme moriens illud ipsum vitium reprehendit. Nãque alius ingressus in templo est hic, cuius meminit Ioan. hoc 2. cap. ab eo, cuius meminit Matth. in cap. 21. In vtroque autẽ Christus Dominus dexteram armauit flagello contra auaritiam sacerdotum, ita quod in primo ingressu huiusmodi homines impudẽtes ostenderit, in secundo latrones, dicẽs: *Vos autem fecistis eã spelunca latronũ:* Augere enim, non leuare consuetudo peccandi pænam debet, vt dixit Cyprian. in lib. de spectacul. & Bernard. ser. de septem donis Spiritus Sancti contra septem vitia. Quod si hæc fieri oportuit in vẽdentibus oues, & boues, quid fieri sperandum est in eos, qui ipsam Christi Domini venduntPassionem? Quod dolet Bernard. ser. 10. super. Cant. Non sine miserabili gemitu dicendum est, ait ille, Christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceã, Crucem, & mortẽ, hæc omnia in fornace auaritiæ conflant aliqui, & profligãt in acquisitionẽ turpis quæstus, & pretium vniuersitatis suis marsupijs includere festinãt. Hoc solum sane à Iuda differentes, quod ille horũ omnium emolumentum denariorum numero compensauit, illi voratiori ingluuie lucrorum infinitas exigunt pecunias. Propterea idem Bernard. lib. 1. de considerat. prope fin. Eugenium Summum Pontificem vltrici flagello armari iubet contra huiusmodi homines, sicut fecerat Christus Dominus in hoc loco. Sunt autem Bernardi hæc verba. Plena ambitionis Ecclesia, nõ est iam quod exhorreat in studijs, & molitionibus ambitionis, nõ plus quã spelunca latronum in spolijs viatorũ? Si Christi discipulus es, ignescat zelus tuus, exurgat authoritas aduersus impudentiam hanc, & generalem pestẽ: Intuere magistrum sic facientem, & audi dicentem: *Qui mihi ministrat me sequatur*: Non parat aures, vt audiat, sed flagellum, quo feriat. Verba nec facit, nec recipit, nec enim sedet iudicans, sed insequitur puniens. Cãusam tamen nõ tacet, quod domũ scilicet orationis, negotiationis fecissent. Ergo tu fac similiter, erubescant vultum tuum istiusmodi negotiatores, si fieri potest, si non timeant, & tu flagellũ tenes, timeant numularij, nec fidant in nũmis, sed diffidant, abscondant æs suum à te, scientes effundere, quam accipere paratiorem te esse.

Merentur itaque diuinam, humanamque iram ij, qui cum cælestem, & superiorem vitam profiteantur, infimum, & terrenum habent animum temporalibus adhærentem, & inhabitantem, nam cum fidelis Deus sit, & deceptio in eo non sit vlla, sicut superius late diximus, & promittat longè superiora bona, quã temporalia sint, ijs, qui illi adhærent, & peregrinãtur in terra cælum quærentes, & expectãtes, dolet maxime, quod plus mendacio fidant homines, quam veritati: & fallacibus diuitijs, quã Deo fideli. Sũt siquidẽ diuitiæ, & temporalia omnia fallacissima, sicut ea appellauit Christus Dominus Matth. 13. cum ait: *Solicitudo sæculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum.* Quod sic exponit Saluian. lib. 2. ad Eccles. ante fin. Proprie vtique, & satis pulchre fallaces dixit esse diuitias: bona enim & putantur, & appellãtur, ac per hoc fallũt homines nomine

Matt. 13. n. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsentium bonorum, cum sint causa malorũ. Et Cyprian. epist. 2. ad Donat. Bona appellant, ex quibus nullus illis, nisi ad res malas, vsus est. Et Bernard. ser. de primordijs, &c. non tam bona, quam minora appellat mala: Et Basil. homil. 8. in diuites auaros: Nonne aurum tuum terra est, & inutile lutum? Et Seneca epist 95. Non erubescimus summa apud nos haberi, quæ fuerant imma terrarum. Vis scire quam falsus oculos tuos decipiat fulgor? Nihil est istis quandiu mersa, & inuoluta cæno suo iacent fædius. Nihil obscurius: Merito proinde Paulus 1. ad Timoth. 6. *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarũ.* Vbi illud primo notandum occurrit, quod Paulus vocat diuites huius sæculi ad distinctionem diuitum alterius sæculi, qui verè diuites sunt, sicut ibi veræ, & inamissibiles reperiuntur diuitiæ. Vnde & diues sæculi ditari postulabat vel vna tantum gutta illius torrentis, & affluentis fluminis, idque à Lazaro paupere huius sæculi, sed diuite alterius sæculi. Ideo August. ser. 212. de tẽpore post princip. expẽdens dicta verba Pauli: *Præcipe diuitibus huius mundi*: ait: Non adderet huius mundi, nisi quia sunt diuites, & non huius mundi. Qui sunt diuites non huius mundi? Quorũ Princeps, & Caput est ille, de quo dictum est. *Pauper pro nobis factus est, cum esset diues, vt illius paupertate vos ditaremini.* Puto, quia paupertas Christi non nobis attulit pecuniam, sed iustitiã. Omnes ergo diuites boni fideles. Serua diuitias in corde tuo, quas tibi cõtulit paupertas Dñi. Præcipe igitur illis, quid in illis timeas à diuitijs: *Nõ superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarũ.* Nã si incerta diuitiarum prudẽter attenderet, nunquam superbiret, sed semper timeret. Quanto esset ditior, tãto fieret sollicitior. Plus gaudeat quia Christianus est, quam quia diues est. Huius vitæ falsitate deceptus ille in purpura, & byssо, iacentem vlcerosum pauperem contemnebat, sed ille inctus à canibus thesaurum sibi æternũ in Abrahæ gremio comparabat, ille autem diues, qui sibi magnus videbatur in purpura, & byssо, mortuus, & sepultus est in inferno. Et quid inuenit? Æternã sitim, indeficientes flammas, succesit ignis purpuræ, pro epulis aridas ei erat, & desiderium guttæ de digito pauperis, sicut illi micarum de mensa diuitis indigentia fuit: Sed illius egestas præteriens, huius pæna permanens. Hoc attendant diuites huius sæculi, & non superbe sapiant, &c. Et Chrysost. homil. 2. ad popul. ant. med. expendens dicta verba Pauli ait: Qui dixit diuitibus huius sæculi, demonstrauit & alios futuri sæculi diuites esse, qualis ille Lazarus, in præsenti quidẽ vita pauperrimus, in futura vero diues, non auro, & argento, sed arcanis illis bonis, quæ neque oculus vidit, neque in cor hominis ascenderunt. Hæ nãque veræ diuitiæ; Sed non talis erat ille contemptor diues, sed omnium pauperrimus factus est. Post hęc igitur stillam obtinere quærens, nec ipsius factus est compos: In tam extremam deuenerat paupertatem. Idcirco præsentis sæculi diuites appellauit, vt discas quod cum prẽsenti vita, & copia pariter dissoluitur: Nõ procedit vlterius, non simul migrat cum possessoribus migrantibus, sed ipsos sæpius, & ante finem deserit, &c. Vbi autem nos habemus, *Non sperare in incerto diuitiarum*; Grecé habetur, *in incertitudine diuitiarum*: Tanta enim est illarum incertitudo, vt qui hodie est Cresso ditior, cras sit Iro pauperior: Vnde Chrysost. homil. in Eutrop. diuitias vocat seruũ fugacem. Subito enim, & inopinato deserunt posidentem, pauperemque relinquunt, miserumque, ac miserabilem reddunt. Et citata homil. 2. ad popul. ad dicta verba Pauli ait: Nihil tam infidum, quam diuitiæ, quod cum sæ-

1. Timot. 6. n. 17.

pe dixerim,

pe dixerim, dicere nõ quiescam, quod fugitiuus est, & ingratus seruus fidem non habens, vel si innumera ipsi vincula injcias, sic quoque cũ ipsis vinculis aufugit. Sæpius igitur pessulis, & foribus ipsum possidentes concluserunt, seruorũ adhibita custodia. Ille vero seruis ipsis persuadens, cum ipsis fugit custodibus, tanquam catenam eos trahens, & nihil profuit custodia. Quid hoc infidelius? Quid vero his, qui circa hunc studium suũ collocant, miserabilius? Quando rem tam labilẽ omni studio colligere aggrediantur, nec Prophetam audiant dicentem: *Væ his, qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarũ suarum gloriantur* Psal. 48. Dic quarevæ? *Thesaurizat*, inquit, *& ignorat cui congregabit ea.* Et quoniã labor quidem certus, fructus vero incertus. sæpius inimicis laboras, & ærumnis conficeris: Sæpius post mortẽ tuam ad eos, qui te affecerunt iniuria & innumeris circumuenerunt insidijs, hæreditas veniens, tibi quidẽ peccata, possessionem vero alijs præbuit &c.

Psal. 48. n. 7.

Cũ ergo fallaces, incertæ, & infidæ admodum sint diuitiæ, & temporalia bona, merito fidelis, & verax Deus adeò ægrefert, quod se magis illis credant homines, eis studeant, & inhiẽt, ad illa aspirent, & anhelent, quam spiritualia bona quærant, & se fideli Deo totos committant, illiusque promissionibus immobiliter adhæreant, nolentes hic aut habitare, aut abundare, vbi omnia diminuta sunt, vana, futilia, & fallacia. Quod bene prosequitur August. lib. 4. confess. cap. 10. vbi loquens cum Deo ait: Quaqua versum se verterit anima hominis, ad dolores fugit alibi, præter quam in te. Et lib. 6. cap. vlt. ait. Versa, & reuersa in tergum, & in latus, & in ventrem, & dura sunt omnia, & tu solus requies, &c.

Proinde sensatus iustus hæc omnia transire, per hæc peregrinari, & per currendo relinquere debet, vt ad illa quæ æterna sunt, & veré bona perueniat, eaque velut brauium, & coronã pugnando consequatur, quæ non baculis, & fulchris, sicut tabernacula, & casulæ huius vitæ nituntur, sed sua habent fundamenta firmissima æque, ac pretiosissima, putá crystallina, & gemmea, qualia describit Ioan. Apocal. 21. Vnde Origenes miratus hominum incuriam, stultitiamue homil. 23. in Num. ait. Quis peregrinationẽ tam odiosam, ac molestam, imo vero exilium non libens iucundissima patria permutat? Quod quidem agnoscentes Patriarchæ illi Sancti Abraham, Isaac, & Iacob in tabernaculis habitauerunt Genes. 12. & 13. peregrinique & hospites fuerunt super terram, testantes se aliam præstolari, & bene fundatam domum, & permanentem ciuitatem, cuius incolæ, & habitatores esse volebant, dum in terris firmatam domum minime sortiebantur.

Apocal. 21. n. 19.

Hinc est quod Deus veluti in sui commendationem, & seipsum appellabat, & appellari volebat Deũ Abraham, Isaac, & Iacob, quoniam hi Patriarchæ peregrinãtes in hoc mundo, & in eo ciuitatem permanentem minime habentes, palam profitebantur fidem, & spem se collocatam habere in æternis tabernaculis, quorum Fundator. Cõditor, & Largitor est Deus, quod innuit Paulus cum ait: *Non confunditur Deus vocari Deus eorum, parauit enim illis ciuitatem.* Miratur autem hac in re Chrysost. homil. 22. in dictum locum Pauli ante morale: quod tanti fecerit Deus hos Patriarchas, vt illorũ peculiaris Deus diceretur. Qui mundi, inquit, vocatur Deus, nõ erubescit triũ vocari Deus: ac merito, quia non solum modo æquales, sed mille talibus æquiparantur meritorum memoria Sanctorum Sed quid est, quod Paulus subdit: parasse scilicet Deum illis ciuitatem, quasi illorum merito, & ra-

Hebr. 11. n. 16.

tione

tione denuò nouam aliam, & capaciorem condiderit Hierusalem, vtpotè quia eos nulla terrena habitatio caperet. Sed huius rei ratione videtur reddidisse idem Paulus, cum de ijsdem peregrinantibus, neque alicubi terrarum quiescentibus addidit n. 37. *Circuierunt in mellotis, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, &c.* Vbi verba illa: *Quibus dignus non erat mundus*, ostendunt longè maius fuisse pretium, & meritum illorum Sanctorũ, quam totum terrenum, quod in mũdo illis pro præmio, & corona, aut correspondere, aut concedi posset. Nam Hebræi dignum aliqua re dicunt illud, quod ex æquo illi correspondet in pretio, & merito, vt Genes. 23. cum dicitur: *Det mihi Ephrom speluncam duplicem, & pecunia digna tradat eam mihi*, id est, iusto pretio, & illi æquiualente vendat mihi. Et Roman. 8. *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam.* D. Augustinus legit: *Indignæ sunt*, quatenus scilicet passiones sunt humanæ, & temporaneæ, & sine gratia, imò adhuc ex gratia non sunt condignæ ad tantam gloriam, licet enim cum ea proportionem quandã habeant, non tamen æqualem dignitatem: quæ enim proportio inter terrenam passionem, & martyriũ vnius horæ cum æterna, & immensa gloria cælesti? Vnde August. ser. 2. de festo omnium Sanctorum ait. Si quotidie oporteret nos tormenta perferre, si gehennam ipsam paruo tempore tolerare, vt Christum videre digni essemus venientem in gloria, & Sanctorũ eius numero sociari. Nonne erat dignum pati omne, quod triste est, vt tãti boni, tantæque gloriæ participes haberemur? Similia habet ser. 37. & 44. de Sanctis. Et Bernard. de Conuers. ad clericos cap. 30. ait. *Non sunt condignæ passiones huius temporis*, ad præteritam culpam, quæ remittitur, ad præsentẽ consolationis gratiam, quæ immittitur, ad futuram gloriam, quæ promittitur nobis. Itaque quando Paulus dixit: *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam*: ostendit longè maius, & nobilius esse pretium gloriæ promissæ, quam malorũ, quæ pro ea tolerantur. Neque verò solis Hebræis hic loquendi modus familiaris est, sed etiam Græcis. Nam Homerus Iliad. 23. lebetem dixit dignũ boue, seu cuius pretium iustum erat bos vnus. Et de viris Sanctis dixit Gregor se dignos supernis sedibus cõfidere: sic enim habet 6. moral. cap. 8. Sancti viri foris despecti sunt, & velut indigni omnia tolerant, sed dignos se supernis sedibus confidentes gloriam cum certitudine expectant. Et Chrysost. homil. 24. in epist. ad Hebr. in morali ad med. ait. Nescis quod si decies posueris orbem terræ, & decies millies, & bis tantum, ne est quidem ad minimam partem eorum, quę sunt in cælis? Et in hoc sensu authores etiam Latini loquuntur Horat. od. 27. lib. 1. Digne puer meliore flamma. Et Silius lib. 12. Proles pulchra viro, nec tali digna parente. Et Ouid. 8. Metamorphos. Filia restabat non illo digna parente. Necnon & Virg. 7. Æneid. Dignus patrijs, qui lætior esset imperijs, & cui pater haud Mezentius esset. Dignus itaque non est mundus ijs, qui terrena deserentes, futura inquirunt, & in hoc mundo peregrinãtur, supernam Patriam suspirant, sic enim facientes testantur & animi sui magnitudinem, & temporalium vilitatem: *Vnde non dedignatur Deus eorum appellari Dominus*, eosque sibi aduocare seruos, & familiares amicos. Vnde Sanct. Olympius Abb. vt narrat Sophron. in prato spirituali, qui liber citatur in Nycæna Synodo secunda generali, dicebat: Vbique æstima te peregrinum, & vbicunque sederis dic; Peregrinus sum. Et Basil. cum ei Valentis Imperatoris Præfectus exiliũ,

Genes. 23. n. 9.

Rom. 8. n. 18.

& eiectionem ab Episcopatu minaretur, infracto respõdit animo, sicut ait Nazianz. Orat. de laudib. Basilij Nihil horũ, quæ dixisti, curo, melior sũ his, qui publicant, & proscribunt. Ipse me ob spem Regni cælestis proscribens, nihil vero possidens, ab exilij metu liber sum, vnam omnium cognoscẽs esse, patriam paradisum (terram enim quasi commune omnium aspicimus naturæ exilium) propria verò carens terra, nullo loco circũscribor: *Domini enim est terra, & plenitudo eius, incola ego sum in terra, sicut omnes patres mei.* Similia sunt quæ habet Nazianz. Orat. 28. cum ait Nobis omnis terra, & nulla terra patria est. Et S. Cyprian. cum Proconsul ob fidem Christi minaretur ei auxilium, dixit: Exul non erit qui Deum in mente habebit; quia Domini est terra, & plenitudo ei⁹. Et Pontius in vita eiusdem Cypriani Christiano inquit, totus hic mundus vna domus est. Non tamen quam permanenter habitet, sed ad quam pro longiori conficiendo patriæ itinere diuertat. Quo sensu etiam suo modo Senec. lib. de tranquillitate vitæ c. 3. dixit: Magno animo nos nõ vnius vrbis mœnibus clausimus, sed in totius orbis commercium emisimus; patriamque nobis mundum professi sumus; vt liceret latiorem virtuti cãpum dare. Et Alexander Magnus teste Plutarcho, Persis deuictis, Macedonibus matrimonio iunxit Persides puellas, tum vniuersis mandauit: vt mundum pro patria, castra pro arce, bonos pro cognatis, malos pro peregrinis agnoscerent. Si verò Gentiles hanc de mundi peregrinatione opinionem concepere, quid iam faciet Christianus? Audi D. August. in sentent. sentent. 17. dicentem: Omnis, qui ad supernam pertinet ciuitatem, peregrinus est mundi: & dum temporali vtitur vita, in patria viuit aliena, vbi inter multa illecebrosa, & multa fallacia Deum nosse, & amare paucorum est. Et Gregor. Nyssen. in vita Gregorij Thaumaturgi ait: Moriens obtestatus est suos, ne peculiarem sibi locum sepulturæ compararent. Nam si viuus, ait, nullius loci Dominus vocari volui, sed in alienis, tanquam inquilinus, & peregrinus habitans, vitam transegi, ne post mortem quidem inquilinatus mihi dedecori erit, quod in sequenti sæculo fama prodatur, quod Gregorius nec viuens ab aliquo loco cognominatus sit, & post mortem alienorum locorum fuerit inquilinus, cum ab omni terrena possessione sese abstinuerit adeò, vt ne sepeliri quidem in proprio loco sustinuerit. Solam enim illam possessionem pretiosam, & expetendam putauit, quæ fraudis, & auaritiæ vestigium in sese non admittit. Dignus vtique cælesti Patria, qui indignam iudicauit terram, vt illius partem aliquam possideret, vel etiam pro sepultura in puluerem redigendus.

Hinc igitur licet agnoscere quod omnis fidelis, & iustus futuram, & cælestem ciuitatem expectans debet in hoc mundo instar peregrini degere, & versari, & nihil terrenum concupiscere, & pro huiusmodi contemptu suũ profectum reputare, quod bene prosequitur Hugo Victor. lib. 3. dedascalicæ eruditionis cap. 10. dicens: Magnum virtutis principium est vt discat paulatim exercitatus animus visibilia hæc, & transitoria primum cõmutare, vt possit etiam postmodum derelinquere. Delicatus ille est admodum, cui patria dulcis est: fortis autem, cui omne solum patria est: perfectus verò, cui totus mundus exilium est. Ille mundo amorem fixit; iste sparsit, hic extinxit.

Similia sunt quæ habet Rupert. lib. 2. cap. 21. post med. Et fortè huc respicit illud Cant. 7. vbi pulchri gressus

Cant. 7. n. 1.

animæ sanctæ in calceamentis commendantur, & dicuntur. Quod exponere possumus imprimis cum Ambr qui rem detulit ad ea, quæ corporalia sunt, per quæ facile terrena omnia intelliguntur, quibus conculcatis superior, & eminentior redditur sponsa, quasi quibusdam suppositis calceamētis. Sic enim ille habet lib. de obitu Valentiniani. Pulchra conuersio eius in sæculo, pulcherrimus incessus eius, vnde meretur audire. *Speciosi facti sunt gressus tui in calceamentis.* Habitasti in corpore, tanquam calceamento eo vsa non vt inuolucro, vt quia superior, & eminentior. Quibus in verbis Ambros. ostendit animā Valentiniani nullatenus alligaram, & inuolutā, ac veluti corpore comprehēsam fuisse, quod de terrenis bonis solet dici animam, scilicet, detinere, & ligare; sed potius illud conculcasse, & supposuisse sibi memorē nobilitatis suæ, & quod superior, & nobilior sit corpore terrestri. & bonis omnibus temporalibus, quod magnam conciliat pulchritudinem, & gloriam. Vnde Bernard serm. de primordijs, medijs, & nouissimis nostris post princip. ait: Erubescę quod pro consortio Angelorum, consortium fortitus es pecorū. An non confunderis caput sursum habere, qui sursum cor non habes? Corpore rectus stare, qui corde repis in terra? An non repere est in terra, carnem sapere, carnalia desiderare, carnalia quærere? Memor nobilitatis tuæ pudeat te tantæ deiectionis. Ne ignores pulchritudinem tuam, vt de fœditate amplius confundaris, &c. Hinc igitur est quod pulchri dicantur gressus pedum sponsæ, dum pro calceis habet, & vtitur corporeis, & temporalibus, eadem cōtemnendo & conculcando. Pro cuius rei maiori claritate illud aduertendum, quod olim calceamenta solebant esse pretiosa, & gemmis interdum, atque auro splendentia. Vt patet ex Tertul lib. de habitu muliebri vbi ait: Latent in cingulis smaragdi & cylindros vaginæ suæ solus gladius sub sinu nouit, & in peronibus vniones emergere de luto, &c. Erant autem perones delicata calceamenta de quibus idē Tertull. de Pallio. Perones effæminatos: Et Catonis verba sunt lib 7. Orig. Qui magistrum curulem cæpisset calceos mulleos alutatos, cæteri Perones. Et Manil. lib. 5.

Perque caput ducti lapides, per colla, manusq;
Et pedibus niueis fulserunt aurea vincla.

Quod etiam constat ex Plinio lib 9. cap. 35 in med. vbi de margaritis ait. Quin & pedibus nec crepidorum tantum obstragulis, sed totis socculis addunt; neque enim gestare iam margaritas, nisi calcent, ac per vniones etiā ambulent. satis est. Similia habet lib. 37. c. 2. Et Clemens Alex. 2. pædag. cap. 11. Neque vero tantū fœminæ pretiosis his calceamentis vtebantur, sed masculi. Plutarch. enim Demetrium auratis calceis vsum esse refert. Heliogabalum calceis adhibuisse gemmas Lampridius author est Diocletianum Eutropius, Caninium Vopiscus: Quinimò & gregarios milites auro caligas suffixisse author est Iustinus lib. 38. Itaque pretiosa tunc aderant calceamenta, vt aurum non tantum gestare, & gemmas, sed conculcare viderentur. Sic & sponsa hac de re videtur á cæteris sodalibus suis commēdari Quod magis adhuc illustratur ex illo Apoc. 12. cū Luna sub pedibus mulieris visitur, & commēdatur. Vbi Gregor 34 moral. cap. 7. *Apparuit*, inquit, *mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius.* In Sole enim illustratio veritatis, in Luna autē, quæ mēstruis suppletionibus deficit, mutabilitas temporalis accipitur. Sancta igitur Ecclesia, quia supernī luminis splendore protegitur, quasi sole vestitur: Quia vero cuncta temporalia despicit, lu- *Apoc. 12. n. 1.*

men

mē sub pedibus premit. &c. Ecce quomodo tēporalia pro calceamēto sint, pulchramq; reddant animā, quæ illa sub pedibus ponit, vt superior, & cælo propinquior euādat, & superiorem se ipsam reputet omnibus, quæ inferiora sunt, & terrena. Sed adhuc possumus ex alio calceamēto præsentia verba aperire. Fortè enim placuere puellis familiaribus sponsæ gressus in calceamentis, quia talia erant, qualia Hierosolymitanæ ciuitati, vbi tūc sponsa versabatur, concessit Ezechiel c. 16 *Calceauit te hyacintho.* Scio vtique & vocē Hebræam iuxta Hebræos pellem taxi animalis diuersi coloris maculis destinctam significare. At cum nostro vulgato hyacinthū legunt 70 & vt Hieron. testatur Symmach. Aquila & Theodotion. Cū ergo pedes in Scriptura significent nostri animi affectus, vt videre est apud Orig homil. 3. & 20. in Matth. & homil. 8. in Iudic & apud Basil in Psal. 37. Insuper, & cum per hyacinthum cælestia bona, atque desideria indicentur, vt videre est apud Gregor. & Rupert. in cap. 5. Cant. Nyssen. de vita Moysis, & Gregor. 30. moral. cap. 10. propter cō munem hyacinthi cum Sole colorē, profectò perplacent gressus sponsæ, cū calceatos ostentat pedes hyacinthis, nihilque nisi cæleste, & supernaturale meditatur, sperat, inquirit, & diligit quod est in causa, cur in nulla prorsus re terrena conquiescat, & immoretur, sed omnia transitoria ducens pertranseat, & veluti peregrina deserat, & relinquat, quod signum est perfectæ animæ, quodque prosequitur Gregor. 31. moral. cap. 34. vbi ad illa verba Iob cap. 39. *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum?* Ita habet. Videamus aquilam nidum sibi in arduis construentem, qui ait: Nostra conuersatio in cælis est, & rursum: Qui conresuscitauit, & consedere fecit nos in cæle- *Ezec. 16. n. 10.*

stibus. In arduis habet nidum: quia profectò in supernis figit consilium. Nō vult mentē in ima deijcere, non vult per abiectionem conuersationis humanæ in infimis habitare. Tūc Paulus fortasse in carcere tenebatur, cū se consedere Christo in cælestibus testaretur; sed ibi erat, vbi ardentem iā mentem fixerat, non illic, vbi illum necessariò pigra adhuc caro retinebat. Deinde hanc mentis in cælo positæ altitudinem signum esse Diuinæ prædestinationis, sic pro nostro argumento docet Gregor. Hoc esse speciale specimen electorum solet, quod sic sciunt præsentis vitæ iter carpere, vt per spei certitudinem nouerint iā se ad alta peruenisse, quatenus cuncta, quæ præterfluunt, sub se esse videant, atque omne, quod in hoc mūdo eminet, amore æternitatis calcēt. Hoc enim est, quod sequenti se animæ Dominus per Prophetam dicit: *Substollam te super altitudines terræ.* Nam quasi quædam inferiora terræ sunt, damna, contumeliæ, egestas, abiectio, quæ ipsi quoque amatores sæculi, dum per latæ viæ planitiem ambulant, vitando calcare non cessant. Altitudines autem terræ sunt, lucra rerum, blandimenta subditorum, diuitiarum abundantia, honor, & sublimitas dignitatum, quæ quisquis per ima adhuc desideria incedit, eo ipso alta æstimat, quò magna putat. At si semel cor in cælestibus figitur, mox quam abiecta sint cernitur, quæ alta videbantur. Nam sicut qui in montem conscendit, eó paulisper cætera subiacentia despicit, quó ad altiora gressum amplius tēdit, ita qui in summis intentionem figere nititur, dum annisu ipso nullam præsentis vitæ gloriam esse deprehendit, super terræ altitudines eleuatur, & quod prius in imis desiderijs positus, super se credidit, post ascendendo proficiens sibi subesse cognoscit, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Circumducens igitur Deus gentẽ suam per desertum, per locum horroris, & vastæ solitudinis, admonuit, vt nequaquam vellent in deserto sedem figere, aut mansionẽ eligere, sed promissam inquirerent, & optarẽt terrã, in qua tot promissa bona eos expectabant, dum enim tot incõmoditatibus plenum desertum transibant, citius, & celerius ad promissam incitabãtur terrã. Vnde & Plato locũ pestilentem elegit, vbi versaretur & doceret, vt ait Hieron. 2. contra Iouinian. vt discipuli sui nihil amarent, nisi sapientiã, &c. Et ibidem refert Pythagoræos vitasse non solum vrbes sed & hortos, & omnia loca amæna, & quæ voluptatẽ afferre possent, ne animi mollescerẽt, & á studio sapientiæ telluris delitijs detraherentur. Similia docet de Sacerdotibus Ægyptiorum, qui vt vacarent contemplationi syderum, neque vxores habebant, neque vllum propinquorum videbant, & cibo tenuissimo vtebantur; etenim qui syderum cursus, & cælorum motus contẽplabantur, nihil terrenũ sapere oportere intelligebant. Sic igitur & Deus ne á promissæ tertæ itinere detinerẽtur filij Israel, eos per terram horroris, & vastæ solitudinis circumduxit, docens nihil fixum velle in hoc deserto, sed tantummodo futura aspirare, & suspirare cælestia, dum nihil nouerant in eo horrore, nisi laborare, periclitari, esurire, & sitire. Iam verò nemo melius potest, aut debet futura inquirere, quam qui reapse præsentia sit expertus, & terrena animo prætergressus fuerit, pro qua re facit optime Bernard. lib. de diligendo Deo ante med. vbi distortum iter appellat, & circuitum infinitum eorum, qui ad Patriam volentes pergere, temporalia appetunt, & inquirunt. Sic verò habet. Ad id, quod optimum est, quiuis cupidus perueniret, si quidem antè quod citra cupit, assequi posset. Verũ quoniam id omnino impossibile longo profectu, itinere, & casso labore desudant, qui dum quæcunque desiderant, attingere volunt, ad cunctorum desiderabilium nequeunt pertingere finem; & vtinam attingere vniuersa animo, & non experimento, vellent. Hoc enim facilé possent, & nõ incassum. Hinc enim arbitror dictũ 1. Thess. 5. *Omnia probate, quod bonum est tenete*: vt videlicet ille hinc prouideat, nec is suum votum, nisi ad illius iudicium consequatur. Alioquin non ascendes in montem Domini, nec stabis in loco sancto eius, pro eo, quod in vano acceperis animam tuam; dum instar pecoris sensum sequeris, ratione quidem otiosa, & non resistente in aliquo. Quorum itaque ratio non præuenit gressus, currunt, sed extra viam. Ac proinde Apostoli spreto consilio, non sic currunt, vt apprehẽdant. Quando enim apprehendent, quem apprehendere post omnia volunt? Distortum iter, & circuitus infinitus, cuncta primitus attentare vel le; Iustus autem non ita. Audiens nẽpe vituperationem multorum commorantium in circuitu (multi enim sunt viam latam pergentes, quæ ducit ad mortem) ipse sibi regiam elegit viam, non declinans ad dexteram, neque ad sinistram. Denique attestante Propheta Isaiæ 26. *Semita iusti recta est, &c.* qui igitur semitas cæli graditur, & in Patriam supernaturalem pergit, nullatenus digredi patitur ad terrena diuertendo, neque tortuosum iter prosequitur, declinando ad temporalia, sed cælestia rectá petendo. Quod totum docuit Deus, dum circumduxit populum suum per desertũ locũ periculis, & necessitatibus abundantem.

1. *Thes.* 5. n. 21.

1. *Cor.* 9. n. 24.

Isai. 26. n. 7.

ANNOT.

ANNOT. V.

Deus sufficientia tribuit bona, nos superflua quærimus.

ILlud insuper notandum ocurrit, quod circa literam diximus ex aliorum lectione hoc in loco haberi: *Deus suffecit eis*, vel *Sufficientia fuit eis*: Nouit siquidem Deus necessaria tribuere, ne succumbamus necessitati, nouit insuper & superflua noxia nobis admodum esse, & multam importare perniciem. In primis enim abitinere cælestis patriæ diuertunt, sicut prosequitur Hieronymus in regula monachorum tit. de paupert. vbi per allusionem ad illum adolescentem, de quo Matth. in cap. 19. qui scilicet omnia præcepta legis obseruauerat, ait: Quondam dues adolescens omnia, quæ in lege præcepta sunt, se implesse iactabat, ad quem Dominus in Euangelio: Vnum tibi, inquit, deest: *Si vis perfectus esse: vade, vende omnia, quæ habes, da pauperibus, & veni sequere me.* Qui omnia se dicebat fecisse, in primo certamine diuitias vincere non potest. Vnde difficile intrant diuites in regnum cælorum, quod expeditos, & alarum leuitate subnixos habitatores desiderat, &c. Adeoque certũ est necessarium esse ad capessendum iter æternæ vitæ, omnia terrena dimittere, vt ex diuitijs, quas possidebat Iob, illius imperfectionem diabolus deduxerit: Sic enim interpretatur acute Augustinus illud Iob. in cap. 1. *Nunquid Iob frustra timet Deum?* Quod ipse legit: *Gratis colit Deum.* Non quia viderat cor ipsius, ait Augustinus lib. 50. homiliar. homil. 38. in med. sed quia videbat diuitias eius. Cauere debemus, ne ad præmium diligamus Deum. Quale præmium est, quod tibi daturus est Deus? Quicquid tibi aliud dederit minus est, quã ipse. Colis non gratis, vt aliquid ab ipso accipias, gratis cole, & ipsum accipies si autem deseris eum, qui te fecit, & amas illa, quæ fecit, deserto illo, qui te fecit, adulteras. Sic clamat Epistola Iacobi cap. 4 adulteros vocans: *Adulteri nescitis, quia amicitia huius mundi inimica est Deo? &c.* Qui vero Deũ habet, nihil amplius potest cõcupiscere, cum omnia in Deo habeat, sicut prosequitur idem Augustinus tract. 4. in epist Ioan. post med. his verbis. Mel dicamus, aurum dicamus, vinum dicamus: Quicquid dicamus, quod dici non potest, quicquid volumus dicere, Deus vocatur. Et quid diximus Deus, quid diximus? Duæ istæ syllabæ sunt totũ, quod expectamus. Quicquid ergo dicere valuimus, infra est. Extendamus nos in eum, vt cum venerit, impleat, &c. Qui vero sic implere nos potest, vt in infinitos redundare possit, quomodó non sufficiet ei, qui ipsum habuerit? In quam sententiam facit Maximus Tyrius Platonicus ser. 38. vbi eleganter aduertit homines id, quod maxime cupiunt Dei nomine appellare consueuisse: Quidquid enim homines desiderare possunt, totum in Deo inueniunt cumulatissime. Cum desideriũ, inquit ille, nos habeat Diuinæ naturæ intelligendæ, ita est humanæ mẽtis imbecillitas, vt quæcunque hominibus pulchra videãtur, ab ipsius Dei natura nuncupemus diuina. Sequentes illum amantium affectum, quo eorum, quos amant, simulachrum solet iucundissimum præbere spectaculum.

Licet igitur multis probauerit Deus afflictionibus populum suum in deserto, necessaria tamen, & quæ sufficere possent, benigne concesit, ne indigentia compulsi, & necessitate adacti ab ipso Deo deficerent, potentior siquidem est necessitas, quam quælibet alia afflictio: Vnde Cyprian. epist

Matt. 19. n. 20.

Iob. 1. n. 9.

Iacobi. 4. n. 4.

3. loquens de auxilijs ferendis, & neceſſarijs per omnia miniſtrandis catholicæ fidei confeſſoribus ait: Ne quod circa fidem tempeſtas non fecit, circa laborãtes neceſsitas faciat: Quo in loco tempeſtatis nomine carceres, ſupplicia, torturæ, & ærumnæ omnes veniunt intelligendæ, quibus valentior neceſsitas reputatur, quæ inſuper attritæ frontis eſt, nihilque eã pudet, dummodo viuat, ſicut bene aduertit Hildebert. Archiepiſcop. Turonenſ. epiſt. 20. pulchreque rationem reddit huius impudẽtiæ in neceſsitate, quod ſcilicet, ipſamet acrius vrgeat ad crimen, quo magis excuſationem in illo videtur prætendere. Et vrget, inquit Hildebert. egeſtas ad crimen, & intercedit, &c. Is enim, qui neceſsitate premitur, ſi pro illius remedio quid criminis committat, excuſationem videtur habere in eadẽ neceſsitate, qua vrgente deliquit. Huic tamen rei occurrit Tertull. lib. de corona militis cap. 11. aſſerens nullam neceſsitatem poſſe ita Chriſtiano homini patrocinari, vt omnimodam excuſationem ſuppeditet Nulla, inquit, eſt neceſsitas delinquendi, quibus vna eſt neceſsitas non delinquendi. Nam & ad ſacrificandum, & directo negandũ, neceſsitate quis premitur tormentorũ, ſiue pœnarum. Tamen nec illi neceſsitati diſciplina conniuet, quia potior eſt neceſsitas timendæ negationis, & obeundi martyrij, quam euadendæ paſsionis, & implendi officij. Similia ſunt quæ habet lib de idolatria cap. 12. vbi ita incipit. Male nobis de neceſsitatibus humanę exhibitionis ſupplaudimus, ſi poſt fidem obſignatam dicimus, non habeo quo viuam. Iam hic enim plenius illi abruptę propoſitioni reſpondebo. Sero dicitur, ante enim prius fuit deliberandum ex ſimilitudine prudentiſsimi ædificis illius, qui prius ſumptus operis cum viribus ſuis ſupputat. Sed & nunc habes dicta Domini exempla, adimentia tibi omnẽ cauſationem. Quid enim dicis? Egebo? Sed fælices Dominus egenos appellat. *Matth. 5. n. 3.* Nemo eorum, quos Dominus allegit: Non habeo, dicit, quo viuam. Fides famem non timet. Sic etiam famem non minus contemnendã propter Deum, quam omne mortis genus. Didicit enim non reſpicere vitã, quantò magis victum. Sic ille Eſt igitur audax, & importuna neceſsitas cũ repetitis clamoribus vociferetur, remediumque poſtulet Vnde Bernard. de diligendo Deo dixit. Eſt quædam loquela neceſsitas, & quò magis vociferetur, & clamet, animã ipſam peruadit veluti immiſſo pugione, enſe, ſagitta, aut lancea, quę donec excutiatur, vulnerando premit, & penetrando torquet. Vnde Greg. 15. moral cap. 14. poſt princ. ait. Omnis neceſsitas non incõgruè ferrũ vocatur, quia vitã inopis mœroris vulnere cruciat, ſicut de eius quoque neceſsitatibus dictũ eſt, qui à fratribus vẽditus afflictã vitã ducebat: *Ferrum pertranſijt animam eius.* *Pſal. 104. n. 18.* Quid ſunt arma ferrea, niſi neceſsitates vitæ præſentis, quæ durè premũt, & vitam inopis inſequuntur? &c.

Cum igitur ferro neceſsitatis quis premitur, nõ quieſcit, & in omnẽ ſe vertit partẽ, vt illud abijciat, nullũque lapidẽ non mouet, etiamſi grauis ſit, nullum intentatum reliquit mediũ pro remedio comparando, imò ingenioſus deprehenditur in opitulãdo ſibi qui alioqui tardus, obeſus, & hebes reputabatur, quod acutè obſeruauit Naziãz. Orat. 18. dicens: Ingenioſus, ac ſolers eſſe ſolet quiſquis premitur, & vt inopiam euadat ſolerti ingenio medelã quærit, & remedia venatur, etiam cum ſalutis diſpendio, & virtutum iactura. Quapropter Hieronym. lib. 1. contra Iouinian. ad fin. appellat neceſsitatem infidam cuſtodem caſtitatis, quod idem dicendũ videtur reſpectu cuiuſcunque alterius virtutis; enimuero cum neceſsitas nihil aliud curet, quã ſibi ſubuenire, dum in extremo periculo verſatur, quicquid apud ſe habet, facilè tradit, dummodo preſſuram euadat, & inopiã effugiat. Vnde eleganter Zeno Epiſcop. Veronenſ ſer de pudicitia ait: Eatenus pudicitiã cõſeruari, quãdiu nihil ſibi opẽ eſſe ſecum reputauerit, imo omnibus neceſſarijs abũdare, alioqui facilè peribit & extremã patietur iacturã. Sic vero ille habet Quicquid iniecerit mũdus voluptatis, aut muneris, totum reſpuit (caſtimonia ſcilicet) præſumẽs totum ſe habere, ſi pura ſit. Quaſi velit nihilo melius virtutem conſeruari, & tueri, quam ſi nulli prorſus neceſsitati cedat, & omnino arbitretur nulla prorſus re indigere. Alioqui cum neceſsitas ingenioſa, & ſolers eſſe ſoleat, & acutiſsima habeat arma, facilè eis obruitur, & ſuccũbit virtus, quia potẽtiora ſunt. Quod ſi neceſsitas vi non valeat erga virtutem conficere, quod intendit, importunis tamẽ clamoribus, & perpetua poſtulatione virtutẽ flectere conatur.

Quia vero è contrario rerũ abundantia, & affluentia vitijs materiam ſceleribus adminiſtrat, ſicut latè dicemus aduerſum 15. & de ſuperbia proſequitur Chryſoſt. hom. 58. ad populũ in princip. dicens Quæ ſunt ſuperbiæ fomenta? Bene veſtire, & ſplendidè ædificare, & multos habere miniſtros, quæ frequenter etiã inuitos ad ſuperbiam agunt, &c. Inde eſt, quod Deus velit nos ſufficentia habere, ne virtutes ex indigentia periclitentur, neuè præ abundantia, & nimia affluentia ſcelera emergant, & vitia pullulent, gradumque, & iter impediant ad æternam Patriam, quã petimus. Quod bene proſequitur Gregor. Nyſſen. lib. de vita Moyſis ad med. vbi agit de cæremonijs, quibus agnus Paſchalis ex præſcripto Domini comedebatur. Ab ſpinis, inquit, peccatorum calceus deſendebat. Pallaris veſtis, & effuſa, hoc eſt, voluptuoſa viuendi ratio, quæ latiſsime patet impedimento (ſcilicet virtuti) eſt quare cingulo quodam, id eſt, modeſtia, coarctanda eſt, quæ moneat ad neceſsitatem, non ad voluptatem rebus vti. Ita Gregor. oſtẽdit quo modo Deus ſuos docuerit in egreſſu de Ægypto ad promiſſam terram, qua eadem ratione in deſerto ſufficit, & neceſſaria tantum tribuit, monens ſuperflua non appetere, & terminum ſufficientiæ noſtræ concupiſcentiæ præfigere. Vnde etiam in deſerto mãna tribuit in menſura, colligereque præcepit pro ſufficientia, & non pro abundantia, quod bene proſequitur Victor Antiochenus in commentar. ad Marc. c. 6. poſt med. vbi ait. Moyſes quondam manna Iſraelitis ſuppeditabat, verum id tantum ad neceſſariũ vitæ vſum. Siquidẽ quod pluseo colligebatur, hoc ſtatim in putredinem vertebatur. Quare etiam vbi primũ terræ Paleſtinæ fructus apprehenderunt, manna illico deſcendere deſijt. Sic Helias quoque viduæ farinam, & oleum multiplicauit, verum tantiſper hoc ſolum dum pluuiæ terram irrigaturæ deſcenderunt: vbi enim hæ deſcendere cœpere, ſtatim quoque farinæ multiplicatio ceſſauit. Sic ille oſtendit quid Deus docuerit præbendo manna in ſufficientia, non in ſuperabundantia populo ſuo ad menſuram, & normam noſtræ indigentiæ eſſe viuendum, non cupiditati inſeruiẽdum, quod etiam proſequitur Nilus Abb. in aſcetico ad fin. vbi ait. Ioannes loca Iordanis deſerta colens, locuſtas edebat, & mel ſylueſtre, multitudini declarans, quam facile poſsit corporis neceſsitati ſatisfieri, & ex probãs illi ſollicitudinem in voluptatibus cõquirẽdis: ac talẽ forte legẽ in vniuerſum Moyſes tulit, cum Iſraelitis præcepit, vt manna in dies ſingulos colligerent. Clã enim indicabat quotidia *Exod. 12. n. 11.* *Exod. 16 n. 26.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

num esse debere hominis victum, nõ autem longum in tempus conquisitum, & homines ratione præditos, rebus esse contentos præsentibus, & reliquarum curam in Deum cuius prouidentia cuncta disponeret, reijcere oporteret. Tam anxia profecto sollicitudo coarguit nos, quod Dei gratiæ diffidamus, quasi non perpetuò munera sua hominibus largiatur. Omnes denique Sancti, quibus dignus non erat mundus propterea relictis hominum celebritatibus in solitudinibus, & mõtibus errabant, manufacta hominum vitia, & rerum alienarum exundationes, quæ in ciuitatibus sunt, fugientes, ne ipsi quoque earum vi, tanquam torrentis impetu in promiscuã populi confusionẽ raperẽtur, &c Nouit & necessaria tantum postulare Salomon cum Prouerb. 30 n 8. ait ad Dominum. *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi. tribue tantum victui necessaria, ne forte satiatus alliciar ad negandum, & dicam, quis est Dominus? aut egestate cõpulsus furer. & periurem nomen Domini:* qui locus sic hebraicè legẽdus est: *Paupertatem, & diuitias ne dederis mihi. nutri me pane dimensi mei;* est autem dimensum quasi menstrua portio cibi, quæ singulis mẽsibus dabatur seruis, sicut colligitur ex Terentio in Formione. Incertum tamen est, vtrum à mense, an ametiendo deriuatum sit nomen demensum: illud tamen certissimum significare cibum mensuratum quemadmodum dixit Budæus lib. de asse; ac proinde cum Salomon postulauit panem demensi sui, mediocritatem postulabat, quę & ad viuendum sufficit, & ad Remp. administrãdam optima est, sicut notauit Aristoteles 4. Polit. cum ait: In omnibus autem ciuitatibus partes sunt tres, nam alij diuitijs excedunt, alij paupertate nimia deprimuntur; alij sunt inter hos medij: cum igitur confessi simus mediocritatem, & medium esse optimum &c. Hanc etiam mediocritatẽ, & sufficientiam optabat Iuuenalis satyr. 14 cum dixit: Mensura tamẽ, quæ sufficiat census, si quis me consulat, eadem; in quantum sitis, atque fames, & frigora poscunt. Hinc etiam postulare nos docuit apud Matth. 6. & Luc. 11. Christus Dominus in Oratione Dominica, *Panem quotidianum:* quem locum Tertull lib. de ieiunio, Chrysost. homil. 42. in Ioann. & homil. 20. in Matth. & Autor operis imperfecti in Matth. homil 14. Nyssen. lib. de Orat. Dominica, Augustl lib. locutionum in Genes. c. 39 & epist. 111 ad Probam c. 12. Theodoret in c. epist. ad Philippens. interpretantur de necessario alimento ad vitam. Neque in oppositũ esse potest, quod Græca litera habet vocem, quæ non significat quotidianum panem sed potius, vt aliqui volunt, supersubstantialem, quemadmodum velle videtur D. Hieron. quæ fuit ratio cur aliqui Patres existimauerint hunc locum nullo modo agere de pane corporali, sed tantum de Sacratissimo Eucharistiæ Sacramento. Sic enim voluit Hieron Matth. 6. & ad Titum 2. Athanas lib. de Incarnat. Ambros lib. 5. de Sacramentis c. 14 Cyrill. Hierosolym. cateches. 5. mystagogica. Chrysolog serm. de Orat. Dominica, qui omnes volunt per panem quotidianum significari panem supersubstantialem Eucharisticum. Verum quoniam vox, quotidianum, potius significat panem pertinentem, & accommodatum ad nostram substantiã alendam, sicut ex Græcis notarunt Basil. in quæstionibus breuioribus q. 252. Chrysost. Theophylact. & Euth. in comment. ad cap. 6. Matth. Voluerunt Cyprian & Aug. lib. 2. de ser. Domini in monte c. 12. & lib. de verbis Domini ser. 28. & alij, quos refert Robert. Bellarmin. tom. 3. lib. de bonis operibus in particulari c. 6. vtrũque complexnm esse in Oratione Dominica

Prou. 30. n. 8.

minica cum dicitur: *Panem nostrum quotidianum,* & panem, scilicet necessarium, ad alendam vitam corporalem, quam viuimus, & panem Eucharisticum, quo anima nutritur: vtcunque tamen sit, satis nobis est panem eo in loco significare nutrimentum necessarium ad vitam, quem tantum, & nõ superfluum, Dominus vult petamus, cum ipse velit, & soleat sufficientia tantum suis tribuere, sicut fecit Israelitis in deserto.

Quia verò, & populus in sufficiẽtia à Deo edoctus, concupiscentiam desiderauit in deserto, & cælesti cibo pastus carnes male appetijt, accensus estignis Domini, & ingẽs, vehemẽs, & terribilis, sicut prosequitur Dauid Ps. 77. cum murmur populi sic describit. *Nunquid & panem* (id est, cibum, hoc enim Hebraice est panis, vnde Genebrard. ex R. Kimchi per panem intelligit carnes) *poterit dare, aut parare mensam in deserto?* Deinde pœnã subiungit: *Ideò audiuit Dominus, & distulit, & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel.* Dedit tamen ante ignem coturnices innumeras, sicut habetur cap. 11. Numer. Quare vero has aues potius, quam alias concesserit, vtomittamus quod in sinu Arabico, qui Hebræis vicinus erat, coturnices abundant, teste Iosepho, deinde, quia coturnicum caro excellens, & delicata est, præsertim eò loco: Deum autem decet dare excellentia, ex Abulensi. Mysticè S. Cyrill. lib. 3. in Ioan. c. 34 ait. Nunquam auis hæc volatu effertur, sed propè terram semper volat. Denotat autem Iudæorum ingenium cælestem cibum reijciens, & fastidiẽs, & terrena tantum prosequens. Ad hunc vero locum Numer. Paul. alludens 1. ad Timoth. 6. dixit: *Desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.* Et Rom. 13. ad eundem item locum alludens dixit: *Carnis curam ne feceritis in desiderijs.* Vbi Chrysost. hom. 12. ait. Non prohibet simpliciter curã carnis, quo ad ea, quæ necessaria sũt, sed ne fiat in desiderijs, illis scilicet, de quibus idẽ Apostol. *Desideria multa inutilia, & nociua, &c.*

Optima hac in re est illa similitudo, qua vtitur Chrysost. homil. 2. ad popul. post med. calcei scilicet, qui si maior, minorue sit, quam pes ipse exigat, impedimento est ne ambulare possimus. Sic & facultates se habent, quæ si maiores fuerint, & ad affluentiam peruenerint, veluti grandis calceus gressum impediẽt: Si vero adeo tenues fuerint, vt ad necessaria minimè accedant, affligent quidem, & torquebunt, & premendo ambulare non sinent. Illi igitur, quiad Patriam pergunt, & ad promissam terram gradiũtur, vtrumque extremum euitare tenentur, si possint, & ea sibi comparare, quæ necessaria fuerint. Sic vero habet Chrysost. Domos ædificemus, vt habitemus, non vt superbiamus, necessitatem transcendens, superfluum est, & inutile. Calceare calceũ pede maiorem, sed non tolerabis, te enim ad gressum impediet: Sic & domus necessitate maior in cælos transitum impedit. Vis magnas, & splendidas domos ædificare? Non prohibebo; sed nõ super terram. Quid insanis circa fugientia, & hic manentia? Similia sunt quæ habet homil. 7. de pœnitent. ante med. Si calceamenta, inquit, quis supra mensuram pedibus adegerit, iti nere certe prolixiori impedimenta sentiet, & vestimentũ induens corporis staturam excedens, pari modo implicabitur. Atque superfluum vbique in eo, quod satis est, ad opportunitatẽ inutile est. Et qui supra quod est satis habent, non modo in ipsa sufficientia, sed & in necessarijs quibusdã impediuntur. Nã qui de foris in agone currunt, & ipsa exuunt vestimenta. Viam vero in cælum ferentem, & eandem

Psal. 77. n. 19.

1. Tim. 6. n. 9.

Rom. 13. n. vlt.

dem arctam, & arduam tot cum impedimentis quomodo poteris ambulare? Similia item sunt quæ habet Epictetus in Enchiridione cap. 54 cum ait. Modus possessionis vnicuique corpus est. veluti pes calcei. Si in hoc ergo consistas, modū seruabis, si excedas, in præceps feraris necesse est. Velut in calceo si supra pedem extendas, fit aureus calceus, deinde purpureus, deinde punctabundus, nullus enim terminus est, vbi modū semel excesseris, &c. Similia item sunt quæ habet Seneca de tranquillitate vitæ lib. 1. c. 9. in princ. dicēs: Sine parsimonia neq; vllæ opes sufficiunt, neque vllæ satis patent, cibus famem domat, potio sitim, libido, quæ necesse est effluat: assuescamus cœnare posse sine poculo, & seruis paucioribus seruiri, & vestes parare in quod inuentæ sunt, habitare contractius, & cætera, quæ ibi prosequitur. Et Philo lib. 2 legis allegoriar. ad fin. ait. Protegitur vita cibo, potuque, sicut corpus vestimento. Etenim vestimentum, ne gressum impediat, neue corpus constringendo affligat, debet eidem ita aptari, vt pro mensura corporis adhibeatur; Sic & cibus, potusque. & reliqua ad vitam conducentia, debent iuxta exigentiam adhiberi, & ad sufficientiam aptari. Non deesse, ne affligant, nec supra modū abundare, ne superbiam ingerant, & ansam contra Dominum assurgendi præbeant. Qui itaque ad patriam graditur per viam huius vitę, necessarijs tantū debet esse contentus, & sufficientia solum comparare; alioqui minime poterit proficere, & ad promissam peruenire patriam.

Vbi notandus venit Philo lib quod Deus sit immutabilis, cum ponderat eam legationem, quam Moyses misit ex Cades ad Edom, siue ad Regem Idumææ Num. 20. Interpretatur autē Edom, terrenus. *Obsecramus*, inquit Moyses, *vt nobis transire liceat per terram tuam, non ibimus per agros, neque vincas, nec bibemus aquam de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos.* Vtque magis vim huius allegoriæ aperiat Philo, subdit. Fertur de quodam ex veteribus philosophis, cum spectasset pompam sumptuosissimam, ad familiares suos conuersum dixisse: Videte amici quam multis rebus opus non habeo; Compendio de re maxima, vereque cælesti gloriatus est. Verum apud Moysem mysterijs sapientiæ initiatum non vnius tantū viri hęc est gloriatio, sed potius gentis populosissimæ. Sic Philo proponit quomodo Moyses voluerit Israeliticā gentē viam facere in promissam terram suis tantum, ac necessarijs contentam.

Melius autem innotescet doctrina, quam prosequimur, si aduertamus fidem, & doctrinam, qua ad regnum cælorū ducimur, viam appellari Act. in cap. 9. iuxta Chrysostomi, & Oecumenij placitum, quando dicitur: *Si quos inuenisset huius via viros, ac mulieres.* Vel simplicius, & significantius conuersatio, seu vitæ institutum, iuxta Christi voluntatem, & leges, via dicitur, ad hanc ergo conficiendam vestitus, calceamentumque ad mensuram requiritur, necessarium scilicet pro vitæ alimento, & sustentatione, quod adūbratū videmus in Israelitis, concesit enim eis Deus manna, in mensura tamē, & pro sufficientia colligendum, nō tamen pro appetitu sumendum, aut asseruandum: Quod bene prosequitur Nyssen. lib. de vita Moysis in med. in hunc modum: Posteaquam ex lapide biberunt, tūc quę ab Ægypto viatica, & cibos sibi assumpserunt, penitus eos defecerunt, tunc omni nutrimēto, quod ab Ægypto ferebant, assumpto, desuper sibi defluit cibus, varius simul, & simplex. Simplex visu, atq; vnicus, Qualiter varius?

Num. 20. n. 17.

Act. 9. n. 28.

Ad

Ad singulorum cupiditates se vertens, huius corporis panem non aratio, nō satio, non agricolarum opus effecit, sed terra intacta permansit, & tamen pane plena fuit, quo famescentes mysterium Virginis perdocti, facile saturantur. Is igitur mirabilis sine agricultura panis varietate qualitatis, ad susceipientium habitudinem, virtutem suam commutat. Quæcunque autem de illo cibo narrat historia, præcepta, statutaque sunt ad bene, recteque viuendum. Æqualiter enim omnibus proposītū fuisse cibum asseuerat: nec plus, aut minus quam indigentia exigebat, à validioribus, aut imbecillioribus colligebatur, quod, meo iudicio, præceptio quædā est omnes communiter instruens, ne plura quam naturæ sufficiant, causa viuendi, ex his materialibus appetamus; Sed prope teneamus vnam esse communem in omnibus edendi mensuram, diurnam sufficientiam. Nam si etiam plura, quam indigentia flagitat, præparata fuerint, venter tamen vltra natutam suam suscipere non potest, neque præparationis magnitudini correspondet Sed sicut historia tradit, nec qui multū acceperit superabundauerit, cum habuerit vbi superabundans locauerit: Nec qui paucum collegit, indiguerit. Contracta enim indigentia, commensuratque ad acceptum fuit. Quod vero siquis stulta cupiditate deponēdi quic quam ex illo cibo in crastinum deposuerit, totum in vermes commutatum fuisse dicitur: quasi tuba quadam ea re historia intonuit, omne quod vltra indigentiam mente auara conseruatur, in sequenti die, in futuro videlicet sæculo in vermes aduersus eos, qui conseruarunt, commutatur. Ita per hunc vermem illum ego immortalem vermem intelligo, qui plus habēdi cupiditate viuificatur. Die autem sabbathi solū illæsum, quod deponebatur, permanebat. Qua ex re tunc hac deponendi superfluitate prouida mente vtendum docemur, quando ipsum depositum corruptionē pati non potest. Dies nāque ante sabbathū, Parasceue, id est, præparatio ad sabbathum, & est, & appellatur. Hæc verò præparationis dies, hæc vita est, in qua præparamus, quæ ad futuram vitam nobis præstó erunt, &c. Et Philo lib. 2. legis allegoriar. post. med. expendens idem præceptum de colligendo manna. *Egrediatur sane populus, incipiatque colligere, non asseruatim, sed quantum sufficit in diē*, ait. Qui vult omnia colligere, desperationem sibi parat, & molestiam maximam, desperat enim, si nunc tantū, non etiam in posterum, sperat Deum sibi pluiturum commoda: Et infidelis est si non credit, & nunc, & semper gratiam copiosę dandā his, qui digni sunt: Et demens est, si putat se posse inuito Deo seruare quæ collegerit: paruo enim momento eum, qui securitatem, constantiamque mentis sibi arrogat per iactantiam, infirmum reddit, incertumque custodem rerū, quas seruare sibi videbatur. Collige igitur ò anima quæ sufficiunt, & conueniunt, vt neque plus satis exuberent, neque infra modum collecta inopiam afferant: Vt iusta mensura vtendo, nihil inique facias. *Colligat*, inquit textus, *vnusquisque ex eo, quantum sufficit ad vescendum*. Ergo & in manna, & in quolibet dono, quod Deus largitur nostro generi, decet contentum esse certa mensura, certoque numero, nec plura, quam pro capacitate sumere per auaritiam. Colligat potiùs anima quantum quotidie sufficit, & custodiam bonorum suorum munificentissimo Deo credat magis, quam sibi. Sic Nyssen. & Philo ex Dei præcepto in solitudinis via, deducunt necessaria tantum, & sufficientia in hac mortali vita à nobis quærenda, qua de re bene scripsit Nilus Abb. in Ascetico paulo ante fin. Illo, inquit, quod ne-

cessitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceſsitatis, vſus exigit, minime contẽti, ſaturitatem vitæ ignominioſam adiunximus, varijs poſſeſsionibus cõquieſcentes. Nec videmus poſsidendi menſuram corporis neceſsitate circunſcribi, & quod eam excedit, non vſui eſſe, ſed dedecori. Vt enim tunica corporis quadrans magnitudini, vtilitatem affert, & ornamentum: quæ autẽ vndique circumfluit, & pedibus implicatur, & humi trahitur, præterquam quod turpis eſt, agenti etiam eſt impedimento. Sic poſſeſsio corporis neceſsitate maior, & ad virtutem tendentes impedit, & valde vituperatur ab ijs, qui naturam hominis recte metiuntur. Honeſtum igitur eſt, ac laudabile intra neceſsitatis terminos ſe continere, eoſque minime tranſilire. Si quis enim cupiditate ductus ad ea, quæ in vita iucunda ſunt, paulisper deflexerit, nulla deinde ratione retineri poterit, quominus ad vlteriora progrediatur. Cum enim vſui ac neceſsitati præſcriptos fines exceſſeris, nullus amplius terminus inuenitur, qui enim ſemel naturalis neceſsitatis terminos tranſierint, in vita ſolutiore liberius progrediuntur, ac pani quidẽ iucundũ aliquod obſonium adijciunt, aquæ autem primo tantulum vini, quod valetudini, deinde quod voluptati ſatisfaciat. In veſtitu non contẽti ijs, quæ ad tegendum ſunt neceſsaria, primum lanas emunt excellentiores, & velleris eligunt florẽ. Deinde tranſeunt ad mixta, quæ ex lino, & lana contexta ſunt. Mox ſerica cupiunt, & ea primo quidem ſimplicia, tum præ-lijs, & animalibus, atque hiſtorijs diſtincta. Vaſa, argenta, aureaque conficiunt, quæ non conuiuis ſolum ſatisfaciant, ſed animalibus etiam, & lectulis abunde ſint ornamento. Verum quo progredi importuna longius poteſt ambitio cum ad fædiſsimos quoque vſus nõ adhibeantur, quæ ex alia materia, ſed quæ ex argento ſint vaſa conflata. Hæc omnia ſunt præter naturam. Victus enim ſecundum naturam, idẽ nobis atque animalibus præfinitus eſt ab ipſo rerum omnium procreatore. *Ecce*, inquit Deus, cum hominẽ alloqueretur; *dedi vobis omnem herbam agri, vt ſit vobis in eſcam, & cunctis animalibus.* Cum igitur communẽ cum cæteris animalibus eſcam acceperimus, & ad delitias, & luxum cõuerſi ſimus, nonne magis quam illa, rationis expertes merito poſſumus iudicari? Feræ intra naturæ terminos manent, neque recedunt à Dei præcepto: Nos, qui ratione prẽditi ſumus, prorſus à prima Dei conſtitutione declinamus. Quæ feris ſunt obſonia? Quæ condimenta? Quæ cocorum artes earum voluptatibus obſequuntur? Nonne priſtina frugalitate contentæ herbis veſcuntur, & aquam bibunt? Quamobrem voluptates, quæ ſub ventre ſunt, minuunt, nec vllo pinguí cibo earum cupiditatem inflammant, nec vllum vnquã maris, aut fæminæ diſcrimẽ norunt. Vnum enim, atque idem anni tempus, hunc vtriſque ſenſum mouet cum ad ſimiles gignendos fœtus, conſeruandi, ac propagandi generis cauſa, naturæ lex mutuos illis cõgreſſus inuenit. Reliquis autẽ temporibus, ita ſeparatur, vt nullum eiuſmodi coniunctionis appetitũ habeãt. Hominibus vero ex ciborum luxu libido Veneris inſatiabilis tam efferatas cupiditates inſeuit, vt nullo tempore quieſcant. Proinde cũ magna ex poſſeſsionibus detrimenta proueniant, & omnibus vitijs peſtiferis pabulum ſuũ miniſtretur, cauſam hanc abſcindamus, ſi bonæ animi valetudini conſulere volumus. Paupertate curemus auaritiæ morbum, &c.

Geneſ. n. 29.

Sic itaque pergentibus per deſertũ huius vitæ licet ſufficientia tantum, non ſuperflua ſumere, aut inquirere, qua in re notandus venit optimus locus apud Gregor. 9. moral. cap. 40.

poſt

poſt princip. vbi præſentiens difficultatem, in quã plerique, veluti in lapidẽ offenſionis incurrũt, quod ſcilicet quantũuis quis ad cæleſtia tendat, & anhelet, adhuc tamen temporalibus indiget ad decurrendã hanc viã. Dũ vero hoc apud ſe conſtituit, prætextu neceſſarij alimẽti, ad plura ſe extẽdit, & ad ſuperflua prolabitur, videmus enim pleroſque dũ neceſſaria pro itinere faciẽdo ſibi cõparare aſſerũt, in alienos incurrere agros, & facultates, multaque nõ ſine murmure, detrimẽto, vel iniuria comparare. Huic igitur obiectioni occurrit Greg per id, quod Chriſtus Dominus docuit, atque etiã Paulus ſcripſit in hunc modum. Plerumque ſe, inquit ille, ad viam rectitudinis animus accendit, torporẽ diſcutit, tantoque in cæleſtibus deſiderio rapitur: vt pene nihil ex eo inferius remanſiſſe videatur, & tamen cum ad carnis curam reducitur, ſine qua præſentis vitæ via nullo modo expletur, ita hunc inferius depreſſum tenet, ac ſi adhuc de ſummis nulla contigiſſet. Auditis verbis cæleſtis Oraculi in amorem Patriæ cæleſtis erigitur: ſed reſurgente præſentis vitæ ſtudio, ſub terrenæ curæ aggere ſepelitur, ac in terra cordis nequaquã ſupernæ ſpei ſemẽ proficit, quia cogitationis infimæ ſpina denſeſcit; quã videlicet ſpinã, per ſemetipſam veritas manu ſanctæ exhortationis eradicat, dicẽs: *Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum.* Matth. 6. Cõtra hanc quoque per Paul dicitur Roman. 13 *Carnis curam ne feceritis in concupiſcentijs.* Sed in his nimirũ ducis, ac militis verbis agnoſcimus: quia tunc ab ea mortifero vulnere animus pungitur, cum in ea menſura æquitatis nõ tenetur. Neque enim adhuc mortali in carne viuentibus funditus cura carnis abſcinditur, ſed vt diſcretè animo ſeruiat, temperatur. Nã quia ſollicitos nos eſſe veritas in craſtinũ prohibet, habere vtcunque curã in præſentibus non negat, quã tendi ad tẽpus, quod ſequitur, vetat: & nimirum Paulus cũ carnis curam fieri in concupiſcentia non ſinit, procul dubio in neceſsitate concedit, quod bene nobis hiſtoria ſacræ lectionis innuitur, cũ Abrahã tribus Angelis occurriſſe memoratur Gen. 37. Ipſe quippe venientibus extra oſtium occurrit, Sara verò poſt oſtiũ ſtetit: quia videlicet vt vir, ac dominus domus ſpiritualis, noſter ſcilicet intellectus, debet in cognitione Trinitatis clauſtra carnis excedere, & quaſi habitationis infimæ ianuam exire. Cura autẽ carnis, vt fœmina, foris nõ appareat, & videri iactanter erubeſcat: vt quaſi poſt tergum viri ſit, ſub diſcretione ſpiritus, ſolis neceſſarijs intenta, nequaquam ſciat procaciter detegi, ſed verecundè moderari. Sæpe vero animus fallitur, vt quod voluptuoſe appetit, neceſſarium ſuſpicetur; & cætera, quæ in eandẽ ſententiam proſequitur, oſtendens ſufficientiæ menſuram, & neceſſariũ alimentum nequaquam eſſe committẽdum carnis exiſtimationi, & menſuræ, illa enim cum brutalis ſit, terminos rationis facilè tranſgreditur, & ſufficientiæ limites tranſilit, ad ſuperflua ſeſe extendens.

Matth. 6. n. 34. *Rom. 13. n. 14.*

Facit in hanc ſententiam Saluian. lib. 2. ad Eccleſ. ante fin. vbi ponderat illud Pauli 1. Timoth. 6. *Habentes victum, his contenti ſumus: nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem;* ait in hunc modum. Ergo, vt videmus, in rebus tantum neceſſarijs eſt ſalus, in ſuperfluis laqueus, in mediocritate Dei gratia, in diuitijs diaboli catena. Denique quid ſtatim Apoſtolus ſubdit? *Quæ demergunt hominem in interitum, & perditionem.* Ergo ſi diuitiæ interitum in ſe habent, euitemus opulentiam, ne in interitum corruamus, & cætera, quæ pro hac doctrina late proſequitur, & deinde tãdem ſic concludit: Impedimenta hæc

1. Tim. 6. n. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt,non adiumenta; onera, non subsidia Religioni; possessione enim, & vsu opum non suffulcitur Religio, sed euertitur. Sic ille ostendit perniciosam,ac duram esse affluentiam, & Religioni Christianæ, & Religiosæ obseruantiæ, quam non solum labefectat,& prosternit, sed etiam derisui infidelibus, nec sanæ mentis hominibus exponit,quis enim credet desertum reputare hunc mundum eos,qui nihil magis,quam terram curare videntur,quis etiam ad illorum normã pro transigenda hac via ad cælestem Patriam componetur,quos semper,& vbique videt dilatandæ telluri, propagandis agris,& veluti æternis ædificijs totos esse intentos: quod totum ex Chrysost. elicimus, dum aduertit nullam fidem præbere gentiles Christianis de cælestibus differentibus,dũ eos videbant tam auidé terrena suspirantes, & tã cupidé tẽporalia conquirentes.Nã si futura à Deo,tanquã præclariora expectabant, curtam fixi inferioribus adhærebant, maximè cũ ad quærenda, & promerenda æterna illa,& promissa dona, pauca ex terrenis sufficerent. Sic ergo habet Chrysost.hom.12.in Matth. ante fin Nonne extremæ vecordiæ est hic quidem,vbi reposita corrumpuntur, ac pereunt, omnia congregare. Ibi vero, vbi quæque recondimus intacta permaneant, augeanturque,ne minimam quidem reponere partem,& hoc cũ ibi simus sine fine victuri? Propterea nec Gentiles fidem his,quæ à nobis dicuntur, accommodant, de actibus enim, non de sermonibus nostris futurorũ volũt habere documentnm. Tunc verò cũ videant ædificari á nobis splendidas domos agros,balnea,atque hortorum amænitatesparari, nolũt credere quod alterius nos vrbis profectionẽ paramus.Si enim, inquiunt, verũ esset istud profectò præmitterẽt. Videmus quippe locupletioresquosque,domos, atq; agtos illis maximé in vrbibus cõparare,in quibus habitationẽ firmare statuerũt.Sed nos è cõtrario facimus, & terrã quidẽ quã paulo post relicturi sumus,multo cum studio nobis parãtes,pro paucis certè iugeribus,& exiguis habitaculis,nõ modo aurum, sed proprium quoque sanguinẽ frequẽter impẽdimus: vt verò cælũ nobis emamus ipsum,ne hæc quidẽ,quæ nostris vsibus superant,erogamus, & hoc cũ exiguo illud pretio emere possimus.

Facit etiã pro hac sententia ille locus Psal 65. *In flumine pertransibũt pede.* Vbi per flumen intelligunt mundũ hunc Hugo Cardin.& August. qui delitijs,voluptatibus, & diuitijs plenus est,quem non duobus, sed vno tantũ pede debent iusti pertransire.Flumen vocantur,inquit Cardin.Hugo, diuitiæ, quæ fluunt, & effluunt. Sed cur vno tantum, non duobus transeundum pedibus inquires? Respondet Hugo: Dicit pede in singulari, quia vnum tantum pedem debemus mergere in aquis huius fluminis,vt sumamus de rebus transitorijs tantum ad necessitatem, & non ad voluptatem. Hoc flumen pertranseunt mali duobus pedibus,quia accipiunt bona trãsitoria,& ad necessitatẽ, & ad voluptatem. Quibus similia sunt,quæ habet Rupert lib.8.in Genes cap.9 cum põderat claudicationem Iacobi.Vnde & Saluian lib.1.ad Ecclesiã post princip. ait. O miseria temporis, & Ecclesiasticæ plebis ad quid redacta es?Vbi cũ scriptũ sit,quod seruare opes genus sit magni criminis, non augere diuitias iã genus putatur esse virtutis &c. Sic itaque defecit Christiana plebs ab ea doctrina,quã Dominus in Israelitica plebe nobis inculcatam esse voluit,dũ sufficientia tantum tribuit,& quæ satis essent pro via, donec peruenirent ad promissam terram. *Psal. 65. n.6.*

Vnde iã intelligetur cur Deꝰ in tabernaculo suovoluerit perpetuòadesse

panes in mensa propositionis Exod. 25. per quam mensam Dei prouidentia significabatur, sicut explicat Philo lib. Quis sit hæres diuinar. rerum. Et lib.3.de vita Moysis,D.Thom.1.2 q. 102. art. 4. ad 6. Et Lyra 3. Reg. cap. 7. Rem igitur sic aperit Oleast. expendens quam bene Deus domui suæ prouiserit, vt in ea panis semper sit ad alendam familiam, ostendens hac in re semper coram se panem habere, vt perpetuæ nostræ indigentiæ memor esset. Quemadmodum, inquit ille,pia mater panis frusta ante se ponit,vt paruulis frequenter egentibus subueniat,&c. Illud insuper significatum existimo, ne scilicet homines, sibi ab indigentia timerent, aut abundantia abuterentur: qui enim fieri poterat, vt famem vererentur ij, quibus Deus prouidentia sua, & proposita semper mẽsa,necessaria,& pollicebatur, & exhibebat? Aut cur superfluis comparandis studerent Israelitæ, quibus semper, & vbique necessaria, diuina dispensatione,administrabantur. Deus enim ideo panem coram se habere voluit,vt ostenderet nemini prorsus de futurum,quod eleganter dixit Tertull. lib. de pœnit. cap. 10. post med. Deus, inquit, in omnia sufficit, nihil à conspectu eius remotum, dissimulator, & præuaricator præspicaciæ suæ non est, quasi dicat, cum Deus sufficiens sit, imo & ipsa sufficientia, cum insuper omnia perspiciat, & penetret, quid est, quod timeamus nobis defuturum in necessarijs? Deũ alioqui contra perspicacitatem suam videretur agere, si non occurret vbi opus esse perspexit, & necessaria porrigeret vbi inopiam perspicacitate sua deprehendit. Nam si nihil illi absconditum, etiam vt puniat. Vnde Dauid Psalm. 130. dixit: *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* Quod recte explicat Chrysost. petita similitudine imaginum, quarũ oculi ad eum modum depinguntur, vt quocunque se quis vertat,semper se intuentem conspiciat imaginẽ. Ante oculos proinde suos panem habet misericors pater,vt qui oculis suis omnia peruadit, nostram indigentiam prospiciens minime possit deficere, quin subueniat. *Exod.25. n.30.* *Psal. 130. n.7.*

Sed obseruandũ venit,qua frugalitate voluerit Deus nos vti pane á se præstito,quam colligere possumus ex Act. Apostolorum cap 42. vbi secundum multorum sententiam sermo est de materiali cibo fidelibus distributo in ea vere Angelica Republ. vt dicit Chrysost. in qua nihil erat proprium, sed omnium perfecta rerum communitas. Aduertunt igitur Chrysost. & Oecumenis. hanc distributionem appellari *Fractionem panis* iuxta illud Isai. 58. *Frange esurienti panem tuum.* Vt designaretur nascentis Ecclesiæ frugalitas, in qua non ad saturitatem, sed ad necessitatẽ panis sumebatur,& ministrabatur.Cum enim tum temporis perfectionis via initiaretur,id etiã docebatur, quod ad illius emensionem maxime conducebat, nempe, sumẽdos esse cibos pro sufficientia, & necessitate tantummodo. *Isai. 58. n.7.*

Hinc iam patet cur cælestis præceptor quotidianum tantũ panem nobis postulare præceperit,& docuerit sicut iã late diximus,vt scilicet crederemus minime defuturũ necessariũ,scilicet quotidianũ,nõ tamen vellemus nobis superfluum,vt pote panẽ pluriũ dierũ vno die vtique consummendũ, quod acute obseruat Author operis imperfecti in Matth. homil 14.post med.ad illa verba Matth. 6. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Nunquid, inquit,non sufficerat dicere panem nostrum da nobis hodie? Vt quid ergo addidit quotidianum? Vt luxuriosos cibos compescat: Vt tantũ quis manducet, quantum ratio naturalis exigit,non quantum lasciuia carnis impellit. *Matth.6. n.11*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pellit. Si enim tu vno conuiuio tantũ expendas, quantum in pluribus suffi cere poterat; verbi gratia, hominibus centum moderatè viuentibus, aut tibi ipsi centum diebus disciplinatè viuenti, iam non quotidianum cibum manducas, sed multorum dierum, non quia illicitum iudicauit hominẽ Christianum plus habere, quam panem quotidianum, sed hoc dicere voluit, vt si possibile est, neque pane quotidiano plus habeat, &c.

Conducunt maximè præsenti argumẽto ea, quæ habet Nyssen. lib. de Orat ad eadẽ verba: *Panem nostrũ quotidianũ*, qui locus quia totus aureus, totus transcribẽdus fuit. Opinor, inquit, Deũ nobis per hæc verba tradere, quibus quotidianum panem petere nos iubet: quod nimirũ frugalitas, & mediocritas, quantũ attinet ad rationem vacuitatis affectuũ, & vitiorũ exequetur ei facultati, cui natura nihil deest. Idcirco quærere iubemur id, quod satis sit ad naturam corporis conseruãdam, panem da, ad Deũ dicentes, non luxum, nõ delicias, neque diuitias, nõ floridas vestes purpureas, non ornamenta aurea, nõ lapidũ fulgores, non vasa argentea, non agri copiã, ac latitudinem, non imperiũ exercituũ, nõ equorũ greges, &c. sed panem. Vides latitudinem, & vbertatẽ philosophiæ? Quot sententiæ breui hac voce comprehenduntur? Tantum non apertè per hanc orationẽ intelligẽtibus. Desinite ó homines circa res vanas cupiditatib⁹ diffundi, ac detineri. Desinite laborũ aduersos vosmetipsos causas, & materias accumulare. Exiguum est, quod natura debes: cibum debes carũculæ tuæ, rem, & modicã, & paratu facilẽ, si vsum, & necessitatẽ intueris; quare aduersus temetipsum multiplicas tributa? Cuius rei gratia tot debitis teipsum obligatũ, ac subiectũ is? Argentum scrutans aurum fodiẽs, & fulgentem materiam requirẽs? Vt tibi per eiusmodi res perpetuus hic tributorũ exactor venter luxu, atque delitijs diffluat: Cũ panis qui id quod deest corpori, supplet detur. Tu verò ad Indos negotiandi causa proficiscẽris & in Barbarico mari periclitaris, vt rebus illinc importatis, & aduectis cibũ condias, nõ considerans, quod nõ vltra palatũ sensus condimentorum progreditur, & quod æqualiter omnia in maleolentiam & fatorẽ transmutantur: panem pete propter vitæ necessarium vsum, huius te corpori debitorem natura fecit. Cætera, quæ prẽter hæc, solertia, delitijs, ac luxui deditorum excogitata, & inuenta sunt, ea de zizaniorum iuxta fatorum semine sunt. Semẽ Patrisfamilias frumentum est: ex frumento panis conficitur. At luxus, atque delitiæ zizaniũ est, quod ab inimico iuxta frumẽtum satum est. Forsitan eiusmodi quispiam, etiam Moyses per ænigmata atque inuolucra verborũ philosophari mihi videtur, qui voluptatis quę gusta tu percipitur, serpentẽ Euæ suaserem adhibuerit. Aiunt enim hanc bestiã si cõpagi, atque cõmissuræ, quã qui repere conetur, caput subduxerit, atque pepulerit haud facile á posteriori parte ab obnitẽtibus posse retrahi per dorsum squamma naturaliter in contrariũ aduersus vim attrahentiũ resistẽte: ostẽdente, opinor, Scriptura, quod voluptatẽ introeuntẽ & animæ dorso obrepentẽ cauere oportet & quã maximè fieri potest vitæ cõpages obturare. Quod si aliquẽ aditũ aduers⁹ nos nactus fuerit vita composita, in nobis dissoluta, latitabit per has cõpages dissolutas serpens voluptatis, nec propter squammas ex mẽtis recessibus, ac latebris facile eijci poterit. Porrò squãmas cum audis multiplices, ac varias voluptatũ materias & occasiones per enigma, atque inuolucrũ verbi intellige. Vt des aditum serpenti, mane, atque cõsiste in vsu necessario. Termi

nus esto tibi vitæ sollicitudinis per res obuias, & parabiles necessarij vsus, atque defectus expletio. Quod si tecum quoque consiliarius Euæ sermocinetur de eo, quod aspectu pulchrũ, gustatu suaue sit, & præter panem tale obsoniũ, talibusque condimentis paratũ quæres deinde per hæc cupidinem, & appetitum extra necessarij vsus terminos educas, tunc videbis serpentẽ latenter. Cum enim à necessario cibo ad ingluuiem serpserit, ad id, quod aspectu iucundũ est, transibit, vasa splẽdida, atque elegantia quærens, ministros item venustos, atque delicatos, lectos argenteos, strata mollia, regumenta pellucida, atque auro intertexta solia, tripodas, balnea, labra, crateras, haustra, atque ryta, pscyteras, & refrigeratoria, cyathos, gutturna, cãdelabra, acerras, atque eiusmodi res requirens.

Cæterum video posse quem obijcere hoc in loco largam illã vnguẽti effusionem, quam idemmet Christus Dominus supra se fieri passus est, ita vt discipuli perditionem vocauerint *Matt. 26. n. 8.* Matth. 26. vt scilicet in vnum impertiretur quod multis posset sufficere: *Vt quid perditio ista vnguenti facta est, potuit enim vnguentum istud venũdari plus quam tercentis denarijs, & dari pauperibus?* Factum tamen non tantum excusauit, *Quid molesti estis, &c.* Sed insuper laudauit, *& quod hæc fecit, &c.* Insuper sicut aduertit Chrysost. in breuioribus commentarijs ad eadem verba, *indignati sunt discipuli*, quod videlicet audissent Magistrũ de eleemosyna plurima locutum, ac dixisse, misericordiã se malle, quam sacrificium. Hinc enim secum ratiocinabantur, ac cogitabãt: si holocaustomata nõ admittit, nec priscum cultũ illũ, sicut eleemosynam longè minus huius vnguenti effusionem probabit. Augetur insuper hæc difficultas ex eodem Chrysost. hom. 8. in Matth. ad med. vbi ait. Si quis ipsum antequam mulier hoc fecisset, interrogasset non admisisset Ita ille. Cum ergo Christus omnia præsciret, cur nõ prohibuit superfluã effusionẽ? Satis esset hoc in loco illa Chrysost. respõsio ex eadẽ homil. quã quidã ex recẽtioribus affert, minime tamen reperire potui. Quia admiscebatur ibi pietas. Permisit ergo delitias, vt admitteret charitatem. Vt tamen modó omittamus eã rationem, quam Christus adhibuit de præsignata morte, & sepultura sua, cui maximũ debebatur obsequiũ, & nullæ suberant delitiæ: satis illa sit, quã idem Chrysost. loco citato affert in hunc modũ. Non illico dixit: *Quia opus bonum fecit*, sed anteposuit, *Quid molesti estis huic mulieri?* Vt eruditet eos, non statim ab incunabulis & ab imbecillioribus sublimiora esse petenda, quapropter non rem ipsam solummodo nudam, sed personæ mulieris coniunctam exposuit, quam certè si legẽ sanciret non apposuisset. Ideo ergo personã cũ re simul accepit, vt discas tu gratia mulieris hæc dicta esse, ne germinantem fidem eius decuterent, sed irrigarent magis, ac ad maiora pertraherent. Vnde nos docet quando bonũ quid quam fieri videmus, etiamsi exactissimè non fiat, suscipiendũ tamen nobis esse, & fauore nostro ad vlteriora prouehendum. Non est enim expositissima ratio statim in principio rerũ quærenda: & præterea non erat tempus tunc factum mulieris corripiẽdi, sed cõmendandi dumtaxat, atque probandi. Et quemadmodũ si quis ipsum Christum Dominum, antequam mulier hoc fecisset, interrogasset, non admisisset, sic postquam fecit illud, vnũ non solummodo respicit, ne increpatione discipulorum ancipiti animo turbaretur, sed hortatu suo maiore animo suscepto promptior, & melior euadat. Non erat enim amplius increpatio post effusionem olei

Universidad de Deusto
Biblioteca

oportuna. Ipse ne mulieris promptitudinem extingueret istud fecit & quæcunque dicit ad ipsius consolationem dicit. Sic Chrysost ostendit Christum superabundantem illam effusionem, non ratione delectamenti permisisse, neque vt omnino sibi placitam vt vnctio erat approbasse. Sed eò spectasse illius commendationem, vt imperfecta adhuc mulier in larga illa effusione ad maiorem perfectionem cueheret, & promptiorem redderet ad virtutis opera, sine defectu sectanda. Neque enim superabundãtem effusionem commendare potuit, qui tantam paupertatem sectatus est.

Est optimus in hanc sententiã locus 3. Reg 19 vbi latentem Heliam in torrente Charith pascebat intus diuinis cõsolationibus Deus, foris vero pane & carnibus, quæ duo corui illi deferebant mane, & vespere iussu Dei. Vbi sancti Patres quærunt cur Deus ministerio coruorum Prophetam suũ aluerit. Chrysost ser de Helia id factũ putat, vt Deus docilitatem ingereret Prophetæ alioqui imminiti. Prophetã, inquit ille, per illas aues, quibus sui fœtus inuisi sunt nutriuit. Odit enim prolem suam coruus, quod Propheta insinuat dicens: *Et pullis coruorum inuocantibus eum* Vnde per illos apud Heliam qui Iudæis, tanquam filijs malæ frugis, succensebat, Deus intercedit, quasi dicat: Ecce corui, qui natura pullis sunt immisericordes, illi ipsi vt hospites, tibi seruiunt. Absurdũ ergo non est, quod apud te misericordiæ meæ patrocinentur corui, &c. Et in Psal. 96 ait idem Chrysost. Nõ solum sanctis testificãtur feræ, vt vipera Paulo, sed & seruiunt; Ionæ cætus triduo subiugatus fuit vt quo intus gubernãs, non quo ipsi volebat duceretur; sicut corui Heliæ quotidie cibos, ceu Domino afferebant. Sic ille. Grate vero commentus est D. Augustin coruis hoc ministerium, vt luerent carnificinam à se factam post diluuium. A coruis, inquit, ministerium Prophetæ præcipitur, vt culpam, quã in diluuio commiserat, purgare auis illa videretur dũ fidelis minister efficitur Heliæ, qui negligens ac falax fuerat Noë. Illud quoque in hoc ministerio ostenditur, qualiter homo, si non peccasset, animaliũ ministerijs vteretur. Vnde vero illas carnes & panes attulerint corui, ille viderit qui tale officium committebat. Ita Augustin, qui corui infidelitatem erga Noe intelligit illam, qua missus ex arca à Noe, vt regressus indicaret, an aquæ diluuij cessassent *egrediebatur & non reuertebatur*, cadauerum carnibus inhians, quod nos latius expendimus ac Cantic. Ezechiæ. Vnde autem detulerint panes & carnes putat Abulensis è domo Achab, vt vel inuitus pasceret Prophetam. Cæterũ ad rem præsentem putat Caiet. parsimoniam edoctum fuisse Propheram, qua Deus cum suis vti consuevit quibus non superflua, sed modica, & pro sufficientia administrare solet. Nota moderamen inquit Caiet. modicum enim fuit quod corui rostro vehebatur, videlicet quia Dominus necessitati subueniebat, non voluptati &c.

Igitur Heliæ post quadragenarium ieiunium in spelunca Oreb latitanti apparuit Dominus *Ecce*, inquit Textus; *Sermo Domini ad eum, dixitque illi: Quid hic agis Elia? At ille respondit: Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel: altaria tua destruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, vt auferant eam. Et ait ei: Egredere, & sta in monte coram Domino. Et ecce Dominus transit, & spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum; Non in spiritu Dominus, &c.* Hunc familiarem congressum Dei cum Helia celebrat Tertull. cõtra Psychicos. Dehinc, ait ille, minantem Iezabel fu-

Genes. 8. n. 7.

3. Reg 19. n 9.

Psal. 146. n. 9.

giens

giens post vnicum pabulum, & potũ quem ab Angelo expergefactus inuenerat, & ipse quadraginta diebus, & noctibus, vacuo ventre, arido ore peruenit in montem Oreb, vbi cum in spelunca diuertisset, quam familiari Dei congressu exceptus est. *Quid tu Elia hic?* multo amicior ista vox, quã; *Adam vbi es?* Illa enim pasto homini minabatur, ista ieiuno blandiebatur. Tanta est circunscripti virtus prærogatiua, vt Deum præstet homini contubernalem, parem profectò pari, &c. Non potuit sanè quid maius in commendationem modici victus afferri, quam si Deum contubernalẽ faciat, & socium adsciscat, quod maxime probat quantum Deo placeat parsimoniæ victus, & parcitas sumptuum. Pro qua re maximè facit id, quod Philo habet lib. de migrat. Abrahæ, cum ponderat illud Genes. 12. *Egredere de terra tua*; Philonemque de more imitatus Ambros. lib. de institutione Virgin. c. 16. & lib. de Isaac, & anim. c. 5.

Genes. 12. n. 1.

Plures solent sacri Interpretes rationes reddere, cur Christus Seruator tantam ostenderit beneuolentiã parvulis, & infantibus; etenim Matth. 19. dixit: *Sinite paruulos venire ad me.* Et Marc. 10. *Offerebant illi paruulos*, tanquãrem maximè placentem Christo; & Matth. 18. dixit: *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum* Quidam enim hoc ad simplicitatem referunt, innocentiã, & humilitatẽ, iuxta illud Pauli 1. Cor. 14. *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote*: Qua de re videndus Clemens Alex. 1. pædag. cap. 6. & Ambros. ser 10. & Chrysost homil. 59. in Matth. vbi tractans illud Matth. 18. *Qui susceperit vnum paruũ talem in nomine meo, me suscipit*, ait. Ita vehementer humilitate, & moribus, qui procul ab omni simulatione absint, afficior. Paruulus quidem hic simplices homines, atque humiles, quos multi spernunt, appellauit. Alij vero obmansuetudinem, & iniuriarum obliuionem, & ob alias rationes adeò placuisse Christo Domino asserunt, quas bene prosequitur Chrysost. homil. 63. in Matth. ad illa verba cap. 19. *Sinite paruulos venire ad me*, vbi ait: Si cælorum hæredes constitui volumus, hanc paruulorũ virtutem consequi studeamus. Hoc enim supremum philosophiæ culmen est, vt cum prudens sis, nihil ficti, nihil simulati asciscas, ab omnibus enim passionibus anima paruulorũ immunda est, his, qui dolores intulerunt, nullas vltionis vices referunt, & quasi nihil actũ esset, veluti ad amicos accedunt; quanto magis á matre vapulant, tanto magis eam quæritant atque cæteris omnibus eam anteponunt. Nam etsi regina cum diademate, atque purpura sibi offerretur, non præponerent eam matri, etsi pannosa esset, quam cum sordido luctu aspicere malunt, quam reginam ornatu aureo decoratam. Non enim suum, aut alienum est, non inopia, & copia rerũ, sed quasi philosophia discernunt: Nec vltra necessitatem aliquid quæritant, sed cũ lacte repleti fuerint, statim relinquunt mamillam, non dolent pecuniarum, aliarumque rerum huiusmodi iacturam, sicut grandiores, ideo dicebat: *Talium est regnum cælorum*: Vt eanos volentes faciamus, quæ ingenita paruulis, atq; insita duce naturæ facit, &c:

Matt. 19. n. 14.

Matt. 19. n. 14.

Marc. 10. n. 15.

Matt. 18. n 3.

1. Cor. 14. n. 20.

Matt. 18. n. 5.

Notãdum vero iam occurrit quod Deus docet nos põstulare quotidianũ panem, ne mensuram excedamus, & superflua quæramus. At diabolus gaudet nos multorum dierum panem comedere, non quotidiano esse contentos, inde enim, & famelico Christo Domino non vnum lapidem obtulit in vnum tantum panem comedendũ, quo famem posset explere, sed plures lapides obtulit: *Die vt lapides isti panes fiant* Matth. 4. vbi Franciscus Lucas obseruat non vnum lapidem, sed plures

Matth. 4. n. 8.

obtuliisse:

obtuliſſe: Non enim vult diabolus, vt neceſſaria tantum nobis acquiramus. ſed vt ſuperflua ſuſpiremus, & veluti nobis neceſſaria indagemus, tũc enim omnibus medijs illicitis, pro illorum conſecutione vtemur, quod ille maximé cõcupiſcit, & nobis ſũmopere nocet. Inſuper & vera neceſsitas paucis ſolet eſſe cõtenta, ficta illa, & á noſtro appetitu fabricata neceſsitas neſcit expleri: quod acutè videtur dixiſſe Seneca epiſt. 120. ad finem. Miſcere vitia deſideriis noli. Nihil præter cibũ natura deſiderat, ambitioſa non eſt fames, cõtenta deſinere eſt, &c. at vitioſa concupiſcentia nullo cõtenta ſemper in magis, ac maius extẽditur, quãtumuis enim aliorum panẽ vſurpet, famẽ non ſaturat, licet aliorũ facultatibus vtatur, neſcit expleri. Solꝰ enim expletur, & contentus degit, qui tantummodo vſui neceſſaria, & ſufficientia expetit.

Hinc Plato lib. 4 de Republ. ab vrbe bene conſtituta arcendam eſſe docet tam affluentiam, quã inopiã, ſeruandam vero eſſe mediocritatem, & ſufficientiam rerum neceſſariarum. Idem in Sparta ſanxit Lycurgus, dicitans eam in mediocritate fore inuictam, in affluentia perituram: itaque re ipſa euenit. Ariſtoteles verò dicere ſolebat, paupertatem quidem multis rebus indigere, inexplebilitatẽ autẽ omnibus. Et Epicurus dicere conſueuerat Sufficientia res eſt omnium ditiſsima, vti narrat Clemens Alexand. lib. 6. ſtromat. qui etiam lib. 2. pædag cap. 12. ait Sufficientia eſt virtus, per quam contenti ſumus; ſiue eſt habitus contentus rebus ijs, quibus oportet, & qui per ſe ea acquirit, quæ ad beatam vitam conferunt. Vnde Hippias (teſte Suida verbo Hippias) finem bonorum conſtituebat animum ſua ſorte contentũ Quo etiam ſenſu dixit Cicero paradox. 1. virtutem ad beatè viuendum ſe ipſa contentam eſſe. Et Socrates apud Platon. dialog. 3. de legib. ita precatur, & optat. Tantum mihi ſit auri, quantum ferre queat non alius, quam vir temperans.

Diaboli proinde ingenium eſt nõ quæ apta ſunt neceſsitati ſuggerere, neque ſufficientia tantum ſuadere ſed quæ ſuperflua, vt famem, & deſiderium tentationis fomitem perpetuó alat quod rectè expendit Nyſſen. lib. de beatitudinibus poſt princip. cum expendit verba illa diaboli ad Chriſtum: *Dic vt lapides iſti panes fiant*: Matth. 4. vbi ita habet. Hæc etiã nũc dicit ijs, qui á proprio appetitu tentantur, ac dicendo plerumq; eos, qui ad ipſũ ſpectãt impellit, vt ex lapidibꝰ panes conficiant, cum enim appetitus noſtri vſus fines excedit quid id aliud, niſi diaboli tunc calũniantis, & reijcientis ex ſeminibus confectũ cibum, ad ea, quæ á natura aliena ſunt, appetitum prouocantis, conſilium eſt? De lapidibus comedunt, quibus fraudis, & auaritiæ panis apponitur: qui ſumptuoſas, & redundantes, & opipare ſtructas & cumulatas menſas ex iniuſtè partis bonis ſibi parant: quorũ apparatus cænarum, pompa quædam, faſtus, & oſtentatio eſt ad ſtuporé, & admirationem vulgi commouendã excogitata; quæ vitæ neceſſarium vſum præterlabitur, & excedit. Quid enim commune habet cum vſu naturæ neceſſario, in graui pariter, & oneroſo pondere argenti expoſita materia, quæ vſui apta non eſt? Quid eſt affectus famis? Nonne deſiderium eius, quo carere non poſſumus? Cũ enim per flatus & euaporationes euanuerit, & defluxerit nutrimentum, quo vires refectæ fuerunt, rurſus adiectione conuenienti repletur id, quod deeſt. Panis eſt enim, aut aliquid aliud eſui aptum, quod natura appetit. Si quis igitur loco panis aurum ori admoueat, nũquid neceſsitati me-

Matth. 4. n. 3.

debitur?

debitur? Cum igitur aliquis pro rebus eſculentis materias eſui non aptas requirit, in lapidibus plane occupatus eſt; quippe cum aliquid quærente natura, in alio ipſe verſetur. Potum natura deſiderat, tu vero pretioſas tripodas paras, labra, crateras, amphoras, & alia ſexcenta, quæ nihil cũ eo, quod vſus requirit, commune habent. An non plane per ea, quæ facis, dicto audiens es ei, qui tibi conſulit, vt ad lapidem reſpicias? Verum profligator, & peremptor tentationũ famẽ, quaſi malorum cauſam non exterminat ex rerum natura, ſed ſolam ſuperfluitatẽ, ac nimiam, ineptamque induſtriam & curam, quæ de conſilio aduerſarij vnà cum neceſſario vſu introducta eſt aduerſatus ſuis finibus gubernari naturam. Sic ille oſtendit quomodo diabolus ſemper ſuperflua per appetitũ inexplebilem ſuadeat, nullatenus permittens, vt fames neceſſarijs complea tur. De quo argumento videndus eſt Chryſoſt. homil. 37. in Geneſ poſt med. vbi ſuperfluorũ vſũ nobis maxime nocere oſtendit in hunc modũ. Quæ vtilitas ſuperfluorum dic mihi ita vt vẽtrem diſtendas præ nimia voracitate, vt mentis ſtudium deſtruas præ immodica potatione? An non inde corporis, & animæ mala naſcuntur omnia? Vnde autem adulteria, ſtupra, rapinæ, auarorum fraudes, cædes, latrocinia, & totius animæ deſtructio? Nonne quia plus concupiſcimus quã nobis congruit? Sicut enim Paulus radicem omnium malorũ auaritiã vocauit; Sic non quis aberrauerit, ſi fontem omnium malorum dicat immoderantiã, & quod tranſgredi volumus ſuum quiſque vſum. Nam ſi valemus in veſtimentis, & veſtibus, & domicilijs, & alijs corporalibus cunctis vſibus nihil immodice concupiſcere, ſed neceſſaria tantũ quærere, multis damnis liberaretur humanum genus. Verum neſcio qui fiat quod omnes, & ſinguli pro ſuis viribus auaritiæ morbo laboramus, nunquam enitentes, vt intra neceſsitatis maneamus limites: Sed plane contra Apoſtolicum mandatum, quod dixit: *Habentes victum, & amictum*: Omnia facimus, neſcientes quod de omnibus, quæ vltra vſum noſtrum ſunt, rationem daturi ſumus; quo enim ſupplicio non ſunt digni, qui modis omnibus dant operam, vt ſericis, & auro intertextis induantur, & poſt ſe pompam trahant in foro? Maxime autem ſermo iſte aduerſus mulieres congruerit; maiorẽ enim apud eas inuenimus ornandi cupiditatem, & prodigalitatem, cum auratis veſtibus, & auro in capite, in ceruice, in alijs corporis partibus ornantur. Chryſtus vero nudus obambulat, neceſſario alimento deſtitutus. Quot pauperũ ventres poterant inde paſci, & quot corpora nuda egentium poterant cõtegi ex his, quæ à ſolo collo, & humeris pendent, nullius alterius vſus gratia, quam in damnum, & nocumentum animæ. Hoc ſtudium in ornando corpore internam indicat deformitatem. Impoſsibile enim eſt gerere curam animæ, & tanti facere corporis ornatum. Et tandẽ concludens Chryſoſt. ait. Idcirco obſecro fugiamus habendi cupiditatẽ, & modi tranſgreſſionem, veræ enim diuitiæ ſunt, & inexhauſtæ facultates deſiderare quãtum vſui ſatis ſit, & ea, quæ ad vſum pertinent, recte diſpenſare, alioqui nunquam ſaturabimur, & Diuinam contrahemus, & incurremus iram.

1. Tim. 6. n. 8.

1. Tim. 6 n. 20.

Pro qua re notandus venit locus apud Burgenſem additione 4. in cap. 11. Numer. vbi inquirit cur Moyſes non orauerit pro placanda ira Dei accenſa cõtra eos, qui ſuperflua deſiderauerant, nempe carnes, quando ſuffi ciens cibus aderat. Cur Moyſes, inquit ille, qui communiter in alijs exceſsibus populi miſericorditer ſe habebat in tantum, quod in peccato vituli pe-

tebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

tebat deleri à libro Dei nisi eis parceretur, & etiam pro murmuratoribus orauit, & cessauit ignis: In hoc tamen loco non se conuertit ad orandũ Deũ pro populo, sed solum ad subtrahendum se á regimine populi, dicens: *Non possum solus sustinere onus populi, &c.* Pro solutione igitur præmittit, quod ibi populus peccauit peccato cõcupiscentiæ inordinatæ. Habebãt enim, inquit, cibũ continuũ suauissimũ, & salubrẽ, scilicet, manna sine labore, & tamẽ cũ hoc concupiscebãt inepta cibaria scilicet, cæpe, & allia, quod ad concupiscentiam valde inordinatam pertinet. Vnde vocatus est locus ille, sepulchra concupiscentiæ. Vitium autem concupiscentiæ secundum philosophum 3. Ethicor. est puerile vitium, non solum quia contingit sæpe pueris, sed secundum similitudinem quandam, & hoc ex D. Thom. 2.2.q.162.art.2. in corpore. Primum, quia sicut puer nõ attendit ad ordinem rationis, sic concupiscentia rationem non audit, vt patet ex 7. Ethicor. Secundum, quia sicut puer si suæ voluntati dimittatur, crescit in propria voluntate, vnde Ecclesiast. 30. dicitur: *Filius dimissus ad correptionem euadet præceps*, sic & concupiscentia secundũ August. in 7. confess. si ei satisfiat, maius robur accipit. Et rem concludens ait Dicendum igitur quod Moyses noluit hac vice propopulo orare, vt scilicet Dominus prouideret populo de his, quæ petebant, ne eorum malicia augeretur. Sic ille ostendit maximum periculum inordinatæ concupiscentiæ, dum terminos commensurationis excedit, cui nisi statim occurratur, in maius semper excrescit, maioremque Dei offensam cõtrahit, nunquam suis limitibus contenta, cui ex oppositio sufficienta occurrit, sibi dives, modicoque abundans, quod prosequitur Ambros. Epist. 82. ante fin. vbi ait. Satis dives omnibus naturæ lex est, cui cito inuenies quod abundet; cupiditatibus autem omnibus diuitiarum abundantia inopia est. Denique nemo pauper nascitur, sed fit Non ergo naturæ paupertas, sed opinionis est: Ideoque citouenitur dives naturæ, difficile cupiditatis. Etenim quo plus vnusquique acquisierit, plus sitit, & quasi quadam inardescit ebrietate cupiditatũ suarũ. Quid quasi necessariũ queritis cumulum diuitiarum? Nihil tam necessariũ quam cognoscere quid non sit necessarium. Quid in carnem retorquetis excusationem? Non corporis venter in satiabilem, sed mentis auaritia facit. Plus amat caro moderatam frugalitatem, qua exuitur onere, induitur salubritate, qua sollicitudinem deponit, assumit tranquillitatem, &c. Quibus similia habet Senec. epist. 4. Magnæ diuitiæ sunt lege naturæ compositæ paupertas, lex autem naturæ scis quos terminos nobis statuerit? Nõ esurire, non sitire, non algere: Vt famen, & sitim depellas, non necesse est superbis assidere liminibus, nec superciliũ graue, & contumeliosam etiam humanitatem pati. Non est necesse maria tẽtare, nec sequi castra. Parabile est quod natura desiderat, & expositum. Ad superuacua sudatur. Illa sunt, quæ rogam conterunt, quæ nos senescere sub tentorio cogunt, quæ in aliena littora impingunt. Ad manum est, quod sat est, cui cum paupertate bene conuenit, dives est. Sic ille epistolam concludit. Quibus similia habet epist. 63. dicens. Demetrium virorum optimum, mecum circunfero, & relictis conchiliatis cum illo seminudo loquor, illũ admiror. Quidni admirer? Vidi nihil ei deesse. Contemnere omnia aliquis potest, omnia habere nemo potest. Breuissima ad diuitias per cõtemptũ diuitiarum via est. Demetrius autem noster sic viuit, non tanquam contempserit omnia, sed tanquam alijs habenda permiserit. In quam sententiam

Exod.32. n.32. Nũ.16.n.

Eccles.30. n 8.

videndus

videndus est Plutarch. in lib. de vitanda vsura, cum ait. Quemadmodũ medio in bello ligneum murum Deũ Athenienſibus donare Apollo respõdit, illique demissa regione, ac ciuitate possessiones, & domos negligentes, ad naues ob libertatem confugerunt. Ita & nobis Deus ligneam tribuit mensam, peluim figulinam, vestitum frugalem, si saltem in libertate viuere velimus. Pluraque habet Plotinus Platon. Æneid. 4 lib. 3 cap 33.

Facit optime in præsentem doctrinam D. Bernard. de dilig. Deo ad med. vbi statuit regulã sufficientiæ, & docet ne limites necessarios trãsgrediamur, si nempe ea nobis velimus, & cõparemus, quæ proximo indigenti, & laboranti tribueremus, apposita non iam lege tantum naturæ, sed Dei. Si cæperit, inquit ille, amor carnalis (vt assolet) procliuior esse, siue propensior & necessitatis alueo minime contentus, compos etiam voluptatis exundans latius visus fuerit occupare. Statim superfluitas, obuiante mandato, cohibetur, cum dicitur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum* Matth. 22. Iustissime quidem vt consors naturæ, nõ sit exors & gratiæ, illius præsertim gratiæ, quæ naturæ insita est. Quod si grauatur homo fraternis non dico necessitatibus subuenire, sed voluptatibus deseruire, castiget ipse suas, si non vult esse transgressor. Quantum vult sibi indulgeat: dum æque & proximo tantundem meminerit exhibendum. Frænũ tibi tẽperantiæ imponitur ó homo ex lege vitæ & disciplinæ, ne post concupiscẽtias tuas eas, & pereas, ne de bonis naturæ hosti seruias animæ, hoc est libidini. Sic ille docet ea nobis assumere ad transigendam vitam, quæ nobis videntur satis esse in remedũ proximi: Et sicut bene proximum diligimus cũ eum ea beneuolentia prosequimur, qua in nos vtimur, sic & ea nobis sufficere arbitremur, quæ alijs satis esse censemus, tunc enim & præcepto charitatis satisfaciemus, & sufficientiæ, ac parsimoniæ limites obseruabimus.

Ille autem, qui nostrũ exitium perpetuo machinatur, nos minime quietos esse patitur, nouit enim ex desiderio, & concupiscentia acquirendi plura totum in nos malum prouenire, illam proinde fouet, alit, & accendit. In quam sententiã videndus est Hieronym. epist. ad Damasum cum tractat illud filij prodigi, qui in eam tãdem deuenit miseriam, vt voluerit impleri de siliquis porcorum, & à nemine acciperet Luc. 15. Quod factum asserit diaboli ingenio, & arte, ne vnquam saturatus quiesceret, sed plura semper esuriret, & ad vlteriora anhelaret. Semper voluptas, inquit ille, famem sui habet, & Sathanas cum aliquem sua arte deceperit, & proprium ei imposuerit iugum, vltra ad abundãtiam vitiorum procurat, &c. Famem itaque, & desiderium superfluorum, & noxiorum submministrat, ne animus saturatus, vel fastidio teneatur in illicitis, vel sibi sufficientibus abundãs conquiescat. Sicut igitur in malis nunquam dicit satis, ne à peccando quis desistat, sic & in bonis temporalibus comparandis haud permittit quempiam sufficientia reputare, quæ habet, ne intra suos limites, & necessitatis mensuram conclusus ad aliena concupiscenda, deprædanda, & deuastanda minime transgrediatur. Quod congruenter dixit Senec. epist. 120. ad fin. Infælicis, inquit, luxuriæ ista tormenta sunt Quærit quemadmodum possit saturitate quoque esuriat, quẽadmodum non impleat ventrem, sed farciat, quemadmodum sitim prima potione sedatam reuocet, &c.

Bene quidem audiunt in Scriptura pauperes, qui Dominico ore beati prædicantur, hos quidem saturandos vaticinatur Regius Propheta dicens

Matt.22. n.39.

Luc.15. n.16.

Psalm.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.21. n.27.

Psalm.21. *Edent pauperes, & saturabuntur*; necessarijs vtique rebus contenti. Ideoque *laudabunt Dominum, qui requirunt eum.* Rogabis, cur pauperes saturandi prædicantur, non diuites, cum hi pluribus abundent, illis pauca, & quandoque nec necessaria suppetant? Rationem reddit Augustin. enarrat. 2. in dictum Psalm. post med. cum ait. Pauperes ideo edunt, vt saturentur: Qui autem diuites sunt, non satiantur, quia esuriunt: & laudabunt Dominum. Diuites se laudant; pauperes Dominum laudant, &c. Inde igitur est quod pauperes saturantur, quia ad hoc comedunt, vt saturentur, & ideo modica illis sufficiunt; at famelici diuites comedunt, vt esuriant, quanto enim plus comedunt, plus appetunt, imo dum comedunt hoc efficitur, vt plus esuriãt. Si insuper adhuc quæras, cur saturati pauperes adhuc tamẽ pauertatis nomenclaturã retineant. Famelici vero diuites non appellentur pauperes, cum paupertatis cognomen recte conueniat his, qui fame laborãt: Hoc totum ad mentem ipsorũ reducendũ arbitror: Etenim pauperes saturantur, quia habentes quibus tegantur, & ad victum sufficientia, nihil vlterius appetunt de temporalibus, attamen adhuc pauperes remanent, quia sicut ibi ait Augustin. nõ adhuc diuitijs veris potiuntur. Quare sunt pauperes, inquit ille? Quia Dominum quęrunt. Dominus est diuitiæ pauperum, ideo inanis est domus, vt cor plenum diuitijs sit. Diuites quęrunt vnde arcam impleant, & pauperes quærunt vnde cor impleant, &c. Saturantur itaque pauperes: remanẽdo adhuc pauperes, quia sufficientia tantũ quærunt; Esuriunt vero diuites, quia cum immodica cupiditate superfluorum laborẽt, quantumuis diuites appellentur propter ea, quæ possident, nunquã tamen dicentur saturati, quia nunquam à desiderio cessant, sed perpetua siti, fameque vrgentur. Vnde Senec. epist. 120. ad med. ait. Qui multum habet, plus cupit, quod est argumentum nõdum illum satis habere: Qui satis habet, cõsequutus est, quod nunquã diuitibus contingit; finem, &c. Vbi illico occurrit id, quod Esau in excusationem ne munera sibi à fratre Iacob oblata reciperet, dixit Genes. 33. *Habeo plurima frater mi. Sint tua tibi.* Modo enim in sæculo longe aliter contingit: Tota enim ratio, cur aliquando facultates apud dominos suos non remaneant, est, quod plurima habent potentes, & ea ipsa, quæ habent, ad vlteriora adhuc comparanda compellunt, & excitant: Vnde Gregor. 33. Moral. cap. 1. in princip. ait. Desideria cum rebus crescũt, &c. Et ille, qui dum pauperem vitam degebat, sufficientia tantum optabat, & alijs metiebatur; cum ad abundantiorem copiam peruenit, longiora, & latiora sibi disponit, sicut bene aduertit Philo lib de temulentia ante med. dicens: Quis nostrum restitit diuitijs? Quis reluctatur gloriæ? Nemo omnium, sed quandiu his caremus, magnifice loquimur, vt frugalitatis amici, quæ modico contentis, æquis, liberalibusque ingenijs competentem vitã conciliat. Quod si alicuius iam dictorum spes, aut saltem spei leuis aura aspirauerit, vanitatis coarguimur. Statim enim cedimus, non valentes resistere, &c. Inde igitur est, quod diuites sæculi plura adhuc sibi quærunt, quia tanquam pauperes ijs, quæ habent, minime contenti, inexplebili fame, & siti laborant; Pauperes vero cum sufficientiam tantum appetant, cũ fami satisfaciunt, saturati cõquiescunt.

Genes. 33. n. 9.

Insuper & pauperes, ac iustitia ratione dicuntur saturati, quia de mensa Domini vescuntur, in qua necessaria, & sufficientia adsunt; superflua vero, & quæ concupiscentiæ tantum inseruiant, nõ item. Famelicos quidem sequentes

Ioan. 6. n. 12.

quentes Dominum ipse saturauit in deserto; sed superflua iussit discipulos colligere: *Vt impleti sunt*, inquit Ioan. cap. 6. *dixit discipulis suis: Colligite, quæ superauerunt, fragmenta.* Vt scilicet, intelligeremus in mensa Domini pro necessitate inueniendum panem, quo pauperes, & famelici saturẽtur, & apud Deum sufficientia nobis proposita esse, cum ipse suis sufficere soleat in huius viæ, vitæque deserto. At superflua nullatenus requirenda, neque asportanda, aut possidenda, quod bene expendit Victor Antiochen. ad illa verba Marc. 6. *Manducauerunt, & saturati sunt*, vbi ait. Hactenus tantum Benefactoris munere vsi sunt conuiuæ, quatenus necessitas postulabat, nam etsi magna reliquiarum vis superfuisset, nihil tamen inde secum asportarunt. Admonemur autem exemplo hoc percommodè rerum vsum ex necessitate spectandum, & metiendum esse. Nihil autem vnquam graujori necessitate secluso propter habendi necessitatem subducendum, &c.

Marc. 6. n. 8.

Notandus tamen hoc in loco venit mos ille antiquorum relinquendi in mensa reliquias ciborum, vt videre est apud Apuleum lib. 9. transformationum post med. vbi de veterũ mensa dixit: Sub ipsa mensa, quę reliquias prandij gerebat, quem locum emphaticum esse dicit Philippus Beroald. in commẽtario eiusdem. Nefas enim erat apud veteres vacuas, & sine reliquijs mẽsas relinquere post prandiũ. Sic vero habet. Scribit Plutarc. in problemat. quod mensam vacuam tolli non sinebant: sed cum adhuc aliquæ reliquiæ supereſſent. Ita interpretantes aliquid semper in futurum de eo, quod nunc adest, relinqui oportere: & per hodiernum diem crastini meminisse. An quod vrbanum, & elegãs putarent comprimere appetitum, & præsentibus, præparatisque cibarijs abstinere. An potius quod nihil sacrũ inane, ac vacuũ relinqui oporteret: mensa autẽ sacra est. Quod etiam aduertit Plutarch. in quæstionibus Romanis q. 64. Ad hunc igitur morem fortasse Christus Dominus colligere iussit fragmẽta, quę superauerũt. Testabãtur autẽ huiusmodi reliquię & fragmẽta & appositа fuisse omnia lautè, ita vt aliqua supereſſent, quod charitatẽ testabatur ex parte eius, qui conuiuiũ præbebat, insuper & ostẽdebãt modestiã conuiuantium, qui necessario cibo contenti minimè ad satietatẽ, & sumptionem omniũ, quæ appobãtur, perueniebãt. Vnde Xenophon in educatione Cyri lib. 1. ita introducit loquentem Cyrum. Ante omnia operã do, vt ne vnquã supra quam satis sit, impleam me, hoc enim graue est, deinde vt ea, quæ prius sumpsi, exhauriam labore: sic enim mihi videtur ipsa sanitas magis posse perseuerare & vires accrescere. Videndusque erit Hieron. lib. 2. contra Iouinian. vbi parsimoniã describit, qua veteres in suis mensis vtebantur: quibus habet similia Plutarc. in lib. de esu carnis, & in lib. de tuenda sanitate.

Facit & Clemens Alex. lib. 1 pedag. c. 11. cum explicat illud Exod. 32. *Saturati surrexerunt ludere*, nempe, quia à ratione, & mensura alienam cibi repletionem, fæni potius plenitudinem, & suffarcinationẽ dixeris, quam alimenti, vnde & quia absque ratione saturati sunt, tanquã rationis expertes ludebãt, & brutalis vituli effigiẽ adorãbant, qui enim rationis regulam sequitur, iuxta eã viuit, & voluntati Dei hac in re sese accommodat, qui seruis suis necessaria tantũ, & quæ sufficere possint, ministrare solet, nõ vero superflua, & quæ nocere valeant. Vnde Chrysost. ser. 13 in epist. ad Philipp explicans verba illa: *Quorum Deus vẽter est*, ait. Ventrem accepisti vt nutrias, non vt distendas: vt illi domineris,

Exod. 32. n. 6.

Philip. 3. n. 18.

neris non vt dominum habeas; Vt tibi inseruiat ad cæteras partes alendas, non vt tu illi inseruias, non vt fines transilias. Non tot malorũ causa est mare fines supergressũ, quot venter corpori, animæque nostræ. Omnem illud terrã, in quã se effuderit, obruit; venter vero vniuersum corpus. Pone illi terminum, quod naturæ satis est; quemadmodum mari Deus posuit litus. Ac si æstuauerit, atque scanduerit, increpa illum potestate, quæ in te sita est. Vide quãto honore te affecerit Deus, vt ipsum imiteris? Tu vero minime vis, sed vides illum erumpere, atque obruere, nec tamẽ audes cohibere, ac moderari. Sic ille docet nos Deũ imitari, imperando intumescentibus fluctibus nostræ cõcupiscentiæ, & Deo obtemperare, sumendo ea, quæ nobis sufficere possint, & extra necessitatis terminos minime euagando.

Pro qua doctrina videndus adhuc erit idem Chrysost. homil. 79 in Ioan. post med. vbi ait. Rerum necessariarũ nullam rationẽ, superfluarum & inanium plurimam habemus. Splendidas domos ædificamus, seruorum caterua constipamur, &c. Et quis horũ modus? Nonne vnũ ventrem saturamus. Quid tandem vnam, quam accepimus, animam diuidimus, & in tot rerum curas distrahimus, molestam nobis seruitutem excogitantes? Qui multis indiget, multorum seruus est, etsi ea possidere videatur: Nam & seruorum seruus dominus est. Qui dominus, nisi serui adsint, exire domo non audet, seruis sine domino liber est aditus, quo placet. Quid, quæso, Nonne in hoc Angeli á nobis differunt, quod non egent vt nos? Igitur quando paucioribus indigemus, tanto magis illis appropinquamus: Quanto pluribus, tanto magis ad hanc caducam vitam deflectimus. Nonne propterea Adam beatum dicimus, quoniam nulla re indigeret, nõ domo, nõ vestibus? Quãto plura amplecteris, tanto magistuæ derogas libertati. Vera namque libertas est nulla re indigere: in secundo loco minimis; quam Angeli habent: & cætera, quæ in eandem sententiam prosequitur. Quib⁹ similia habet to. 1. in c. 4. Isai vbi late proponit quantũ nocumẽtum inferat superfluus luxus vestiũ & quomodo Deus gentẽ Iudaicam in miserã captiuitatẽ deduxerit ob immoderantiam, & nimietatem sumptuũ, tum deinde cõcludit. Quod si Iudaicæ illæ vxores ob immoderatũ cultũ tãtam pænam subiere, cũ patria funditus excisa, & eadem multis perfruitæ delicijs, postea seruæ captiuæ, & extorres, ac patria orbatæ in alienam deportatæ sunt regionem: Nunquid nõ perspicuũ est nos multo atrociora passuros? &c.

Inculcatam vtique voluit Christus Dominus nobis esse hanc doctrinam, cum missurus discipulos suos ad prædicationem totius vniuersi eis dixit. *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam, &c.* Matth. 10. Qua in re congruenter aduertit Chrysost. id ea ratione factum fuisse, vt tanquã magistri ostenderẽt nihil de terrenis esse sollicitos, quibus Deus pro sufficientia aderat, & perpetuam assistentiam fuerat pollicitus, quod bene prosequitur Chrysost. homil. 3. in Matth. post med. Cum ad vniuersi, inquit, terrarum orbis magisterium ipsos missurus esset, non iniuria ad Angelicam, vt ita dixerim, disciplinam ex humana vita traducit, ab omni cura rerum sæcularium liberos reddens. Nulla enim res tranquillitatem animi magis gaudiumque solet efficere, quam si omnem curam, & sollicitudinem deposueris, Deo videlicet præsente, atque abundè ipsis omnia suppeditante, &c. Et Remig. citatus à D. Thom. in catena ait: Redegit eos ad primi hominis dignitatem, vt nulla re indigerent. Quomodo *Matt. 10. n. 9.*

autẽ indigerent quibus Deus sufficiẽtia erat, sicut suis solet esse.

Facit in hanc sentẽtiam Nazianz. Orat. 19. statim post princip. vbi ait. Nihil mihi tale videtur, quale est census odio habere, nihilq; in rebus attingere humanis, nisi quod necessitas exegerit, ac extra carnem, & mundum fieri, ac vitã viuere longe rebus visibilibus sublimiorem. Videdus Senec 120. epist. post med. vbi inter alia ait. An parum habet, qui tantum non alget, non esurit, non sitit? Plus Iupiter non habet. Nũquam parum est, quod satis est: nunquam multum est, quod satis non est. Post Darium, & Indos pauperes Alexander Macedo, quærit quod suum faciat, scrutatur maria ignota. Quod naturæ satis est, homini non est. Inuentus est qui concupisceret aliquid post omnia. Tanta est cæcitas mentium, & tanta initiorũ suorũ vnicuiq; cũ processit, oblinio. Plus incipit habere posse, qui plus habet. Inter reliqua hoc nobis natura præstitit præcipuum, quod necessitatis fastidiũ excusit. Recipiunt superuacua delectum. Id pactum est ab illo mũdi Cõditore, qui nobis viuendi iura descripsit, vt salui essemus, non delicati. Ad salutẽ omnia parata sunt, & in prõptu, delitijs omnia miserè, ac sollicitè comparantur. Vtamur ergo hoc vitæ beneficio inter magna numerãdo, & cogitemus nullo nomine melius illã meruisse de nobis, quam quia quicquid ex necessitate desideramus, sine fastidio sumitur. Sic ille & superflua noxia, & laboriosa probat, & necessaria salutifera, ac peroptima esse ostendit. Qua de re dixit Aristot. citatus á Maximo ser. 12. Paupertas multis eget, cupiditas omnibus.

De hoc etiam argumento bene loquutus est Saluian. dum asserit plerosque esse, qui plura quidẽ desiderãt, nõ vt impleantur, sed vt in malos vsus expendant, quos meritò reducit ad paupertatẽ, & inopiã: tunc enim peccare desinunt, cum non habent, vnde peccent. Sic ergo ille habet lib. 5. de prouident. ad med. loquens de Circẽsibus ludis & impudicis. Calamitas fisci, & mendicitas non sinit, vt vbique vires nugatorias perditè profundantur expensæ. Nã quantũ ad votum nostrę libidinis, atque impurissimæ voluptatis attinet, optaremus profectò, vel ad hoc tantũ modo plus habere, vt possemus in hoc turpitudinis lutũ plura conuertere: & res probat quã ta prodigere vellemus, si opulenti essemus, ac splendidi, cũ prodigamus tãta mendici. Ea est enim labes præsentiũ morũ, atque perditio, vt cum iam nõ habeat paupertas quod possit perdere, adhuc tamẽ velit vitiositas plus perire. Recesserũt á nobis copiæ veteres, recesserũt priorũ temporũ facultates, miseri iam sumus, & nec dũ nugaces esse cessamus. Cumque etiã pupillis, prodigis, vel prodigiosis soleat subuenire paupertas, simulq; vt desiterint esse diuites, desinũt quoq; esse vitiosi. Nos tantum genus perditorũ sumus, in quibus opulentia esse desijt, sed nequitia perdurat, &c.

Misera profectò conditio illorum, qui in tantum excreuere excessum, quique ad miseram deducuntur inopiam, quia in copijs semper esse volũt, & ideo, iusto Dei iudicio, in arctissimas redigentur angustias, qui semper interminatos optant excessus, & malo suo tandem discunt in miserijs degere, qui ad mensuram se minimè voluerunt componere, quibus proponenda est ea doctrina, quam habet Nyssen. Orat. de dormiẽtib. post med cũ ait. Si quis considerate, atque adhibita ratione necessitatem intueatur, pro fine appetitus vsus necessarij, scopulũ, quo spectet, sibi proponẽs, domũ vestẽ, coniugiũ, victum, per quodque horũ curans, & sartiens id, quod deest naturæ; at minister voluptatum vias

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitiorũ neceſſarios vſus facit: pro victu quidẽ luxum, atque deliciasrequirens, pro amictu vero cultus elegantiã eligens, atque præoptans, pro ædium vſu magnificentiã; pro liberorũ autẽ procreatione, legibus vetitas, & interdictas ſpectans voluptates. Propterea tum auaritia patentibus, ac latis portis in vitã humanã quaſi commeſſabũda inuehitur, tum mollicies, & faſtus, & inepta largitas, & multiformis luxus, prodigalitaſque, & ſimilia quaſi quidam rami, & ſtollones, virgulta, ſtirpeſque aridæ iuxta neceſſarios vſus enatæ germinarunt. Propterea quod appetitus terminos neceſsitatis præterit, & in inutilia ſtudia late diffunditur. Quid enim commune habet cum vtilitate cibi, argẽtum ſculptum auro, lapidibuſque quaſi floribus diſtinctum, atque nitetſcens? Aut cuius rei gratia pallium opus habuit aureo filo, purpura florida, & textili pictura? Non igitur corpus malorum occaſiones, ſed deſtinata voluntas ingenerat, dum id, quod ſpectat neceſsitas, & vſus, ad abſurdarum, & vitioſarum rerum ſtudium, atque cupiditatem detorquet, &c.

Cum igitur Deus videt quenquam in tantos luxuriantem exceſſus, purgat, reſecat, & ſuperflua abſcindit, & ad terminos rationis reducit, iureque aliquando facit, vt nec etiam neceſſaria habeat, qui per immoderatam cõcupiſcentiam in ſuperflua exceſsit. Satius proinde fuerit neceſſaria tantum, & ſufficientia ſectari, terminoſque rationis obſeruare, ac metiri, & vt ſollicitudinem concupiſcentiæ deuitet, & vt Deo in re præclara placeat. In quam ſententiam videndus Philo lib. de agricultura ant. med. cum ponderat verba illa moribundi Iacobi ad filium ſuum Dan Geneſ. 49 *Fiat Dan coluber in via, Ceraſtes in ſemita, &c.* Quibus verbis vult imprecatam fortitudinem, & temperantiam ne per immoderantiam excedat é via, qua tandem peruenitur ad Patriam, aberrat enim ab illa, qui intra terminos non continetur, ſed per concupiſcentiã tranſgreditur. Videamus, inquit ille, quid ſubindicet hæc imprecatio. Dan interpretatur iudiciũ: ideo vim animæ ſcrutantem, examinantẽ, diſcernentem, & quodammodo iudicãtem ſingula draconi aſsimilat. Eſt autem hoc animal agilitate variũ, & cũ primis callidum, paratumque ad vim, quod ſe facilè poſsit tueri à laceſſentibus. Non illi vitã amanti, de vitaque conſulenti ſimile, quod Eua propterea vulgari lingua ſolet vocari: ſed illi ſerpenti, quem Moyſes ex ære fabricauit, quem quotquot intuebantur morſi á venenatis beſtijs, interituri alioquin, euaſiſſe mortem dicuntur. Itaque illum mulieris inſidiatorem ſerpentem, à ſenſu, & vita carnium pendentem, voluptatem eſſe dicimus, repentè ſinuoſis orbibus, non valentẽ ſe attollere, ſemperque iacentẽ, ad ſola terrena bona pronam, veneficis, & vix vllum doloris ſenſum afferẽtibus morſibus, conantem interficere. Moſaicum verò ſerpentem fortitudinẽ, affectionem voluptati aduerſariam: quapropter è ſolidiori materia, ſcilicet ære, factus inducitur. Hanc fortitudinis ſpeciem quiſquis bene conſiderauerit, etiamſi forté fortuna prius á veneficijs voluptatis morſus fuerit, neceſſe eſt eum viuere. Nam ille quidem intentat animæ mortem ineuitabilem, at fortitudo ſanitatem, incolumitatemque porrigit. Eſt enim præſentiſsimum intemperantię remedium, temperantia; omni autem ſapiẽti honeſtas amica eſt, & eadem vtique ſalutaris. Itaque cũ Moyſes precatur Dani, vt ſerpens fiat, non ſimilem illi Euæ ſerpenti fieri precatur. Nam preces ſolent bona petere. Fortitudo certé ad bonorum genus pertinet, & immortalitatem confert,

Gen. 49. n. 17.

bonum perfectiſsimum: ſicut voluptatis malum affert extremum mortis ſupplicium; ideo dicit. Fiat Dan ſicut ſerpens, non alibi potius quam in via: nam intemperantia, gulaque, & quicquid immodicæ, & inexplebiles voluptates per externarũ copiarũ vſum pariunt, nõ ſinit animã per latam, regiamque viam tendere, ſeducens eam in barathra, & voragines, donec præcipitetur in interitum. Soli autem, quiá fortitudine, tẽperantia, cæteriſq; virtutibus ſe diuelli non patiuntur, declinant, deuitãtque omnia lubrica. Apertiſsimè igitur dixit adhærere vię rectæ temperantiã, quandoquidẽ aduerſaria huius intemperantia ſolet in deuijs agere. Semita, ſiue callis eſt vita hominis, & cætera, quæ proſequitur in eandem ſententiam, oſtendens quomodo in vita, viaque hominis obſeruandus ſedulo ſit, & cauendus quilibet voluptatis exceſſus, quo ſecurior, & facilior ſit tranſitus per regiam iuſtitiæ viam ad cæleſtem Patriam, quam petimus.

Ex quibus liquido conſtat quam bene actum ſit cum Iſraelitis, quibus Deus ſuperflua minimè indulgens neceſſaria tantum tribuit pro itinere conficiendo per deſertum, donec ad terram promiſsionis deuenirẽt, facto docens aliam, tanquã ſub ænigmate, doctrinam; in deſerto huius vitæ modica quidem, & ſufficientia tantum eſſe inueſtiganda, ne voluptuoſa, & ſuperflua, nos in via vel detineant, vel deprimant, ſed libero pede, & felici gradu ad terram illam fluentem diuino nectare, vel lacte fruitionis, & melle viſionis Diuinæ perueniamus. Etenim qui in hoc itinere ſuperaſſluentiam currunt, in termino arctabuntur, & qui per exceſſus diuagantur, æternas patiẽtur anguſtias, quod dixiſſe videtur Iob 18. *Arctabuntur greſſus virtutis eius*, quæ verba metaphorã continent greſſuum arctandorum, ad denotandas anguſtias, & ſummas difficultates, in quas tandem redigendi ſunt illi, qui in vita magnam ſui dilatationem præ copia, & abundantia rerum vſquequaque habuerunt. Sicut enim qui gaudio perfunguntur, dilatari dicuntur, vt conſtat ex illo Pſalm. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum*, gaudio, ſcilicet, & lætitia. Et Pſalm. 4. *In tribulatione dilataſti mihi*, id eſt, cum in anguſtum eſſem incluſus, nec ſpes euadendi ſubeſſet, veluti eruptione facta, mihi viam aperuiſti, & dilataſti. Simileque eſt illud Apoſtoli 1. Corinth. 10. *Faciet cum tentatione prouentum*, Græcè, *euaſionem*, Auguſtinus in Pſalm. 61. & epiſt. 89 legit, *exitum, vt poſſitis ſuſtinere*; ſic igitur è contrario: Impiorum greſſus ad vltimas difficultates, & ſummas anguſtias redigentur, quod bene in rem noſtram explicat Gregorius 14. moral. cap. 4. in fine vbi ait. Qui nunc malé ſe in voluptatibus dilatat, eum potius in ſupplicijs pœna coanguſtat, vnde ſubditur: *Arctabuntur greſſus virtutis eius.* Nunc enim quaſi toties virtutis ſuæ greſſus exerit, quoties poteſtatis ſuæ violentias exercet, ſed greſſus virtutis eius arctabuntur, quia vires malitia illius, quas nunc in voluptate ſua exhibet, poſtmodum pœna conſtringit, &c. Vbi etiam occurrit quod Bernardus epiſt. 42. ad Henricum Senonenſem Archiepiſcopum ante medium, ait contra ſuperflua habentes, & eis abutentes, quod vtinam etiam noſtra tempeſtate non tam opus eſſet ſcribere, quam clamare. Dicite, inquit Bernardus, Pontifices non quidem in ſancto, ſed fræno, quid facit aurum? Quam tolerabilius cernitur in ſancto? Clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur, & dicunt: Dicite Pontifices in fræno quid facit aurum? Nunquid auro à fræno repellit frigus, ſiue eſuriem?

Pſal. 118. n. 32. *Pſal. 4. n. 1.* *1. Cor. 10. n. 13.* *Iob. 18. n. 7.*

nobis frigore, & fame laborantibus quid conferunt tot mutatoria, vel extensa in perticis, vel plicata in manticis ?. Nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod iniuriter expenditis; vita nostra cedit vobis in superfluas copias, nostris necessitatibus detrahitur, quicquid accedit vanitatibus vestris. Duo denique mala de vna prodeunt radice cupiditatis, dum & vos vanitando peritis, & nos spoliando perimitis Iumenta gradiũtur onusta gemmis, & nostra non curatis cruta nuda caligulis. Annuli, catenulæ, tintinnabula, & clauatæ quædam corrigeæ, multaque talia tã specioſa coloribus, quam ponderibus pretioſa, mulorum dependent ceruicibus, fratrum autem lateribus nec semicinctia miſerantes apponitis. Huc accedit quod hæc omnia nec negotiationis ſtudio, nec proprio manuũ exercitio vobis elaboraſtis, ſed nec iure hæreditario poſsidetis, niſi forte & vos in corde veſtro dixeritis: *Hæreditate poſsideamus ſanctuarium Dei.* Et hæc pauperes modo quidem, coram Deo tantum, cui corde loquuntur. Nec enim audent apertè cauſari aduerſum vos, quibus interim pro ſua vita neceſſe habent potius ſupplicare. Cæterum in futuro *ſtabunt in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt*, ſtante quippe pro eis Patre orphanorum, & Iudice viduarum, ipſius enim tunc vox erit: *Quandiu non feciſtis vni de his minimis, nec mihi feciſtis.* Sic Bernardus oſtẽdit in quas tandem anguſtias deuenturi ſint ij, qui in amplas copias dilatati, & ſumma rerum abundantia affluentes, nõ regia ſufficientiæ via, ſed lata illa, & ampla, quæ ducit ad mortem, ambulare elegerunt.

Pſal. 82. n. 3

Libet tandem in calce huius annotationis id obſeruare, quod ex tradita doctrina poſſet quis nobis obijcere cum Iacobo in ſua epiſtola dicente de Deo: *Qui dat omnibus affluenter.* Vbi nos multa de Diuina liberalitate diximus. Quid ergo eſt, quod Apoſtolus in nos Deum totum effuſum deſcribat, nos verò in præſenti modica tantum, & ſufficientia largientem aſſeramus? Facile vtrumque conciliabitur, ſi aduertamus ideo apud Iacobum Deum munificum, & liberalem proponi pro noſtra fiducia nutrienda alenda, & firmanda ſpe. Nam ſicut dixit Bernard. de dilig Deo ad med Quidni cum omnia fiducia poſtules ab eo, *qui dat omnibus affluenter*? Dubiũ ſiquidem non eſt, quod adſit libenter in neceſſarijs, qui pleriſque, & in ſuperfluis non deeſt. Vt igitur ad conueniendum Deum corda noſtra erigeret Iacobus, illius affluentiam erga ipſum orantes deſcribit. At hoc in loco ſufficientia tantum, & à Deo dari, & abeo poſtulari pro ſalute noſtra docemur.

Iacobi. 1. n. 5.

Merito proinde Moyſes hoc in loco ſingulare beneficium Iſraeliticę genti exhibitum decantat, cui Deus in deſerto ſuffecit, & ſufficientia pro itinere conficiendo præſtitit. Precemur & nos ipſum Deum, vt dignetur in deſerto huius viæ nobis adeſſe, & ſufficere, quo nihil amplius cupientes, illi perpetuo hic adhæreamus in ſufficientia, donec in abundantia, & torrente voluptatis ſuæ nos potare abundanter in æternum dignetur.

ANNOTAT. VI.

De doctrina legis, quam docuit Deus Iſraelitas in deſerto.

ETſi multis collatis beneficijs Deo ſuos Iſraelitas docuerit in deſerto, ſicut proſequitur Zeno Veronenſ. Epiſc. ſer. 4. de Exod. vbi ait. Columna nubis te deduxit per diem

diem, vt oſtenderet cæcum; ignis columna per noctem; vt ſignificaret arſurum. Angelus tua caſtra præcedit nec vbi crimen excuſes, per mare ambulas, veloces pedes tuos ad effundendum ſanguinem. Ad hoc ſanè aquam de petra bibiſti, manna de cælo guſtaſti, vt ſcires miſer quid fueras perditurus, &c. Etſi igitur tot præſtitis bonis, quæ cauere deberet mala, docuit, & quæ inſuper amplecti bona. Multo tamen melius docuit per legem, quã populo tulit in deſerto, vnde plerique verba noſtri textus: *Circumduxit eum, & docuit*; ad legem referunt qua Deus eum populum inſtituit. Diſtulit enim Deus conceſsionem legis, quo vſque populus ex Ægypto eductus ad deſertum peruenirẽt, quo magis capax eſſet doctrinæ, & præceptorum, ſicut notauit Philo lib. de decalogo ſtatim in princip. vbi quærit cur Deus legẽ dederit in deſerto dicens. Si quis quærat cur non in ciuitatibus, ſed in vaſta ſolitudine hæ leges perlatæ ſunt, reſpondendum. Primum, quia pleraq; ciuitates vix dici poteſt quam refertæ ſint vitijs, ſiue ſpectes impietatem erga Numen cæleſte nefariam, ſiue mutuas iniurias hominum, nihil enim in his non deprauatur, vbi adulterinæ res pluris fiunt, quam legitimæ, & veræ non tantum valent, quãtum veriſimiles naturam ſuam tegẽtes mendacio, & falſis imaginibus ludentes vulgo credulo. Hoc eſt cur extra ciuitates legem Diuinam perferri placuit: huc acceſsit cauſa altera, quod ad ſacras leges recipiendas animus purificatus requiritur è elutis maculis, quæ hærent ex miſcellaneæ turbæ in ciuitatibus degentis contagio. Id vero non eſt poſsibile aliter, quam in receſſu efficere. & longo tẽporis ſpatio donec exoleſcant, & euaneſcant veterum erratorum ſpecies ex animo, qui modus obſeruatur etiã à peritis medicis, nec enim prius ci bos ægrotis præbent, quam morbi cauſis ſublatis, nam illis manentibus, alimenta fiunt inutilia, vt quæ vertuntur in humorum noxiorum materiam. Non mirum igitur ſi á pernicioſa ciuitatum conſuetudine in deſertum abductus eſt populus, vt animos purgaret ab iniquitatibus, moxque mentis alimenta caperet, videlicet leges, præcepraq; diuina: quin & tertia cauſa eius facti adfertur hæc. Quemadmodũ qui longinquã nauigationem ſuſcipiunt, nõ inter ſoluendum é portu vela parant, & gubernacũla, ſed antequam nauem conſcendant, inſtructa habent quæcunque ad propoſitum ſuum ſunt neceſſaria. Ad eundem modũ decebat, vt accepturi agros, & nouellas colonias, non vná cum eis leges acciperent, ſed iam ante præparata haberent inſtituta, & vitæ regulas, ne rudes, ac in exercitati admouerentur ad Rempublicam. Nec deſunt qui, & quartam cauſam afferant non alienam á veritate, quãtum ego iudico. Quoniã enim oportebat perſuaſum eſſe mentibus leges has nõ eſſe commenta humana, ſed Oracula certa diuinitus prodita, abducta eſt multitudo longe ab vrbibus in vaſtã ſolitudinem omnium fructuum mitium ſterilem, atque etiam aqua carentẽ limpida, vt conſtituta in ſumma cibi, potuſque inopia, & ſalutis periculo, repente inuenirent ſponte oblatam rerum copiam, in panis vicem depluente manna cælitus, accedenti buſque in obſoniũ coturnicibus, aquis nunc educatis, depoſita falſugine, nunc é rupe largo fonte promanantibus: Ne poſt hac Nilum mirarentur, aut Deum eſſe nouarum legũ authorem ambigerent, ſumpto bonitatis eius experimento manifeſtiſsimo, in tam inſperato egeſtatis remedio: Nã qui ope ſua vitam eis prorogabat, idẽ præſcribebat etiam bene viuẽdi formulas: alterum præſtans ſuggerendo

commeatus, quos nõ præparauerant; alterũ vero ferendo leges profuturas corrigendis animis. Sic Philo ostendit cur Deus daturus legem populo suo, eum prius eduxerit ex Ægypto, & in solitudinẽ, locumque horroris adduxerit, vt doceret.

Neque vero Diuina præcepta, & mysteria quolibet in loco manifestanda sunt, & propalanda, sicut aduertit Diogen. Laert. in vita Stulponis; Cum enim Crates ab Stulpone Megarensi peteret vtrum Dij precationibus gauderent. Noli me, inquit, de his fatue in via rogare, sed solum, ac seorsim: Melius apud Sulpiciũ in vita D. Martini refertur de Anachoreta, qui quinquaginta annos latuerat in deserto, & cum tandem interrogaretur, quare homines tantopere fugeret? Respondit, eum, qui ab hominibus frequentatur, non posse ab Angelis frequentari, minus vero á Deo; Vnde illud egregie pronuntiatum est á Nazianz Orat. 2. solitudo mater Diuinæ ascensionis, Deum ex homine faciens, &c. Et Hierony. ad Oceanum loquens de Fabiola Romam reuersa ad fin. ait. Oblita sexus fragilitatis immemor, ac solitudinis tantum cupida, ibi erat, vbi anima morabatur. Non poterat teneri consilijs amicorũ, ita ex vrbe, quasi è vinculis gestiebat erumpere, &c. Et epist. ad Eustochium de custodia virginitatis loquens de seipso ait: Sicubi igitur concaua vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam, ibi mihi orationis locus, & vt ipse mihi testis est Dominus, post multas lachrymas, post cælo inhærentes oculos, non nunquam videbar mihi agminibus interesse Angelorũ, & lætus cantabã: *Post te curremus in odorem vnguentorum tuorum, &c.*

Deus igitur, qui in solitudinem dilectam animam deducit, vt ibi loquatur ad cor eius, rubicundus, & pudicus sponsus animarum nostrarum describitur, proindeque consortia, & cœtus hominum declinat, vt seorsim, & sine tumultu sese aperiat, & reuelet. In suã doctrinam assumpturus Israeliticum populum, in desertum eum transtulit, vt iudicia, & voluntates suas, hoc est, præcepta, manifestaret. Pro qua re facit Philo lib. de temulentia ant. med. cum ponderat Moysem tetendisse tabernaculum extra castra, aitque. Castra ad bellum nata videtur, vbi enim aliàs rixæ sunt, & pugnæ, contentioneſque, hæc castra solet intellectus relinquere, quando Numine correptus, ad eum, qui est, accedit cõtemplaturus ideas incorporeas. *Tollens*, inquit, *Moyses* Exod. 33. *Tabernaculum suum tetendit extra castra, non prope, sed procul.* Qua figura subindicatur, sapientem migrasse à bello ad pacem, & á mortali, cõfusoque exercitu ad pacatã rationalium, fæliciumque animarum vitam diuinam: Dicit autem alibi: Cum exiero ciuitatem expandam manus meas ad Dominum, & cessabunt clamores. Caue autẽ putes hæc loquentem esse hominem ex anima, corporeque contextũ, sed mẽtẽ syncerissimã, purissimamque, quæ tantisper, dum in ciuitate corporis continetur, se contrahit, & tanquam carcere inclusa, fatetur se non posse haurire liberiorem aerem: quod si contingat eam ex hac ciuitate exire, quemadmodum qui manicis, pedicisque ferreis soluũtur, sic solutos habens conceptus animi, cogitationeſque, liberis, dimissisque vtetur etiam actionibus, vt mox affectuum incitamenta cohibeantur. Similia habet lib. de migratione Abræhæ: Et lib. legis allegoriar. Vt igitur se iam liberis, dispositis, & capacibus animis per Oracula sua, & præcepta Deus inculcaret, suosque Israelitas Diuinis institueret documentis, opus fuit prius egredi de Ægypto sæculi, terrenasque deserere curas, & desertum ingredi, separatum

Exod. 33. n. 7.

procul à castris bellicis, & tumultuantibus appetituum, & à negotijs ciuitatũ. Nam sicut dixit Nazianz. apologet. 2. in principio de recessu suo. Omnia relinquens volentibus, mihi ipsi soli loquebar, & spiritui. Nec Israeli cognitus eram, sed Carmelum præferebam, & Ioannis desertum, nec non eos, qui desuper mundanis philosophantur, præsentia nihil aliud quam tempestatem esse ducens. Quærebam igitur petram, aut locum præruptum, siue murum dirutum, sub quibus delitescere possem. Aliorum que dicebã sint honores, & labores, aliorum bella, & victoriæ, mihi autem satis sit fugere pugnas, ac ad me ipsum respicere, & ita viuere sicut possum, quemadmodum qui fragili rate transfretãt mare. Non humiliũ fortasis est intellectus, sed securiorum, vt ab altitudine, & casu caueant, &c. Tanto itaque aptior est animus ad capessendam supernam doctrinam, quanto longior fit à ciuitatũ tumultibus, & in solitudinem internæ contemplationis introducitur, proindeque Deus tũ docuit præcepta sua Israelitas, cum in desertum deduxit.

Eductus insuper fuit populus ille veluti puer paruulus, cui proinde adhibendus erat pædagogus, qui admoneret de ijs, quæ sectari deberet, & à quibus abstinere, donec adult⁹ in suis, ad superiora esset deducendus, quod bene exposuit Theodoret. ser. 7. de prouident. longe á princip. vbi adducta similitudine nauis rem in hunc modum prosequitur. Postquam enim, inquit ille natura in malum impegit, & mens affectibus circundata, atque submersa ipsum corpus absque omni ordine (seu nauem clauo, & moderamine carentem) abripiendum destituit, necessario nobis legibus opus fuit, quæ anchoræ instar essent, quæ & nauem sisteret, & procliuem, pronumque eius impetum inhiberet, ac gubernatorẽ denuo emergere, clauũque arripere permitteret, & peccatũ quidem inordinatam, & indecentem rerum confusionem, introduxit. Huic vero summus ille rerum omnium Gubernator ordinem præscripsit, & peccati impetũ legibus quasi fræno quodam cohibuit, atque fræni huius habenas magistratibus, quasi aurigis cõmisit. Quis enim iniustorum manus ferre posset, nisi cupiditatis, & auaritiæ illorum flammam, ac impetum legum metus coerceret? Nam perinde, vt pisces solent, magni minores deuorarent, nisi gladiũ acutum lex ostenderet. Si enim cum leges minitentur, & scelerum pænas magistratus exigant, adhuc tamen nonnulli sunt, qui omni fera crudeliores animos contra proximos gerunt, quid non facerent illi, si nec leges essent, nec vlli magistratus pænas exigerent? &c. Quia igitur populus Israeliticus mox vt ex Ægypto eductus est in vnam gentem; Rempublicam, & Ecclesiam ab alijs gentibus separatam coalescere cæpit, indigebat lege, ne ad libertatem aliarũ gentium diffluueret, & illarũ crimina vitaret.

Video tamen statim quẽpiã obijcere illud Pauli ad Roman. 5. *Lex subintrauit, vt abundaret delictum.* Vnde videtur potius viam aperuisse sceleribus, quã intercluſisse. Verum sensus Pauli non est, quod lex ad peccata introducenda lata fuerit, directè enim subintrauit, hoc est, obiter & quasi furtim ad tempus breue, scilicet, vsque ad aduentum Euangelij, vt esset Iudæorũ quasi pædagogus, dissolutos Hebræorũ mores restringens, eosq; ducens ad Christũ, qui eos sanaret: Cæterũ indirecte ad id, quod sequitur, scilicet, vt abundaret delictũ. q.d vnde factũ est, vt abundaret delictum. Vox enim, *vt*, consequentiã significat, non causam, sicut & cæteræ notæ causalitatis, propter quod, propterea, euentum, & cõ-

Rom. 5. n. 20.

secutionem indicant, non rationem, & causam. Sic enim vulgus antecedentem occasionem causam vocat, vt blanda patrum segnes facit indulgentia natos, id est, inde sequitur, & euenit: Scriptura autem, quia familiariter loquitur, sæpe vulgi phrasi se accommodat, ita Cyrill. Alex. Chrysost. Theophyl. & Euthym. in Ioan. 12. n. 38. Quia igitur nos nitimur in vetitū semper, cupimusque negata, inde factum est, vt post datam legem delictū abundauerit. Scio etiam huiusmodi causales particulas apud Paulum sæpe redundare, more Hebræo, & nullam causam reddere, sed tantum præcedētia continuare cum sequentibus, vnde non infertur legem fuisse datam, vt delictū abundaret, sed inde sumpsisse occasionē, quo sensu Aug. in Ps. 102. ait. Lex ideo data est, vt crescente peccato humiliarentur superbi, humiliati cōfiterentur, confessi sanarentur. Plura circa dictū locum Pauli qui velit, videat August. lib. 83. quæst. q 66. & D. Thom. ibi in commentar. vbi triplicem legis finē adducit respectu triplicium hominum.

Data itaque est lex ad coercendas Iudæorū nequitias, & dirigendos eos. Vnde pædagogus dicitur à Paulo Galat. 3. quæ populū illum veluti infantē dirigebat. Quæ forte fuit ratio cur olim lex descripta fuerit in tabulis sapphirinis, sicut tradunt Hebræi, eorūque traditionē cōfirmat Epiph. lib. de duodecim gēmis. Suidas in Moyse. Anastas. Nyssen. q. 38. in sacrā Scripturā, Nilus Metropolitan. de lapidum theorica. Abulensis, Lyra, & alij Interpretes in cap. 31. Exodi, recolendaque sunt hoc loco, quæ de sapphiro tradūt Plin. lib. 37. cap. 9. & D Isidor. lib. 16. Origen. c. 10 Inter sapphiros, scilicet, præstantissimum illum esse, qui pædoros, vulgó appellatur, quod nomē ob pulchritudinis prærogatiuam tulit (vt ait Isidor.) Vox enim Græca, quasi amorem pueri significat, quia nimirum pueri dictam gemmam gestantes gratiam, & amorem conciliant. Addit Plinius pæderota puerorum ex collo contra fascinum, & veneficia appendi solitum. Itaque lapis ille in pueris vim habet ineundi amorem, atque oculos ad se conuertendi, & est etiam fascinationis amuletum contra eorum aspectum, qui teneros pueros attentius cōtemplando visu ipso inficiūt. Propterea ergo Deꝰ legē suam in sapphiris incidit, vt significaret se Israelitis eā tanquam pueris tradidisse, eosque veluti sapphiris ornādo decorasse. Rursus, sapphiris collo suspēsis, pueri gratiam, & benignitatem intuentiū captant, & oculos ad se conuertunt, de lege autē dicitur Prouerb 3. *Erit gratia circa collū tuum* (Sic habent 70. Origen. & Chald.) id est, lex mea erit tibi pro saphiris ad gratiam hominum, atque Dei cōciliandam: Ideo enim in sapphiris descripta est Insuper sapphirus collo appenditur contra fascinū, olim vero ingenuis pueris collo appendebatur fascinationis amuletum, sicut docet Chrysost. homil. 1. in epist. ad Philipp. quod etiam de bulla Romana, quæ puerorum collo appendebatur, tradunt Romanarum antiquitatū scriptores. Huius igitur instar Deus legem suam in sapphiro tradidit, tā quam Israelitis remedium assignaret contra fascinationem, ne Ægyptiorū, aliarumue gentiū fascino ferirentur Est enim & spirituale fascinum, nempe pernicioſa doctrina, de qua Paulus ad Galat. 2. *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quorū oculos Christus præscriptus est, in vobis crucifixus.* q.d. Quis oculus nequam, & inuidus vos in fide Christi teneros, & nouellos, ô Galatæ, in hanc fraudem, cæcitatem, & errorem Iudaismi induxit? Ita Hierony. & Anselm. ibi. Dicitur enim fascinum, inquit Hierony. proprie infantibus nocere, & ætati

Pron. 3. n. 22.

Galat. 2. n. 1.

paruulæ, & his, qui firmo nedum vestigio figunt gradum. Et de concupiscentia mores deprauāte dicitur Sap. 4. *Fascinatio nugacitatis obscurat bona & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malicia.* Vbi Fulgent. epist. 2. cap. 4. legit. Instantia concupiscētiæ; & huc facit antiqua illa cæremonia, cuius meminit Chrysost. homil. 19. ad populum cum ait. Non cernis vt mulieres, & parui pueri pro magna custodia collo Euāgelia suspendūt, & vbiq; circūferunt quocunque abierint, &c. Ne igitur cæterarū gentium aspectus noceret Israelitico populo infanti adhuc, pueriliq; ingenio prædito, in sapphiris præscripsit ei legē, vt dilectus & cælo, & hominibus haberetur.

Sap. 4.

Quia verò & fragili laborāt memoria pueri, eo quod humoris plurimū in cerebro habeant, vnde authore Aristot. lib de memoria Hi, quibus cerebri siccitas contigit, retinent diu ea, quæ didicerunt. Nā siccitas tenax est formarū, humor verò soluitur, & labat. Vnde Nazianz Orat. de patris funere. Quemadmodū, inquit, in vndis euenire cernimus stantibus, vt quoties calculus injiciatur, centrū oriatur aliud circuitusque super alīū suscitatus, & assiduo dilatatus semper dissoluat extremū. Illud idem & mihi palā in re præsenti accidere video, dum mihi aliquid in memoriā venit, aliud elabitur, cū assidué illud, quod in memoria erat, præoccupante alio effluit, &c. Ne igitur Diuinæ legis præcepta è memoria puerili facile exciderent; nō in alia papyro, quā in lapidibus cōscribēda fuere, vt diu retinerentur. sicut oportebat: sunt enim Diuina præcepta memoria recludenda, iuxta illud Pauli Hebræor. 2. *Oportet nos ea, quæ audiuimus obseruare, ne quando pereffluamus*, hoc est, ne veluti fluxa dilabātur. & excidant verba Dei, sicut exponit Chrysost. Theophylact. & Euthym. ducta similitudine ab aqua, quæ decidit in terrā, atque iterum resumi nō potest. Hunc sensum reddūt verba illa Thecuitis fæminæ 2. Reg. 14. *Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur.* Ribera vero, & Salmeron alia similitudine, nec prorsus dissimili rem explicant. *Ne vereffluamus*, instar scilicet vasis rimosi effundamus ea, quę accepimus, iuxta illud Comici: Plenus rimarum sum hac, illac perfluo. Et sane haud facile occurret aliquid, quod melius naturā auditoris obliuioſi referat, quā vas vndiq; pertusū, quod infusū licorem non retinet, sed paulatim remittit. Sic propemodū vsus est Plaut. in Pseudolo veteri adagio: *In pertusum ingerimus dolium, operam ludimus.* Similia sunt quæ latius habet Plutarch. in lib de officio auditoris.

Hebr. 2. n. 1.

2. Pe. 14 n. 14.

Alia adhuc similitudine verbum, quo vsus est Paulus, explicant Lyra, Gagn. Claudius, & alij petita ex papyro tenui & peruia, quę nimirū atramentū protinus diffundit, atq; transmittit, ita vt literarū caracteres omnino obscuri, cæci, & confusi permaneāt, proindeq; sensus Pauli est. Oportet attente excipere Dei voces, & documēta, ne pereffluamus, id est, ne nobis accidat id, quod papyro tenui atq; gracili, quę percolatis. atq; transfusis literis legi nō potest; Nā ea, quæ minus attentè accipit animus (qualis prorsus est pueri) memoria deinde repetere, vel quasi relegere nō valet. Ne ergo hoc Israelitis accideret in tabulis lapideis cōscribēda fuere præcepta Diuina, vt sēper, & vbiq; ab Hebræis pro doctrina possent repeti, & relegi.

Quia vero in eo itinere plures difficultates Israelitas iterfacietes remanebant, data lege docuit, quomodo eas superare possent, quod bene prosequitur Ruper. lib 3 in Exod. cap. 20. post med. vbi ait. Vt quid data est lex, nisi vt pugnare doceret, & vt secundum illam homo contra diabolum manus suas, id est, opera iustitiæ, in cælum su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stoleret? &c. Cum vero desertus locus horroris plenus esset, & præcipitia multa occurrerent, oportebat adesse legem, quæ illa vitare ostenderet, &
Psal. 18. *n.* 105. rectam vitam illustraret: *Lucerna enim est lex Domini, & præceptum Domini lucidum illuminans oculos.* Vbi Tertull. lib. de pudicit. legit: *Longe lucens.* Quod bene Caiet. exposuit, dicens: Nō modo lex appetitui recta, & iucunda voluntati est, verum etiam intellectui clara sine ambage, aut perplexitate disputationis, absque necessitate interpretationis. Lucerna item dicitur,
Prou. 6. *n.* 23. & lux Prouerb 6. *Mandatum lucerna est, & lex lux*: Vbi notanda venit distinctio Hugonis, quod mandatum lucerna dicatur, id est, lumen in testa, quoad vetus scilicet testamentum, quatenus in eo veritas sub litera, veluti sub nuce nucleus continebatur; lex vero lux, quoad nouum testamentum, quia in eo nuda, & luce meridiana clarior veritas emicat, quo eodem sensu dixit
Psal 118. *n.* 105. Dauid. *Lucerna pedibus meis verbum tuū* Psal. 118. vbi Ambros. Augustin. Hilar & Chrysost. plures mysticas interpretationes conflant. Videndusque erit Chrysost. tom. 1. ad cap. 2. Isai. in ea verba: *Venite ambulemus in nomine Domini*, hoc est, inquit, in præceptis, in lege ipsius: non enim sic oculos corporis nostri velut manu ducunt radij solares, vt animæ oculos illustrant legis præcepta, &c.

Non potuit autem Deus suis Israelitis aptiorē viæ socium, comitēq; adhibere, quam legem, quæ ipsos ad promissam terram ducere, in eamque introducere posset, si eidem obtemperarent, & iuxta illius monita ambularent. In quam sententiā facit Augustin. ser. 1 de verbis Domini ant. med. vbi duo præclara loca conciliat, alterum
Luc. 10. *n.* 58. quidē apud Luc. in c. 10. vbi ita habetur: *Cū vadis cum aduersario tuo ad Principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerē.* Alius vero locus habetur Matth. in
Matth. 5 *n.* 25. cap. 5. vbi dicitur: *Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris.* Hunc igitur aduersarium nobis describit Augustin. legem Dei, quæ nobis aberrantibus, & à recta via decedentibus sese opponit, quasi inimicus esset, vt tamē corrigat, & deducat. Sic vero habet Augustin. Si vtraque verba iungamus, si Euangeliorum duorum comparemus, aduersarium istum cito intelligemus. Ecce enim hic quid dixit? Cum vadis ad Principem cum aduersario tuo, da operam in via liberari ab eo: Et alius Euangelista hoc ipsum sic posuit. *Esto consentiens aduersario tuo cito cum es cum illo in via.* Vnus dixit da operam liberari ab illo, alter dixit, consenti illi. Non enim poteris liberari ab illo, nisi ei consenseris. Vis liberari ab illo? Cōsenti illi. Quæramus illum, & consentiamus illi. Si peccas, aduersarius tuus sermo Dei est. Verbi causa. Forsitan delectat te inebriari, dicit tibi, noli. Delectat te adulterari, dicit tibi sermo Dei, noli. In quibuscunque peccatis volueris facere voluntatem tuam, dicit tibi, noli. Aduersarius est voluntatis tuæ. O quam bonus aduersarius, quam vtilis aduersarius, non quærit nostram voluntatem, sed vtilitatem, Aduersarius est nobis quandiu sumus & ipsi nobis. Quandiu tu tibi inimicus es, inimicum habes sermonem Dei. Esto tibi amicus, & concordas cum illo. Non homicidium feceris, audi, & cōcordasti, dic mihi quid perdidisti? Non solum nihil perdidisti, sed & te ipsum, qui perieras, inuenisti. Via vita ista est, si concordauerimus cum illo, si consenserimus illi, finita est via, non timebimus iudicem, ministrum, carcerem. Sic Augustin. ostendit quam amicus aduersarius sit nobis sermo Dei, lexque eius cui dum assentimur,

viam istam recta conficimus ad promissam Patriam cuius aduersitatem, dum patimur, reducimur, & á quo dū tegimur, liberamur. Ijs proinde, qui ad promissam terram iter faciebant, comitem adhibuit legem quæ duceret, reduceret, & induceret filios Israel in illam, si tamen huic aduersario diuinitus concesso consentientes, & obsequentes forent.

Per legem igitur innotuit Israelitis peccatum, sicut dixit Paul. Rom. 3.
Rom. 3. *n.* 20. *Per legem cognitio Dei.* Lex enim vetus, sicut ibi ait Pererius, illuminauit mētes hominum tantummodo ad cognitionem peccati. Addit verò Tolet. non vt illud deleret: Sicut enim medicus sanaturus infirmum, grauitatē morbi ipsi prius exponit, vt sanationis gratiam pluris faciat, ad eamque desiderandam, & procurandam magis inducat, quam postea medicamētis efficit; ita Deus noster hominem à peccato sanaturus legem dedit prius, qua peccatorū morbi manifestarentur, & omnes cognoscerent se indigere medicina, & ad inquirendam eam prouocarentur: & ita Deus docuit per legē, quidnā esset peccatū, vt id prout possent cauerent, & illius medelam postularent, quam Christus sua morte erat operaturus. Docuit autem Deus per legem peccatum, quia pars illa moralis, quæ decalogi præcepta continet, manifestauit, quod iam ante lumine naturali notū erat. Illo enim ducti cognoscebant homines multa scelera esse peccata, id est, cōtra rationē. Tamē per legē docuit Deus peccatū perfectē, tū quia multa ignorabātur esse peccata, lumine naturali propter peccatū ex parte aliqua immi nuto: tū quia quę peccata agnoscebātur, imperfecte agnoscebātur eo quod neque illorū tota grauitas noscere tur. Nā gentes peccatū sicut cōtra rationē factū detestabātur, at sicut Dei iniuriam non agnoscebāt, quod si adhuc aliqui id assequebantur, non tamen quanta Dei offensa esset, percipiebāt, præter Patriarchas, & eos, de quibus Scriptura meminit, qui ex doctrina Adami, eiusque traditione & Dei reuelatione id acceperunt. At cæremonialis, & iudicialis lex nō sic manifestauit peccatum quanquā etiā in aliquibus ostenderit, de quibus consule Tolet. annotat. 14. Lex ergo moralis præcepit, ostēdit, & docuit quæ erant bona, prohibuit item, & docuit quæ erant mala lex vero cæremonialis sub typo, & ænigmate docuit, quæ essent sperāda, & vētura, maiora vtique, & perfectiora, quam quæ tū téporis populo illi á Deo conferebantur.

Per legem item innotuit voluntas Dei quæ ideo voluntas signi dicitur, quia & signat, ac demonstrat quæ sit volutas Dei quo ad ea, quæ facere debemus aut vitare; sicut etiam arca testimonij dicebatur ea, in qua tabulę legis continebantur, quæ testificationē voluntatis Diuinæ ostentabāt. Vnde Dauid Psal. 118. *Declaratio sermonum*
Psal. 118. *n.* 130. *tuorū illuminat, & intellectū dat paruulis.* Hebr. *Apertura sermonis tui.* id est, dum per legem, & verba illius aperuisti populo tuo voluntatem tuam, *infantibus adhuc scientia intelligentiam tribuisti.* Genebrardus legit: *Lucem præbet simplicibus*, id est, rudibus, & ignorantibus. Pagninus. *Apertio verborū tuorum illuminabit erudiens simplices: veluti Sol obiectus oculis illuminat, & intelligere facit quosque rudissimos.* Et Psalm. 18. *Lex Domini immaculata.* Tertullianus 4. contra Marcion. cap. 1. & lib. de pudicit. cap. 6. *Inuituperabilis*, vtpote, in qua nihil falsum, aut malum, nullum peccatum permittens, nihil non verum admittens. Leges Iustiniani nō tā leges, quā lites, & cauillationes, inquit Bernar. 1 de Consid. cap 4. subuertentes iudicium. Qua de re optimē Saluian. 7. de prouident. ad fin. loquens de Romanorū legibus: Sane ad
Psal. 18. *n.* 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

parendũ humiles, abiectique cogũtur cõpelluntur iusſis obtẽperare pauperculi, & niſi obtẽperauerint, puniũtur. Soli iuſsis publicis ſeruiunt, ſicut ſoli tributa ſoluũt. Ac ſic in ipſis legib⁹, & in ipſa iuſta rerũ præceptione maximũ iuſtitiæ ſcel⁹ agatur, cũ ea mínores, quaſi ſacra, obſeruare cogũtur, quę máiores iugiter quaſi nulla, cõculcãt, &c. *Cõuertens animas.* Tertul. citatus ab idolis ad Deũ Heb. *Redire faciẽs animas. Teſtimoniũ Domini fidele ſapientiam præſtans paruulis.* Hebr. *Sapientiam efficiens ſimplicem, qui picturis ludit, & delectatur,* quod maximè quadrat rudibus Iudæis, quales erant vſque dum legem Domini acceperunt.

Docuit item id, quod homo initio noluit diſcere, cum enim á principio Deus deſcriberet, & doceret quomodo ſanitatem, & integritatẽ, in qua cõditus fuerat conſeruaret homo, iuſsis Dei non ſtetit, proindeque in morbũ exitialem incidit: at cæleſtis medicus ægroti hominis miſertus, illum iterũ per legem docuit, quid tangeret, quid non tangeret, ne grauius ægrotaret, & ſanitatẽ facilius conſequeretur. Quod proſequitur D. Auguſt. in Pſalm. 102. longè à principio, vbi ita ait. Non te ſanabit, qui facit talem; qualis non ægrotares, ſi legem ſanitatis acceptam ſeruare voluiſſes? Nonne tibi & diſpoſuit, & mandauit quid tangeres, & quid non tangeres ad retinendam ſalutem? Noluiſti audire ad retinendam, audi ad recipiendam, & cætera quæ proſequitur.

Fuit autẽ ſingulare beneficiũ per legem docere hunc populum, quia magni ſit curari ab infirmitatib⁹ corporis, quanto magis medicinam, & ſalutẽ animi recipere, quod ſit per præcepta, vt vidimus & proſequitur Clemens Alex. 1. ſtromat circa fin. vbi ita ait Lex eſt iuſſus ſcientiæ, nemo propter ſupplicia inſectetur legẽ tanquã non bonã & honeſtã, neque enim qui aufert morbũ corporis beneficio afficere videbitur? Qui autem ab iniuſtitia animã conatur liberare, nõ maiorẽ videbitur curam gerere, quo eſt anima corpore præſtantior? Sed pro ſanitate quidem corporis, & ſecari, & vri, & medicamenta portare ſuſtinemus, & qui hæc adhibet, ſeruator vocatur, & medicus, & nec ei inuidet, nec male vult ægrotus. Lex eorũ, qui parent, curã gerens, & propulſat vnumquodque peccatũ, pœnas imponẽs ijs, quæ ſunt mediocria, cum autem viderit aliquẽ ita ſe habere, vt videatur immedicabilis; vtpote qui ad extremã prouehatur iniuſtitiã, tunc aliorũ iam curam gerens, ne ab ipſo corrũpantur, tanquã aliquã partem á toto corpore reſecans, ſic eũ, qui huiuſmodi eſt, occidit ſaluberrimè. Lex eſt benefica, quæ alios quidẽ poteſt iuſtos ex iniuſtis facere, ſi modo velint audire, alios verò liberat è malis præſentibus, &c. quibus oſtẽdit optimã fuiſſe legẽ, dũ & ægrotis medetur, eoſque ad ſanitatẽ adducit, inſtruẽdo quę vitãda ſint, quę amplectẽda: & in ſanitate cõſeruat eos, qui peſsimi ſũt, vel à correctione alieniſsimi, penit⁹ auferẽdo, vt videre eſt per totam veterem legem.

Inſuper & præſtantiſsimum beneficium extitit, dum per traditionem legis, hunc peculiariter inſtruxit populum quod cæteris nõ præſtitit. Nã ſicut Tertull. 2. contra Marcion. c. 4. poſt med. aduertit, initio mundi Deus homini conſulens, illi tulit legem, cũ cæteris creaturis nõ præſcripſerit, qua de re iure ille poſſet gloriari; ſic etiã & dum populum iſtũ docuit præſcribens legem, magnum contulit beneficium. Sic verò habet Tertull. Sed & quam arguis legem, quam in controuerſias torques, Bonitas erogauit, cõſulens homini, quo Deo adhæreret, ne non tam liber, quam abiectus videretur, æquandus famulis ſuis cæteris animalibus ſolutis à Deo, & ex faſtigio liberis: ſed vt ſolus homo gloriaretur, quod ſolus dignus fuiſſet, qui legem á Deo ſumeret, vtque animal rationale intellectus & ſcientiæ capax, ipſa quoque libertate rationali contineretur ei ſubiectus, qui ſubiecerat illi omnia. Quibus in verbis oſtẽdit Tertull. quantũ bonũ fuerit Deum primo homini præcepta apponere, quod cæteris animantibus non fecerat, & quomodo honorauerit, non depreſſerit, dũ adhibitis præceptis eum in ſuo obſequio voluit cõtinere. Nã ſicut dixit Ambroſ. lib. de Elia cap. 22. Dei legis iugum non conterit colla, ſed honeſtat, non alligat ſeruitutẽ vinculis, nec neceſsitate conſtringit, ſed voluntatem boni operis dirigit. Quod etiã proſequitur idem Ambroſ. lib. de paradiſo c. 14. ad illa verba Dei ad Euam: *Sub viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tui*, Geneſ. 3. Deſignatur, inquit ille, Eccleſiæ ad Chriſtum futura conuerſio, & religioſa ſeruitus, ſubdita Dei verbo, quæ multo ſic melior quam ſæculi huius libertas, hæc ſeruitus donum Dei eſt, &c. Hæc igitur ſeruitus non ſolum honorabiles reddit eos, qui obtemperant Domino obſeruando præcepta illius; de quo honore nos multa diximus initio epiſt. Iacobi. §. 2.

Gen. 3. n. 16.

Sed inſuper lætitia afficit quos ſubiectos lex Dei conſtringit. Vnde Dauid Pſal. 1. *In lege Domini voluntas eius*, vbi vox Hebræa, *chephets*, non ſimplicem voluntatem ſignificat, ſed voluptatem; vt hæc voluptas referatur ad beatitudinem, & beatum dicat, ac lætiſsimum eum, qui legem Dei ſeruat, & diligit: quod bene expreſsit Tertull. 2. contra Marcion. cap. 19. in princip. vbi ait. Quid faceret beatum hominem, quam in lege Domini voluntas eius? Quam legem non duritia promulgauit Authoris, ſed ratio ſummæ benignitatis populi potius duritem edomantis, & rudẽ obſequio fidem operoſis officijs dedolantis: vt nihil de arcanis attingam ſignificantijs legis, ſpiritalis ſcilicet, & propheticæ; & in omnibus penè argumẽtis figuratæ. Sufficit enim ſi ſimpliciter hominẽ Deo obligabat, vt nemo eam reprobare debeat, niſi cui nõ placet Deo ſeruire, &c.

Pſal. 1. n. 2.

Quanquam verò Deus docuerit populum ſuum per legem veterẽ, ſemper tamen notanda venit maxima differentia inter vtramque legem, illam ſcilicet, & Euangelicam, de qua nos plura diximus apud Iacobum; nunc recolendum obſeruamus id, quod habet Rupert. lib. 3. in Exod. cap. 20. poſt med. Manus, inquit, Moyſis erant graues, quia videlicet nihil ad perfectum adducere poterat lex. Sumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubtus eum, in quo ſedit; quia videlicet ad hoc in mundum venit Chriſtus Filius Dei, & ad hoc, glorificato illo, datus eſt Spiritus ſanctus, vt legi, quæ infirmabatur, ſolida ſubſtitueretur gratia Euangelij, in quo ſederet Moyſes, id eſt, in quo adimpleretur lex. *Aaron*, inquit, *& Hur ſuſtentabant manus eius ex vtraque parte*: non difficultatem occidentis literæ, *quam neque Patres noſtri, neque nos* (inquit Apoſtolus Petrus Actor. 15.) *portare potuimus.* Chriſtus, & quem ille miſit, Paracletus ſuauem nobis, atque portabilem fecerunt in ſpiritu viuificante, &c. Similia ſunt quæ habet Hieronymus in illud Micheæ 7. *Paſce populum tuum in virga ſua*; vbi ponderat quomodo Moyſi ad regendum populum data fuerit virga, Apoſtolis autẽ prohibita Matth. 10. Quia populus, inquit, Iſrael duræ ceruicis erat, vtebatur Moyſes virga legali: Apoſtolis autem, qui ſapientiam loquebantur inter perfectos virga eſt excuſſa de manibus, quia perfecta charitas foras miſit timorem, &c. Quo ſenſu etiã Rupert. aduertit verba illa Pauli ad Ga-

Mich. 7. n. 14.

Matt. 10. n. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Galat. 3. n. 19.

lat. 3. *Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui repromiserat, ordinata per Angelos*; vbi sic habet Rupert. lib. 2. in Exod. cap. 25. in med. loquens de lege veteri, & de cæremonijs eius. Legem cæremoniarum ordinatam dixit non in manu, vel digito Dei, sed in manu mediatoris Moysi, cum testamentum à Deo cõfirmatum asseruerit: vincula enim quædam fuerunt propter transgressiones posita, scilicet, vt dum talium sacrificiorum, vel festorum ritu detinerentur, non vacaret eis errare à Deo suo, in suis adinuentionibus, & illicitis idolorum cultibus, &c.

Ne ergo aberrarent, & diuerterent in idolorum culturam docuit Deus per legem suam, in primis voluntatẽ, & affectum suum, deinde quid oporteret gentem illam facere, quid vitare, vt Dei amicitia digni haberentur, & ipsius gratiam, non vi quidem legis adeptam, sed liberalitate Dei assecutam conseruarent. Cum autem non fecerit taliter omni nationi, neque iudicia sua alijs manifestauerit gentibus, neque eas docuerit, inde est, quod inter cætera beneficia hoc præcipuum exprobrat collatum ingratæ genti Moyses dicens: *Circumduxit eũ, & docuit.*

Num. 11.

TEXTVS.

Sicut aquila prouocans ad volãdum pullos suos, & super eos volitans; expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.

EXPOSITIO LITERALIS.

INcipit iam exponere Moyses quomodo Deus populum Israeliticum eduxerit ex Ægypto, vbi veluti excluſi pueri in nido detinebantur: ſicut igitur aquila, quæ inter aues cæteras nobilitate, & amore erga pullos excedit, cum eos ad volandum è nido excitat, huc illucque volitando allicit; & alarum remigio, repetitaque extenſione docet quo pacto exire, & ſe aeri committere poſsint. Quod ſi imbecillos conſpiciat, parumque ſufficientes viribus ad proſequendum volatum, & transmigrandũ de loco in locum: ne volando laſſentur, neué ab alio ſagittis transfigantur, eos expanſis alis defert, & tuetur. Cum enim nihil à ſuperiori parte timeat, quippe quæ altior cæteris volando immineat, ſed à parte inferiori ne iacula mittantur; horum ictibus ſe exponit, opponitque pectus, quo ſecuros, & incolumes deferat filios. Ad hunc igitur modum Deus Iſraelitas in Ægypto, veluti excluſos pullos, nec è nido excedere audentes, tot miſsis nuntijs, tot patratis mirabilibus, tot inſli-

ctis plagis ad egreſſum, & volatum incitauit; videnſque eos adhuc veluti imbecillos, & implumes, quaſi expãſis ſuæ prouidentiæ alis aſſumpſit, protexit, & ſubuexit, tum per ſe, tum per Angelum viæ ducem, tum per columnam ignis, & nubis.

Pſal. 43. n. 24. Pſal. 75. n. 22. Iudic. 5. n. 12.

Sicut aquila prouocans ad volandum. Hebr. *excitat, & incitat.* Eſtque idem verbum, quod habetur Pſal. 43. *Exurge, quarè obdormis Domine?* Et Pſalm. 73. *Exurge Domine Deus meus in cauſam meã.* Et Iudic. 5. *Surge Debora, ſurge, & loquere.* Septuaginta hoc in loco habent: *Sicut aquila tegat nidum ſuum, & ſuper pullos deſideranit.* Quod etiam habetur in catena Et Hieron. in c. 23. Matth. Cõplutenſ. habẽt: *Volabit*; *Expãdit alas ſuas, ſuſcepit eos, & aſſumpſit eos ſuper ſcapulas ſuas.* Hebr. ad verbum: *Sicut aquila faciendo mouere nidum ſuum ſupra pullos ſuos mouebit*; vbi verba illa: *faciendo mouere*; ſignificant prouocationem pullorum ad volatum: neque enim alium motum procurat aquila, quam volatum, ad quem excitat pullos docẽdo, & prouocãdo eos ſurgere, & alis geſtire, tanquã volatum inchoantes. Nomine verò nidi pulli intelliguntur, continens ſcilicet pro contento. *Expandit alas ſuas, accipiat eũ, portabit eũ ſuper alã ſuã.* Vbi futurum ponitur pro præterito, ſicut cõmune eſt in Cãticis, & Pſalmis Pagnin. etiam ex Hebræo habet: *Vt aquila excitauit nidum ſuum, ſuper pullos ſuos cubauit; quemadmodum auis poſtquam pullos è nido emittit.* Poteſt item verti ex Hebræo: *Extendet ſe:* etenim verbum Hebræum, *ierahefet*, ſignificat, fouere, & incubare. & extendere ſe, vt patet Geneſ. 1. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Hebraicé, *merahefet. Diuidere faciet alas ſuas*, quas ſcilicet cõiunctas habebat; quandiu non volabat: *Accepit eum: portauit eum ſuper alam ſuam.* Chald de preſenti loquitur, ſicque habet: *Sicut aquila, quæ feſtinat*, volitando ſcilicet, *ad nidum ſuum, & ſuper filios ſuos incubat, expandit alas ſuas, ſuſcipit eos, portat eos in fortitudine pennarum ſuarum.* Noſter igitur Interpres ſenſum optimé reddidit, vt intuenti patebit, magiſque conſtabit ex ſubiecta explicatione.

Gen. 1. n. 2.

Petita igitur ſimilitudine aquilæ oſtendit hoc in loco Deus per Moyſen quomodo ſuos protexerit, & defenderit Iſraelitas, ſicut alibi oſtendit in illorum protectione inſtar leonis ſe habuiſſe, vt patet Iſai. 31. *Quomodo ſi rugiat leo, & catulus leonis ſuper prædam ſuam, cum occurrerit ei multitudo paſtorum, à voce eorum non formidabit, & à multitudine eorum non paucbit: ſic deſcendet Dominus exercituum, vt prælietur ſuper montem Sion, & ſuper collem eius.* Vbi Hieronym. aduertit alluſionem eſſe ad noſtrum textũ, cum Dominus inſtar aquilæ ſe habuiſſe aſſerit. Notandum verò eſt hoc in loco, quod ſicut nomine nidi, & pullorum impluriũ, & imbecilliũ intelliguntur in ſacra Scriptura populi prædæ expoſiti, & derelicti, vt conſtat ex Iſai. cap. 10. *Et inuenit quaſi nidum manus mea fortitudinem populorum, & ſicut colliguntur ova, quæ derelicta ſunt. ſic vniuerſam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret.* Quæ verba licet Tertullianus 2. contra Marcion. cap. 29. & aduerſus Praxeam cap. 18. Deo, eiuſque potentiæ, & immenſitati attribuat, ſine dubio Senacheribo tribuenda ſunt. Pulchraque ſimilitudine explicat, quam facilè pleraque regna perluſtrauerit, non tam paſsibus, quam victorijs, expugnaueritque non maiori labore, quam quis pullos in nido exiſtentes præripere poteſt. Sicut enim implumes, & omnino imbelles pullos nullus tuetur, ita nihil prorſus aderat, quod Aſſyriorum virtuti, & potentiæ obſiſtere poſſet. Sicut igitur nomine pullorum imbecillitas deſignatur; ſic etiam & nomine aquilæ ſedu-

Iſai. 31. n. 4.

Iſai. 10. n. 14.

litas,& molliſsima in pullos indulgentia, pariter & potentia exprimitur. Illa quidem nomine communis auis indicatur; vnde Chriſtus Dominus Matth. 23 ait: *Quoties volui congregare pullos tuos ſub alas, & noluiſti?* Vbi Chryſoſt. homil. 75. in med. ait. Amorem ſuũ ab imagine ſignificauit, ferueti namque amore aues pullos diligunt ſuos. Crebro autem hæc imago auis,& alarum apud Prophetas inuenitur. Et in Cãtico Moyſis,& in Pſalmis, mirabilem prouidentiam,& eximiam protectionem denotans. Similia ſunt quæ habet Clemens Alexan. Orat. ad gẽtes, vbi inter alia ait. Deus ex multa benignitate, & clementia hominẽ retinet, & amplectitur; ſicut enim cũ pullus é nido excidit, mater eius è nido auolat, natos chariſsimos pignora deferens. Deus autem Pater ſuum quærit figmentum, & ei, quod lapſum eſt, medetur, & feram perſequitur, & pullum rurſus in nidum recipit, vt rurſus auolet, incitat, &c.

Matt. 23. n. 37.

De aquila vero Hieronymus in c. 65. Iſaiæ ait. Inter cæteras animantes omnes, aquilarum quidem maximus in pullos eſt amor, quæ in excelſis, & inacceſsis locis nidos collocant, ne coluber fœtus violet. Amethyſtum quoque inter pullos eius lapidem reperiri ſcribunt, quo omnia venena ſuperentur. Si hoc verum eſt, rectè affectus Dei in ſuas creaturas aquilis cõparatus eſt, qui omni ſtudio protegit liberos ſuos, ne draco,& coluber antiquus diabolus obrepat nouellis fœtibus, vt ad nomen lapidis, qui ponitur in fundamentis Sion, omnes aduerſariorum inſidiæ frangantur &c.

Eſt itaque ſingularis affectus aquilæ in pullos, imo & in homines, maximè ſi is virgo ſit, aut amicus. Narrat quidem Plin lib 10. cap. 5 in Seſto educatam á virgine aquilam, eamque libertate donatam, hanc ei duplicis beneficij gratiam ſic rependiſſe. Primo, vt aues venatu captas mox ad virginem deferret; ſecundo, quod virgo obijt in accenſum rogum, quo corpus virginis comburendum erat, ſe iniecit. Ptolomæum Soterem Aſinoæ filium ferunt Macedones, teſte Suida, in lago expoſitum, & ab aquila nutritum, quæ ſublimis ſuper infantem expanſis alis, æſtum Solis, & pluuiã excipiebat; accurrentes abigebat aues, & coturnicum ſanguine vice lactis alebat. Similia ſunt quæ habet Pauſanias lib. 4. & ex Philarco Athenæus, & Helianus lib. 12. cap. 21. vbi narrat Tilgamum Regem Babylonis, cum puer eſſet, auiſui iuſſu præcipitatum, ab aquila ſubuolante dorſo exceptũ, & in hortum expoſitum. Hoc, inquit ille, ſicut fabula videtur, me quoque non approbare illi fatebor. Audio tamen Achamenem Perſam quoque, á quo nobilis Perſarum proſapia deſcendit, aquilæ alumnum fuiſſe. Mirũ quid aliud de aquila refert lib. 17. cap 37.

Neque in ſacris literis mira deſunt de aquilis, nam ſancti Stanislai Cracouienſ Epiſcopi á Boleslao Rege occiſi, corpus quatuor aquilæ á canibus, & feris defenderunt toto biduo, donec Sacerdotes diſiecta membra collegerunt, quæ ſubito coaluiſſe dicuntur. Sancti item Benedicti occiſi corpus à latronibus in aquam proiectum aquila demonſtrauit. Beda item referente S. Cutbertho aquila piſcem detulit, ne fame periret. S. etiam Medardus, cum puer eſſet, in campo pluuiæ expoſitus ab aquila corpus,& alas ſuper eum expandente, ſicut in eius vita habetur, ſeruatus eſt.

Quæ omnia ea mẽte adduximus, vt ex eis conſtet nullo meliori ſchemate potuiſſe Deum amorem, & prouidentiam ſuam erga gentem Hebræam demonſtrare, quam aquilæ, & erga ſuos pullos amore debacchantis,

& erga imbecillos,& ſe minimè tueri valentes potentiſsimæ. Etenim potentia ſimul cum materna indulgentia per aquilam indicatur, eſt ſiquidem regia auis, & olim Dijs dicata. Licet autem & in bonam, & in malam partem aquila ſumatur, ſicut proſequitur D. Hieronymus ad cap. 17. Ezechiel. vbi ait. Sicut cætera animantia ad bonam, & ad malam partem referri ſolent, ita & de aquila in bonam partem dicitur, quod iuſtus diues effectus faciat ſibi alas, ſicut aquilæ, vt poſsit reuerti in domum præceſſoris ſui. Et in Iſaia ſcriptum eſt cap. 40. Quod iuſti pennas afferant, ſicut aquilæ; currant, & non laſſentur, ambulent, & non eſuriant. Et in exemplum etiam Domini affertur. Poſſemus & nos Nabucho donoſorem in malam partem aquilã dici,, nempe plenam vnguibus, vt laceraret, & diriperet: Et magnis alis, qualis apud Ierem. cap. 48. n. 40. & cap. 49 n. 22. Et Ezechiel. 17. n 3. vbi etiam n. 7. Rex Ægypti aquila etiam dicitur. Hoc tamen in loco in bonam ſumitur partẽ, vt conſtat, per eamque deſignatur potentiſsimus Dei amor,& de aquila dicit Plin. lib. 10. cap. 3. in princip. Aquilæ maximus honor, & maxima vis habetur; ideoque eadem aquilæ ſimilitudine vſus Deus ait. Exod. 19. *Vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Ægyptijs, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum.* Ob præclaras etiam quatuor analogias aquilæ comparat Chriſtum Dominũ Ambroſ. lib. 2. de Salomone cap. 2.

Exod. 19 n. 4.

Hac igitur ſumpta ſimilitudine affectum, curamque,& protectionem ſuam circa gentẽ Hebræam proponit Deus qua de re ſic ſcribit Chryſolog. ſer. 170. poſt. princip. Totum te, & pro te homo Deus patitur, quia te nimis deligit, nimis amat habitus ſuſcipit formas variat, commutat officia. Et nunc igneus tibi reſpledet in rubo, vt perſidia te frigidum, fidei calore ſuccendat. Nunc eluceſcit cæleſti flammeus in columna, vt remotis ignorantiæ tuæ tenebris per ſolitudines mundi huius viam poſsis ſcientiæ percurrere ſalutaris. Nunc idem tibi nubis vertitur in columnam, vt ardentes tuorum temperet æſtus animorum: Nunc te vt aquila protegit pennis ſapientia,& cæleſtem prouocat ad volatum dicente Moyſe: Sicut aquila protegit nidum ſuum,& ſuper pullos ſuos confidit, extendens alas ſuas excepit eos & ſuſcepit eos ſuper ſcapulas ſuas. Similia ſunt quæ habet ſerm. 69. Et Hieron in cap. 46. Exechiel. vbi oſtendit quomodo Deus pro ratione noſtræ indigentiæ plures induat formas, nobis opem ferens ſub eo ænigmate,& figuris, quę nobis magis videatur conducere.

Tanquam implumes igitur pulli in nido, in quo excluſi, & in lucem editi fuerant Iſraelitæ, neque pennas habebant adhuc, quibus poſſent efferri, auolare,& excedere, neque animũ conceperant, neque viribus pollebãt. Hos igitur ſic detentos veluti aquila prouocauit Deus, non quidem toto pondere incubans, ſed ſuſpenſo aliquantulum corpore, eos operiens alliciens,& prouocans, vt egrederentur ad promiſſam Patribus terram, volãtes quidem é nido,& libertatem iam per volatum ſignificatam ſectantes. Lyranus hoc explicat dicens: Per multa ſigna,& mirabilia eis data prouocauit eos Deus ad egrediendum de Ægypto. Et Abulenſ. ſic explicat. Cum aquila vult prouocare pullos ſuos ad volandum, volitat ſuper eos, vt ipſi volare deſiderent; ita Deus volens educere de Ægypto Iſraelitas, prouocauit eos ad exeundũ per multa mirabilia, quæ ante fecit, vt ipſi confiderent in bonitate, & poteſtate eius. Et ſicut olim teſte Alexand. ab Alex. lib. 4. cap. 2. poſt princip. cum

dimicandum foret, sola aquila, quæ ordines præiret é castris educebatur, & sub eo vexillo pugnabatur. Reliqua vero signa in castris ante prætorium fixa locabantur, hoc enim insigni Iouem aduersus Titanas vsum ferebãt: Sic & Deus castra Israelitica præibat, & educebat instar imperialis, & supremæ aquilæ viam demonstrans, suppetias, opem, & victoriam promittens.

Dicitur autem prouocare ad volãdum Israelitas, sequela enim Dei rectè per volatum indicatur. Is enim, qui Deum sequitur, quia omnia terrena deserere debet, congruenter etiã volare dicetur. Insuper quia oculos ad superna debet leuare, hoc etiam rectè exprimitur adducta similitudine aquilæ, quæ filios suos genuinos experitur, faciendo eos in conniuentibus oculis Solem intueri, sicut hic ait Glossa qua de re etiam Plin. lib. 10. cap. 3. ait. Pullos cogunt aquilæ aduersos intueri Solem, & quos continentes animaduertunt, præcipitant è nido, velut adulterinos, atque degeneres. Illos autem, quorum acies firma contra steterit, educant. Qui igitur fieri poterit, vt volãtem, & solaré sequãtur Aquilã, qui terrenis adhęrẽt, & Ægypti luto, ac cæno volutantur, nisi mentem, oculosque ad superna eleuent, & animo volitent prouocati.

Mich. 2. n. 10. Prouocauit igitur Deus Israelitas, quasi dicendo illud, quod dixit apud Mich. cap. 2. *Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem*; Vbi Hieron. ait. Iubemur in nullis mundi rebus (quales plane erant Ægypti) putare nobis requiem, sed quasi à mortuis resurgentes, ambulare post Dominum Deum nostrum. Quod si neglexerimus, & noluerimus audire dicentem. *Exurge qui dormis, & eleuare, & illuminabit te Christus*; decipiemur, & non inueniemus requiem, &c. Qua in re notanda est Hebræorum infælicitas, qui prouocati à Deo nolebant egredi ex Ægypto, sicut etiam postea prouocati à vero Moyse Christo Domino noluerunt eum sequi, nec à terrenis separari, & eleuari supra materiales cæremonias, & egena elementa, vt ductum volantis aquilæ sequentes, ad cælestia tandem peruenirent. Quod bene prosequitur Gilbertus ser. 7. in Cant. ad illa verba Cant. 3. *Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea*: Vbi ostendit propterea Iudæos damnatos quoniam ab aquila prouocati noluerũt terrena excedere. Paululum, inquit ille, pertransi, quoniam sicut nos longe excedit iustitia, & incorruptione, sic prope factus est naturę indifferentis conditione: Nescierunt Iudæi in illius existimatione pertransire Moysen, pertransire Abrahã, pertransire reliquos, vel Patriarchas, vel Prophetas, qui illum, sicut vnum de reliquis existimabant, nec aliquid habere gratiæ præcellentis, denique dicebant Ioan. 8. *Abraham, & Prophetæ mortui sunt, &c. Quem teipsum facis?* Noluerũt Ioannem pertransire, sed dicebant, quia Ioannes ipse est Christus, non passus est tamen res in se manere Ioannes: Non sum ego, inquit, Christus. Nescit Synagoga pertransire, sed ad cæterorum mensuram æstimauit illum. Sed Ecclesiæ pertransire sinit fides, & inuenit illum vnctũ oleo lętitiæ præ participibus. Et quam vberi vnctus erat oleo, de cuius plenitudine omnium nostrũ infudit vulneribus? Quoniã igitur adulterini erant filij, nocturnæ aues, & terrenis tantum inhiantes, quantumcunque eos aquila prouocauerit, & docuerit, semitam tamen nec didicerunt, nec petierunt, quinimo prorsus ignorarũt iuxta illud Iob. 28. *Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis.* Ea enim auis, quæ oculos vulturis habet, nequit semitã aquilæ, aut noscere, aut sequi. Licet enim auis sit, leuis vtique

Cant. 3. n. 4.

Ioan. 8. n. 92.

Iob. 28. n. 7.

propter

propter insaniam, cui dictum fuerat: *Populę stulte, & insipiens.* Leuis itẽ propter pennas vanæ gloriæ, elationis, & superbiæ; quia tamen oculos vulturis habuit, ad volatum minime potuit ascendere: Sunt enim vultures auidissimi terrenorum, & carnalium ciborum; ita vt dicat Epiphan. in physiolog. cap. 7. voraciores esse cunctis auibus, adeo, vt quadraginta diebus continuis, se cibo inuento ingurgitent. Et Plin. lib 10 cap. 6. ait. Vultures biduo, triduoue ante congregari vbi futura sunt cadauera. Adeo eorum sunt auidissimi. Vnde & Martialis dixit: Cuius vulturis erit hoc cadauer? Et Origen homil. 7. in Leuit. propterea prohibitas has, & similes aues asserit, quia illis semper mortuorum corporum cibus est, & ex mortuis cadaueribus viuunt. Qui ergo oculos habent vulturis, ad immũda, scilicet, morticina, & terrena intentos, quantumcunque ad volatum superiorem, & spiritualem inuitentur, prouocentur, & alliciantur, semitam prorsus ignorantes, ad ima se demittunt, & conuolant. Ideoq; multo plures fuere ex Iudæis, eorumque genere, qui semitam ignorarunt, quam qui vocantem Dominũ sunt sequuti, quod significatũ est in eo, quod Deus dixit Abrahamo Genes. 22. *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est in littore maris*; quæ verba sic explicat in rem præsentẽ Eusseb. Cæsarien. lib. 2. demonstr. Euangel. cap. 40 Cum duo, inquit, sint, quæ Abrahæ Deus respondens promisit de ijs qui ab illo orituri erant; Vnũ quidem, quod futuri essent sicut stellæ cæli; alterum vero, quod tanquã arena maris: Dei quidem amici, quales fuerũt illi veteres, & Prophetæ, & Saluatoris nostri Apostoli, quibus ipse illud testimoniũ exhibuit: *Vos estis lux mundi*: luminibus cælestibus ipso splendore comparantur: Reliqui vero terreni scilicet, atque in humum spectantes, arenæ similes habentur: Iam vero arenæ grana numero excedunt stellas impari, ita vt si illa cum his conferantur, stellæ vtique paucæ censebuntur. Eodemque sensu intellexit prædictũ locum D. Augustin. homil. 44. Et quod plures fuerint, qui ex Iudęis Dominũ deseruerunt, terrenis adhęrentes, probat R. Samia apud Galatinum lib. 9. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 2. D. Hieronymus. Oseæ 9 n. 10 Et Isaiæ 27. n. 12. Augustin. lib. quæst. in Genes. in q. 148. atque idem Galatin. loco citato.

Gen. 22. n. 17.

Matth. 5. n. 14.

Longe aliter ac communiter explicari solet exponit hæc priora verba Torniellius in suis sacris annalibus anno mundi 2584 n. 22. Quemadmodum, inquit ille, aquila prouocat ad volandum pullos suos, sic complacuit Domino ad præliandum erudire populũ suum, & ad maiores indies progressiones faciendas excitare, atque animare; propterea prius aduersus singulares quosdam Reges ipsum dimicare fecit, quibus sigillatim superatis, eundem contra plures simul collectos bellare fæliciter voluit, &c. Quæ doctrina potest confirmari ex ijs, quæ tradit Rupert. lib. 3 in Exod. cap. 20 vbi late ostendit quomodo Deus Israelitas docuerit ad præliandum ex prioribus hostibus superatis.

Exod. 14. n. 19. *Extendit alas suas, & assumpsit eos.* Quoniam sicut quando aquilarum pulli teneri adhuc sunt, imbecilles, & implumes, si parentes eos de loco ad locum transferre volunt, assumunt eos super alas suas, ne pulli volando fatigentur, aut periculis obijciantur. Ita etiam & Deus cum voluit Israelitas suos ex Ægypto ad promissam Chananęorum terram transferre, eos sibi assumpsit, & inter medium Angelũ constituit cum nube, ne Ægyptij ad Hebræos valerẽt accedere, eisq; vel leuiter nocere. Dicitur enim Exod 14. *Tollens se Angelus Domini, qui præ*

cedebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

cedebat castra Israel, abijt post eos: Et cum eo pariter columna nubis priora dimittens post tergum: stetit inter castra Ægyptiorũ, & castra Israel. Præcedebat itaq; Deus in Angelo populum suum prouocans ad volandum, sicut dicitur Deut. 1. *Præcessit vos in via, & metatus est locum, in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis,* vbi Oleaster ait. Solét serui Dominos suos præcedere in via, & explorare, ac parare illis hospitia: hic vero vides Deum hospitia, ac quietẽ quærere.

Extendit vero alas, & assumpsit hũc populum, cum expandit nubem in protectionem eorum, & se veluti interposuit, ne quid nocumenti ad Israelem accederet, exponens se omnibus periculis, & incõmoditatibus. Alas vero suas vocat hoc in loco, quas Exod. 19. appellarat alas aquilarum, & quas Ose. 11. vocat brachia: *Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis,* quod etiam habent 70. & Chald. & Deut. 1. *Portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filiũ, in omni via, per quam ambulastis.*

Ose. 11. n. 3.

Deut. 1. n. 31.

Melius autem innotescet quid nominealarum sit intelligendũ, si aduertamus ommune esse, vt ala pro exercitu sumatur, idque in profanis, sacrisque literis. Vnde Cicero 1. officior. ait. Quo in bello te Pompeius alæ alteri præfecit. Hinc apud Esmetium & Gruterum videbis alam Britanicam Pannonianam, Indianam. Liuius lib. 40. ait: Alarij equites postquam Romanorum equitum tam memorabile facinus videre; qua de re vidēdus Lypsius, & Dodescal. ille in Polyb hic in Vegetio Pluraque habet idē Lypsius. 2. de milite Romano, vbi ostendit alam etiam constare peditibus militibus. In sacris vero literis Ierem. 48 *Extendet alas suas ad Moab,* id est, copias suas, & exercitum. Et rursus cap. 49. *Ecce quasi aquila ascendet: & avolabit. & expandet alas suas super Bosram;* Et Ezechiel. 13. Rex Chaldæorum eodem sensu vocatur aquila magnarum alarum. Quia vero Reges, & duces; regna, ciuitates, arces, & loca militum præsidio firmant, & tuentur, inde per translationem factum est, vt alæ pro patrocinio, defensione, & auxilio sumantur; Et in externo sermone dixit Vegetius lib. 2. Alæ dicuntur equitũ, quod ad similitudinẽ alarum ab vtraque parte protegunt acies: Et quoties ala in Liuio, & alijs occurrit pro auxilijs sumenda est, sicut ostendit Cerda in suis Commentar. ad Virgil. lib. 11. carm. 604. Quod vero in Sacris literis ala protectionem significet, videtur constare ex lib. Ruth, cum illa dixit ad Booz: *Expande pallium tuum super famulam tuam.* Hebr. eo in loco habetur: *Extende alam tuam super famulam tuam;* Quibus in verbis precabatur eum fauorem & protectionem, quam mariti exhibere solent vxoribus. Extensio igitur alarum Dei Diuinam indicat protectionem, & auxilium. Vnde Lorin illud Psalm. 90. *Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis,* vult esse allusionem ad hunc locum nostri Cantici, Basil. vero Theodoret. Euthym & Nicephor. ductã volunt similitudinem á propugnatore, seu qui primus in bello, prælio, acie, & pugna cõsistit, & scapulis quæ retro sunt contegit. Author operis imperfecti in Matth. homil. 46. post med. ad illa verba: *Quoties volui congregare pullos tuos sub alas?* Per alas intelligit Moysen, & Aaronem dicens: Cũ te in Ægypto quasi sanguinarius accipiter persequebatur Pharao, misi super te Moysen, & Aaron, quasi duas mollissimas pennas misericordię meæ & liberatos vos de vngibus eius, rapui in desertũ, &c. Hierony. vero in cap. 7. Ezechiel. per alas hoc in loco intelligit Apostolos. Vera tamen expositio amplectitur protectionẽ, præsidiũ, ac

Ezech. 13. n. 3.

Ruth. 3. n. 9.

Psal. 90. n. 4.

Ierẽ. 28. n. 40.

Idem. 49 n. 22.

tutelam,

tutelam, qua Deus populum suũ cõplexus est, sicut hic aduertit Agell. & Ceruant. in cap. 3. Sapient.

Illud autem *assumpsit*, & *portauit* inprimis denotat grauissimum Deo fuisse onus illum populum, quod inde colligi facile potest: Nam si filij sunt parentibus onus, vt patet ex Genes. 21. quando Abraham eiecit è domo Agar ancillam, & filium eius, ait Sacer Textus: *Tollens Abraham panem, & vtrem aquæ imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum.* Vbi 70. legunt: *Aquæ vtrẽ, & puerum super humerum eius.* Grandis sane dubitatio insurgit quomodo fieri potuit, vt hæc omnia portaret humeris suis mulier fragilis, maxime cum Ismael esset quindecim annorũ. Existimat ergo Caiet. Abrahamũ dedisse Agar omnia necessaria victualia ad iter, quod in Scriptura intelligitur per panem, & aquã, & hæc omnia in magna abundantia, quia diues valde erat. Et quis portabat hæc? Iumenta scilicet, & camelli. Quid ergo significat; *Imposuit super humerum eius?* Caiet. ibi. Quia omnium curam dedit ipsi Agar, ideo in medio traditorum (hinc victualium, inde puei) scribitur; *Posuit super humerum eius,* absolute. Metaphoricus siquidem sermo est ad declarandum quod non alicui famulo, sed ipsi Agar dedit onus curæ rerum, & pueri. Vbi Anton. à Fonseca in annotationib. ad Caiet. rem explicat ex Isai. 9. cum dicitur: *Cuius imperium super humerum eius.* Hoc est, inquit ille, sub tutela, & cura eius. Super humerum igitur matris posuit Abraham filium, quia onus curæ, & tutelæ illius matri incumbebat. Vnde & Iacob Genes. 49. Ruben primogenitũ suũ appellauit, *principium doloris sui:* vbi 70. vertunt, *Principium filiorum.* Nam vox æquiuoca est, & filios significat, & dolores etiam. Nec multum diuersa est vtraque lectio; nam qui principium filiorum parentibus est, eisdem est principium doloris, & solicitudinis: sicut Aben Esraz ibi annotauit; principium doloris est primogenitus, quia ille incipit parentibus dolorem, & curam afferre. Vnde Targum Hierosol. vertit: *principium solicitudinis:* Quibus habet similia Burgens. ad dictum locum: vt illius sensus sit. Tu primogenitus filius meus es, cum quo pariter mihi oriuntur, & adolescunt curæ, magis enim solicitus est amor in liberos, quos sibi assumunt parentes iugiter portandos, & alendos. Quod si filiorum est grauissimum onus, tale vtique fuerunt Deo Israelitæ, quorum non potuerunt non esse grauissimæ offensæ, & repetitæ iniuriæ. Maximũ item onus fuere Deo, quia cum admodum terreni essent, & terrena appetentes, vt illis exprobrauit Christus Dominus Ioan. 6. cum dixit: *Amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.*

Genes. 21. n. 14.

Ioan. 6. n. 26.

Isai. 9. n. 6.

Gen. 49. n. 3.

Vel hæc locutio assumendi, & portandi pensanda est solum ex paterno affectu, cura, & solicitudine, quod explicat Hierony. lib. 3. in Ose. cap. 11. vbi nostrum textum confert cum illo iam á nobis adducto ex Deut. 1. & altero ex Ose. 11. in hunc modum. Narrat quo amore Israel dilexerat, secundum illud, quod in Deut. legitur. *Portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum, in omni via per quam ambulasti, donec venires ad locum istum:* Et in alio loco; *Expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis;* Et ego, inquit, Pater eram, & nutritius factus sum: Et paruulũ meũ in vlnis meis ipse portabam, ne læderetur in solitudine: Et ne vel æstu, vel tenebris terreretur, in die nubeseram, in nocte ignis columna, vt quos protexeram, meo illustrarem, & sanarem lumine. Aliter; in tantum dilexi eos, & tam clemens Pastor fui, vt mor-

bidam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictá quem humeris meis ipse portauerim. Ipsi vero nō cognouerunt, quod mea illos passione curauerim. Sic Hieron. Magis adhuc innotescet hæc Dei asportatio, si aduertamus sponsā maximè gloriari, & sodales ipsius admirari quod ipsā sponso innixā videāt Cāt. 8. *Quæ est ista, quæ ascendit enixa super dilectū suum*, quod explicans Cyprian. ait: O dignitas sponsæ! Super Deū creatura, super Patrē filia, & ancilla super Dominum? Et Iustus Orgelitan ait. Ecce opus amoris, qui non fert aliū tangere rem amatā, affertque illud Isaiæ 46. *Ego feci, ego feram, ego portabo, & ego salvabo, &c.* Cū vero maximum onus fuerit iste populus, ex dicta ratione constat leue quidem Deo fuisse. Nam charitas teste Paulo 1. Corinth. 13. *Omnia suffert.* Instar trabis, inquit Cornel. à lapide, quæ impositum onus sustinet vel potius instar palmæ, quæ nō succumbit oneri, sed magis instar fornicis erigitur. D. Cyprianus tract. 3. de simplicit. prælator. Non legit. *Omnia suffert*, sed, *Omnia diligit*, quasi ideo sufferat quia diligit: Qua de re videndus est Chrysost. homil. 34 in eandē epistol. Et Gregor. 10. moral. cap. 8.

Cant. 8. n. 5.

Isai. 46. n. 4.

1. Cor. 13.

Dum vero eos portat in humeris suis securitatē indicat, quā ipsi nacti sunt ex eo, quod humeris Dei deportarentur, quod probari potest ex eo loco Isaiæ 58. vbi dicitur. *Delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudinem terræ.* 70. transtulerunt: *Eris confidens super Domino* (quod idem est atque inniteris super Domino) *& ascendere te faciet super bona terræ*: Eos enim, qui se Domino assumenti confidunt, & de terrenis nihil curant, assumit Deus & ascendere facit. Insuper assumens Israelitas, securos eos reddit dū eorum factus est scutum, clypeus, & protectio, Sic enim fieri solet ijs quos maxime diligit. Vnde Abrahamo dixit. *Noli timere Abraham, Ego protector tuus sum.* Hebr. *Ego Clypeus tibi.* Hinc

Isai. 58. n. 14.

Genes. 15. n. 1.

est quod Dauid dicebat Psal. 3. *Tu autē Domine susceptor meus es.* Hebr. *Clypeus.* Et Psalm. 7 *Adiutorium meum à Domino.* Hebr. *Clypeus in Domino.* Et Psal. 17 *Protector est omnium sperantium in se.* Hebr. *Clypeus.* Et in eodem Psal. n. 36. *Dedisti mihi protectionem salutis tuæ.* Hebr. *Clypeum saluantem*, siue *Iesum.* Et Psal. 38. *Protector noster aspice Deus.* Hebr. *Clypee noster aspice.* Clypei quibus in terra protegimur, egent oculis nostris, vt. s. illis cōsulamus, & prospiciam⁹. At clypeus hic noster cælestis oculatus est & maxime oculatus, sibi enim nobisq; prospicit, & ita prospiciendo asserit ita se male affici, ac violari ab ijs, qui eos, quos protegit, & abscondit, impetere, & offendere præsumunt, ac si pupillam oculi sui læderent, & vulnerarent. Dū itaque Israelitas assumpsit in humeris suis, ipsorum factus est clypeus, quod singulare beneficium denotat, ideoque cap. 33. Deut. dicitur: *Beatus es tu Israel, quis similis tui populo? Qui saluaris in Domino, scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ.* Videndus in hanc sententiam Caiet. cum explicat illa verba Exod. 19. *Vos ipsi vidistis quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi.* Vbi R. Salomō, quem sequitur Caiet. idem esse dicit, atque portare innoxios, & inuulnerabiles. Quoniam, inquit, aquila fert pullos suos non vnguibus, vt cæteræ solent aues, sed locatos in humeris protegit expansione alarum: vt licet ab imo quis eos iaculis petat, ipsam potius, quam pullos vulneret, &c. Et Oleaster expendens illud Exod. 14. *Tollens se Angelus Domini, qui præcedebat castra, abijt post eos*, ait Perirent iusti nisi se Dominus inter eos, & hostes suos medium interponeret. Vbi expende qualiter Deus iustos diligat, quod sese primū propter eos, hostibus obijcit, quapropter Abrahæ dicebat: *Ego scutum tuum, & merces tua magna nimis.*

Psal. 3. n. 4.

Psal. 7. n. 11.

Psal. 17. n. 31.

Ibidem. n. 36.

Psal. 38. n. 10.

Deut. 33. n. 29.

Exod. 19. n. 6.

Exod. 14. n. 19.

Hic igitur populus, qui tam singulari beneficio à Deo affectus est, vt ipse quasi aquila eum tanquā pullos sibi assumpserit educendum ex Ægypto, & deducendum in optimam terram promissam, quia tāto muneri ingratus fuerit, & protegentem aquilam, ac ad superna prouocantem, & deducētem despexit, æquitatis iure meruit ab inferioribus, ac terrenis aquilis spoliari, rapi, in captiuitatem duci, & in fruſtra discerpi: vnde Ezechiel. 17. *Aquila grandis magnarum alarum venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri*, idest, Nabuchodonosor venit ad templum, & pretiosa quęque abstulit, ac Babylonem asportauit. Libanus enim appellatur templum Zachar. 11. *Aperi Libane portas tuas*: Sic Habac. 1. de Chaldæis dicitur: *Quasi aquila festinans ad comedendum.* Et Threnor. 4. *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli, super montem persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis*; vbi sermo est de Chaldæis, qui persecuti sunt Sedeciam, eumque celeritate cursus comprehenderunt. 4. Reg 25. Et Hierem. 39. n. 5. & c. 52. nu. 8. & 9. Sicut bene interpretatur D. Thom. ad dictum locū Threnorum. Hoc etiam dictū fuerat Deut. 28. *Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis cum impetu.* Persarū enim signū militare erat aquila aurea extensa in longa hasta, vt ait Xenophon lib. 7. de Cyripędia, quod nomen etiam ad cæteros tyrannos deductum est, ideoque sic appellantur; maximè Nabuchodonosor. Venerunt deinde & alię aquilę super hunc populum, Romani scilicet, qui aquilæ dicuntur, quod eis in vexillis vterentur, assumpto Persarum more. Vnde Lucanus 1. Pharsal. ait. *Signa pares aquilas, & pila minantia pilis*: De quibus aquilis aliqui interpretantur illud Matth. 24. *Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ*; In Græco est, *cadauer*; Aduertit autem ad dictum locum Matthæi D. Hierony. quod aquilæ trans maria dicuntur sentire cadauera, & ad huiusmodi escam congregari. Vnde Iob. 39. de aquila dicitur: *Vbicunque cadauer fuerit, statim adest*: Et sanè hoc sensu maximè competit Iudæorum genti aquila superueniens, diripiens, & dissipans. Fuit enim Synagoga cadauer, sicut ostendit August. epistol. 19. ad Hierony. ant. med. vbi de cæremonijs veteris legis asserit: Amiserunt tanquam vitam officij sui veruntamen sicut defuncta corpora necessariorum, officijs deducenda erant quodammodò ad sepulturam. Vnde Sanctus Doctor infert quod si quis post sepulturam illius cadaueris, legis scilicet veteris, eisdem vteretur, tanquam sepitus cineres eruens: Non erit, inquit ille, pius deductor, vel baiulus corporis, sed impius sepulturę violator. Cum ergo Iudæi post Christi mortem, nouæque legis promulgationem vetere lege, ac cæremonijs illius vterentur, veluti è sepulchro fętidum cadauer eruebant. Vnde & fortassis apud nos fætidi dicuntur Iudæi, vtpotè qui cadaueris membra attrectent, quid mirum si aquilæ Romanorum illius gentis fætorem sentientes accurrerint, vt de facto accurrerunt, diripuerunt, & dilaniarunt. Qua de re Isidor. Pelusiota libr. 2. epistol. 305. ait. Postea quam scelerati, atque nefarij Iudęi propter audacissimum illud, & insuaue facinus aduersus Dominum perpetratum Angelico subsidio destituti sunt, tum verò Romanorum gladio traditi tanto numero capti sunt, vt qui conspexerunt adduci vix possent, vt crederēt quemquam eorum interijsse: Ac rursus tantus cæsorum numerus inuentus est, vt omnes ambigerent, an quisquam captus fuisset. Cum enim aduersus conseruos, dumtaxat eorum furor acueretur, par-

Ezec. 17. n. 3.

Zacha. 11. nu. 1.

Habac. 1. nu. 8.

Thren. 4. n. 19.

4. Reg. 25. n. 5.

Deut. 28. n. 49.

Matt. 24 n. 28.

Iob. 39. n. 30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciùs plectebantur: At cum aduersus Dominum furor ipsorũ excreuisset, tum verò vt eiusmodi scelere admisso, quod veniam omnem superaret, internetioni addicti sunt. Alij enim flamma, & ferro, alij fame oppressi sunt. Qui autem cladi superfuerunt, ob id tantummodo superesse permissi sunt, vt & belli calamitates tragicum in modum deplorarent, & velut captiui quidam verberones, orbem vniuersum peragrantes, crucifixi cultum, & venerationem omnibus in locis florentem prospicerent. Sicille.

Cæterum illud hoc in loco notandum est Iudæos, qui ab aquila prouocati sunt ad volatum, & assumpti super alas, vespertiliones mãsisse, & noctuas, vt lucem, quam Deus habitat, nullatenus attingere possent; aliàs vero loco eorum substitutas fuisse aquilas, iustos scilicet noui testamenti de quibus ferme omnes Sancti Patres intelligunt illud Matth. 24. *Illuc congregabuntur & aquilæ*: vbi Author operis imperfecti dicit propterea sanctos aquilas vocari, vt in aquilis regalibus, regalis sanctorum dignitas ostendatur. Euthym. vero stipantes assimilauit aquilis, tanquam alatos, ac regios, se ipsum caluaeri, quasi cibum spiritualem eorum, vitamque sempiternam. Similiter Theophylact. D. Chrysost. in 1. Corinth. homil. 24. hæc verba interpretatur de illis, qui ad tremenda accedũt mysteria. Vbi, inquit, fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ, ait Dominus, ostendens quod oporteat eum, qui ad hoc corpus accedit, esse sublimem, & cum terra nihil habere commune, & assiduè volare, ad solemque iustitiæ aspicere, acutosque, & perspicaces habere mentis oculos, aquilarum enim non gracculorum hæc est mensa. Ipsi tunc quoque ei occurrent è cælis descendenti, qui nunc dignè percipiunt: sicut qui indignè, extrema patientur. Similia sunt quę habet Isidor. Pelusiota epist. 282. Quod verò aquilæ proueniant ex cibo cęlesti patet ex Ælian. lib. 10. cap. 1. de aquila, quæ Iouis est. Probatur insuper ex modo, quo omnia terrena dimittunt, & cælum petunt; Etenim Ælian. lib. 14. cap. 10. ait. Aliæ aues volandi ideirco diuerticulis, flexionibusq; in cælum efferuntur, quod rectè non possunt: Sola aquila directo volatu in sublime fertur. Etenim cum omnia terrena dimittant, & sequantur prævolantem Aquilam nobis iter pãdentem, & docentem, quid mirum si recto euolent itinere, nec per diuerticulos inflectantur? Et de aquilæ genere, quod Græci appellãt Melænacton, ait Plin. lib. 10. cap. 3. Magnitudine minimam, colore nigrantem, viribus præcipuam, sola sine clangore, sine murmuratione conuersatur in montibus. Et Aristol. lib. 9. cap. 32. de aquilis: Nidulantur locis non planis, sed celsis, præcipuè quidem arduis saxis, & præcipitibus. Vnde Abdiæ 1. *Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum, &c.* quæ omnia aquilis noui testamenti facilè probabitur cõuenire. De quibus rectè intelligitur ille locus Prouerb. 1. *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum*, vbi Salonius Veronens. Episcop. fatetur, quod aues retibus sæpe capi, & proinde intellectum esse locum de sanctis. Sancti, inquit, & electi viri, qui habent pennas fidei, spei, & charitatis, cæterarumque virtutum, quibus ad cælestia contemplanda volant: habent & spirituales oculos, quibus insidias hostis antiqui prævident, & peccata præcauent. *Frustra ergo*, ideſt, in vanum, *iacitur rete ante oculos pennatorum*, ideſt, laqueus insidiarum diaboli obijcitur sanctis, & electis viris, quia facile in terra superare possunt insidias diaboli, qui suam conuersationem in cælis habent. Vnde recta est illa admonitio Thren. 3. *Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælos.*

Matt. 24 n. 28.

Abdi. 1. nu. 4.

Prouer. 1. nu. 17.

Thren 3. n. 41.

70. habent: *Assumamus corda nostra ad excelsum in manibus nostris in cælo.* Theodoret. legit: *Resumamus corda nostra, & intueamur in excelsum habitantem in cælo*, id est, semel, atque iterũ corda nostra sursũ leuemus, adeo enim graue plerumque est cor nostrum, & fugitiuũ, vt opus sit ipsum non solum semel sumere, sed iterum, & sæpe assumere; Vnde Dauid 2. Reg. 7. ait: *Inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te oratione hac.* Quod expendens D. Augustin. in Psal. 85. ait. Inuenire se dixit Dauid cor suum, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi tanquam fugitiuum. Adeo insuper graue est cor nostrum, vt opus sit illud, non vtcumque, sed vtraque manu eleuare, ad hoc, vt sursum feratur, nec demersum in peccatorum cæno remaneat: insuperque opus sit vtraque manu dirigere, ne hac, illacue digrediatur. Ideoque Hierem. 31. in hoc sensu dixit: *Dirige cor tuum in viam rectam.* Vbi Septuaginta habent: *Da cor tuum in humeros tuos*, adeo enim graue est, vt necesse sit non tantum manibus eleuare, sed in humeris portare, sicut & veros Israelitas portare dignatus est cælestis Aquila. Facit illud Psalm 47. *Ponite corda vestra in virtute eius.* Hieronymus legit: *Ponite corda vestra in manibus eius*, cælestis scilicet Hierusalem, de qua ibi loquitur Propheta, cum ait: *Circundate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius.* Etenim in cælesti Hierusalem collocanda sunt corda nostra, ibique velut aquilæ nidificare debemus. Enim verò cum cor sit fons vitæ, non debet in terra veluti defossum sepeliri, ne vita nostra terrena sit, sicut de impijs dicitur Sapient. 15. *Cinis est cor eius, & terra superuacua spes illius, & luto vilior vita eius.* Vnde Augustinus in Psalm 90. ait. Ne putrescat in terra triticum, non audes ponere in terra humida, quia laborasti, messuisti, & vétilasti. Cor tuum pro quo tanta passus, atque operatus est Christus, in terra & non in Deo collocas? In quam sententiam est optimus locus Leuit. 22. vbi sermo est de hostijs offerendis: & dicitur *Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, &c. Non offeretis ea Domino.* Septuginta habent: *Si formiculosum, non offeretis*: quod sic exponit Isich. Si formicæ habet proprietates, non offeres. Formica quidem in terra abscondit triticum, & quid quid inuenire potest subtus terram recondit, ac reponit; & insuper domicilium sub terra habet. Quicunque igitur formiculosos habet mores & in terra diuitias suas cũ corde recõdit, & sepelit (*vbi enim thesaurus, ibi & cor*) hic proculdubio diuino cultui non inseruit, nec Deo placet, vt ipsi possit offerri. Et nunc intelliget locus ille Luc. 11. *Quod superest date eleemosynam*: In Græco est: *Ea, quæ insunt, date pauperibus*, vt adnotauit Nicolaus Zeguerius in annotationibus ad nouum testamentũ. Et est sensus: Quæcunque tandem cordi vestro adhærẽt tribuite, nec permittatis, vt illi quidquam de terrenis inhæreat. *Graue vtique iugum impositum est filijs Adæ à die exitus ventris matris eorum vsque in diem sepulturæ in matrem omnium*, Ecclesiast. 49. Iugum autem istud ex coniugio natum est, cuius ex vsu qui nascitur, trahit aggrauans corpus, & originali obnoxium peccato, cui aratrum, vomerque concupiscentiæ adest, quo quidem proscinditur terra nostra, sicut eleganter prosequitur Author Hypognosticon apud Augustinum tom. 7. in terra autem sic proscissa, & aperta facilè conditur, & veluti semen traditur cor nostrum, vt ibi altas mittat radices, & nihil, nisi de terra meditetur. Vnde Augustinus 10. Confess. cap. 40. lamentatur recidere sẽ in hæc arenosa pondera, & resorberi solitis, & teneri, atque con-

2. Reg. 7. n. 27.

Ierem. 31. n. 21.

Psal. 47. n. 14.

Sap 15. n. 10.

Luc. 11. n. 46.

Eccl. 49. n. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suetudinis sarcina degrauari. Et lib. meditat. cap. 37. pennas aquilæ sibi à Deo dari postulat „vt onere molis corporeæ exolutus possit euolare vsque ad decorem domus Dei, & locum habitationis gloriæ eius. Quod etiam prosequitur Bernar. ser. 81. in Cant. ad med. Et Prosper ad Demetriad. sub fin. Et Ioan. Cassian. tota collat. 23. Vnde in Liturgia Basilij ex Arabico conuersa edita Augustæ Vindelicorum anno 604. Sacerdos per interrogationem pronuntiat: *Vbi mentes vestræ?* Populus respondet: *Sunt apud Dominum.* Et eodem modo fere in ea, quæ est Gregor. Nazianz. *vbi corda vestra? Habemus ad Dominum.*

Prouocati itaque sunt Israelitæ á cælesti Aquila, vt Ægyptum deserent, & terrena relinquerent, assumptique ab ipso Deo, vt volare discerẽt, qui tamẽ nunquã Ægypti memoriã perdiderũt, sed illius perpetuó recordati, eò remeare volebant, & pro Ægyptijs alimonijs iugiter suspirantes nobis proponebant eos, qui terrenis agglutinati, suprema, & cælestia nolũt amplecti, contra quos agemus in peculiari annotatione de hac re.

ANNOTAT. I.

Rex suos subditos portare debet in humeris suis, & sustinendo, & defendendo.

VEra Regis effigies, adæquatũque Principis schema subditos sibi populos, quasi humeris baiulãtis hoc in loco nobis proponitur in aue Regia, Deoque Rege; licet enim, vt plurimũ, á suis subditis portentur, & tolerẽtur cõmunes Reges, qui non aquilæ, sed struthiones potius dicendi sunt, in quos congruẽter quadrat illud Iob 39. *Penna struthionis similis est pennis Herodij, & accipitris.* Ratione enim Regij decoris, & maiestatis, comitatus & apparatus, superiorisque gloriæ fulgore Reges esse videntur, cũ tamen nõ sint: vnde Daniel. 13. dicitur: *Egressa est de Babylone iniquitas à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum*; vbi Interlinealis ait: Quia malé præerant. Etenim iniqui Principes Reges ex externo apparatu videntur esse, cum tamen non sint. Vnde Bernardus serm. 75. in Cant. ait. Deprehendi noctes, qui se dies mentiebantur. Veram igitur, & regiam generositatem nobis delineauit Moyses in aquila, quæ filios non tantum assumit humeris, vt infirmos portet, sed insuper vt securos à sagittantium ictibus suo periculo reddat; quod proprium videtur esse Principum, Magnatum, & Rectorũ, quæ est ratio cur in Scriptura nomine scutorum, & clypeorum veniãt intelligendi, vt patet ex Psalm. 46. *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham*, hoc est, ex Augustin. Basil & Theodoret. promissiones Abrahæ factæ, quod in semine eius benedicendæ forent omnes gentes, finem suum sortitæ sunt, cum Principes, & Reges ethnicorum, postposito Idolorum cultu, Deo Abrahæ, vt proprio Deo adhæserunt. Et subiungitur: *Quoniam Dij fortes terræ vehementer elevati sunt.* Vbi quos 70. *Fortes nuncuparunt*, Aquila appellauit *scuta*; Theodotion, & Symmachus *protectionem*, siue *propugnacula*. Hieronymus *scuta terræ*. Et in hoc sensu etiam 2. Regum. 1. lugens Saul ait: *Abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul*, hoc est, Saul ipse, qui ad instar clypei populum tuebatur, & filius eius Ionathas, qui erant, vt leonibus fortiores, ita etiam clypei militum, & totius Reipublicæ munimen, & defensio. Et Isai. 21. *Surgite Principes arripite clypeum.* Hebraic. *Vngite clypeum*, hoc est, principẽ de more constituite,

Iob. 39. n. 16. *Dan. 13. n. 5.* *Psal. 46. n. 10.* *2. Reg. 1. n. 21.* *Isai. 21. n. 15.*

& vngendo inauguramini. Et Oseæ 4. *Dilexerunt afferre ignominiam protectoris sui*, Hebr. *Clypei Principes*; qui ritu clypeorum populũ defendere, & ornare debuissẽt; veluti aurei illi clypei, quos Salomon 3. Reg. 10. ex auro, eoque purissimo, fabricatos posuit in arce saltus Libani. Et quales illi etiam aurei clypei, qui 1. Machab. 6 conceptum á Sole fulgorem non solùm in imã terrã, sed in excelsos etiã mõtes euibrãtes, exemplo virtutũ omniũ præluce re cæteris, & charitatis ardore radia re debuissent. Non vt illi ærei clypei, quos propter ablatos aureos à Sesac Ægypti Rege posuit Roboam in Hierusalem. 3. Reg. 14.

Clypei itaque dicuntur, & scuta Principes, & Reges, quia suos tutari debẽt, & pro eorũ defensione sese omnibus periculis obijcere. Vnde de Rege Tyri Ezechiel. 28. dicitur: *Tu Cherub extentus, & protegens*, vbi Maldonat. ait. Comparat illum Cherub, quia magnus erat, & quasi sub alis suis populũ protegebat, sicut statim duobus epithetis declarat, *extentus, & protegens*. Alludit enim ad Cherubim, qui erant in templo Salomonis, qui extẽtis alis propitiatorium protegebant Exod. 15 n. 20. & cap. 37. n. 9. *Posui te in monte sancto Dei*, id est, sicut posui Cherub in monte sancto meo, vt propitiatorium protegeret, ita posui te in rupe, vbi Tyrus sita erat, vt omnibus conspicuus esses, vrbemque protegeres. Sic ille. Cuius explicatio adhuc confirmatur ex Threnor. 4. Vbi per allusionem ad vmbram alarum Regis dicitur de Rege Iosia, siue Sedecia: cui diximus: *In vmbra tui viuemus in gentibus*, iam verò in Scriptura vmbra protectionem, & defensionem significat, vnde Genes. 19. ait Loth. *Ingressi sunt sub vmbraculminis mei.* Et Isai. 49. *In vmbra manus suæ protexit me.* Similia habentur Psalm. 46. n. 1. Psalm. 16. n. 8. Cant. 2. n. 3. & Isai. 30. n. 3. Debent igitur superiores seruos suos protegere, & vmbram in æstu laborum sua protectione præbere, sicut Isai c. 16. precatur: *Pone quasi noctem vmbram tuam, in meridie absconde fugientes*, id est, populo meo fugienti ab Assyrijs & Chaldæis exhibe benignam protectionem, vt eos, quasi nocte, abscondas in ipso tribulationis æstu à furore hostium; sic enim explicat Haymo hunc locum. Neque verò vmbra desuper volantis aquilæ fauorem tantũ denotat, sed insuper innuit in se debere suscipere calorem ipsum Solis, vt vmbra rerigeret quos inferiores suscipit, id, quod videtur indicasse Sponsa, quãdo se sub vmbra Sponsi gloriatur sedere, quasi Spõsus æstum in se recipere t, & ferret, ne ad Sponsam nocens deueniret: & in hoc sensu Psalm. 46. dicitur: *Quoniam Dij fortes terræ vehementer elevati sunt.* Hebr. *Domini sunt scuta terræ*, sic etiam legit Aquila, & Hieronymus. Quinta verò editio magis explicans: *Domini sunt protectiones terræ*, vbi Agell. ait. Id illis præcipuè incumbit, vt infirmioribus pro scuto sint, eosque defendant, & á potentiorum iniuria protegant, in quo munere propemodũ cum Deo æquati sunt, & quodammodo Dij facti, vt Psalm. 81. legimus: *Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes*, ideoque vehementer exaltati sunt, & gradum honoris altissimum consecuti. Hinc etiam est, quod quia Principes suos tutari debent, in sacra Scriptura dicuntur nubes, vt Genes. 23. *Tu es Princeps Dei apud nos.* Hebr. *Princeps maximus*, seu *maxima eminentia, nubes, & exhalatio.* Et cap. 34. *Princeps terræ Sichem.* Et Genes. 17. *Duodecim Principes gignet.* Quibus in locis eadem vox habetur, quæ Psalm. 134. *Educens nubes ab extremo terræ.* Et Prouerb. 25. *Nubes & ventus, & pluuia non sequentes.* Ratio vero huius analogiæ reperta in eadem voce Hebræa *nesijm* est, nõ solũ

Oseæ 4. n. 18. *3. Reg. 14. n. 26.* *Ezec. 28. n. 14.* *Exod. 15. n. 20.* *Ibid. 37. n. 9.* *Thren. 4. n. 20.* *Gen. 19. n. 8.* *Isai. 49. n. 2.* *Isai. 16. n. 3.* *Psal. 46. n. 9.* *Psal. 81. n. 6.* *Gen. 23. n. 6.* *Psal. 134. n. 7.* *Prou. 25. n. 14.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia nubes de terra eleuatur á Sole, & ab eodem plerumque dispellitur, ita & terreni principes de terræ puluere, & ab extremis terræ suscitantur à Deo, ab eodemque deijciuntur, & disperguntur, cum voluerit, sed quia Princeps instar nubis ab æstu aduersitatis subditos suos protegere debet, & liberalitatis rorẽ, si opus fuerit, etiã cum dispendio propriæ substantiæ impertiri, sicut nubes ipsa in pluuiam dissoluitur pro fæcundanda terra.

Hinc intelligetur cur in sacris literis dicantur Reges, & Principes continere intra semetipsos subditos suos: Nam. 1. Petr. 5. dicitur: *Pascite, qui intra vos est, gregem Domini.* Hierony. epist. 82. *Regite*, quod Syrus legit, *traditum vobis gregem.* Et Sapient. 6. *Præbete aures vos, qui continetis multitudines.* Quasi enim parum fuerit eos supra se assumere, vt deducant, & tueantur: vult Deus, vt intra pectus recludant, & velut viscera, ac cor foueant, nihilque externum eis noceat, quin prius Principis pectus traijciat: Quo sensu August. se matrem subditorum suorum vocat homil. 6. & Paulus Galat. 4. parturientem se appellat. Hinc etiam est quod Ezechie. 45. Postquam Deus terram diuisit domui Israel ait. *Principi quoque hinc, & inde. &c.* Deinde addit: *Non populabuntur vltra Principes populum meum, &c.* Vbi Maldonat. aduertit post portionem sanctam tam Sacerdotũ, quã Leuitarum, & post portionem profanam ciuium, vltimam tandem possessionẽ obtigisse Principi in circuitu popularium suorum cingens, & veluti vallãs cæteras omnes possessiones, nõ solum, vt eas tueatur tanquã murus, sed vt eas intra semetipsum videatur continere. & tanquam viscera sua defendere, & curare, vbi Hierony. ait. Qui verè Princeps in populo suo est, & meretur ducis nomẽ accipere multorum salutem suam mercedem facit.

1. *Petr.* 5. n. 2.

Sap. 6. n. 3.

Galat. 4. n. 19.

Ezec. 45. n. 7.

Hæc est ratio cur Moyses à Domino constitutus *Magis elegit affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem.* Vbi Theophylact magna cum admiratione verba Pauli excipit. Animaduerte, inquit, quomodo peccatum nominarit, non affligi vna cũ fratribus. Nihil enim tã offendit Deũ, quam si Princeps, & Prælatus se non exponat omnibus periculis pro defensione suorum, quod si eos omnino eruere non possit, saltem cum eis patiatur, ideoque Chrysost. proœmio 2. in Isaiam ait. Deligendo Principi nihil tam idoneum, atque accommodum, vt est animus amans sapientiæ, & qui nouerit lugere cum lugentibus. Istius virtutis gratia eximium illũ Moysen conscendere fecit thronum publicę administrationis, quod is operum magnitudine prius declarasset suam erga populum propensissimam dilectionem: Quod argumentum post quam ostendit in Prophetis, probat tandem in Dauide, cum se Deo obtulit percutiendum, dicens: *Fiat manus tua contra me, & in domum patris mei.*

Hebr. 11. n. 25.

2. *Re.* 24. n. 17.

Licet autem in gratiam, & defensionem populi sibi dilecti, & á se electi Deus redditus sit quasi aquila, eosque humeris suis portauerit per desertũ, & impetus barbararum gentium, tanquam verus Princeps, quasi in se sustinuerit, longe tamen illustriori ratione veri Principis munus, & officiũ gesit, postquam carnem assumpsit, & homines sub alis suis collegit. Vnde Ambros Christo Domino accommodat illud Threnor. 4. *In vmbra tua viuemus*: *Sic* vero habet ser. 3. in Psal. 118. *Ibi retribue seruo tuo.* Christus vita est, & qui in vmbra Christi viuit, in vmbra vitæ est: Nobis expandit manus suas Iesus, vt totum mundũ obumbraret, quomodo nõ sumus in vmbra, qui crucis eius protegimur velamento? Quomodo non sumus in vmbra,

Thren. 4. n. 20.

quos crucifixus á malignitate sæculi, & corporis ardore defendit? Et ser. 15. plura in eandem sententiam affert eundem locum Threnorũ repetens, & vmbram Christi viuificantem appellans. Quia igitur sub vmbra, & protectione sua nos assumpsit, se etiam pro nobis periculis exposuit. Vnde cũ ad eum comprehendendum turba accesserit, ei obuiam occurrit, & dixit: *Si ergo me quæritis, sinite hos abire* Ioan. 18. vbi Cyrill. lib. 11. in Ioan. cap. 33. aduertit propterea id dixisse, vt securos redderet discipulos, & probaret mortem suam pro omnibus esse sufficientem hostiam. Sic autem ligatus, & comprehensus pro suis Filius Dei, factus est exemplar cæteris Regibus in defensionem suorum, vt quemadmodum Christus Dominus ligatus, & comprehensus suis libertatem concilauit, & quasi id recta consequentia deduceretur, dixit: *Si ergo me quæritis, sinite hos abire*, ac si consequens esset, vt discipuli liberi, & incolumes euaderent ex eo, quod Magister in vinculis pro eis remanserit: Sic & cæteri in suorum libertatem, & commodum se cuique periculo deberent obijcere.

Ioan. 18. n. 8.

Hoc inculcatũ subtili schemate ceseo in illis verbis obscurissimis Cant. 7. *Sicut purpura Regis vincta canalibus*: vbi 70. habent; *Rex ligatus in transcursibus, seu canalibus.* Quam lectionem sequuntur omnes Græci, & nonnulli ex veteribus latinis, quin etiam Hebræorum Rabbini, & nonnulli ex nostris, inter quos est Pagnin. Agathius, & alij. Hæc igitur translatio, quæ obscurissima videtur sacris Expositoribus, rem præsentem eleganter propalabit, si sensum dicti loci enucleemus, quod profectò fiet recurrendo ad lib. Genes. vbi Iacob decorticatas virgas posuit in canalibus, vt cum veniissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earũ conciperent Genes. 30. Hic igitur Rex pro suis

Cant. 7. n. 5.

Genes. 30. n. 38.

ligatus iuxta canales & fontes sui sanguinis effusi, nobis etiam proponitur ante oculos, sicut Galatis depictus obiectus est, & crucifixus, quo cæteri, Reges ad illius conspectũ incalescentes similes concipiant cogitationes, & edant opera, pro suis scilicet alligari, pati, & mori, hoc enim spectat maxime ad Reges, Principes, & Pastores, qui pastorum Principem debent imitari, vnde Honorius illud ipsum, quod adduximus ex Cant. sic explicat, *Comæ capitis tui, sicut purpura Regis*: quia exemplo passionis Christi cruorem propriũ profundunt. Principes hi sunt in Ecclesia, qui sacerdotium quasi caput ornant, & muniunt, quæ purpura est vincta canalibus, quia passio Christi (quæ optima officina purpuraria est, vnde cordi ardor, ori rubor, facici species, externo cultui decor, totí homini dignitas, & splendor excellens, plane & regalis) fixa est cordibus per affluentiam Spiritus sancti, vel iuncta canalibus, hoc est, posita iuxta gratiam donorum Spiritus sancti. Purpura itaque reddũtur Principes, & similes illi, qui tinctas vestes in sanguine suo portauit, qui ipsius meditantur passionẽ, vt pro suis quæque pericula pati minime renuant. In quam sententiã facit August. ser. 1. de Cruce, & Latrone post med. vbi expendit qua ratione Latro crucifixum Dominum Regẽ agnouerit, & proclamauerit, ex eo, quod ipsum pro suis morientem conspexerit. Sic vero habet. Dicito mihi Latro regnum petis, quid enim in eo tale vides ex quo petis: Dic mihi; nã quod in conspicuo est clauos, & crucẽ cernis. Sed hæc, inquit, crux ipsa Regni insigne est, & propterea Iesum Regem appello, quia video crucifixum, opus enim Regis est vitam suam pro his, quibus regnat opponere. Vnde ait Ioan. 10. Quia *Pastor bonus animam suã ponit pro ouibus.* Igitur & Rex bonus animam suam ponit pro his, quorum

Galat. 3. n. 1.

Ioan. 10. n. 11.

princeps est: Quoniam igitur animã suam posuit, ideo eum Regẽ cognosco, & Dominum appello: *Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum* Similia prorsus sunt, quę habet Chrysost. to. 3. homil. de Cruce, & Latrone post med. vbi sic alloquitur Latronẽ beatum. Dic mihi, regnum commemoras, quid enim regni vides? Claui, & crux est quod inspicis: Sed ipsa crux est, inquit, & regnum est, & ideo eũ Regẽ nomino, quia crucifixum video. Imperatorum est pro omnibus mori, & Regis optimi pro communi vtilitate nunquam recusare supplicium; Ipse dixit, quia Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis, & ideo Imperator bonus animam suam pro his, quos regit, offerre festinat. Quoniam igitur animam suam pro nobis posuit, ideo eum Imperatorẽ voco. &c.

Hinc intelligetur iam cur veniens Christus Dominus Hierosolymã moriturus pro hominibus Rex conclamatus est, qui tamen *Cum cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent Regem, fugit in montem ipse solus* Ioan. 6. Etenim tunc voluit Regem dici, quando pro suis vitam tribuebat, & mortem obibat. Hinc etiam intelligetur cur moriens Christus Dominus noluerit secum simul pati duos ex discipulis suis, cum tamen crucifixus fuerit medius inter latrones, etenim si secum discipulos admitteret morituros fortasis videretur eius mors aliorum merito iuuari, & morte, cum tamen ipse, sicut solus prodesse potuit, sic sufficere debuerit, vt solus omniũ peccata portare testaretur, aduertit hoc Bernard. ser. 3. de passione ante med. vbi ait Eanimirum hostia sicut sola prodesse potuit, sic sola suffecit: Nec Christum decuit simul, & Petrũ, aut Iocobum, vel Ioannem pro salute hominum pati. Crucifixi tamen cum eo alij duo, sed duo nequam: de quibus nulla prorsus suspitio posset haberi, tanquam ex eis minus efficax sacrificium suppleretur, &c. quasi cederet in ignominiam Diuini Regis, si pro communi salute quisquam alius pateretur præter ipsum. Quia vero, & ipse Rex Regum suos portauit in humeris, pro eisque passus est, eos, quos in Præsides, Duces, ac Reges elegit, tales esse voluit, qui pro suorum commodis facile pectora exponerent, & vitam obijcerent, sicut videre est in Moyse, quem præfecit populo, quia vidit quo animo se pro tuẽdo Hebræo obtulit; Nam cum videret virum Ægyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis, irruit in Ægyptiũ, & occidit eum; Vbi Chrysost. 3. de prouident. ait. Conijce quantã flammam intus aluerit, quæ subito eruperit in homicidium. Ita qui tam vehementer vlciscebatur plusquã pater, fratrum incommodis tabescebat. Sic ille. Est tamen antiqua quæstio, an Moyses peccauerit interficiendo Ægyptium, quam bene versat Pererius disput. 10. in cap. 2. Exod. Et August. in quæst. super Exod. q. 1. putat etiam si peccatum esse concedatur, tamen laudabilem in eo innotuisse Moysis indolem: Vt solet, inquit, vbertas terrę ante vtilia semina, quadam herbarũ, quamuis inutiliũ, feracitate laudari. Quibus similia habet lib. 2. cõtra Faust. Manichęum, vbi idem eleganter prosequitur, affertque exemplum Pauli, cum persecuturus Christianos ibat Damascum. Syluestre, inquit, erat vitium, sed magnæ feracitatis indiciũ. Addit etiam exemplum Petri educẽtis in horto gladium, vt defenderet Christum. Et tamen post hoc, ait, Petrus factus est pastor Ecclesiæ, sicut Moyses post percussum Ægyptiũ rector Synagogæ: Vterque enim nõ detestabili immanitate, sed emendabili animositate iustitiæ regulã excesit. Vterq; odio improbitatis alienæ, ille

Ioan. 6. n. 14.

Exod. 2. n. 11.

fraterno

fraterno isto Dominico. Resecandũ vitium, sed tanem tam magnum cor, tanquam terra frugifera, ita ferendis frugibus excolẽdum. Sic August. qui tamen priori loco magis inclinat, vt fuerit iusta occisio. Quoniam Beatus Stephanus Actor. 7. de hoc ita ait. *Fecit vltionem percusso Ægypto: Existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manus ipsius daret salutem illis.* Vnde Eusebius Cæsarienf. ait. Interfecit Moyses Ægyptium non furori cedẽs, sed zelo erga Deũ inductus. Ita Euseb. & communiter Patres sequuntur. D. Thom. Abulenf. Lyran & alij, quos refert Pererius loco citato. Eandem etiam indolẽ regimini congruã ostentauit idem Moyses cum rixantibus inter se duobus fratribus Hebræis eum, qui vim inferebat, increpuit: *Quare percutis proximum tuum?* Quod factum expendens Chrysostomus homil. 6. de laudib. Pauli in hunc modum ait Hoc signum propriæ, liberæque sententiæ nequaquam in aliorũ afflictionibus tenere patientiam, sed benigne tueri oppressos, &c. Vbi expendẽda veniunt verba illa, signũ propriæ, liberæque sententiæ, quod bene fecit Fernandius de visionib. vision 6 sect. 1. n. 7. Puto, inquit ille, hominẽ propriæ, liberæq; sentẽtiæ significare eũ, qui suopte ingenio quendã exhibet in tractandis, ac decidendis rebus principatum; qualẽ nouimus inter Theologos D Thomam, inter Philosophos Aristotelem, inter Oratores Tullium. Sic ergo D. Chrysost. videtur explicandus, vt voluerit Moysen eleganti periphrasi Hebræorum Principẽ futurum ex hoc facto conijcere, quod in oppresso iniurijs, non posset tenere patientiam, sed illico in medium se daret, vt afflictis esset auxilio, aliter opprimentes obiurgans. Hoc ipsum, inquit Chrysostomus, signum est propriæ, liberæque sententiæ, id est, hominis suapte natura instructi, vt per se de aliorum rebus iudicet, quique aliorũ sententias minime spectet, aut quasi animi pendeat quid acturus pro re nata sit, sed omnino sit propriæ, liberæque sententiæ, ac adeo aptissimus moderandis aliorum rebus, & qui se exponat omnibus periculis, quantumuis maximis, pro aliorum salute, quod etiam contemplari licet in eodem Moyse, & Aarone cum Ambrof epist. 82 ante med. vbi ait. Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius. Dignus plane vir, qui sequendus proponatur omnibus, nam cum dira mors propter contumaces in plebem serperet, medium se inter viuentes, morientesque obiecit, vt mortem statueret, ne plures perirent, vere vir mentis, & animi sacerdotalis, qui se pro Domini grege, quasi pastor bonus, pio obijceret affectu. Pietas meritum adiuuit, qui pro ipsis se obtulit &c. Quo in loco alludit Ambrof. ad cap 16 lib. Numer. Quando ignis egressus á Domino plures consumpsit, Moyses vero dixit ad Aaron; *Tolle thuribulum, &c.* Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quã iam vastabat incendium, obtulit thymiama, & stans inter mortuos, ac viuentes pro populo deprecatus est & plaga cessauit, qua in re & Moyses, & Aaron regium animum ostentarunt in suorum pernicie abolenda. Est optimus in hanc sentẽtiã Chrysost. homil. 19. in epist. ad Roman. in morali in princip. cum ait. Moysen tum primũ super populum Iudæorũ posuit, quando, qua esset in illum benevolentia, re ipsa iam declarauerat. Dauid quoque simili modo Regno inauguratus est postquam apparuerat quam amico esset in populum affectu. Ita quippe iuuenis adhuc populi causa doluit, ac zelauit, vt & animam suam exponeret, cum videlicet barbarum illum é medio tollebat; Quod vero dicebat: *Quid dabitur ei, qui alienigenam hunc*

Act. 7. n. 25.

Exod. 2. n. 13.

1. Reg. 17. n. 26.

interfecerit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

interfecerit? Non ideo dicebat, quod mercedem exigeret, sed quod sibi crederetur, & in pugnam cum illo committeretur. Nam cum adepta iam victoria Regem esset ingressus, nihil de mercede meminit. Et Samuel quoque benignus erat, & amator populi, vnde & dicebat: *Absit autem hoc à me peccatum, vt cessem pro vobis orare Dominum.* Ita & Paulus, imo non ita, sed multo plus omnibus ardebat erga subditos. Vnde & discipulos ita erga se animauit, vt diceret. *Si possibile fuisset oculos vestros eruessetis, mihique dedissetis.* Propterea & Iudæorum Doctoribus istud ante omnia exprobrat Deus cũ dicit. *O pastores Israel: Num pascunt pastores seipsos? Isti vero contrarium fecerunt: Lac enim, inquit, comeditis, & lana vos tegitis, & quod pingue mactastis, oues vero non pauistis.* Et Christus optimi pastoris canonẽ ferens, dixit: *Bonus pastor animã suam ponit pro ouibus suis.* Hoc Dauid sæpe numero, multis quidem alibi locis fecit, tum vero maxime quando aduersus omnem populum terribilis illa ira diuinitus demissa sæuiebat, vniuersis enim iam prope occisis dicebat: *Ego pastor sum, peccaui. Ego, qui pastor sum, male egi, illi vero, qui grex sunt, quid fecerunt?* Propterea & in optione suppliciorum suorum non famem elegit, non hostilem persecutionem, sed immissam à Domino mortem, per quam sperabat alios quidem bene fore securos, se vero ante reliquos omnes é medio tollendum; hoc vero cũ fieret lamentando dicebat: *In me sit manus tua. Si vero ad expiandum facinus non sufficio, sit & aduersus domum patris mei.* Tantum valet cura, & compassio optimi pastoris. Villicabantur quippe viscera ipsius, cadẽtibus illis, tanquã si gemini necarentur filij: calamitatem non tulit, sed malis accensus est, quã super Ammon primogenito suo: Tunc enim mortem sibi non precabatur, nunc autem orat, vt præ alijs cadat. Talem oportet esse Principem ob aliorum magis, quam ob proprias dolere calamitates, &c. Sic Chrysost. ostẽdit adductis exemplis viros à Deo electos in præfecturã populi sui, imitatos fuisse pastorum principẽ Christum Dominum, qui pro suis mori dignatus est, is enim debet esse animus veri pastoris, & Principis, vt pro suis liberandis proprium pectus obijciat. Quod si propriam exponendo vitam, & salutem, eos immunes, & liberos reddere nequeat, saltem eam commiserationem, & paternum affectum probare debet, vt cum eis pariter & torqueatur, & doleat, quod bene prosequitur Chrysost. lib. 2. de prouident in Ezechiele Propheta, qui tanta charitate erga suos ardebat, vt simul cum eis, etsi rebelles, & increduli essent, pati eligeret. Ezechiel, inquit Chrysost. cum iustus esset, sciretque Israelitas iniquissimos ex omnibus, videns tamen illos iugulari, & corruere, hoc idem passus est, & cum Deus anticipans illos puniendos proponeret, tanto etiã præsentiæ solatio præparatus, angebatur tamen eorum cladibus, & clamabat ad Deum: *Hen mihi Domine, deles tu reliquias Israel? &c.*

Est optimus in hanc sententiam locus Hildeberti epist. 74. post med. cũ ait. Confundor quoties proximus quod ei ad confusionẽ cedit operatur Præsulis est ijsdem iaculis vulnerari, quibus proximum cognoscit vulnerat um. Hinc est, quod Apostol. ait. 2. Corin. 11. *Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?*

Notatu dignum est præceptum illud Numer. 35. quo Deus prohibuit exules, profugos, & homicidas ante mortem Pontificis ad proprias vrbes remeare, sed permanere in ciuitatibus refugij vsque ad illius mortẽ: Enimuero cum summus ille Antistes à Deo præfectus populo suo omnibus

1. Reg. 12. n. 23.

Galat. 4. n. 15.

Ezec. 32. n. 10.

Ioan. 10. n. 11.

2. Re. 24. n. 7.

Ezec. 19. n. 8.

2. Cor. 11. n. 29.

Num. 35. n. 32.

sibi

sibi subditis non tantum pastor, protector, & Princeps, sed parens etiam fuerit, sicut homicida confugiendo ad ciuitates pro refugio designatas, occisi hominis proximos, consanguineos, & parentes fugiebat, & ab illorũ conspectu discedebat: Sic & mortem communis Parentis præstolari tenebatur, ne si à ciuitate refugij egrederetur, summus ille Pontifex, qui omnium popularium causas, tanquam proprias reputabat, in vltionẽ illatæ necis contra homicidam properaret, neque enim minus opinandũ erat in morte cuiuslibet ex ciuibus suis, qui pro eorum salute propriam vitã exponere libenter vellet.

Prosequitur hoc Philo lib. de specialibus legib. post med. in hunc modum. Terminum autem reditus præfinijt lex, vt dixi, mortem Summi Pontificis, ob hanc causam. Quemadmodum quisquis occisus cognatos habet superstites, vltionis auidos, ita vniuersæ gentis in commune cognatus, & propinquus est Pontifex, reddens omnibus iura, controuersiasque dirimens, & sacra, votaque quotidie faciens, omniaque fausta petens, tanquã fratribus & liberis, & parentibus, vt omnis ætas cunctæque partes gentis, in vnum seu corpus coeant, coaptenturque, & sic pace fruantur ac cõmunibus legibus. Hunc igitur timere debet quisquis inuitus cædẽ patrauit, vt propugnatorem, & protectorem necatorum, continereque se intra sua receptacula, si modo cupit sine periculo viuere. Sic ille describit munus Parentis publici, & communis, qualis profecto est quisquis superiorem gradum ascendit, & supremum obtinet locum.

Carpit in hanc sententiam prouerbiali forma Tertull. ignauos pastores, & præsides, qui inuerso ordine se habent in administranda Republ. sibique subditis protegendis, dicens lib. de Corona militis cap. 1 ad fin. Noui & pastores in pace leones, in prælio ceruos, quasi dicat, præposteri sunt eorum pastores, qui enim in pace deberent cerui esse, suorũ scilicet postulata, necessitates ac gemit° audire, est enim ceruus acris auditus symbolum: debẽt autẽ Reges multas habere aures, deinde etiã & ceru° dexteritatis in negotijs peragẽdis symbolũ est Vnde in benedictione Nephtali dicitur Genes. 49. *Nephtali ceruus emissus dã eloquia pulchritudinis*; Quod, vt Vatabl ait, dexteritatem illius tribus in negotijs significat: Insuper qui deberent serpentes persequi, & halitu suo è cauernis, & latebris extrahere, iuxta illud Lucret.

Naribus alipedes, vt cerui, sæpe putantur
Ducere de latebris serpentia secla ferarum.

Vnde singulare abigendis serpentibus remedium ceruini cornu suffitus habetur, vt apud Nicandrum legitur, quod maxime docet non solum virũ Principem, sed quemlibet etiam, versipelles & astutos detestari serpentes, & iniquos. Vnde illud Psalm. 28. *Vox Domini præparantis ceruos*, seu vt Græcè habetur: *Vox Domini, quæ ceruos perficit.* Adamantius, cuius sententiã Euthym. videtur sequi, deducit, vt eos viros Dominus ad profectum sapientiæ ducat, qui serpentes sint assidue persecuturi, quibus sane ceruis montes excelsi peruij, sublimitas quippe cælestis illucescit, supremæque doctrinæ fastigium, quod nubes omnes exuperat, quò simul ac mortalium insidijs appetuntur, aut canum latratibus exagitantur, tuto confugiant, & sine perturbatione sospitentur, sicut ibi expo nit Augustin. & Gregor. 30 Moral. Denique cum cerui esse deberent in pace dominando, & diu versando mente quid suis maxime conueniat, huiusmodi enim ruminatio ceruis maxime cõuenit, sicut patet ex Plin. & Aristot.

Gen. 49. n. 21.

Psal. 28. n. 9.

& ex

& ex ipsa experientia. & in animalib⁹ probatur á diuina Scriptura Leuit. in cap. 11. n. 4 & sequentibus, vbi ea, quæ ruminant, & vngulas bifidas habent pro mundis habent. Innititur autem in huiusmodi approbatione diuina supernæ doctrinæ repetita memoriâ & iugis consideratio teste Gregor Mag. in cap. 7. Cant. Cyrill. vero lib 9. contra Iulian docet ruminare esse prudentiæ symbolum. Vngulæ vero diuisio est in actione separatio bonâ à malo, quorum vtrumque requiritur ad munditiem, & sanctitatem. & in ceruo etiam reperitur. Qua de re videndus Radulph. & Isich. in cap. 11. Leuit. Euseb. lib 8 præparat. Euangelicæ cap. 3. Cyrill lib. 14. de Adorat qui addidit aliam tropologiam dicēs: Bisidus vnguis perspicua figura est, qua significatur posse nos in vtramque partem recte incedere, videlic quoad nos, & quoad alios.

Vel cum cerui etiā esse deberent ad præsentissimum auxilium suis ferendum, sicut notauit Vatabl. ad illud Cant. 2. *Similis est dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorū.* Hi igitur, qui in pace potius in his omnibus sensibus, vel in quolibet eorum esse deberent, potius in bello se ceruos exhibent timiditate, qui affectus in ceruis præcipue cernitur: Vnde apud Comicos mos inprimis inoleuit, vt fugitiui, quod omnino timidorum est, cerui appellarentur. Sic Achilles apud Homerum ignauiam obijciens Agamennoni, cum ceruino corde præditum obiecit: & Pompeius Festus seruos fugitiuos vnius tantum literæ mutatione ceruos nuncupari solitos tradit. Et pro hac re notanda sūt ea, quæ habet Plin. lib 8. natural. histor. cap. 32. Et Ælian lib 2. de historia animal cap. 9. vbi docent ceruos partus suos editos cursu exercere, fugamque meditari docere, vnde ad prærupta deducunt catulos, hinnulosue suos, saltumque demonstrant; qua ratione aliqui explicant illud de Nephtalim, vbi dicitur ceruus emissus Genes. 49. vt in Barac videatur impletum; de eo enim dicitur in Cant. Iudicū: Duces Issacar fuere cum Debora, & Barac vestigia sunt sequuti. Barac enim dux exercitus Israel oriundus ex Nephtalim, recte comparatur ceruo timido, & imbecilli, sic enim Barac imitio instar cerui timuit, nec nisi cum Debora bellum aggredi ausus est; At ea comite animatus congredi ausus est.

Quod si Regem in bello ceruum, non solum timidum, sed fugæ quam celeriter consulentem cernere velis; Consulendus tibi erit lib. 4. Reg. cap. 9. Vbi Ioram Rex Israel occurrens Iehu postquam resciit illum non pacifice ad ipsum venire, sed in bello; *Conuertit manum suam, & fugit. Porro Iehu percussit Iorā inter scapulas, & egressa est sagitta per cor eius, statimque corruit in curru suo.* Sic facer Textus nobis proponit ceruinum cor percussum, dum conuertitur, & fugit, vnde illud insequuta est sagitta à tergo, donec configeret. Melius illi foret, & alijs, qui in bello cerui sunt, domi se continere, & recludere, etenim mares in ceruis cornua tantum cum habeant, & statuto veris tempore amittant ijs deperditis tandiu præ pudore latitant, quoad altera renasci cæperint. Et cum cornua in Scriptura vires, potentiam, & robur significent, quo feriuntur, & quasi ventilantur aduersarij; vnde exaltare cornu, est potentiam extollere, frangere verò, est deprimere, vt satis tritū agnoscitur. Illi vtique, quibus deest potentia, & virtus ad ventilandos hostes, deberent se potius domi continere, & latebras quærere, non verò ad bella procedere, vbi eorum pusillanimitas ceruorum esse deprehendatur, quando potius deberent se leones præbere, & fortitudinem suā pro

Cant. 2. n. 9.

4. Reg. 9. n. 23.

suorum tutela exerere. Inde enim est quod anterior pars leonis robustissimis membris viget, teste Plin. lib. 8 cap. 36. Ideoque per anteriora leonis olim robur hieroglyphicé designabatur. In hoc igitur sensu debent Reges se leones ostentare, pectora obijciendo pro tutādis sibi commissis hominibus, imò veró & fortiores leonibus debent esse Principes, vt si quando in oues sibi subiectas incurrat leo, ab illius faucibus deuoratam pené ouem extrahant, & ab illius vnguibus vendicatam eripiant; vnde Rex ille secundum cor Dei inuentus dicebat: *Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat aretem de medio gregis, & persequebar eum, & eruebam de ore eorum, nam & leonem, & vrsum interfeci ego seruus tuus.* Quod factum imitari voluit à Prælatis, & Principibus Bachiarius epistola ad Ianuarium, de recipiendis lapsis ante finem tom. 3. biblioth. vbi ait. Non est mirum si extremam, aut summam auriculam de leonis faucibus extrahamus, tametsi beatissimum Pontificem, qui in ijsdem locis cum Sacerdotibus suis Diuino assistit altari, non aliud reor, quam Dauidicum opus imitari, vt quando de grege leo, aut vrsus ouem rapuerit, insurgat aduersus eum, & præstrangulatis faucibus. prædam ex gutture eripiat, &c. Qua in re sublimior, & excellentior probatur Rex, & Princeps. Etenim Dauid Psalm. 7. ait. *Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum.* Postulabat fortassis illam iram, quam in perfecto pastore requirit Bernardus 4. de Considerat. cum ait: Vultus tuus super facientes mala, timeat spiritum iræ tuæ, qui hominem non veretur, &c. Sed audiamus Chrysostomum ad dicta verba Psalm. Quomodo, inquit, exaltatur altius, qui est superaltissimus? Impios puniendo, qui nempe persequuntur iustos, &c. Nihil enim est, quod Dominum, & Regem illustriorem reddat, altiusque euehat, & extollat, quàm si pro suis pugnando, impios, qui contra illos insurgebant, extinguat. Vnde in eodem sensu iterum loquens Regius Vates ait Psalm. 93. *Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis.* Vbi Genebrardus exponit: Altum, & glorioſum te ostende superbos humiliando, qui nempe cōtra pusillum, & humilem gregem tuum insurgūt. Si ergo Altissimum Deum videtur exaltare, quod occurrat impijs, eorumque malitiam, & superbiam infringat, vt suos securos reddat; quanto magis honoratum, & illustrem reddet Principem, & supremum virum, si forté animum, leonisque robur in suorum defensione distringat.

Qui vero huiusmodi fortitudine, & virtute caret, neque etiam Rex sanè dici potest. Etenim postquam Saul Dei mandatis non stetit, dixit illi Samuel 1. Reg. 15. *Pro eo, quod abiecisti sermonem Dei, abiecit te Dominus ne sis Rex.* Vbi Abulens. q. 26. in princip. quærit quomodo Deus abiecerit Saulem ne regnaret, cum ipse tota vita sua adhuc regnauerit? Et afferens secundam solutionem quæstionis ait. Fuit priuatus gloria regnandi, quia antequam peccaret, erat spiritus Domini semper in Saule, scilicet, spiritus roboris, & fortitudinis, ita vt nullos hostes formidaret, sed cōtra omnes auderet, & omnes bello superaret, vt patet ex præcedenti scilicet, vt Saul confirmato regno super Israel pugnabat per circuitū aduersum ōnes inimicos ei⁹, cōtra Moab, & filios Ammō, & Edō, & Reges Soba & Philistæos, & quocunq; se verteret superabat: postquā autē peccauit cōtra Amalechitas redditus est corde infirmus: in quo erat magnum dedecus eius, & imminutio gloriæ, nam cum venisset

Psal. 7. n. 7.

Psal. 93. n. 2.

1. Reg. 15. n. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Goliath ad castra Israel, quotidie exprobrabat Israelitis per quadraginta dies continuos, loquens contra exercitum Israel, & Saul non audebat pugnare contra virum illum. In alijs quoque bellis timebat Saul: sicut factum est in bello, in quo mortuus est, nam dicitur quod *vidit Saul castra Philistijm, & timuit, & expauit cor eius*, 1.Reg 28. Sic Abulens. probat abiectum à Regia dignitate Saulem ex eo, quod abiectum induit animum exutus omni robore, & fortitudine, qua inimicorum impetus pro suorũ defensione valeret, & teneretur propulsare. Nam cum pertineat etiam ad eos, qui nullo communi funguntur munere, imbecillorum iniurias vindicare, multó magis hoc spectat ad eos, qui Reipubl curam, & subditorum tutelam gerunt. Vnde Chrysost. homil. 6. de laudibus Pauli in fine ait. Moyses cum à nullo in principatum populi ordinatus fuisset, contribules suos tamen á barbarorum iniquitate defendit; hæc enim sunt fortis cuiusdam, ac virilis animi certa documenta, nequaquam in aliorum afflictionibus tenere patientiam; sed benigne, atque constanter tueri eos, qui opprimuntur, etiamsi nullo in hoc ordinentur officio. Quia vero iuste opus arripuerat principatus, Deus hanc ei postea contulit dignitatem. Idipsum autem seruauit in Paulo, si enim magisterij, atque primatus adipiscendi gratia ad procuranda tãta negotia prosiluissent, consequenter essent de ambitione culpabiles. Cum vero vterque pericula diligerent, morteque in se procurarent vndique, vt alios acquirerent in salutem, quis tam aperte infælix, qui tantæ deuotionis studium criminetur? Quod enim aliorum amantes salutẽ ista perfecerint; & sententia declarauit Dei, & illorum perditio, qui male illum concupierunt honorem, non enim propter defensionẽ populi ista faciebant, sed ob gloriam dignitatis. Irruit Ozias, sed lepra commaculante punitus est 2. Paralipom. 26. Irruit etiam Simon, sed reprobatus est, & morte mulctatus Actor. 8. Irruit etiã Paulus, sed Apostolatus gloria coronatus. Non enim in Sacerdotium, & honorem, sed in ministerium irruit, atque labores, &c.

1.Re. 28. n.5.

2. Paral. 26.n.16. Actor. 8. n.24.

Debet igitur strenuum induere animum, qui locum ascendit supremũ, & magnum virtutis robur assumere pro suorum tutela, & munimine; alioqui titulus, & thronus Regis absque regia virtute, & fortitudine in magnam potius ignominiam infimi animi cedit, iuxta illud Saluian lib. 2 ad Ecclesiam post med. dicentis. Nihil turpius quam excellentem esse quẽlibet culmine, & despicabilem vilitate: quid est enim aliud principatus sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus sine homine? Aut quid est dignitas in indignos, nisi ornamẽtum in luto? &c.

Monens Iethro socer Moysis de modo eligendi coadiutores administrandæ Reipubl. Israeliticæ, ait Exod. 18. *Prouide de omni populo viros potentes, & timentes Deum, &c.* vbi Caietanus dictio interpretata *sapientes* (sic enim plerique habent, vbi nos habemus, *potentes*) valde varios fortita est interpretes, nam alij *potentes*, alij *fortes*, alij *virtutis*, alij *nobiles* interpretantur, nihil autem propius ad propositum accedit, quam *sapientes*: non tamen sapientes significat, sed propriè significat viros valentes, seu valoris. Est etiam apud Hebrẽos hæc nuncupatio communis, vnde Pharao dixit Ioseph, quod si fratres eius essent viri valoris, constituret super pecora ipsius. Vbi vides primũ, quod requiritur in pastore, & moderatore Reipub. esse animi valorem, qui forte erat spiritus ille Principalis, quo confirmandum,

Exod.18. n.21.

Gen. 47 n.6.

Psal.50. n. 14.

& roborandum se à Deo postulabat Dauid, vt pro suis instar aquilæ regiæ se exponere posset, supra humerosque suos assumere, vt ab omni periculo eriperet instar huius nostræ aquilæ, quæ extendens alas suas, suos Israelitas assumpsit, atque portauit in humeris suis.

ANNOTAT. II.

Instar aquilæ nos in lege gratiæ prouocat ad volandum Deus, portatque factus homo in humeris suis.

Ose.4. n.19.

QVia diabolus nostrum prępedit, & retardat volatum, & secum deprimere ad centrum terræ nititur peccatorem, iuxta illud Oseæ. 4. *Ligauit eum spiritus in alis suis.* Vbi Hieron ait. Immundus spiritus ligauit Israelem, & eũ liberè volitare non patitur. Quibus similia habet idẽ Hieronymus in cap. 3. Amos. Ligat igitur malignus spiritus alas nostras, ne illò perueniamus merito nostro, vnde ille excidit culpa sua, & totis viribus nititur nos secum in inferiora detrahere, & detinere, sicut bene prosequitur Ambrosius ad cap. 2. epist. ad Colossens. ad illa verba: *Nemo vos deuincat, volens in humilitate animi, &c.* vbi ait: Quod superius sub nomine philosophiæ cauendum monuit, nunc apertius docet obseruandum ab his, qui terrenæ sapientiæ studentes hæc colenda asserunt, quæ obtutibus adiacent, vel apparent, vt horum detentæ culturis animæ, sub firmamento obligatæ teneantur, ne supra firmamentum tendant ad superiores cælos, ad Deum omnium adorandum, quod opera efficitur inimici, vt semper animas super terras humiliatas detineat, vbi se scit semper de cælis deiectum futurum iusto iudicio Dei. Et in fine eiusdem epist. ait. Nomen fingit, vt falsa quæ sunt, possit vera asserere, & humanas mentes in terra humiliat, ne se erigant ad supernа: aut terrena colentes excidant à supernis cælestibus, & obsint corpori, cuius caput est Christus, secundũ primęuę rationis facturã. Hinc enim grauati non poterũt sursum iũgi Capiti suo, vt instaurẽtur in illo, & honorati effecti, quasi prima parte corporis trũcati, totos se dantes mundo ad sensum carnis explendum, &c. Hac igitur ratione alas mentis nostra ligat, affigitque terræ, nec cælestia contemplari, aut quærere permittit.

Si vero inquiras quomodo alas liget, & cõstringat, quibusue funibus pro vinculis vratur, habetur id Prouerb. 5. cum dicitur: *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorũ constringitur impius.* Vbi Septuaginta habent: *Iniquitates virum capiunt, & catenis peccatorum suorum vnusquisque constringitur.* In quam sententiam facit id, quod notauit Rupertus lib. 3. in Ioan. fecisse, scilicet, Christum Dominum flagellum de funiculis, quibus vendenda animalia in templum deferebantur, vt eijceret de templo vendentes, & ementes. Nam ipsi, inquit Rupertus, longis peccatorũ suorum funiculis circundabantur. Hinc etiam est, quod Isaiæ 28. peccata dicuntur vincula, cum dicitur. *Nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra*, id est, ne forte magis, ac magis peccata vos deuincant, sicut ibi exponit Hierony. Videndusque erit Bernard. tract. de dilig. Deo prope fin. vbi docet cur ligatus sit suis vinculis is, qui peccat, ea enim, quæ præparauerat ad fugam, ipsi reddita sunt quasi vincula retinentia, tunc grauiter ita concludit. Miro itaque, & iusto modo æterna lex fugitiuum suum, & posuit sibi contrariũ, & reti-

Prou. 5. n.22.

Ioan. 2. n.15.

Isai.28. n.22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuit subiectum, dum videlicet nec iustitię pro meritis legem euasit, nec tamen cũ Deo in sua luce, in sua gloria remansit subiectus potestati, & submotus fælicitati: quibus similia habet Gregor. 8. Moral. cap. 19. Et 9. Moral. cap. 37. vbi affert illud Psalm. 113. *Dirupisti vincula mea*, vt de peccatorum vinculis, quibus miser peccator detinetur, accipiatur, pluraque habet Philo lib. de temulẽt. post princip. Aduertit autẽ Beda ad dictum locũ Prouerb. dici à Salomone peccata funes. Quia, inquit ille, qui funem facit, torquendo semper, & inuoluendo fila adauget. Talis est fortitudo operum malorum, in quibus praua prauis nectentes, nil aliud, quam vt se arctius obligent, agunt. Hoc quidam ex Recentioribus ad dictum locum Prouerb. desumptum asserit ex Hieronymo ad illa verba Isai. 5. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis*; Vbi nec simile quidem verbum reperio: Vera tamen doctrina est, quod peccata suo pondere ad aliud trahant, sicut prosequitur Gregor. 10. Moral. cap. 9. Et 25. Moral. cap. 12. Et Chrysost. ad illud Matth. *Soluite, & adducite mihi.* Sicut nauis, inquit, timone priuata eo tendit, quo minime vellet, sic homo sine Diuinæ gratiæ timone, &c. Tolerabilius siquidem malum esset, si solum admitteretur, nec aliorum comitatum secum traheret.

Psal. 113. *n.* 7.

Isai. 5. *n.* 18.

Alio quidem sensu, sed præsenti aptari potest id, quod Dauid dixit 2. Reg. 18. *Si solus est, bonus nuntius est in ore eius*: Nusquam bonum potest esse peccatum, sed non tam malum aliqua ex parte videri posset, nisi ad se aliud vocaret: Et Nazianzenus in tragæd. Christus patiens non longé à principio de malis pænæ dixit, quod quadrat in mala culpæ. Subsequuntur lachrymas lachrymæ alteræ, queis ne modus sit, nec numerus vllus, malo namque semper aliud

2. *Re.* 18. *n.* 25.

crescit in pugnam comes. Ligatur itaque funibus, & vinculis iniquitatum suarũ peccator, eũque haud sinit caput attollere, sursumque respicere diabolus.

Necessarium proinde fuit è cælo nobis venire Christum Seruatorem, regiam vtique aquilam, sic enim eum appellat Gregor. 31. moral. cap. 19. Ambrosius de Salom. c. 2. & serm. 54. Basil. in Psalm. 28. homil. 1. Beda in Exod. 19. Rupert. in cap 5. Ezechiel. Et Lyran. in cap. 10. Prouerb. ad illa verba: *Quartum penitus ignoro, viam aquilæ in cælo.* Necessaria igitur fuit nobis hæc aquila, vt volatum doceret, & ad volandum excitaret, iuxta petitionem Sponsæ Cant. 4. dicentis: *Veniat dilectus meus in hortum suum*: Vbi grauiores Interpretes, tam Græci, quã Latini, atque etiam Hebræi per hortum animam interpretantur, optimaque sunt verba Ambros. lib. 3. de Virginib. & lib. de bono mortis cap. 5. Cum ergo sponsa postularet vt ad se veniret Diuinus sponsus, ipse verò descendere dignatus est, vt ad volatum doceret, & prouocaret, vbi Nyssen. ait. Quia alia ratione fieri nequit, vt ad illum sublimem, & Altissimum Dominum assumamur, nisi ipse, qui humiles adsumit, sese prius demittat, & condescendat. Idcirco sponsa in typo animæ in sublime contendentis manuductionem eius, qui supra nos est, implorando descendere illum de amplitudine sua optat, vt assequi eum inferiores, seu infirmiores possint. Ille vero, qui per Vatem ait: *Etiam num loquente te dicam: Ecce adsum*, priusquã optandi, seu precandi finem Spõsa faciat, audijt ea, quæ petebat, promptoque corde illi gratificatur, &c.

Cant. 4. *n.* 16.

Descendit igitur Filius Dei, vt Spõsæ suæ ascensum inculcaret, & suaderet. Vbi iam venit notandus Paulus ad Galat. 4. qui cum dixisset Agar ancillam Abrahami figuram fuisse

Galat. 4. *n.* 24.

veteris

veteris testamenti in monte Sina conditi, quod in seruitutẽ generat, ludens in verbo, *Agar*, quod lingua Syriaca significat eundem montem Sinai, vt ostenderet non modo nomine cum Agar ancilla, sed repręsentatione etiã conuenire, subdidit hæc verba: *Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hierusalẽ*, vbi sacri Interpretes plures inuestigant solutiones pro soluendo difficultatis nodo. Nã constat montem Sina ab Hierusalem distare itinere dierum multorũ. Qua ergo ratione inter se coniuncta dicuntur ab Apostolo? Quidam dicunt, quod mons Sina respicit Hierusalem; alij quia ex Sina profecti sunt filij Israel, ac adeò si non vicinia loci, certè continuatione itineris cum Hierusalem coniunctus est. Alij quod non iugis, sed radicibus coniuncta sunt, sicut fieri videmus in plerisque montibus, quorum radices multo terrarum tractu continuatæ in distinctos vertices, & cacumina eriguntur. Cæterum ipsamet Pauli verba dictas solutiones videntur refellere, proinde verisimilius quod alij dicunt Sina coniunctum esse cum Hierusalem coniunctione similitudinis, & allegoriæ, & certé Paulus vsus est verbo Græco, quo significatur cõsensus, seu coniunctio in natura, vel ingenio, vt sensus sit, quod mons Siõ, & Hierusalem sibi correspondeant, primó, quia in monte Sina vetus testamentum confertum fuit, deinde quia locus desertus erat, & tale fuerit vetus testamentum; quod per Hierusalem significatur, quoniam non tam excolebat ad iustitiam, quam horrorem exercebat ad pænam. Quamobrem mons Sinai per omnia similis est Hierusalem in eadem quasi serie, & similitudine significationis. Ita ferè Caiet. Adamus, Legion & alii. Ad hunc igitur montem dum Moyses ascendit Exod. 3. nobis significauit ascensum perfectissimum Christi Domini nos excitantis, & eleuantis ab infimis, ac terrenis: quod bene expendit Hieron. ad verba illa Matth. 17. *Duxit illos in montem excelsum.* Duci ad montem, inquit Hieronymus, pars regni est, quasi dicat, quod hæc fuit prima significatio regni nobis à Christo inculcati: alumnos suos ab imis, & terrenis educere, & ad alta extrahere, vbi cum ipso transfigurandi essent in alios homines, nec deinceps, aut sibi, aut alijs similes apparerent, sed omnino factis, aut virtutibus gloriosiores, qualem se ipsẽ in corpore exhibuerat. Hinc est, quod primam suam prædicationem initiatus est Christus Dominus in mõte, cuius rei rationem petere debemus à D. Ambros. 2. de Abraham cap. 3. vbi ait. Incrementum deuotionis, montis significat eminentia, cuius ascensus indicium est vberioris virtutis. Quibus similia habet ad illa verba Psalm. 47. *Mons Sion latera Aquilonis, ciuitas Regis Magni*, dicens: Apostoli præexcelsa Ecclesiæ culmina, verticem adhuc ipsius altissimis virtutum suarum turribus erexerunt, vt in ea statim Deus habitator agnosceretur, &c. Qui enim Christi doctrinam ascensum monentis sequitur, ad montem vitæ perfectionis, & ad incrementum virtutis ascendere debet, & cum Christo in excelso commorante, & docente conuersari. Vnde Dauid Psalm. 83. ait: *Beatus vir, cuius est auxilium abste, ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum.* In Hebræo est: *Beatitudines viri*, vt sit sensus: Omnes è cælo benedictiones verè possidere illum, qui cor suum ita in Deum erexerit, vt montis instar euaserit, pluribus videlicet ascensionibus, hoc est, virtutum culminibus insertus cælo. Similia habet Bernard. ser. 53. in Cant. post med. vbi de perfectis viris ait. Ijdem ipsi & montes, & oues: mõtes propter

Matt. 17. *n.* 1.

Psal. 47. *n.* 3.

Psal. 83. *n.* 6.

plenitudinem, vel celsitudinem, oues propter mansuetudinem. Pleni quippe Deo celsi meritis, cumulati virtutibus, nihilominus tamen erectos vertices tota, & humili obedientia submittunt, & inclinant illius longè supereminentis imperio maiestatis, tanquam oues mansuetissimæ ad nutũ sui pastoris per omnia ambulantes, & sequentes eum quocunque ierit. Et in his (secundum Prophetam Dauid) *Psal.86. n.1.* vere montibus sanctis fundamenta ciuitatis Domini ab initio firmiter stabilita consistunt: quæ vtique vna est in cælo, & in terra, licet ex parte peregrinans, & ex parte regnans. Et ex his tanquam quibusdam vitalibus cymbalis bene sonantibus iugis resonat gratiarum actio: quia *montes, & colles cantabunt coram Deo laudes.* Hi ergo illi sunt montes, atque colles, in quibus Ecclesia vidit cælestem Sponsum mira alacritate salientem. *Ecce,* inquit, *iste venit saliens in montibus.* Vnde apud Isaiam cap. 40. sic monet Deus Euangelicos viros: *Super montẽ Sion ascende tu, qui euangelizas Sion.* Hebr. habetur, *quæ*, vt referatur ad ipsam Hierusalem in monte Sion collocatam, voceturque ad altiorem, & perfectiorem adhuc statum, q. d. Propheta. Tu Sion licet mons sis, ascẽde adhuc ad montem, vbi Hieron. ait. Præcipitur Apostolis, vt de magnis dicturi, in sublimibus commorentur. Etenim Apostoli, cæterique fideles primum valles erant, abiecti conditione, & conuersatione, postea tantum deuotionis incrementum adepti sunt, vt in eminentissimos euaserint mõtes, vocati, & prouocati à volante aquila; vnde est illud acriter dictum à Tertull. in lib. de cultu fœminar. Quid nos Dominus, inquit, ciuitati supra montem constituræ comparauit, si non extamus inter demersos? Vbi alludit ad illud Christi Matth. 5. *Matth.5. n.14.* *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita*; vt sit sensus homines iacere demersos ante Euangelicam doctrinam, & priusquam á Filio Dei prouocarentur, tolerabile vtcumque fuerit, at postquam cælestis Aquila ad nos descendere dignatus est, & doctrina sua prouocare, hoc quidem minime tolerari potest, cum id discriminis esse debeat inter veteris, nouæque doctrinæ, & scholæ homines, quod inter montes, ac valles reperitur. Vnde Ambros. ad illa verba Luc. 6. *Exijt in montem orare*: vult Christum Dominum ascendisse, vt ad volatum mentis nos prouocaret. Vt doceret, inquit, viros contemplatiuos á terrenis ad superiora progredi, atque ad verticem ascendere. *Luc.6. n.12.*

Descẽdit itaque Filius Dei imprimis, vt descensu suo nobis condescenderet, & paternum affectum ostenderet, nos ipsos supra se assumẽdo, quod bene prosequitur Arnold. tract. de septem verbis Domini, vbi ait. Latitudo charitatis zeli amplitudine vniuersa complectitur, cum ægris infirmatur, & cum his, quibus est scandalum, vritur, extendit se, & superfertur afflictis affectu nutritio, expansisque alis pullos implumes aggregat, & fouet & protegit, & seipsum in tutelam paruulorum exponens negligit, neque alios vt defendat, propria damna formidat: Et si corrigat omnino solicitè agit, vt plus agat beneuolentia, quam veritas. Huius latitudinis mysteria Christus etiam inter supplicia commendans in eo, quod expansis manibus, eleuataque læua, & dextera inter latrones se medium exhibebat, volebat intelligi commune esse illud beneficium, & non solum bonis, sed & impijs, quod agebatur perficere, & se potius medicamina illa ægris proposuisse, quam sanis, & gratia illa pari liberalitate donasse eos, qui de libera, & eos, qui nati fuerant de ancilla. Similia sunt quæ habet Hieronym. in

illud

illud Ezechiel. 2. *Et ecce Manus missa ad me, in qua erat volumen*, vbi per allusionem ad verba nostri textus explicat prædictam extensionem manus dicens: Extendit in passione pẽnas suas, suscepitque discipulos, & portauit illos in humeris suis, & loquut⁹ est Isai. 65. *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem*, vt congregaret filios Israel, sicut gallina congregat pullos suos sub alas: & extensione manuum Moysi Israel superare Amalech Exod 16. &c.

Vnde iam intelligetur locus ille Ioan 3. vbi Christus Dominus dixit: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis.* Mirum autem est quod quoties Christus Dominus in Euangel. suæ Crucis meminit, toties eam appellat exaltationem. Nam Ioan. cap. 8. ait. *Cum exaltaueritis Filium hominis.* Et cap. 12. *Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.* Cum tamen, vt aduertit Iustus Lypsius lib. 1. de Cruce c. 3. & 4. & lib. 2. de Cruce cap. 7. inter alios loquendi modos, quibus veteres vtũtur cum de Cruce agunt, non inueniatur hic, quo pro crucifigi dixit exaltari. Sic enim ascendit in Crucem, vt nos omnes pariter eleuauerit, & secum sustulerit é terra. In quam sententiam aduertit Leo Papa serm. 6. de Passione cap. 4. meritó Christum Dominum dixisse, *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*, propterea quod causam totius humani generis egit, & secum tulit, soluens siquidem peccatorum nostrorum vincula, & debita, animos omnium ad se alliciebat, & prouocabat, ostendens iã disrupta vincula, quibus tenebantur in terris. Et hanc forte manum postulabat Dauid cum dicebat Psal. 143. *Emitte manum tuam de alto.* Vbi per manum Filius Dei debet intelligi, iuxta celebrem doctrinam Gregor. 18. moral. cap. 6. cum interpretatur verba illa Iob 27. n. 11. *Docebo vos per manum Dei*: Vbi per manum Dei Christum intelligit docentem nos volatum in cælum. Vnde sicut aliquando in viarum compitibus Cruces viam ostendunt & viatores dirigunt, sic & Christus eleuatus in Cruce non solum iter nobis pandit, sed veluti digito ostendit, qua perueniendum sit ad cælum; ideoque Petrus epist. 1. cap. 2. ait. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum* (Tertull. in scorpico cap. 12. addit, se ipsum) *vt sequamini vestigia eius.* *Ioan.12. n.32.* *Iob.27. n.11.* *1. Petr.2. n.21.*

Videndus in hanc sententiã Chrysolog. serm. 54 cum explicat id, quod Christus Dominus dixit Luc. 19. Zachæo: *Zachæe festinans descende*: sic enim habet. Si bene ascenderat, quare et dicitur descende? Superius dixit: *Præcurrens ascendit in arborem*, præcurrit seruus Dominũ: & ante Zachæus ascendit in arborem, quam Crucem dominator ascenderet: hinc est quod dicitur ei, *festinans descende.* Si sapis, festinans descende: descende ante Dominum de Adamitica arbore, vt post Crucem Dominicæ passionis ascendas. *Nisi quis tulerit Crucem suam, & sequutus me fuerit.* Non dixit, præcesserit me. Descende ergo, vt deponas tantæ fraudis onera, pondera cupiditatis, vsurarum molem, magisterium Publicani, exactionis crudelissimæ principatum: expeditus intres pauperis scholam, discipulatum misericordiæ, pietatis vsum, patientiæ disciplinam, studia virtutum, scientiam Diuinitatis, tolerantiam passionum, philosophiã mortis, atque inter vitalis ligni arduа iam perfectus ascendas. Sic ille ostendit ascensionis, imó elationis viam, perditionis fuisse ante aduentũ Christi, sic enim & Angelus ascendere volens, in inferiora terræ corruit, & primi parentes dum inobediente voluntate prohibitum arboris fructum arripiunt, in miserum decidunt statum; *Luc.19. n.5.*

post

Universidad de Deusto
Biblioteca

post ascensum vero Christi in Crucẽ ascensionis via patet in cælum. Vnde Tertull. cornua Crucis Christi ventilabra appellauit, quibus nos è terra efferens, in cælum transfert, affertque in confirmationem benedictionem illam à Moyse Iosepho impertitam Deut. 33. vbi dicitur: *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius; cornua illius, cornua Rhinocerotis, in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ.* Quæ verba optimè quadrant in Christum Seruatorẽ, cuius pulchritudo, Sanctitas, & Diuinitas videtur fuisse tota ratio passionis, & mortis ipsius. Enimuero taurus ideo in forum introducitur, & in circo agitatur, quia pulcher, robustusque conspicitur, & quo pluribus valet viribus, celerior ad cursum deprehenditur, fortior ad ventilandum cornibus, crebrioribꝰ petitur ictibus, plura immittuntur spicula, acerbiora infliguntur vulnera; Sic & pulchritudo, Sãctitas, & Diuinitas Christi Seruatoris causa fuit cur ab impijs Iudæis vsque ad effusionem sanguinis, & animæ persequeretur, ex resurrectione siquidem mortuorum, cæcorum visu, infirmorum salute, languidorũ medela orta est tota occasio ipsum accusandi, ipsique inuidendi. necemque inferendi. At cornua illius rhinocerotis plane fuere, proficua scilicet, salutifera, & contra peccatorum venenũ efficaciſsima, & præsentiſsima remedia: atque dum cornibus tauri vulnera infligũt, ipse cornibus Crucis suæ euexit, & extulit humi repentes homines, & in superioribus cum Angelis collocauit, nisi enim ipse prouocaret, doceret, suaderet, & iuuaret, quis terrenus posset grauitatem peccatorum, & onus temporalium superare, & excedere, quod bene prosequitur Nazianz. Orat. de statu Episcopali statim post princip. vbi ait. Nihil mihi tale videtur, quale est sensus odio habere, ac extra carnem, & mundum fieri, nihilque ex rebus attingere humanis nisi quod necessitas exigit sima, cum se ipso loqui, & Deo, ac vitã viuere longe rebus visibilibus sublimiorem. Quam difficulter quis seipsum, aut philosophia longe instruit, & pauliſper animæ generosum, ac lucidum ab humili, & tenebris commixto depurat, nisi Deum sortiatur propitium? Aut ambo hæc in deorsũ trahentem superet materiam. Audimus Deum cum Moysi legem tradere vellet, plures ad montem aduocasse, ex quibus Aaron vnus erat cum filijs duobus Sacerdotibus, reliqui vero omnes á longe adorare iubebantur, ac solus Moyses appropinquare, populũ vero nequaquam vna ascendere. Ac paulo ante hæc alios quidem fulgura, & tonitrua, nec non tubæ, & mons totus fumans, & minæ, & horrores, ac terrores tales deorsum stare faciebãt, ac magnum eis erat solum Dei vocẽ audire, etiam valde purificatis. Sed & hoc noui quod multis, nec vilia templi tangere tutum erat, ac propterea aliorum, & externorũ opera indigebant. Hæc ego cum sciam. & quod nemo magno Deo dignus est, qui non prius seipsum Deo offert sacrificiũ viuens, seu potius qui nõ factus est templum Dei viuentis & videtis, quomodo me audacter ingererem, quandoquidem desiderium tale nequaquam laudabile est, conatus vero terribilis, ac ideo decet, vt vnusquisque primo se expurget, si non velimus Manue illud audire, & dicere, cum in contemplationẽ Dei incidimus, *Perij ò mulier, quia vidi Deum*, seu Petri instar Iesum à naui cula repellere, tanquam minime eo ob timiditatẽ digni, aut sicut Centurio ille, qui sanitatem pro filia expetebat, sanantem vero nequaquã suscipiebat. Dicat igitur vnusquisque à nobis, quandiu Centurio est, & multæ in malitia potentiæ, Cæsarique deorsum trahenti, & huius mundi militat Domino,

Deut.33. n.17.

Iudic.13. n.22. Luc.5. n.8.

Matth.8. n.8.

mino, *Non sum dignus vt tectum meum subeas.* Cum autẽ Iesum videbo etiam si ætate spiritali adhuc sim paruus Zachæi illius instar, & super sycomorum attollar mortificãs membra super terram, ac euacuauero corpus humilitatis, tum Iesum excipiam, & audiam, *Hodie facta est salus huic domui*, salutemque consequar, ac perfectiora philosophabor, &c. Vbi ostendit minime posse nos terrena hæc excedere propria ducti sapientia, indigereque diuina doctrina, virtute, & potentia, sed iam audiamus Tertullian. lib. cõtra Iudæos cap. 11. dicentem: Christus in illo significabatur tauro ob vtramque dispositionẽ, alijs ferus, vt iudex, alijs mansuetus, vt Saluator. Denique virtute Crucis, & hoc more cornutus, vniuersas gentes, & nunc ventilat per fidem, auferens á terra in cælum, & tũc ventilabit per iudicium, deijciens de terra in cælũ. Moyses quid vtique tũc tantũ, cũ Iesus aduersus Amalech præliabatur, extẽsis manibꝰ orabat residẽs, quãdo in rebustã attonitis, magis vtiq; genibus positis & manibꝰ cædẽtibus pectus, & facie humi volutata, orationẽ cõmẽdare debuisset? Nisi quia illic, vbi nomẽ Iesu dimicabat, dimicaturi quãdoq; aduersꝰ diabolũ, Crucis habitꝰ quoq; erat necessarius, per quã Iesus victoriam esset relaturus, &c.

Exod.17. n.11.

Videndus in hanc sententiã Athanasius lib. 1 de Incarnat. post princip. vbi ostendit non potuisse meliori modo Filium Dei homines ad se vocare, quam extensis in Cruce manibus. Si mors, inquit ille, Domini redemptio omnium est, eiusque morte medius paries maceriæ soluitur, fitque vocatio gentium, quomodo nos ad se inuitaret, nisi crucifixus esset? Sola enim in Cruce expansis manibus quisque moritur Idcirco merito Dominus hãc pati debuit, & manus extendere, vt alia Iudæos, alia Gentiles attraheret, amboſque in seipso coniungeret, hoc enim & ipse dixerat, *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Etsi maledictum, quod erat contra nos, portare ipse venerat quomodo maledictum ipse factus esset, nisi mortem illam, quæ pro maledicto erat, excepisset? Ea vero Crux est, quia *Maledictus omnis, qui pendet in ligno, &c.*

Quod si Christꝰ Seruator decere venerat inimicos superare, & triumphũ docere, id non potuit melius inculcare, quam sub eo signo, ad cuius eleuationem acies inimicorum prosternebantur, quod bene prosequitur Nazian Orat. 19 in Moyse extendẽte manus dicens: Manuum extensio Crucẽ adumbrans trophæũ statuit, ac multa hominum millia superauit, & Theodoret q. 34. in Exod. Dum extendebat manus Moyses, præ se ferebat typum eius, qui crucifixus est pro nobis Declarata est igitur sub illa figura vis ipsius veritatis, quemadmodum enim seruo manus extendẽte, cecidit Amalech, ita cum Dominus manus extẽdisset, dissoluta est acies diaboli, &c. Proinde qui inimicos superare constituit, debet imitari, & sequi præliantem in Cruce Christum; imò quia diabolus nos humi detinet, & ligat, debemus & Cruci Domini affigi, & alligari, sic enim & securi transibimus, & pugnando triumphabimus, quod bene expendit Clemens Alex. 1. pædag. cap. vlt. vbi sub metaphora rem eleganter inculcauit, dicens. Ligno alligatus, eris solutus ab omni exitio, gubernabit te verbum Dei, & ad portum cælorũ te adducet Spiritus sanctus: Quo in loco Clemens alludit ad id, quod fecisse Vlyssem veteres fabulantur Poetæ, iussisse, scilicet, se alligari nauis, qua vehebatur, malo, ne Syrenarum cantibus delinitus naufragium, & miseram mortem incurreret. Vult igitur nos admonitos esse, vt si velimus fallacias seculi, & temporalium blandimenta effugere, ac

secularium voluptatum cantum libero gressu euadere, ligno Crucis adhæreamus, & Christo Domino affixo adglutinemur: eleuata siquidem hęc aquila omnes secum pariter exaltat, & portat. Vbi notandus venit Ambros. lib. 10. in Luc. c. 21. cum de Christo cruce affixo ait. Refert considerare qualis ascendat: nudum video. Talis ergo ascendat qui seculum vincere parat, vt seculi adiumenta non quærat. Victus est Adam, qui vestimenta quæsiuit, vicit ille, qui tegumenta deposuit, & talis ascendit, quales nos, Autore Deo, natura formauit. Talis in paradiso homo primus habitauerat, talis ad paradisũ homo secundus intrauit, & vt nõ solũ sibi, sed omnibus vinceret, manus extendit, quo omnia traheret ad se, vt nodo mortis exuta, iugo fidei suspẽsa, cælestib⁹ ea, quæ prius erant terrena, sociaret, &c.

Neque vero mirum videri debet si Crux gentes eleuet, homines extollat è terra, sursumque ascendere faciat, cum & grauissimum ferrum extrahat ab imo pelago, & ascendere faciat è profundo aquarũ, & quod ampli⁹ est, super aquã enatare, sic enim exponit Tertull. lib contra Iudæos cap. 13. post med. illud, quod habetur 4. Reg. 6. cum, scilicet, cuidam ex filijs Prophetarum ligna succidenti, ferrum securis cecidit in aquam, & cum clamaret ad Elisæum, quod ipsum mutuo acceperat; quæsiuit Eliseus locũ vbi ceciderat, monstranteque discipulo, præcidit lignum, & misit illuc, statimque ferrũ enatauit. Rem ergo ad Crucem refert Tertull. dicens. Adhuc huius ligni sacramentum in regnorum (scilicet libris) legimus celebratum. Eliseus accepto ligno, & misso in eum locum, vbi submersum fuerat ferrum, statim supernatauit, & lignũ mersum est. Quid manifestius huius ligni sacramento? Quod duritia huius seculi mersa in profundum erroris, á ligno Christi, id est, passionis eius, liberatur, vt quod perierat olim per lignum in Adam, id restitueretur per lignũ Christi. Sic Tertull. ostendit Crucis virtutẽ ad extollendã grauitatẽ nostrã, & põdus iniquitatis nostræ in ferro adũbratæ, quod arbores cęlestes (id est, homines, sicut appellauit Philo) precidit. In quã sententiã etiã facit Naziãz. Orat. 1 apologet. vbi ostendit Christũ Dñm propterea extensis manibus in Cruce expirasse, vt petulãter extẽsæ Euæ pœnas lueret, & sic Crucis passionem Euæ redimeret, vt ibi commentatur Elias Cretens.

Hinciã intelligetur locus ille Cãt. cap. 4. *Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.* vbi notandum est omnibus pene interpretibus cõmune esse, per capillos, cordis, cogitationes accipere, nam sicut illi á capite, sic hæ corde, quod caput quoddã est, procedunt. Deinde aduertendum, quod Galaad aceruum testimonij sonat, quod aptissime conuenit Christo, sicut aduertit D. Thom. & Beda, in quem omnes figuræ veteris legis, ac Prophetarũ testimonia coaceruata concurrunt, & ad amussim implentur, vt posit ipse Christus Seruator dici aceruus testimonij. Tertio notandum est capras, quæ sunt in tractu Galaaditano, flaui esse coloris, neque enim aliter apta esset comparatio cũ cap. 7. n. 3. Capilli Spõsæ purpuræ regię dicantur esse similes, idq; potest colligi ex 1. Reg. 19. Vbi Michol, vt parentis sui satellites, ficta imagine deluderet, statuam pro Dauide suppositi in lectulo, & pro capite, pellem capræ adhibuit, quæ pilum Dauidis referret, qui ruffus esse dicitur. Causam huius coloris in capillis caprarum, vel ex aquarum, pabulorumque qualitate deducere possumus, inde enim pecudes colorem hauriunt, & velut imbibunt, vt multis in locis ait Martial. & Plin. lib. 8. cap. 48.

4. *Reg.* 6. *n.* 5.

Cant. 4. *n.* 1.

1. *Reg.* 19. *n.* 13.

1. *Reg.* 16. *n.* 12.

Ouid.

Ouid 15. Metamorphors. Aristotel. 3. de historia animal cap. 12. Vel licet eum reducere ab arboribus, & pascuis, quæ stacte resina, ac myrrha pinguia sunt, vt constat ex illo Ierem. 8. *Nunquid non est resina in Galaad?* Quæ verba continent prouerbialem formã, & significant nihil à se fuisse præter missum, quod ad affecti illius corporis curationem, & sanitatẽ pertineret; quia medicamentorum satis à se cõparatum, non minus, quam in Galaad resina reperiri soleat. Vnde Galaad pro pharmacopoleo sumitur, indeque Ierem. 46. habetur: *Ascende in Galaad, & tolle resinam Virgo filia Ægypti*: Inde etiam Genes. 37. dicitur: *Viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camellos eorum portantes aromata, & resinam, & stactem in Ægyptum.* Cum ergo capræ illæ, quæ in Galaad versabantur inter frutices, & arbusculas, quæ aromata sudant, plerumque discurrant, verisimile est crebro ad plantas aromaticas affrictu, ipsis ex ea materia flaua, ac pingui aliquid adhærere, vt de Ledano, & Æsipo Plin. lib. 12. cap. 17. Fauetque huic sententiæ, quod vox Hebræa, *galesu*, pro qua Hieronym. vertit, *ascenderunt*, significat iuxta Doctores Hebræorum, *defricuerunt*, aut *deterserunt inter arbusta syluæ, & effecta sunt pulchræ.* Pulchri igitur dicuntur capilli, & cogitationes illius animæ, quæ non iam tantũ é terra, sed è Galaad ascendunt, si aliquid secum traxerunt, dum Christum crucifixum meditantur, Diuini licoris, & à Christi vulneribus tinctæ, & rubricatæ apparuerunt, eo colore testantes se iam é terra cum Christo in Cruce pariter fuisse exaltatas, & Diuino cruore, non leuiter, vt elui possit, fuisse tinctas, sed qua ratione purpura bis tincta, quem semel colorem imbiberit, non amittit: Quare postea Sponsæ comæ regali purpuræ assimilatur iunctæ canalibus. Tales cogitationes animum ornant, non secus, atque capilli caput, arborem frondes, & solem radij, qui ab eo diffunduntur: Tales imitantur volantem Aquilam, dum ab ea edocti, pariter cum ea ascendunt, quod tamen non nisi eodem donante Domino fit. sicut prosequitur Bernard. serm. 1. de verbis Isaiæ, *Vidi Dominum, &c.* vbi ait: Suscitet certe de terra inopem, & de puluere erigat pauperem, vt collocet eum cum principibus, & solium gloriæ cõpleat.

Ierem. 8. nu. 22.

Ierẽ. 46. nu. 11.

Gen 37. n. 25.

Docuit etiam prudentiam contra stultitiam huius seculi, vt doctrina sua doceret nos euacuare stultitiam, secũdum quam filij huius sæculi terrenis omnino adhærent, iuxta illud Iob in cap. 5. *Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim*, vbi Gregor. 6. moral. cap. 4. in princip ait. Quasi firma radice stultus in terra figitur, qui totis desiderijs in terreno amore solidatur. Vnde & primus Cain ciuitatem in terra construxisse dicitur, vt aperte monstraretur, quia ipse in terra fundamentũ posuit, qui á solidate cælestis Patriæ alienus fuit, bene ergo dicitur: *Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim*: Pulchritudini quippe stulti maledicere, est eius gloriam ex considerata damnatione iudicare, quia eò atrocius in tormentis obruitur, quo altius in peccatis eleuatur, quia cum transit, quod extollitur, permanet quod punitur: *Maledixi pulchritudini eius statim*, ac si aperte diceret; contra stulti pulchritudinem moram in maledictione non habuit, quia cum hanc cernerem, simul etiã pœnam sequentem vidi, &c. Stulta itaque est peccatorum insania, dum falsis bonorum apparentijs decipiuntur, & detinentur, quam vt de terra relegaret Filius Dei in carne, docuit é terra eleuatus illa relinquere, in quo vera sapientia consistit.

Iob. 5. nu. 3.

Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde Bernard. epist. 103. ad fin. ait Si sapis, si habes cor, si tecũ est lumen oculorũ tuorum, desine ea sequi, quæ & assequi miserũ est. Beatus qui post illa non abijt quæ possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant. An non ea satius cum honore spernis quã cum dolore perdis? An non ea prudẽtius Christi cedis amori, quam morti? Et epist. 117. circa fin. docet hanc Christi doctrinam nõ audire, nisi qui euacuatum ab omnibus temporalibus habent cor: Sic vero habet Non vultis ó miseri dicere cum Dauid. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Vtique foris fusi in vanitates, & insanias falsas: intimum, optimumq; non requiritis veritatis auditum: *Filij hominũ vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Surdi ad vocem veritatis, ignorantes consiliũ cogitatis cogitationes pacis. Si præparas aurẽ interiorem, fuge curã exteriorem, vt expedito & vacante interno sensu, dicas & tu cum Samuele: *Loquere Domine, quia audit seruus tuus.* 1. Reg. 3.

Abrahæ præcipitur exire de terra, & de cognatione sua, vt videre, & possidere mereatur terrã viuentium. Iacob relicto fratre, & patria, Iordanẽ transit in baculo, & excipitur Rachelis amplexibus. Ioseph dominatur Ægypto mercatione furtiua patri sublatus, & patriæ. Ecclesiæ iubetur, vt concupiscat Rex decorẽ eius, & obliuiscipopuli suum, & domũ patris sui. Puer Iesus inter cognatos, & notos à parentibus quæritur, nec tamen inuenitur. Fuge fratres tuos, &c. si tuam vis inuenire salutẽ. Fuge inquã de medio Babylonis, fuge à facie gladij Aquilonis, &c. Gen. 12. Gen. 29. Gen. 39. Psal. 44. Luc. 2.

Quando igitur eleuatus in Cruce nos docet Filius Dei, ipsum debemus aspicere, & contemplari in tertis relinquentem Matrem, & discipulos, quos diligebat, neque quocunque modo debemus eũ in cathedra Crucis docentẽ respicere, sed attentissimis oculis intueri, quod rectẽ notauit Ambros. in Psal. 61. cũ ponderat verba illa Matth. *Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, &c.* Vult enim propterea blasphemasse, quia transibant, nõ stabant, nec attente considerabant Aquilam expansis alis in Cruce exaltatam. Sic vero habet Ambros. Pulchre Euangelista ait, quia *Transeuntes mouebant capita sua.* Transeuntes, non stantes. Sacerdos præterijt, Leuita præterijt, stetit ille, qui vulnera curauit, stantes, non trasceuntes sunt pedes benedicentium. Denique vineam, cuius soluta munitio est, transeuntes vindemiãt, nõ manẽtes. Ideo nec Sacerdos, nec Leuita potuit coronari, quia transierunt, & tanquam vmbra præterierunt. Stephanus martyrio coronatus est, quia stantẽ videbat Dominũ, immobilis fide, immobilem Christũ videbat. Sic Ambros. ostendit intuendũ esse Christum in Cruce, & attente cõsiderandum. Matt. 27. n. 39.

Sed id maxime deplorandũ, quod cum elementa insensibilia Dominũ pendentẽ in Cruce sentiant, & ad illius vmbram ferrũ eleuetur & marini fluctus retrahantur, homines sensu prediti ad ipsam præsentiã Christi crucifixi neque è terris eleuentur, neque Christũ docentẽ audiant. Etenim D. August. tract. 119. in Ioan. ait. Lignum, in quo fixa sunt membra Christi patientis, cathedra fuit magistri docentis. Vnde qui eum inde minime audit, neque ab ipso exaudietur. Et cum gloria, & resurrectio fructus sit Christi in Cruce patientis, sicut ait idem August. ser. 101. de tempore, mirũ sane est, quod prosit defunctis, & in sepulchris delitescentibus Christus affixus Cruci, & tamẽ viuentibus non prosit, neque ad illius aspectum prouocati eleuentur.

Qua in re illud extreme dolendum est, quod ipsi etiam dæmones virtutem Crucis sentire, vt à nequitia sua

compescerentur, sicut prosequitur Cassian. collat. 7. cap. 23. vbi ostendit quomodo olim in eremo dæmones Religiosos viros ibi commorates persequebãtur: Vt nõ auderẽt, inquit ille, omnes pariter nocte dormire, sed vicissim alijs degustantibus somnũ, alij vigilias celebrantes, Psalmis, & orationibus, seu lectionibus adhærebant; Cũque illos ad soporẽ naturæ necessitas inuitaret, expergefactis ad eorũ, qui dormituri erant, custodiã, similiter excubiæ tradebantur. Reddens igitur rationem cur fracta, & diminuta fuerit hæc persecutio, addit. Virtute Crucis etiã deserta penetrante, & vbique eius gratia coruscante, retusa est nequitia dæmonum, &c. Et Origen. homil. 8. in diuersos ait. Hoc signum leuemus in frontes, quod dæmones cum viderint contremiscant, nã qui aurea capitolia non timent, Crucem timent; Et D. Ignatius in epist. ad Polycarp. Cum paranda, inquit, esset Crux, diabolus tumultuabatur, pœnitentiam immisit proditori, & laqueũ illi monstrauit, & suspendium, quo strangularetur, edocuit, & mulierculã turbans, eandẽ in somnijs, vt à crucifigendo cessarent, inducere moliebatur, qui prius omnẽ lapidem mouerant, vt eadem Crux pararetur, nõ quod pœnitudine duceretur ob tantũ malum, hac enim parte minus sceleratus fuisset, sed præsẽtiens suam ipsius perniciem à Crucis virtute prodituram. Qua de re plura latè docet Baron. tom. 1. annal. cap. 93. anno Christi 34. Ruffin. lib. 2. suæ historiæ cap. 29. Et Socrates historicus lib. 5. cap. 27. Optimeque Athanas. lib. de passione, & Cruce Domini, vnde & Ecclesia canit. *Ecce Crucem Domini, fugite partes aduersæ.*

Quandoquidem igitur & maligni spiritus Crucis virtutem reuerentur, & ad illius præsentiam à tentando, & ad peccata inducendo cessant, nos, qui illius pretium agnoscimus, & profitemur, ad præsentiã illius, qui in Cruce propter nos affixus est, à peccatis debemus cessare, & cũ illo Crucẽ conscẽdere, vt pariter è terra extollamur, & finẽ vitijs imponamus. De Cruce nãque dixit Clemens Alex. 3. pædag. c. 12. Habemus limitẽ Crucẽ Domini; cui affigimur, & à superioribꝰ peccatis reprimimur, &c. Etenim qui Cruci Domini simul cum illo affigitur, á terra pariter exaltarur, vt illius volũtati adhæreat, & infima, ac terrena deserat, supernaque, & cælestia petat.

Et hæc est ratio, cur ad filios noui testamenti pertineat peculiari ratione tẽporalia deserere, & volantẽ Aquilam sequi. Postquam enim Dei Filium in Cruce exaltatum conspiciunt, & credunt, decet maximè illius sequela effectos Christianos. Etenim si Patriarcha Iacob moribundus Iosephi virgã adorauit, quæ figura Christi Seruatoris fuit, & postea finitis mãdatis, quibꝰ filios instruebat, *Collegit pedes suos super lectulum, & obijt*, quę verba Hieronym. in cap. 1. Sophon. non longè à princip. legit: *Leuans pedes super lectum defecit.* At vero cum per pedes affectus animi indicentur, dum pedes contrahendo eleuat, videtur profiteri se ad præsentiam Crucis ita è terrenis rapi, vt nec pedis vestigium in puluere impressum velit, nec depressum adhuc animũ suũ ostentet. Facit in hanc sententiã exhortatio illa Clem. Alexan. Orat. ad gentes, quæ maximè ad Christi fideles spectat. Ne ergo, inquit, porcis efficiamur similes, sed vt germani filij lucis intueamur lucem, & sursum adspiciamus, ne nos esse adulterinos deprehendat Dominus, quemadmodũ Sol aquilas, &c. Cõuincũtur enim, & deprehenduntur potius esse filios tenebrarum, quam lucis, ij, qui ad solarem Aquilam non aspiciũt, neque ad volatum prouocantẽ comitãtur, & ostendunt incuruatum habere cor, qui sursum cum Christo eleuato Gen. 37. n. 31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non exaltãtur, quod de Iudæis crucifixum Dominũ negantibus, eleganter prosequitur Hieron in c. 8. Amos post princip dicẽs Excæcati sunt oculi eorum, vt non viderẽt: & obturatæ sunt aures eorũ, vt non audirent, & incuruatũ est dorsum eorum ne cælũ suspicerent, sed cũ Euangelica illa muliere, quæ habebat spiritum infirmitatis, semper terræ incumberent.

Aduertit optimè Philo lib. de Somnijs solem esse symbolum sapientiæ cælestis, cuius radijs vapores, & exhalationes excitantur attenuatæ: quo etiã pacto ad præsentiam Sapientiæ Patris in Cruce exaltatæ, eleuantur ij, qui tẽporalibus soluti & expediti attenuatique reperiuntur. Vnde & Dauid dicebat Psal. 70. *Non cognoui literaturam.* Chrysost & Arnobius legunt, *negotiationem.* Genebrar. exponit, *negotia huius seculi: introibo in potentias Domini.* Ij enim apti sunt ad sequelam Dei, & ad volatũ cælestẽ, qui negotiationẽ huius sæculi, sæcularia que lucra minimè sectãtur Vnde Clem. Alex. 7. stromat. loquens de sapiẽte & illustrato radijs solaribus Sapientiæ Diuinæ, ait. Propterea omnia mundi bona, quæ sunt in promptu, & ad manum, non diligit, ne humi remaneat, sed ea, quæ sperantur, vel potius quæ iam sunt cognita, sperantur autem esse comprehendenda. Quibus similia habet Gregor. Nazianz. Orat ad Iulian. vbi graues corde, & ineptos ad cælestem volatũ appellat, & Bernar. ser. 24. in Cant. exponens illud: *Recti diligunt te* ait Animæ curuæ non possunt diligere sponsum, quoniam non sunt amicæ Sponsi, cũ sint mundi, &c.

Hinc est quod ij, qui domos ædificant, plantãt vineas & sibi desponderit vxores, ad bellũ ineptι cẽsentur Deut. 20. vbi Abulens. rationẽ reddens, ait. Miles tam animõ, quam corpore debet esse libero, & expedito, fieri autẽ non potest vt liber, & expeditus censeatur ad vitiorũ prælιũ ille, qui terrena vincula subit, & tẽporalia diligit, specieque potius Christi miles videbitur quã re ipsa fuerit. Cum obturbatos ordines in Marcelli copijs, victor Hannibal extitisset, reuersus in castra Marcellus, conuocato exercitu, ait teste Plutarch. in eius vita. Se quidem multa Romanorũ arma, & corpora, Romanũ verò videre neminẽ. Similiter & Xerxes audiens quã fortiter & fæliciter Artemisia rem cõtra suos gessisset in pugna nauali, dixit: sibi fœminas fuisse viros, contra viros fuisse fœminas, quod parũ dextrè rem gessissent. Hæc igitur est ratio, cur æquila pullos suos experiatur, & probet, si scilicet, inconniuentibus, & rectis oculis solem valeant intueri, si exaltatam sequi, si volantem comitari, si cælestia petentem, infima relinquere, & contemnere valeant. Qua de re videndus August q. 30. in Deuter. vbi ponderat verba illa, quorum meminimus: *Quis est homo, qui plantat vineam, & necdum fecit eam communem, vadat, & reuertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello: Quis est homo, qui ædificauit domum nouam, &c. Quis est homo, qui despondit vxorem, & non accepit eam, &c.* Vult enim D Augustin. hæc dici non tam imperatiuè, quam tentatiue, & permissiue, ad virorum animos explorandos. Qui enim viriliter hunc nimium affectum rerum suarũ vincere, & deponere volebant, poterant manere in castris: qui verò affectum hunc vincere non poterãt, vel non volebant, domum remeabant, & recedentes à castris, prodebant suam pusillanimitatem, seque affectu nimio rerum suarum teneri. Hinc intelligetur cur Christi discipuli se iam aptos ad bellum spirituale professi sunt, cum per commune os (Petrum scilicet, sicut appellat Chrysostomus) dixerunt: *Ecce nos reliquimus omnia.* Intelligetur etiam cur fideles ipsi se

Psal. 70. n. 15.

Cant. 1. n. 4.

Deut. 20. n. 6.

inuicem prouocant, & hortantur ad ascensum, & volatum Mich. in cap. 4. dicentes: *Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob*; Vbi Hieronymus ait. Ascẽsione opus est, vt quis ad Christum valeat peruenire, & ad domum Dei Iacob Ecclesiam, quæ est domus Dei, columna, & firmamentum veritatis. Quare mores filiorum Ecclesiæ longè puriores, & defæcatiores esse oportet ad ascensum, & volatum, quam reliquorum hominum, vt ita à labe terrenarum curarum secreti longè humana pro nihilo habeant, cælestia sapiant, diligant, & inquirant, quod vt melius faciant, additur apud eundem Prophetam: *Docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius*; quod etiam Paulus monet, dicens: *Obsecro vos, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem*, id est, virtutibus deditam, quia cato dedita vitijs mortua est, sicut ibi ait Ambrosius, & Gregorius homil 22. in Ezechiel. Et se exponens Apostolus ait: *Nolite conformari huic sæculo sed reformamini in nouitate sensus vestri*, quod sic explicat Augustinus lib. 22. de Ciuit. cap. 16. Vbi reformamur, ne conformemur huic sæculo, ibi conformamur Filio Dei. Melius Cyprianus, & congruentius ad proprietatem Græcam epist. 77. ad Nemesian. legit, pro *reformamini, transformamini*, vt scilicet transeamus ex veteri figura in nouã formam, quadam Diuina veluti metamorphosi, ex terrenis ad cælestia, ex infimis ad suprema, ex terreno incessu ad volatum. Quod bene prosequitur Chrysologus serm. 69 explicãs illa verba, *Pater noster, qui es in cælis.* Non quod, inquit, non sit in terris, sed te, qui Cælestem Patrem iam vocas, ad cælestem vult tendere, & repetere iam naturam, vt generi tanto vita nostra respondeat, nec terreni mores degenerent, quos cælestis donauit, & cõtulit iam natura, &c.

Mich. 4. n. 2.

Et vt melius possemus concedere, superioraque petere, non solũ prouocauit nos, & excitauit doctrina sua, morte, & Cruce, sed super humeros etiam suos eleuando assumpsit, & extollendo portauit. Proqua re facit locus ille Zachar in cap. 3. vbi de Christo Domino dicitur: *Ecce ego adducam seruum meum Orientem.* Vbi notandum est cur non meridiano Soli comparetur, sed Orienti, & veluti è terra surgenti. Id pro nostro argumento dicẽdum censeo, quia ortus in terra Soliustitiæ, dum indies eleuabatur, nobis cæli ascensum proponebat, & profectum, ac incrementum virtutum nos edocebat, quia vero non tantum excitabat, & prouocabat, statim eodem in loco subditur; *Quia ecce lapis, quẽ dedi coram Iesu.* Vbi Sanctius ait Quia de templo construendo agebatur, ostendit quanta futura sit tẽpli maiestas, & amplitudo cuius futurꝰ erat Iesus Seruator lapis angularis, agit verò de Ecclesia ex Iudæis, & Gentilibus cõflata, quorũ vnus lapis studijs, moribusque disiunctos arctè copularet. Sic ille. Melius tamẽ ad rẽ nostrã Ribera. Quorsum, inquit, lapis? Ego lapidem diciar bitror, quia futurus erat fundamentũ templi, id est, Ecclesiæ, iuxta illud 1. Corinth. 3. *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.* Hic lapis erat angularis connectens duos Ecclesiæ parietes, de quo Isaias cap. 28. *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, in fundamento fundatum.* Sic ille. Ex quo elicitur Christum fundamentum Ecclesiæ, totam Ecclesiæ machinam fundari in fundamentali, & angulari lapide, qui super se assumit totam fidelium congregationem, vt supra humeros suos portet, & transferat, & ita oritur tanquã Sol illustrans viã, & docens volatum, vt pariter supra se assumat, & deducat humeris suis. Vt Sol docet lu-

Zach. 3. n. 8.

1. Cor. 3. n. 11.

Isai. 28. n. 16.

ce sua, & doctrina, ne quis ignorantiã prætendat, vt fundamentalis lapis super se assumit, sustinet, & portat, ne quis imbecillitatem, aut defectum virium causetur. Hinc est quod Christus Dominus appellatur fundamentũ fundamentorum, vt ait August. in Psal 86. statim in princip. quia non solum portat, & sustinet cæteros omnes fideles, sed ipsa etiam Ecclesiæ fundamenta, sanctos scilicet, de quibus Psal. 86. n. 1. dicitur. *Fundamenta eius in montibus sanctis*, atque etiam ipsos Apostolos, quos Ioan Apoc. 21. nominat fundamenta Hierusalem, siue Cælestis ciuitatis. Vt enim ad superiora deducerentur, humeros suppositi, in eisque portauit.

Apoc. 21. n. 19.

Vnde intelligetur, cur Filius Dei in carne, & Sponsus Ecclesiæ dicatur lectulus eius, portat enim nos, sustinet, & à terra eleuat languidos, & infirmos, & quasi in humeris suis portat, ne in terreno luto defixi maneamus, quod bene prosequitur Gilbert. ser. 2. in Cant. in hunc modum. Ille illi lectulus (scilicet Sponsæ) ille dilectus. Lectulus dum infirmam, & fatigatam susceptit, dilectus dum inflammat, & accendit; Lectulus, & dilectus, quia quiescit in illo, & concupiscit, & deficit in ipsum. Miraris quod dico lectulum? Audebo, & dicam vilius, imo sublimius, quanto enim pro me egit viliora; tanto bonitatis suæ dedit indicia maiora. Ipse paruulis lectulus, ipse pullis est nidulus, etenim *passer inuenit sibi domum*, Psal. 83. *& turtur nidum, vbi reponat pullos suos.* Vis audire qualis lectulus? Iacta cogitatus tuos implumes adhuc, & infirmos in Dominũ, & ipse te enutriet, donec formetur, & firmetur Christus in te: & cætera, quæ in eandem sententiã prosequitur, ostendẽs quomodo Filius Dei nos deferat, & portet nõ solũ doctrina, vocatione, & prouocatione, sed supra se etiã portando. Quasi vero & parũ fuerit, si supra se portauerit, intra se etiã voluit portare. Hoc ipsum ostẽdit eleganter locus Isaiæ à nobis citatus, cũ ita habet: *Ecce ego mitto in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretiosum.* Vbi verba illa, *mitto in Sion lapidem*, inuersionem habent Hebræis familiarem, pro *mitto Sion in lapidem.* Vt significetur fundata Ecclesia non ad superficiem lapidis, quod certé abundé sufficeret ad firmitatem, sed ipsum quoque lapidem excauatũ profundius, vt eam omnino immobilem contineret. Sensum autem istũ cõplent maximè postrema illa verba, quæ Propheta addit, *in fundamento fundatum.* Nam iuxta vim Hebraicam dicendum foret: *fundamenti fundati*, seu *fundamenti fundamenti*, quolibet autem modo sumatur, magna exaggeratione ostenditur lapidem fundamentalẽ nõ simpliciter, & ad modum cuiusuis alterius lapidis substratum ædificio, sed alte procisum, vt fundamentũ exhibeat iterũ, atque iterũ fundatũ. Admirabili autẽ mysterio indicatur fidelium cõgregatio fundata in Christo, nõ quomodocũque, sed in eo vulneribus alté confosso, ac præcipuè excauato in profundũ latere, vt ipsis Diuini lapidis visceribus firmiter inhærens secura possit ascẽdere & superare mõtium iuga, & difficultatũ montes excedere. Quem sensum iuuat etiã Isai. cap. 49. vbi agens de conuersione gẽtium, & congregatione fidelium, ita loquitur in persona Christi. *In manibus meis descripsi te.* Propriè ex Hebræo: *Situm, ac fundamentalem tui constitutionem in manibus meis metatus sum*, scilicet, per exceptas in eis plagas, quarum deductione apertus est locus ad securã tui exaltationem.

Isai. 28. n. 16.

Ioan. 19. n. 34.

Isai. 49. n. 16.

Ne itaque quis casum posset vereri si super humeros tantũ deferretur, intra semetipsum voluit nos recludere Christus Dominus, & securitatem nobis pollicens, & charitatem suam

ostendens,

ostendens, non solũ itaque est fundamẽtalis lapis, atque etiã fundamentorũ fundamentũ, sicut appellat Ambros. in c. 21. Apoc. & D. Thom in 1. ad Corinth. c. 3. Sed insuper lapis excisus, & excauatus, vt suos recõdat, & securos deferat ad cælestia. Sicut aquila igitur prouocat Christus Dominus ad volandum pullos suos, docens nos terrena contẽnere, & amare cælestia, sed super nos etiam volitans, extensis scilicet in Cruce manibus, tanquam aquila expansis alis, & ne imbecillitatẽ obijciamus, assumit, & portat super humeros; vtque tandem metũ excidendi abijciamus, intra semetipsum vulneribus perfossum recludit, ne vlla nobis adsit ad volatum excusatio.

ANNOTAT. III.

Ascendens Christus in altũ, volatu suo nos prouocat ad cælum, indeque etiã excitat per ministros suos.

Mich. 2. n. 13.

NOn solum viuens, & moriens nos ad volatũ excitauit cælestis Aquila, sed etiam cũ post Resurrectionem ascẽdit in cęlũ, quod bene ostendit Mich. cap. 2. dicens: *Ascendet pandens iter ante eos, & transibit Rex eorum coram eis.* Qui locus ad literam de Christo intelligitur ascendentę in cælum, aperienteque nobis iter, & docente, ac prouocante, vt illum sequamur, eodemque loco vsus est D. Thom. 3 p q 57. art. 1. vt ascensionem Christi Domini comprobaret, de eoque intelligũt D. Hieron. & alij, eodemque modo exposuisse antiquos Iudæos refert Galatin. lib. 8. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 23 Et in eodem textu ex antecedentibus, & consequẽtibus rectè cohęrere ostendet Suarius 2. tom. 3. p. disput 5 sect. 1. Dicitur vero pãdisse iter hominibus, quia ipse primus aperuit viã, & ianuam cæli, quæ antea hominibus erat interclusa, vt latè ostendit Gregor. Nyssen. Orat de Ascens. Et Cyrill. in Exegesi ad Achatium. Quomodo autem nos prouocet sublimis Aquila, dum aera transcendit, & cælestia propria virtute petit, ostendit August ser. 1. de Ascens. dicens: Propter vnitatem, qua caput nostrum est, & nos corpus eius, cum ascendit in cælum, nos ab illo non separemur; excisum etenim, & derelictum ostenditur membrũ, quod caput nõ comitatur, nec sequitur. Et D. Leo ser. 1. de Ascens. ait: Christi ascensio nostra prouectio est, & quo præcessit gloria capitis, eo spes vocatur & corporis. Liberos cordis oculos ad illam altitudinem, in qua Christus est, erigamus sursũ vocatos animos, terrena desideria non deprimant. Et Bern ser. in illud Iob: *In sex tribulationibus liberabit te, &c.* ait. Solus planè Summus Pontifex meus, nec in Patre, nec in Matre contaminatus ingreditur Sancta Sanctorum. *Nemo ascendit in cælũ, nisi qui descendit de cælo Filius hominis, qui est in cælo.* Quid ergo nos? Itané continuo desperabimus? Imo vero sperabimus, licet enim solus, sed profecto totus intrabit, & os non comminuetur ex eo, non sine membris caput inuenitur in Regno, si tamen membra fuerint conformia sibi, & cohærentia capiti suo; conformia sané moribus, cohærentia fide. Sic Bernard. ostendit quomodo membra debeant sequi caput, si ipsi coniungantur moribus, & fide. Auertit enim Christus gladiũ, qui nos ab ingressu cælorum arcebat, Dominoque cedit ingredienti, & ascendenti Cherubinus prohibẽs, sicut prosequitur Cyrill. lib. 7. de Adorat. in spiritu, & qui proximi, & vniti fuerint Aquilæ ascendenti, liberum sortientur ingressum, hodie enim audiunt animæ iustæ vocẽ illam: *Surge,*

Ioan. 3. n. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

propera amica mea, columba mea, & veni: quod bene explicat Ambrof. lib. de Iſaac,& anima cap. 4. dicens: Surge è delectationibus mundi, & veni ad me ſupra mundum, proxima mea per dilectionem, &c. Qui etiam ſer. 61. bene oſtendit quomodo qui corpore non poſſumus, ſaltem mente debeamus aſcendere,& in diſcipulis Domini mentis volatum diſcere. Stabant, inquit ille,beati Apoſtoli toto ſuſpēſi corpore,& aſcendentem ad cælū Dominum,quia inceſſu pedum non poterant,oculis ſequebantur: & licet ad deducendum Saluatorem viſio humana deficeret, fidei tamen deuotione comitantur,&c. quo ſenſu intelligēdum eſt illud Clement. Alex. Orat. ad gentes cum ait. Hinc tibi conceſsit ad cælos mittere coloniam, &c. quæ verba continent metaphoram ſumptam à magnis ciuitatibus quas metropoles vocant,quæ conſueuere ſuos ciues ad alios agros colendos,& regiones habitandas mittere, & ideo coloniæ dicebantur. Quando igitur non poſſumus toti,& integri cælum conſcendere, licet tamen & mentem, ac deſideria mittere, vt ibi iam votis, fide,& dilectione habitemus. quo caput præiuit,quod bene proſequitur Cyrill. lib.1.de Adorat. in ſpiritu, & Bernard ſerm.6. de Aſcenſ. ad fin. vbi ait. Præueniet te in benedictionibus dulcedinis, vt fæliciter in ipſius memoria delecteris, inebriatus ab vbertate domus Dei. Sic nimirum & Eliſeus quondam oraſſe legitur, cum dulciſſimum illud ſolatium,Eliæ præſentiā ſibi plangeret ſubtrahendam. Sed cōſidera diligentius quid orauerit,quidue reſponſum ſit poſtulanti. *Oro*, inquit, *Domine, vt fiat ſpiritus tuus duplex in me.* Nimirum duplicari ei ſpiritū oportebat,vt magiſtri abeuntis abſentiam, gratia duplicata, ſuppleret. Vnde & Elias ad eum. *Si videris*, inquit, *me,quando tollar a te,fiet quod petiſti.* Duplicauit enim ſpiritum viſio abeūtis, cum euidenter raptus in cælum vniuerſa pariter eius deſideria ſecum tulit. Vt incipieret ipſe quoque iam ſapere,quæ ſurſum ſunt,non quæ ſuper terram. Duplicauit ſpiritum viſio abeuntis; vt intellectui ſpiritualis iungeretur affectus,cum ipſa vtique,cui potiſsimum inhærebat, carne, raptus in cælum: quod euidentius in Apoſtolis inuenitur impletum. Vbi enim videntibus illis ſuus ille Ieſus tam manifeſtè eleuatus eſt, oculata fide edocti ſunt ſupplices in cælum leuare oculos,puras tendere manus, promiſſa ſibi dona cariſmatum poſtulantes, donec fieret de cælo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus,&c.

Ecce quomodo ſequēdo ſit Chriſto, quomodo volātē aquilā comitari debeamus,quod bene proſequitur Guaricus ſer. de Aſcēſ. Dñi poſt med. dicēs: Quid ſublimius quam ſupra omnem cælorum altitudinem, quo Chriſtus aſcendit, euolare? Plane Sancti, quorum ſicut aquilæ iuuentus renouabitur,aſſument pennas, ſicut aquilæ, & volabunt. Quo volabunt? *Vbicunque*, inquit,*fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.* Sed quid putamus fratres, quomodo tunc repente de terris ad cælos euolare poterit,qui nunc exercitio,& vſu quotidiano volitare non didicerit? Si quæris quo Doctore,quo Duce: Nunquid non Chriſtus prouocabat hodie ad volandum pullos ſuos,quando ſuper eos volitabat,cum ſcilicet, videntibus illis eleuaretur, diuque ſequerentur oculis euntem in cælum? Poterat vtique repente in ictu oculi ex oculis eorum rapi, & vbi vellet cōſtitui. Sed plane ſicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans: & corda ſurſum leuare poſt ſe nitebatur amore ſui, & corpore ſimiliter poſſet ſubleuari, pollicebatur exemplo corporis ſui. Ipſe quidem *aſcendit ſuper Cherubim, & volauit,*

4. *Reg.* 2. *n.* 9.

volauit, volauit ſuper pennas vētorum, id eſt, ſupergreſſus eſt virtutes Angelorum; tuæ tamen condeſcendens infirmitati,expandet alas ſuas,& aſſumet te,atque portabit in humeris ſuis, ſi modó pullus degener non exiſtas, vt à terra leuari & aura puriore perfrui non extimeſcas. Alij volant contemplādo,tu ſaltem amando. Paulus mente excedit, & ad tertium vſque peruolat cælum: Ioannes ad id, quod in principio erat Verbum: tu ſaltem humi degenerem non trahas animum, nec patiaris obrutum inertia in terra putreſcere cor tuum. Sed etſi aliquando quæſiuiſti non quæ ſurſum ſunt, ſed quæ ſuper terram: iam te ipſum increpa,& dic Domino cum Propheta *Quid enim mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram?* Chriſtus itaque theſaurus tuus aſcendit in cælum, ibi ſit & cor tuum. Inde ducis originem, ibi habes Patrem,& hæreditatem, inde expectas Saluatorem. Sic ille oſtēdit ex noſtro textu,quomodo cęleſtis Aquila aſcendens in cælum nos ad volatum prouocauerit,& ad aſcēſum docuerit.

Pro quo etiam argumento videndus eſt Euſebius Emiſſenus ſerm.1.de Aſcenſ. vbi ait. Aſcendamus poſt Chriſtum compunctione,beneuolentia,concordia,charitate: aſcendamus ſi placet per ipſarum adminicula paſſionum. Quomodo autem poſt eum per paſsiones noſtras poſsimus aſcendere ſi requiras. Hoc vtique modo: Si vnuſquiſque noſtrum ſubdere ea ſibi ſtudeat,& eminentia dominantis animi ſuper eas ſtare conſueſcat; ex ipſis ſibi gradum conſtruat, quo ad ſuperiora conſcendat. Sublimabunt nos ſi fuerint infra nos. De noſtris etiam vitijs nobis facimus ſcalam, ſi vitia ipſa calcamus. Cum Chriſto humilitatis Magiſtro non aſcendit ſuperbia, nec cum bonitatis Authore malitia, nec cum pacis Amico diſcordia, nec cum Filio Virginis luxuria,&c.

Hæc igitur omnia calcanda ſunt, quo anima ſuperior,& cælo vicinior, tanquam per ſcalam euadat, aliter enim in infimis remanebit & degener Chriſto Parenti deprehendetur. Vnde ea animalia, quæ ſuper terram reptant,& non tam terram calcant, quā ipſi adhærent, immunda Deo reputabantur, neque veſci licebat, ne aliquid commendentibus terrenæ huius affectionis remaneret: ſignificantque eos,qui cæleſtia negligunt, & corpus, & mentem per terram trahunt, quorum mens non eſt in æthere, ſed in ære,quorum Deus vel venter,vel mamona. Sic enim habetur Leuit. 11. *Omne, quod reptat ſuper terram, abominabile erit,nec aſſumetur in cibum.* Vbi Iſichius ait. Non eſt hominum per terram repere,quibus conceſſum eſt, vt recti incedant, cælumque ſuſpiciant, &c. Vbi ſtatim occurrit id, quod Seneca lib.1.quæſt. natural. poſt princip. O quam contempta, inquit, res eſt homo,niſi ſupra humana ſe erexerit. Tunc conſummatum habet plerumque bonum fortis humanæ, cum calcato omni malo,petit altum, & in interiorem naturæ ſinum venit. Cum te in illa verè magna ſuſtuleris, quoties videbis exercitus ſurrectis ire vexillis; libebit dicere. *It nigrum campis agmen*. Formicarum iſte diſcurſus eſt in anguſto laborantium, punctū eſt illud,in quo nauigatis, in quo bellatis,in quo regna diſponitis, &c. Melius Gilbertus ſerm.1. in Cant. expendit quantum conducat expeditio à terrenis, vt Diuino incumbamus amori,& inter alia ait: Quanto fuerit expeditior animus, tanto impenſior erit in illud,quod amat: animum cura implicat, quies explicat, explicita deſideria in quæ putas incrementa ſe dilatant:&c. Plura in hanc ſententiam habet D. Nilus Abbas in aſcetico poſt princip. in hunc modum. Cur

Leuit. 11. *n.* 41.

graues terrenarum rerum compedes conijcimus? Nec prophetam audimus huiusmodi hominum genus miseran-
Habac. 2. n. 6. tem, dicentemque Habac. 2. *Væ qui congregat quæ sua non sunt, & vinculum suum graue reddit vehementer.* Nã sicut
Isai. 30. n. 16. scriptum est Isai. 30. *Velociores sunt qui nos persequuntur aquilis cæli*, nos autem ipsi mundi negotijs oneramur, tardiores ad cursum effecti, facile ab hostibus capiemur. Qui ad brauium currunt, nisi totis viribus expediti contendant, ab aduersarijs celerius insequentibus longo superãtur interuallo. Ad virtutem tendentibus magno est impedimento rerum affectio terrenarum. *Omne, quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibũ. Quicquid super pectus quadrupes graditur, &*
Leuit. 11. n. 14. *multos habet pedes super humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est.* Manibus incedit, qui manibus innititur, quique spem in illis omnem sitam habet. Quatuor graditur pedibus, qui in res sensibus obnoxias incumbit, earumq; occupationibus distrahit principem animi partem. Multiplici pedum numero mouetur, qui rebus corporeis circumagitur. Idcirco sapiens ille Prouerbiorum author, nec duos quidem homínem sapientem habere vult pedes, sed vnum tantũ, eumque
Prou. 25. n. 17. rarò ad res corporeas mouere Prou. 25. *Rarò infer pedem ad amicum tuum, ne forte nimia familiaritate satiatus oderit te.* Si enim raro ad Christum accesseris, rebus egens corpori necessarijs amicus erit, & cætera, que prosequitur, ostendens quomodo à rerum temporalium cura, & affectu nos debeamus subtrahere, vt Diuinæ familiaritati reddamur apti, nõ enim Deo placent, nisi qui illi approximant. Vnde Abrahamus ex præscripto Domini animalia, auesque oblaturus, illa quidem in
Genes. 15. n. 10. frusta secans diuisit, aues autem integras obtulit Genes. 15. Similiter etiã Leuit. 1. animalia offerenda Sacer Textus diuidi iubet, aues vero integras offerre præcipit, quod ponderans Theodoret q. 2. in Leuit. ad med. ait: Quemadmodum Patriarcha volatilia non diuisit ita nec Legislator ea iubet diuidi. Nam qui volant Deũ ex toto corde diligentes, nõ partiuntur animum, collocantes illũ tum in terris, tum in cælestibus, sed totum sursum ferunt. Sic ille. Et quia totum animũ in cælis habent, quasi deficientes, & veluti inanimes circa terrena degunt, donec tandem defectione intereant, & cælestia ipsa comprehendant, quod pulchre aduertit Hieronym. in cap 1. Sophoniæ, cum explicat illa verba: *Congregans congregabo à facie terræ.* Vbi Septuaginta habent: *Defectione deficient à facie terræ.* Sic vero habet Hieronymus. Quod si voluerimus & aliquid altius intelligere propter quod dicitur apud 70. defectione deficiat á facie terræ, & defectionem in bonam
Gen. 25. n. 8. partẽ accipere iuxta illud Genes. 25. *Deficiens mortuus est Abraham in senectate bona*, & de his, quæ de Isaac, & Iacob Scriptura refert; Videbimus quomodo defectione deficiant à facie terræ, qui habentes conuersationem in cælis, & in carne non secundũ carnem militantes, eo quod sciant illos, qui in carne viuunt, Deo placere non posse: Quantũ in se est, omnia agunt ne sint in carne, sed in spiritu, & à terra recedentes aiunt: Consuscitare, & sedere nos fecit in cælestibus in Christo. Deficit quis vt homo, si contemnat humana, & non vltra moriatur, vt homo. Similia sunt quę habet Augustin. lib. 1. de moribus Ecclesiæ cap. 11. tom. 1. Nemo, inquit, nos separat á charitate Domini minãdo mortem: Idipsum enim quod diligimus Deum, mori non potest, cum mors ipsa sit nõ diligere Deũ: Nemo enim ab eo separat pollicendo vitã: Nemo enim ab ipso fonte separat pollicendo aquam. Nõ separat Angelus, & nihil

est ipso Deo melius, qui iam bene sibi inhærentibus præsens est, omniaque superare facit, & tribulatio tantum est donec non licet cælum ascendere, & cum illo immobiliter cõiungi.

Iob. 37. n. 3. Est optimus in confirmationẽ huius doctrinæ locus ille Iob 37. *Lumen illius super terminos terræ*, vbi Hieron. docet eos habere lumen perfectæ cognitionis, qua percipiant vanitatem sæculi, & eleuentur ad capessenda vera bona, qui terrenos terminos excedunt super illos eleuati, & excelsi constituti. Termini, ait Hieronym siue fines terræ ipsi Sancti sunt, finem terrenis passionibus, & cupiditatibus imponentes, eo quod non sint in medio Babylonis nec sæculi huius vitijs circundentur, secundum quod Petrus Apostol. ait,
2. Petr. 2. n. 21. *Christus igitur in carne passus reliquit nobis exemplum*, qui passus est in carne, desijt esse á peccatis, vt iam non hominũ desiderijs, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne, viuat temporis, id est, viuens pro tempore, desinentibus in carne peccatis, velut in finibus habitet carnis. In his finibus posita Regina Saba, quæ typũ gerebat Ecclesiæ, veri Salomonis meruit audire sapientiam. Tales igitur terminos Deus lumine gratiæ suæ, atque agnitionis illustrat. Sic Hierony. Ex cuius doctrina elicimus eos audire prouocantẽ Aquilã ad supernum volatũ peragendum, qui terminos terræ superant, & temporalium curam, & affectum relinquunt.

Facit in hanc sententiam Ambros. lib 2 de Abraham cap 3. in princip. vbi aduertit id, quod habet Sacer Textus secundum versionem 70. Genes. in cap 12. Pro eo enim, quod in nostra vulgata dicitur: *Pertransiuit Abraham terram vsque ad locum Sichem, & vsque ad conuallem illustrem*, 70. habent: *Vsque ad locum Sichem, & quercum altam.* Sic vero pro re nostra habet Ambros. Inducitur vir ita fundatior, & excelsior factus vt vsque ad quercum altã transiret, quæ arbor, vt alta, ita etiam robusta iudicio est, non facile animam Abrahæ sæculi huius procellis esse curuatam, sed mansisse sublimem; vt se æternis inquisitionibus ad altitudinem Diuinæ cognitionis eleuaret. Denique continuo apparuit illi Deus: Nusquam superius habes, quod visus esset illi Deus. Non poterat Deũ videre, quem intra mundũ quærebat, &c. Pertinet igitur ad magnos virtute viros supra humana conscendere, & veluti in finibus, & terminis terræ collocari, quo inde facilius ad cælestia efferantur.

Actor. 10 n. 9. Pro qua re videndus Cyrill. Alex. lib 7. in Leuit. vbi agens de loco, ad quem oraturus ascendit Paulus, ait: Quia Petrus mortuus erat, cum Christo quæ sursum sunt quærebat, non quæ super terram; Illuc ascendebat ad illa tecta; ad illa fastigia, de quibus dicit Dominus, *Qui in tecto est non descendat tollere aliquid de domo sua.* Similia
Marc. 13. n. 51. sunt quæ habet Ambros ad Psal. 47. n. 3. *Mons Sion, &c.* Et D. Thom. ad illa verba Cant. 3. *Egredimini filiæ Sion*: vbi censet iuberi filias Hierusalem
Cant. 3. n. 11. egredi de turbulenta huius sæculi conuersatione. Quo etiam sensu Bernard. ser 2 de Epiphania post princip. ait: Egredimini de sensu carnis ad intellectũ mentis, de seruitute carnalis concupiscentiæ ad libertatem spiritualis intelligentiæ. Egredimini de terra vestra & de cognatione vestra, &c. Et Philo lib de Migrat. Abrahæ expendens illud Genes. 12. *Egredere de*
Gen. 12. n. 1. *terra tua*, ait: Egredere ô bone de terreno tuo contaminato, & fuge carcerem corporis, simulque voluptatates, & concupiscentias, &c. Et exponens illud Exod. 33. *Omnis populus, qui habebat*
Exod. 33. n. 9. *aliquam quæstionem egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra*, ait. Egregie: Nam si quæris Deũ anima, à te ipsa

egressa illum quære, donec enim manes in molibus corporeis, aut mentis opinationibus, non es apta ad quærendas res Diuinas, etiamsi præ te feras quærendi studium, &c. Philonem videtur imitatus, vt solet, Ambros. lib de Institut. Virginis cap. 16. & lib. de Isaac, & anima cap. 5. Vbi explicat dicta illa verba Cant. *Egredimini filiæ Sion*, putatque ijs præcipi, vt quodammodo â nobis ipsis, id est, opinionibus, cupiditatibus, & voluptatibus corporis, mundanisque negotijs egrediamur, ac peregrinemur, nisi enim hæc omnia excesserimus, minime percipere, aut amplecti doctrinam veri Salomonis poterimus.

Facit etiam in rem præsentẽ Philo lib. 2. legis allegoriar. post principium ponderat fugam Iacobi é domo soceri sui, cui noluit indicare, quod fugeret: fugit autem & ipse, & omnia, quæ iuris ipsius erant, transmissoque amne perrexit in montem Galaad, quo facto indicatum asserit omnia sensibilia prorsus manumittenda, vt ad terminos Diuinæ cognitionis, & dilectionis perueniatur. Si pulchritudine, inquit, conspecta captus periclitaris, ne offendas ad eam, fuge clam ab eius imaginatione, nihil amplius mentire nuntians, hoc est, caue ne mediteris eam, nam continuæ reminiscentiæ veras formas imprimendo lædunt mentem, & inuitant, concitantque, atque eadem est ratio sensuum omnium, quicunque nos attrahunt ad aliquid. In his enim clancularia fuga saluti esse solet, cunctatio vero, enuntiatio, dilatioque superat rationem, & in seruitutem redigit. Quapropter caue anima, ne vnquã rem sensibilem, à qua periculum imminet, tibi ipsa renunties, neue retractes eam, ne forte succumbens ei reddaris infæliciſsima: fuge potius manumittens te ipsam, libertatem ferocem seruituti mansuetæ præferens. Perrexit ad montem Galaad, qui interpretatur migratio testimonij. Post quam Deus migrare fecit animã ab affectibus Labanicis, & authoritate sua confirmauit eam migrationem, vt conferentẽ ipsi, ac perutilem, vtque eam ab humilibus vitijs, & á terra se attollere non sinentibus, adducat ad celsitudinem virtutis, & præeminentiam. Ideo qui sensus amat Laban, eosque magis, quam mentẽ in actionibus suis sequitur, indignatur, persequitur, & increpat. Cur inscio me fugam moliris, an non potius manes in delitijs corporis. Et cætera, quæ elegantissime in hanc sententiam prosequitur, quæ quia alibi iam posuimus, modo præterimus. Et iterũ ante med. ponderans, quomodo Deus, vt cælũ ostenderet Abrahæ, eduxit eum foras. ait. Oportet, vt qui mentem educturus est, relinquat eam liberam, immunem ab omnibus corporeis necessitatibus instrumentis sensitiuis; denique â se ipsa: quapropter alibi gloriatur dicens: Domine Deus cæli, & Deus terræ, qui desumpsit me de patre meo, impossibile est enim habitantem in corpore, & mortali genere cum Deo colloqui, sed eum solum, quem Deus eruit ex hoc carcere. Quã obrem & Isaac ille gaudium animæ meditaturus, & priuatim acturus cum Deo egreditur relicto seipso, menteque propria. *Egressus est*, inquit, *Isaac in campum, vt meditaretur sub vesperam.* Moyses quoque Propheta dicit; *Cum egressus fuero ciuitatem*, id est, animam (nam hæc quoque est animantis ciuitas, mores, legesque præscribens) *extendam manus*, extendam, & explicabo meas actiones Deo. Et post pauca explicans illud Exod. 33. *Moyses tollens tabernacula, tetendit extra castra procul, nominauitque nomen eius tabernaculum fœderis*, ait. Et vocatum est, inquit, tabernaculũ testimonij sapientia

Gen. 31.

Exod. 33. nu. 7.

testimonium

testimonium habens à Deo. Etenim omnis quærens Dominum egrediebatur. Et eodẽ lib. post med. alludens ad illud Exod. 17. *Quando Moyses tollebat manus, & vincebat Israel Amalecitas*, ait: Alibi dicitur quod attollente manus Moyse, præualebat Israel, dimittente autem, præualebat Amalec, quibus verbis adhuc docemur, quod mens quando attollit seipsam supra mortalia, & sublimis fertur, vim concipit, vt Deum videat, quod est Israel, quando vero neruos suos hæc remittit, relaxatque, mox affectus præualet, scilicet Amalec, qui interpretatur populus elingens. Reuera enim absumit totã animam, & abligurit, ne semen quidem, aut scintillam virtutis reliquam in ea faciens. Optima item sunt quæ habet idem Philo lib. de Decalogo statim in princip. vbi ita ait. Si quis quærat cur non in ciuitatibus, sed in vasta solitudine hæ leges (scilicet Diuinæ) perlatæ sint, respondendum: primum quia pleræque ciuitates vix dici potest quam refertæ sint vitijs, siue spectes impietatem erga Numen cæleste nefariam, siue mutuas iniurias hominum, nihil enim in his non deprauatur, vbi adulterinæ res pluris fiunt, quam legitimæ, & veræ non tantum valent, quam verisimiles: Vbi etiam factus insidiosus exoritur, adoraturque á vanis hominibus stupentibus ad conspectum coronarum aurearum, & purpuræ, cellarumque curulium, quibus impositas celsas potestates Dijs æquas officiosa turba asseclarum prosequitur, inuectas quadrigis mulorum, equorumue. Et quid opus est de mutuis hominum iniurijs dicere, cum idem factum etiam res diuinas parui pendat, quarum honor putatur præcipuus? Quis enim honor esse potest, vbi deest veritas, res honorata, sicut & nomen eius: Quandoquidem illi contrarium mendaciũ suapte natura est vile, ac aspernabile. Huc accessit altera causa, quod ad leges sacras recipiendas animus purificatus requiritur, elutis maculis, quæ hærent ex miscellaneæ turbæ in ciuitatibus degentis contagio. Id vero nõ est possibile aliter, quam in secessu efficere, & longo temporis spatio, donec exolescant, & euanescant veterum erratorum species ex animo: qui modus obseruatur etiam á peritis medicis. Nec enim prius cibos ægrotis præbent, quam morbi causis sublatis, nam illis manentibus, alimenta fiunt inutilia, quæ vertuntur in humorum noxiorum materiam. Non mirum igitur si á pernicioſa ciuitatum consuetudine in desertum abductus est populus, vt animos purgaret ab iniquitatibus, moxque mentis alimen a caperet, videlicet leges, præceptaque Diuina. Sic Philo in populo educto de Ægypto docet necessariam egressionem, & separationem ab ijs omnibus, quæ mundum sapiunt, vt ad Diuina documenta addiscenda animus reddatur aptus, quod etiam prosequitur Nyssen. lib. de vita Moysis longe à princip. cũ expendit solum Moysem fuisse ingressum caliginem quã Deus inhabitabat, & separatum á populo cũ Domino fuisse loquutũ. *Stetit*, inquit Sacer Textus Exod. 20. *Populus de longe, Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus.* Sic ergo habet Nyssen. Ad penetralia Diuinorum ingressus nec Iudæis amplius visibilis, solus erat cũ inuisibili, vt nos (vt arbitror) his gestis instrueret, quod oporteat si quis velit esse cum Deo, omnia hæc, quæ videtur, contemnere, ac mentem suam ad inuisibile, atque incomprehensibile, quasi ad summitatẽ montis dirigere, ibique credere Deum, quo peruenire cogitatio non potest. Hac igitur in summitate montis constitutus Moyses Diuina suscipit mandata, quæ in via, doctrinaque sunt ad virtutem, vt scilicet, condecentẽ de Deo opinionẽ

Exod. 17. nu. 11.

Exod. 20. n. 21.

habeamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeamus quod omnem cognoscibilem speciem, omneque superexcedat exemplum, nulli rei quæ cognoscitur, similis: Iubet enim ad nullã rem, quæ comprehendi possit, respicere, &c. Ex eodemque Gregor Nyssen loco citato ante med. adhuc pro eadẽ sententia occurrit notandum, quod ipse in Moyse aduertit: Etenim vt incolumis seruaretur, positus est in

Exod. 2. à n. 3.

fiscella supra vndas fluminis vbi quia ipsas excesit, & plorans supernatauit, tandem seruatus est; Qui enim vndas seculi, & bracteatas aquas temporalium voluptatum non excedit, & supergreditur, minime aptatur Diuinis eloquijs, neque ad cælestia eleuatur. Fluctum aquarum, inquit Gregor. Nyssen hanc vitam dico, in qua perturbationibus multa obruuntur: At vero cogitationes rectæ, rationesque vtilis partus, parentes, fiscella muniunt, quos genuerunt, ne vndarum impetu confringantur, atque submergantur. Videmus enim re ipsa si quis turbini ac procellis humanæ vitæ resistit, nec se obrui patitur, cum á corrupta hominum societate ac vita tanquam onus graue reijci, atque repelli, &c.

Videndus item in eandem sententiam Rupert lib. 1. in Iosue cap. 8 post med. ad illa verba, quæ Iosue dixit principibus populi, quando iam transituri erant Iordanem, & ingressuri terram promissam. Iosue 1. *Transite per medium castrorum* quod dictum vult in figura Apostolicorum hominum, quos Dominus misit in vniuersum mundum. Transite, inquit Rupert. accincti, transite expediti, nusquam subsistentes, nusquam retro aspicientes, nullo vos negotio seculari impedientes, vt omnibus exonerati, nulloque subonere curui, velociter ad omnes nuntium bonum perferatis. Et Ambros. in cap. 3. epist. ad Colossens. ad illa verba. *Si consurrexistis cum Christo,*

Iosue. 1. n. 10.

quæ sursum sunt quærite, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, ait hos cum Christo resurrexisse in baptismo, qui supercælestia cogitant, & nos verè petere cælorum habitacula, si ab his omnibus, quæ infima, & infirma sunt, subtrahamus animum, & affectum: Quisquis enim, inquit ille, his se superstitionibus occupauerit, impedimentum ad superiora patietur; Non enim poterit hæc transcendere, quibus se, vt dominis, inclinauit, & quorum suscepit iugum, &c. Vbi notandus venit Bernard. super *Ecce nos reliquimus omnia* post princip. cum ponderat miseram eorum conditionem, qui temporalium iugum non solum patiuntur, sed emunt. Graue, inquit, iugum super omnes filios Adam, vtique qui sequuntur eum, nam super eos, qui Christum sequuntur, leue est: *Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem*, inquit Ezechiel. 16 *dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis.* Quid ergo miser pro iugo boum distrahis animã tuam, qui iugum Christi suscipiens emere poteras regnum Dei, mercari vitam, lucrifacere Christum? Nullum onus importabilius, nulla grauior sarcina est, quam mundi, & hæc tamẽ emitur multo pretio ab impijs, quę potius reijcienda erat, cum ad terram trahat, & cum brutis collocet animam ad superiora conditã, & à Domino sæpius prouocatã, qua de re videndus Senec. epist. 76. in fin. vbi ait Expectant nos si ex hac aliquando fece in illud euadimus sublime, & excelsum: Tranquillitas animi, & expulsis erroribus absoluta libertas. Quæris quæ ista sit? Non homines timere, nec turpia velle, nec nimia; In seipsum habere maximam potestatem: Inæstimabile bonum est suum fieri &c. Is autem, qui omnem temporalem dependentiam exuit, & sui iuris efficitur, proximus Deo fit, vt eodem iubente, superiora petat, & cũ

Ezechi. 16. n.

ascendente Aquila pariter volet.

Hunc temporalium contemptum, & infimarum rerum expeditionẽ docuit Christus Dominus non solum viuens, dum nihil proprium possedit in terra, neque habuit, vbi caput reclinaret, neque etiam tantũ in morte, cũ omnibus exutus, terrã deserens, Crucem conscendit, expansisque manibus, quasi ab ea euolans, expirauit, sed maximé inculcauit hanc doctrinam, cum in cælum ascendens nos omnes pariter prouocauit indeque ad superna vocat & ad volatum excitat, rumpendaque admonet vincula, quibus ligati detinemur in terris, ipse enim est proprius, & peculiaris huius doctrinæ Assertor, sicut videtur dixisse Habac. cap 3 in illis obscuris verbis.

Habac. 3. n. 2.

Denudasti fundamentum eius vsque ad collum. Vbi sermo est de aduentu Christi in terras Septuaginta vero habent: *Suscitasti vincula vsque ad collum in finẽ*, quod in rem nostram sic ibi explicat Hieronymus Suscitauit Dominus vincula charitatis, vt priori onere deposito, & grauissimo iugo, quo premebamur, abiecto, leue Christi susciperemus iugum. Quinta editio habet: *Denudasti*, siue *euacuasti fundamentũ vsque ad collum.* Quia enim fundamẽtum Christi, quod erat in anima singulorum allophyli terra obruerant. Egeritur congesta humus, & nudato optimum fundamentum ornatur, &c. Vbi Hieronymus alludit ad puteos illos, quos foderant serui Abraham, & Palæstini obstruxerunt, implentes humo: hoc enim maximé intẽdunt maligni spiritus, vt Cælestis doctrinæ aquam salientis in vitam æternam obturent, sopiant, & extinguant, & vt suaue Christi iugum grauissimo commutent, quo depressos, & humi detentos detineat homines. Propriũ proinde fuit congestam humũ extrahere, & fontem doctrinæ aperire, qua potati, & eius naturam sequuti homines, cælestia petant, & conscendant; propriũ item fuit denudare mentes hominum iugo premente, & exuere ferreis diaboli vinculis vt exornet charitatis ligamentis, quæ ideo dicuntur vincula, quatenus ijs annectuntur virtutũ pennæ, & alæ, quibus volantem Aquilam possint comitari.

Neque tantum per se ipsum nos ad cælestem ascensum excitauit, sed aquilas etiam in Ecclesia sua reliquit, & magistros, qui docerent cælestia conscendere, & terrena relinquere, inde est quod populo hac de re litiganti, quisnam scilicet Sacerdotio dignus existeret, & tabernaculi administrationi idoneus, iussit suscipi ab vnaquaque tribu singulam virgam, cum proprio nomine, omnesque collectas in tabernaculo vsque ad sequẽtem diem asseruari; sequẽti igitur die ingressus Moyses inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis erupisse flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas dilatati sunt. Qui proinde visus est à Domino electus tunc in Summum Sacerdotẽ. Mirum vero est cur virga germinans floresque, folia, ac fructũ perfectos nullas miserit radices, cum virgæ, ac plãtæ sicut ramos in altum proferunt, sic radices in terram iaciant. Cæterum cum in Aarone adumbrati fuerint ij, qui populo Dei præsunt, & Ecclesiæ magisterio præficiuntur, in hoc á Deo denotantur electi, quod radices minime in terram mittant, nec de inferioribus curent, sed sursum excrescant, & in superiora eleuentur, prouocantes sibi traditos pullos ad supremum volatum, & ad proferendos virtutum flores, bonorumque operum fructus. Hi sanè sunt, *qui pertant orbem*, solumque corã Diuina Maiestate incuruantur, sicut dicitur Iob 9. vbi Hierony. ait. Portantes orbem Sancti rectè intelliguntur, qui gloria meritorũ suorum magni, & poten

Num. 17 n. 1 & seqq.

Iob. 9. n. 3.

Universidad de Deusto. Biblioteca

tes sunt apud Dominũ. Hi ergo cordis humilitate ad interueniendũ pro peccatoribus in conspectu eius sunt incuruati &c. Bene igitur incuruãtur sub Dei Maiestate Sancti, venerantes, & adorantes eum, illique soli seruiẽtes, cætera vero temporalia pedibus conculcãtes, & contẽnentes. Qui etiã incuruantur, vt supra se assumat orationibus, quos prædicationibus docuerant, & prouocauerant.

Postquam igitur Deus factus homo ad nos descendere dignatus est, quia ipsi non poteramus ad illũ conscendere, nisi enim ad humiles, & abiectos ex altitudine sua quodãmodo descẽderet & nos susciperet, fieri nullo modo posset, vt nos ad ipsũ ascẽderemus, sicut bene prosequitur Psellus in cap. 4 Cant ad illa verba: *Veniat dilectus meus in hortum suum.* Postquam nos per se, & per ministros suos vocauit, nulla prorsus nobis excusatio adest, si ipsum volantẽ minimẽ comitemur, quod bene prosequitur Aug lib 1 quæst euãgelicar q 41 cũ explicat illa verba Psal. 4. *Scitote quia mirificauit Dominus sanctum suum.* Sic verò habet: *Filij hominum vsquequo graui corde?* Tempore Christi vim suam, & locum habere cæperunt hæc verba, ac si diceret Psaltes, si quinque ætatibus, quæ Christum præcesserunt, fuit vobis aliqua excusatio sequendæ vanitatis vel sexta ætate in qua dixit Christus, comprehendite veritatem de contẽnenda vanitate, quæ per Dominum Iesum Christũ prædicata est, & eius exẽplo demonstrata. Et Bern in eandem sententiam ait serm 6 de Ascens post princip. Sequamur fratres sequamur agnum quocũque ierit; sequamur patiẽtem, sequamur resurgentem, sequamur multo libẽtius ascendentem.

Coloss. 3. n 2. Cæterum gemina quædã ascensio nobis ab Apostolo commendatur in eo quod non solum quærere, sed sapere monuit nõ infima, sed superna. Nimirum donec diuisa sunt corda nostra, & multos interim sinus inueniũtur habere, nec sibi omnino cohærere videntur, quantus verò is dolor, quam grauis animæ cruciatus, dum sic distrahitur verò cura, & longioris obice oneris premitur, dum vero subleuantem habemus Aquilam, quid est quod tandem deprimamur? Cum tot præcesserint, & aduolauerint Sancti, tritamque nobis reddiderint viam, si eam non arripiamus, neque ad volatum accingamur, maiorem sané reatum contrahimus. Et ille, qui suprema conscendere renuerit, infima petat necesse est, & in extrema tandem corruat supplicia. Relinquẽda proinde sunt hæc infima, aperiendique oculi mentis, vt Cælestia agnoscentes veri filij hui⁹ Aquilæ comprobemur. Reminiscamur, inquit Paulin. epist. 4. ad Seuerum post med. qua pernicie parentibus nostris in paradiso oculi aperti sunt, quos tandiu habuerunt illuminatos Deo, quandiu clausos habuere peccato. Et ideo veri luminis damnum est, ad vsum tenebrarum vti luminibus, & oculos in terra defixos cæcare cælestibus. Illuminatur autem anima tali cæcitate, qua despicit mundum, vt conspiciat Deũ. Quia *omne, quod in mundo est, concupiscentia oculorum est.* Ob hoc Apostolus, obduci aciem nostram huic mundo, & enubilari Christo docens; ei scilicet, *qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, id est, omnis hominis mentem vnientem, solicitat nos ab aspectu præsenti in suspectum æternorum, & dicit. *Nolite quærere quæ in hoc mundo sunt, præterit enim huius mundi figura. Omnia* (vt Ecclesiastic. ait) *sub sole vanitas.* Proinde super Solem veritas. Ita, & qui in veritate consistunt; etsi intra mundum viuant habitatione corporea, tamen supra mũdum

1. Cor. 7. n. 27. Eccles 1. n. 2.

sunt

sunt conuersatione cælesti. Et astrorum choros, vel cælorum polos euolantes; Spiritu scandunt, & superadũt, celsioresque elementis agũt. Non subditi rebus, & vsibus elementorũ, sed affixa in Christo vita superiores mũdo fiunt, manentes in eo, qui est super omnia. Sic ille docet quomodo claudendi sint oculi, ne terrena conspiciamus, sed cælestia, qua in re genuini huius Aquilæ filij inueniemur, si cælestes tantum radios intueamur, inspiciamus, & inquiramus, & â terrenis omnibus mentis oculos auertamus, quod docuit Isai cap. 28. quando dixit: *Isai. 28. n. 15.* *Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus:* quem locũ Hieronymus sic accipit, vt tantum putet capaces esse cælestis disciplinæ, & volatus eos, qui solido nutriuntur cibo, & ab vberibus omnino depulsi sunt. Hieronymum sequuntur S. Thomas, Haymo, Dionysius, & Hugo. Dicuntur autem ablactati, ab vberibusque auulsi, qui á blãdioribus delitijs, & terrenis voluptatibus animum abdicarunt. Soli itaque expediti ad cæli cõscensum, & superiorem volatum censentur ij, qui oculos á terris auertentes in solarem Aquilã conijciũt, qui animum â fæcibus terrenis extrahentes, votaque, & cogitatus in cælum dirigunt, portandaque tradunt Christo ascendenti, vt cum eo pariter regnãte, & sedente reperiantur in cælis.

Neque hoc in loco omittẽdus Plotinus Ænead. 6. lib 9 c. 7 cũ ait oportere nos animã ab omnibus rebus externis separare, tanquam a sarcinis, & obstaculis, vt possit à Deo illustrari: sicut enim oportet materiã primam omnibus formis esse vacuam, vt ita figuras omniũ rerũ possit percipere; ita oportet animã hominis esse informẽ, vt á Deo informari cõmode possit Optima tẽ sunt quæ habet Seneca li. 19. epist. 111. Nõ est, inquit ille, quod te nimis laudes, si contẽpseris aureos lectos: quæ est enim virtus superuacanea contẽnere, præsertim hominẽ Philosophũ. Tunc te admirare, cũ contẽpseris necessaria. Non magnã rem facis, quod viuere sine regio apparatu possis: tunc te admirabor, si contempseris etiam sordidum panem, &c.

ANNOTAT. IIII.

Qui ad cælestia euolare nititur temporalia bona, & onera deponere debet.

GRauissimum onus nobis sunt, totamque mentem nostrã secũ trahunt terrenæ diuitiæ, & tẽporalia bona, quod bene expendit Chrysolog ser. 29. in princip. cum aduertit Matthæum in telonio sedentem describi ab eodem Euangelista cap. 9. cum ait: *Præteriens Iesus vidit hominem sedentem in telonio*; Sedebat vti que, inquit ille, qui stare non poterat, pondere cupiditatis oppressus, & ipsa totus conscientia fraudis incuruus: aurum natura graue, grauius fit auaritia nimis. Hinc est quod plus habentem deprimit, quam ferentem: & vehementius aggrauat corda, quam corpora. Nascitur in terra profunda, sectatur ipsa montium fundamenta: perque ima venarum cæcis discurrit anfractibus, & dum suam semper repetit ad naturam, cælestes animos ad inferna deponit, ob scurat sensus semper, alta mentium semper in terrena demergit, & aerius homines dissoluit in terra, quam soluitur in calore flammarum. Merito Matthæũ Dominus talibus vinculis absolui cupiens, præpeditum suscitat dicendo: *Sequere me* Hoc est, me sequere de supernis ad superna tendentem, & nõ aurũ de infernis ad inferna mer- *Matt. 9. n. 9.*

 gentem.

gentem. Sic ille ostendit quomodo secum in infimum trahat animũ ponderosa auri, & diuitiarum substantia, quod bene etiam prosequitur Gregor. Nyssen. lib. de beatitud. ad illa verba: *Beati pauperes*, in fine cum ait. Ponderosa res est aurum: onerosa res omnis, quæ diuitiarum causa expetitur: leuis verò res quædam, & sublimia petens, est virtus. Verum hæc sibi inuicem opposita sunt, ponderosum, & leue. Ergo nulla ratione, atque machinatione effici potest, vt leuis sit is, qui sese ponderis materiæ affixit. Si igitur ad superna nos accedere oportet, ab ijs, quæ deorsum trahunt, inopes, & egeni simus, vt in supernis versemur. Quis autem sit modus, quo id efficiatur, præscribit Psalmodia: *Dispersit, dedit pauperibus.*

Bene hanc vim, quã nobis inferunt diuitię, expresit Oseas in c. 12. dicens. *Diues effectus sum, inueni idolum mihi:* Qui locus ab aliquibus ex Hebræo legitur: *inueni vim mihi*, quod magis aperit Tygurina: *Inueni facultates.* Etenim si quis quærat à quonam diues vim sibi illatam patiatur, profectò à nullo alio, quam ab ipsis diuitijs vim illatam confitebitur; ipsæ enim sunt, quæ animum cælestia petentem, & appetentem iugiter deprimunt, & magna illata vi detrahunt, vnde ille, qui terram reputauit bonam, ipsamque appetijt, statim ab eadem depressus nobis describitur Genes. 49. cum dicitur: *Issacar vidit terram quod esset bona, & suppossuit humerum suum*, vbi D. Thomas ait significasse parentem Iacobum temporalium bonorum copiam fecisse Issacar seruum, temporalia siquidem sunt, quæ homines deprimunt, seruireque cogunt, & à nobilitate extrahentes, in vilia mancipia conuertunt. Vnde Cyprian. Epist. ad Donatum post princip. ait de diuite. Suspirat ille in conuiuio, vigilat in pluma, neque intelligit miser perspecioſa esse sibi supplicia, auro se illigatum teneri, & possideri magis, quam possidere diuitias, &c.

Neque solum animum deprimũt diuitiæ, sed veluti alta fossa sepultum, minimè inde resurrectutum, recondunt. Lætus vtique accesserat ad Christum adolescens ille, qui omnia præcepta ab infantia se seruasse asseruit, at vbi audiuit dicentem Christum: *Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, abijt tristis: erat enim habens multas possessiones*, super quæ verba ita ait Chrysost. hom. 64. in Matth. ad med. Perspice quanta huius passionis vis sit, cum magna diues ille Christum lætitia adijsset, ita suffossus, atque obrutus fuit, quia eijciendam pecuniam esse audiuit, vt nec respondere quidem potuerit, sed tristis, ac mæstitia pressus decesserit. Sic ille suffossum, ac depressum nobis ostendit diuitem, quasi vbi primum diuitiæ, & facultates ad ascensum in cælum cum ipso prouocantem audierunt Christum, non minorem ipsi intulerint vim, quam ad imam tellurem deferendo. Quod adhuc videre possumus apud Prophetam Naum cap. 2. vbi de Ninive possessa à Chaldæis sic ait: *Diripite argentum, diripite aurum: & non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus.* Vbi Septuaginta habent: *Aggrauata est super omnia vasa concupiscentiæ suæ.* Quæ verba sic explicat Hieronymus. Propter quod aggrauata est Niniue super omnia vasa concupiscentiæ suæ? Quanto enim plus habebat, multam auri, & argenti possessionem, & variam suppellectilem, quæ erat grauis; tanto magis ipsa aggrauabatur, quæ grauia diligebat, &c. Ea enim, quæ possidentur in terra, corda grauant, & in ima detrahunt, & ne tandem periclitetur, vasa ipsa debent proijci, sicut in tempestate fecerunt nautæ illius nauis,

Ose. 12. n. 8.

Gen. 49. n. 14.

Matt. 19 n. 22.

Naum 2. n. 9.

uis, qua vehebatur Ionas, cui similis est ille alius locus apud Isaiam in cap. 2. *In die illa proijciet homo idola argenti sui, & simulachra auri sui, quæ fecerat sibi, vt adoraret; & ingredietur scissuras petrarum*, quem locum ita vertit Rabbi Salomo. Proijciet vniuersa pretiosa, quæ habet, fugiens ad ingrediendum cauernas terræ. Etenim cum diuitiæ impedimento esse soleant, vt quis portum cælestis Patriæ ingrediatur, solus ille ad petram refugij perueniet, qui pretiosa quæque in mare seculi proiecerit. Et persecutor ille, ac inimicus hostis ad inferiora habitacula sua facile trahit eum, quem pretiosa veste, varijsque ornatum diuitijs deprehenderit. Qua de re vidēdus est Chrysost. homil 6 in epist. ad Titum post med. cum ita habet. Sicut eos, qui nudi fugiunt, nemo potest facile tenere, eum verò, qui vestem post se trahit facile quiuis apprehendit, sic & diues, & pauper: nam pauper facillimè fugere poterit, dues licet non tenecatur, suis compedibus irretitus est, curis innumeris, desiderijs, ac perturbationibus reliquis, quippe omnia ista obruunt animum. Quibus similia habet Prosper lib. 2. de vita contemplat. cap. 13. Et Hieron. Epist. ad Iulian. ad med. ait. Regna cælorum expeditos, & alarum benignitate subnixos habitatores, desiderant. *Vade*, inquit, *& vende*, non partem substantiæ, sed *vniuersa, quæ habes, & da pauperibus*, non amicis, non consanguineis. Plus aliquid addam; nihil tibi ex omnibus metu inopiæ reseruans, ne cum Ananiadamneris, & hoc hortor, *si vis esse perfectus.* Si in sublimi tecto positus pristina vestimenta contemnis, vt euadas Ægyptiam dominam seculi, pallium derelinquas. Vnde & Elias ad cælorum regna festinans non potest ire cum pallio, sed mundi in mundo, vestimenta dimittit. Philosophus gloriæ animal, & popularis autæ vile mancipium totam simul sarcinam deposuit, & tu te putas tutũ in virtutũ culmine cõstitutum, si partem ex toto offeras? Te ipsum vult Dominus hostiam viuentem; te ipsum, inquam, non tua. Similia sunt quæ habet Epistola ad Exuperantium ad medium in hæc verba. Non debes ad tollendam tunicam recto descendere, sed si fieri potest imitare Ioseph, & Ægyptiæ Dominæ pallium relinque, vt nudus sequaris Dominũ Saluatorem, qui dicit in Euangelio: *Nisi quis demiserit omnia, non potest meus esse discipulus.* Proijce sarcinam seculi, ne quæras diuitias, quæ camellorum grauitati comparantur. Nudus, & leuis ad cælum euola, ne alas virtutum tuarum auri deprimant pondera. Sic ille proponit quam graue animis nostris onus sit diuitiarum impedimentum, quandoquidem & volatum impediunt, & nos pariter ligatos detinent, ne sursum ascendamus, volantem, & prouocantem Aquilam sequentes. Vbi notandum occurrit quod pulchrè aduertit Tertullianus, morem scilicet, quarundam gentium esse, vt quia auro abũdãt, ex eo conficiant vincula, quibus ligatos detinent delinquentes, quod etiam contingit ijs, qui diuitiarum copia affluunt, nam ipsæmet opes in vincula, & catenas conuertuntur, quibus miseri possessores ligantur, ne manus in cælum tendant, ne ad pauperes pro elargiendis eleemosynis extendantur, pedes item veluti compedibus constringuntur, ne terrena conculcent, ne de ipsis scalam constituant, ne denique viam mandatorũ currant. Apud barbaros quosdam, inquit Tertull. lib. de habitu muliebri cap. 7. quia vernaculum est aurum, & copiosum, auro vinctos in ergastulis habent, & diuitijs malos onerant; tanto locupletiores, quanto nocentiores, quam etiam sententiam repe-

Ionæ 1. n. 5. Isai. 2. n. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tit. lib de cultu fæminarum cap. 10. dicens. Quanquam aurum ipsum ad gentem quandam seruire referunt ad vincula Gentilium literæ, quod etiã aduertit Theodorus Cautellus lib. 1. variar. lect. Qua de re videndus est Seneca epist. 14. quem imitatus est Tragicus in Thyest. cum dicit:

Solicito bibunt auro superbi,
Quam iuuat nuda manu captasse fontem.

Ligant itaque, & maximè detinent humanam mentem possessæ diuitiæ, eamque neque caput leuare, neque ad cælestia aspirare permittũt. Quod adhuc constare poterit ex eo loco Habac. 2. vbi dicitur: *Habac. 2. n. 6.* *Væ qui multiplicat non sua, vsquequo aggrauat contra se densum lutum?* Vbi Hieronym. ait, Vsquequo, increpantium est vox ista, vel iudicij diem demonstrantium. Quia vero Septuaginta eo in loco habent: *Vsquequo aggrauat torquem suam grauiter?* Hieronymus explicans addit: Torques grauissima fit, vt curuet quod fuerat erectum, & iniquitatis, & prædarum onere, quasi grauissima torque se deprimat (scilicet auarus.) Vide igitur quomodo caput attollere, aut oculos in cælum leuare poterit miser locuples, qui quo maiores comparat facultates, maiorem experitur difficultatem, vt cælestia vel tantum prospiciat, vel appetat. Similia sunt quæ habet Gregor. 34. moral. cap. 9. vbi iuxta nostram versionem sic explicat dictum locum: Denso luto se aggrauat, qui per auaritiam terrena multiplicans peccati sui se oppressione coangustat. Et 3 p pastoral. admonit. 21. addit. Auaro cõtra se densum lutum aggrauare, est terrena lucra cum pondere peccati cumulare; sic Gregor. ex Propheta nobis ostendit diuitem in sui perniciem dum diuitias congregat, maius onus comparare, nec aliter sibi officere, quam qui in puteo delitescens supra se congestam humum aggregaret, quo magis namque terrã congregaret, difficiliorem sibi exitum redderet, quod prosequitur Augustinus epist. 34. vbi inter alia ait. Arctissimè diliguntur diuitiæ acquisitæ, longe etiam magis, quã concupitæ, eoque arctius quo diuitię sunt ampliores. Et epist. 83. post med. ait Vult Deus vt soluamus à diuitijs vinculum cupiditatis, per quod implicatos nos trahunt, & totum amorẽ nostrum consuefaciamus in eum currere, in quo nulla damna timeamus.

Expertus est tenacitatem terrenorum Loth, quando vocatus, vt de Sodomis exeat, dissimulauit, ita vt necesse fuerit Angelos eius manus apprehendere Genes. 19. Vnde isthæc in viro probatissimo ad obsequendũ Deo ignauia? Rupert. lib. 6. in Genes. cap. 10. post princip. ait. Amænitate Sodomorum tenebatur, & irriguis penè paradisiacis aruis, & idcirco quasi non satis intelligeret quod diceba tur, cum percelleretur nuntio instantis periculi, dormitantes oculos, & amore diuitiarum pressos auertebat á lumine præsenti. Sic persæpe is, qui iam cælestia nouit, cui per Euangelium Christi reuelata est ira Dei, iamque de spiritualibus instrui meruit, adhuc tamen pernicioso irretitur amore mundi, & á concupiscentia sua illectus, dissimulat auditas, & bene sibi cognitas futuri iudicij minas, & æterni ignis pænas sulphureas effugere eo intentus, vt concupiscentiæ suæ effectu perfruatur, &c. Vides tenacitatem huius durissimi vinculi, quæ etiam probatos viros ita detinet, vt opus sit Deum manum suam extendere, sicut ibi prosequitur Rupertus eosq; solutos ad se trahere, alioqui Diuinæ vocationi minimé obtemperaturos? *Gen. 19. n. 16.*

Viscum appellauit spiritualiũ pennarum amorem temporalium bonorum Augustinus serm. 33. de verbis Domini post med. cum ait. *Nolite diligere*

1. Ioan. 2. n. 15. *ligere mundum, neque ea, quæ sunt in mundo* ait Ioan. 1. epist. cap. 2. Non dixit, nolite habere, sed nolite diligere. Habuisti, possedisti, amor terrenarum rerum viscum est spiritualium pennarum. Ecce concupisti, hæsisti, quis dabit tibi pennas vt columbæ? Quando volabis vbi verè requiescas, quando hic vbi male hæsisti, peruerse quiescere voluisti? Quasi dicat, Diuina ope indiges, & Dei manu extrahente, alioqui dissimulabis, vel etiam vocatus exire, nisi Deus mittat manum suam, & durissima vincula soluat, teque extrahat, & eleuet.

Cum igitur hæc ita sint, quod possessæ diuitiæ adeó deprimunt animũ, & secum ad ima terrarum deferunt, vt neque ipsum cælum verè conspicere permittant, quod pulchritudine sua nos allicit, sicut prosequitur Chrysost. homil. 9. ad popul. cum expendit verba illa Psalm. 18. *Cæli enarrant gloriam Dei.* Tacet cælum, inquit, sed ipsius aspectus vocem tubæ clariorem emittit per oculos, quod etiam prosequitur Bernard. serm 27. in Cantic explicans illud Psalm. 103. *Extendens cælum, sicut pellem.* Quibus similia habet Ambros. lib. 2 de Abraham cap. 8. Cũ igitur cælum pulchritudine sua nos alliciat ad contemplandum, laudandum, & diligendum Creatorem, tantum est, tamque graue onus temporalium rerum, vt nos adhuc detineat, & decipiat, quod meritó deplorat Chrysost. homil. 35. ad popul. vbi inter alia ait. Cum cæli partes nobis obiectæ tam pulchræ sint, & amænæ, qualia sunt superiora, & cælũ cæli? Quis illam sermo beatitudinem exprimet? Heu mihi anima mea! Et tamen adhuc præsentibus inhiamus, neque diaboli versutiam cogitamus, qui per parua, magnis spoliat, & lutum præbet, vt aurum rapiat, imó magis auferat cælum, & vmbram prætendit, vt veritate nos extrudat, & in somnijs phantasias ostendit, hoc enim sunt præsentes diuitiæ, vt eũ illuxerit, omnibus pauperiores exhibeat &c. Ne igitur splẽdentium diuitiarum inani fulgore decepti infimis hæreamus, deserenda sunt, & soluendæ animæ alæ, & pennæ. Nam sicut dixit Paulus: *Omnis qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, parvulus enim est, perfectorum autem solidus est cibus*: quo in loco Chrysost. per lactentem paruulum, imperitum supernæ philosophiæ intelligit, qui perfectam, & exactam doctrinam de ascensu, & volatu ad cælum non percipiunt, eo, quod terrenis sint immersi. Infans inquit Chrysost. non potest malum, & bonum cibum distinguere. Sæpe quidem & puluerẽ in os injicit, & quod est noxium accipit, & omnia facit citra discretionem. Sed nõ est eiusmodi id, quod est perfectum, &c. Sunt itaque instar lactentium puerorum ij, qui terrenis adhærent vberibus temporalium affixi, qui tamen timere debent infælicem illum Sisaræ interitum, quando Iael aperuit vtrem lactis, & dedit Sisaræ bibere, & operuit illum; *Tulit itaque Iahel clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum, & posuit supra tempus capitis eius clauum, percussoque malleo defixit in cerebro vsque ad terram, qui soporem mortis secum defecit, & mortuus est*: Vbi Interpretes, & Glossa interlinealis in Sisara, hominẽ animalem intelligunt, lactis seculi maximé auidum, ratione cuius aliquando vitam ipsam temporalem amittit. Sed paulo maiora canamus, cum Adamo homil. 5. in librũ Iudicum, vbi per Iahelem mentis ascensionem, & volatum interpretatur, quæ lactentem Sisaram interficit, configitque terræ, meditatione claũorum, & Cruce Christi Domini prouocantis nos in eadem Cruce, vt inferiora hæc deseramus, & ad suprema cuolemus. Ergo, inquit ille, Iahel, quæ interpretatur ascensio, dum à *Hebr. 5. n. 14.* *Iudic. 4. n. 19.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporalibus ad spiritualia, & á terrenis ascendit ad cælestia, interficit Sisaram; qui carnalium vitiorum, & animalis hominis formam tenet. Palo ergo eum interficit, id est, ligni Crucis acumine, & virtute, & bene maxillas eius palo transuerberasse dicitur; Os enim quod de carnalibus loquebatur, & doctrina, quæ carnis gloriam præferebat, quæ in delitijs, & voluptate viuendum sapientibus sæculi persuadebat, & luxuriæ adulatione deceperat, ligno Crucis confoditur. Sic ille docet sub ænigmate quonam pacto ascensio, & volatus in cælum nobis contingere possit, quomodo item deserendum lac humanæ voluptatis, & terrenæ concupiscentiæ, vt ad cæleste manna peruenire possimus.

Pro qua re optime in rem nostram expendit Rupert. præceptum de colligendo manna lib. 3. in Exod. cap. 11. vbi sic incipit: *Egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies.* Profecto & nobis spiritualiter egrediendum est, vt colligamus quantum sufficere potest. Vnde egrediemur? De pristina conuersatione, de vetustate vitæ. Nondum enim deposito vetere homine, nõ est nobis hoc manna colligere: Non est nobis hunc panem Dominicum manducare. Similia habet cap. 15. post med. vbi ait. De castris illis tibi exeundũ est, quicunque hoc minutum, quod detulit ros iste, colligere contendis, &c. Quicunque igitur perfectorum cibum appetit, & ad suprema contendit, hæc omnia temporalia debet deserere, & se sapientem, non lactentem puerum, probare, si paruulorum cibum, & infimas voluptates contemnat, quod bene videtur dixisse Salomon Ecclesiast. 2. *Oculi sapientis in capite eius*; Vbi Olympiodorus ait: Quando intellectus superna speculatur, non quæ sunt super terram, tum in capite oculos habet: Quando vero mens ad terrena cõuertitur, tunc in pedibus oculos habere videtur. Illud autem aduertendum est ex Plin. lib. 11. cap. 33. Quod animus hominis in oculis habitat; Per quos item affectus animi indicantur, sicut late prosequitur Pierius Valerian. proæm. in lib. 33. statim post princip. Quare videndus August ser. 2. de sermone Domini in monte; Et ser. 4. contra Iulian. cap. 4. Gregor. 10. Moral. cap. 23. Et 13. Moral. cap. 14 Et 17. Moral. cap. 4. Et homil. 6. in Ezechiel. Vnde iam liquet cur sapiens dicatur habere oculos in capite, ea scilicet ratione, quod nihil terrenum, & infimum intendit, sed ijs omnibus exolutus, sola cælestia quærat, & optet: Qua de re videndus August. in Psalm. 95. vbi expendit illud Pauli 1. Corinth. 7. *Qui habent, tanquam non habentes, &c.* Sic vero habet August. Quid ergo debet facere Christianus? Vti mundo, non seruire mundo. Quid est hoc? Habentes, tanquam non habentes, qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam nõ vtentes: Volo vos sine solicitudine esse, qui enim sine solicitudine est securus expectat quando veniat Dominus ipsius.

Pulchre idem August. tract. 40. in Ioan. cuiuis diuiti modum vtendi pecunijs describit. Vtere, inquit, nummo, quemadmodum viator in stabulo vtitur mensa, calice, vrseo, dimissurus, non permansurus, &c. Hoc vero vt efficaciter Deus doceret Iudæos, instituit annum quinquagesimũ iubilei, cõstituitque vt illo anno, omnes agri, & prædia coempta ab emptore redirent sine pretio ad priorem dominũ, qui ea vendiderat, cuius sanctionis causam reddit Leuit. 25. dicens. *Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos aduenæ, & coloni mei estis: Vnde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur*; Quasi dicat; Ego Deus altum transcendens, verum,

Eccles. 2. n. 14.

1. Cor. 7. n. 30.

Leuit. 25. n. 23.

verum, ac proprium in terram vestrã habeo dominum. Quare volo, & statuo, vt possessiones quælibet, anno iubilei redeant ad priores dominos, idque hac de causa: Vt nimirum sciatis, inquit Philo lib. de Cherubim, solum Deum proprie rerum omniũ esse Dominum, & Possessorem; homines vero earum tantum habere vsum fructum ad vitam, non vero dominium. Hinc liquet nos alienis vti possessionibus, nec gloriam, nec diuitias, nec honores, nec imperia, nec aliud quidpiam, vel corporis, vel animi proprium, quasi hæc iuris, & dominij nostri sint, possidemus, sed eorum vsum fructum, dum hic viuimus, habemus solum. Sic ille ostendit omnia terrena, pro quibus tam multa, tan diuque homines patiuntur, & in quibus vsqueadeo gloriantur, nõ ad humanũ dominiũ spectare, relinquendaque tandem esse, vel ipsa morte interueniente. Non est autem Sapientis in re tam clara decipi, neque velle potius deseri á rebus terrenis, quin prius ipse eas deserat.

Est optimus in hanc sententiam Nazianz. tract. de vitæ itineribus, vbi postquam multa de rerum humanarum vanitate sigillatim dixit, tandem concludit. Nunc verò nõ sine magna sapientia hoc à te, Christe, constitutum est, vt res omnes huius vitæ incertæ, atque instabiles sint: Nempe vt rerum firmarum, stabiliumque amore, ac desiderio inardescamus; vtque discamus à stultæ carnis cogitatione mentem abrumpere, imaginẽque illam, quã diuinitus accepimus, puram, atque integram conseruare, vitam ab hac vita alienam ducere, ac denique cum altero mundo mundum hunc commutando, difficultates omnes huius vitæ, molestiasque perferre, &c. Dixerim profecto huiusmodi instabilitatem rerum sublunarium excitationem esse, & prouocationem ad cælestia capessenda, & propterea tot mutationibus obnoxia hæc infima Deum reddidisse, vt facilius earũ vilitatem agnoscentes minime in eis quiescere eligeremus, quod autẽ neque sic ea spernamus iure miratur August. epist. 39. ad Licentiũ post med. Vincula ait, huius mundi asperitatẽ habent veram, iucunditatem falsam: certum dolorem, incertam voluptatem: durum laborem, timidam quietem: rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem. Hisne tu inseres collum, & manus, & pedes, & cum honoribus huiuscemodi subiugari affectas, & ambis inhærere? Longe aliter illi fecere, qui pro comparandis æternis bonis omnia terrena deseruere, quos merito commendat Bernard. serm. 1. in dedicat. Ecclesiæ post princip. vbi ait. Quod maius miraculum, quam quod tot iuuenes, tot adolescẽtes, tot nobiles, vniuersi denique, quos hic video, velut in carcere aperto tenentur sine vinculis. Ipsi credo videris quanta iam possemus inuenire miracula, si perscrutari sigillatim liceret singulorũ exitum de Ægypto, & deserti viam, id est, abrenuntiationem seculi. Quam bene commutastis dilectissimi quicquid habere potuistis in seculo, quando nunc relinquendo ea proprij esse meruistis authores seculi, & eum habere propriam possessionem, qui sine dubio portio, & hæreditas est suorum. Neque enim, sicut dixerunt filij iniquitatis, *Beatus populus, cui hæc sunt*, tẽporalia scilicet, quæ prætulerat, *promptuaria eructantia ex hoc in illud, oues fœtosæ*, &c similia: Non inquã beatus populus, cui hæc sunt, *sed beatus populus, cuius Dominus Deus eius, &c.* Hæc est enim beatitudo viæ, si quis omnia deserat, vt iam initiatiue possit dicere Deum ipsius partem, & hæreditatẽ esse: Vnde & illi, qui omnia renuntiantes in seculo, se peregrinos, & abstractos professi sunt, ius peculiare habent

Psal. 143. n. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habent ad cælorum Regnum, quod bene deducit Ambros. ser. 51. ex agro figuli Christi pretio in sepulturam peregrinorum empto. Istos peregrinos, inquit, quos esse dicimus, nisi deuotissimos Christianos, qui renuntiantes seculo, & nihil possidentes in mũdo, in Christi sanguine requiescunt? Christianus enim, qui mundum non possidet, hic totum possidet Saluatorem, &c.

Sed video adhuc Chrysost asserentem illos, qui propter cælestia, terrena omnia deieruerunt, adhuc & diuitias temporales melius possidere. Sic enim habet Orat. 25. in epistolã ad Hebræos in morali statim in princip. Cum mentem nostram exhibuerimus perfectam, & ostenderimus nos res terrenas despicere, tunc quoque nobis donat terrenas, & non ante: ne accepisse nos eis alligatos adhuc alliget. Solue te, inquit, primum à seruitute, & tunc accipe, vt non amplius accipias tanquam seruus, sed tanquam dominus. Despice diuitias, & eris diues. Et post multa conferens cælestia cum terrenis ait. Lutum est aurum in aula iacens, non domi tuæ situm. Cælum enim est domus tua. Si propterea ergo litem moueas, & iudicio contendas, an non te condemnabunt superni ciues? Non te eijcient è sua patria, qui es adeo humilis, adeo vilis, & abiectus, vt pro modico luto velis pugnare? Qui ergo ea, quæ hic sunt, miratur, illa afficit contumelia, siquidem hæc digna existimat, in quæ studium conferatur, quæ ab illis tanto distant interuallo. Imo vero nec poteris quidem illa admirari. Quomodo enim cum ad hæc obstupescens, inhies? Dissecemus funes, & laqueos: hoc enim sunt res terrenæ. Quandiu inferne incuruabimur, & deorsum depiciemus? Sic Chrysost. ostendit vilitatem terrenorum bonorum, & animi submissionem eorum, qui pro eis incuruantur, & à propria dignitate decidentes humiliantur: Nobilior autem est eorum conditio, qui hæc despicientes, superna sola suspiciunt; Ea enim est humani animi nobilitas, vt si eam expendat mens nostra facile, quæ infra nos sunt, despiciet, qua de re videndus Athanas. lib 3. contra gentes, vbi ait. Humanus animus cũ totus secum est, & in se habitat, tum sensibilia transcendens in auras veræ libertatis euadit; Sed heu miseri mortales, quot in mundo reperiuntur angustæ mentis homines, sicut loquitur Ambros. lib. 2. de Caim cap. 9. qui sola præsentia quærunt, & venerantur, futurorũ vero penitus obliuiscuntur; quod descriptum habemus in terreno Caino, dum suam miserans sortem lachrymatur Genes. 4. dicens: *Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar*: Quibus in verbis duo dolet, & lamentatur, eiectionem scilicet à facie terræ, & eiectionem à facie Dei: Quid vero per hæc duo sit intelligendum acute obseruat Caiet. & congruenter satis ad rem nostram. Eiectio, inquit ille, á facie terræ fuit in hoc, quod terra non responderet ei secundum vim suam: Eiectio autem à facie Dei fuit in hoc, quod eiectus est à terra, in qua habitabat cũ patre, & fratre suo, sub speciali cura Diuina; Ab hac siquidem speciali cura eiectus significatur per eiectionẽ á facie Dei Sic ille. In quo illud adnotandum occurrit, quod cum duo hæc mala recensuerit, desertionem scilicet à Deo, & eiectionem á facie terræ, hoc tamẽ præposuit illi alteri, quia terrenus, & humilis corde, & mente plus dolebat, magisque cruciabatur ex eo, quod terra illi non corresponderet eo fructuũ incremento, & prouentuum vbertate, qua ante fratricidium eum afficere consueuerat: Plus itaque dolet de minus placida facie terræ, quam de irata, & offensa facie Dei, hæc enim est

Genes. 4. n. 14.

præpo-

præpostera impiorum existimatio, vt infima præponant supernis & terrena pluris faciant, quam diuina. Angustæ mentis homo, inquit Ambros proxime citatus, præsentem mortem veretur, perpetuam negligit, & diuinum iudicium non reformidat, interitum solum corporis deprecatur, &c. Merito item Bernard. super Ecce nos relinquimus omnia, inuehitur in Cainum dicens. Graue scilicet damnum, grandis iactura, si perimatur corpus, quandoquidem anima perijt? Sed occidendum sese causabatur infælix, tãquam pro magno beneficio habitur⁹, si prohiberetur occidi, quod & factũ est. Consolationem miseram obtinuit, quam quærebat, & oblitus est consolationis maximæ, pro qua multo studiosius supplicare, & remedium quærere oportebat. An non idẽ & de Saule legisti, vbi enim perstitit in sentẽtia Samuel Sanctus. *Nunc*, inquit, *honora me coram populo*. Ad quid tibi hæc honoratio miser? Hæccine erat tota illa supplicatio? Peccaui, ora Dominum pro me. Falsa non poterat supplicatione moueri, merito non pepercit, qui intuebatur cor. Indignus quippe benedictione cælesti aliud sibi refugium parat. Itaque terræ filius immortalem se cupiens in terra, cælo ipsi libens nuntiũ remittit, solamque mortem timet, ne terræ delitijs miser priuari cogeretur, &c. Hoc nempe est impiorum infelix ingenium, vt sola terrena appetant, & pluris faciãt, quam Cælestia, horumque quasi penitus obliti nihili facere videantur. Sic & impius Iudas magis æstimans pecunias, quam Magistrum, Deum verũ vendidit propter Deum falsum, pecuniam scilicet, quam adorabat, sicut alibi diximus ex Ambros. Sed postquã veritate coactus venditionem rescindere, & pactũ infringere curauit, neque affecutus est, *retulit triginta argenteos*, eosque in templo protulit, & quo tempore Filius Dei cum iniquis reputatus, est, & ignominioso supplicio affectus, sceleste homo sacratissimum petijt locum pro proijcienda pecunia, vt facto etiam testaretur illam se maxime reuereri, quam in tẽplo reijciebat, quod eleganter aduertit S. Drogo Ostiens. Episcop. lib. de passione Domini tom. 2. bibliot. in hæc grauissima verba: Vide quã magni ponderabat argenteos, nõ proiecit eos in sterquilinio, sed in templo; Ni mirum talibus semper Dijs templũ suum deuouerat: *Auaritia enim simulachrorum seruitus est*, Galat. 5. Et *Auaritia excæcat oculos sapientum*. Ecce infælix qualiter excæcatus est, maluit seipsũ perdere, quam denarios perire; denarios templo, se ipsum laqueo addixit. Sic ille ostendit quanto plus æstimauerit Iudas pecunias, quam bonorum omnium Authorem, quia scilicet se illis subiecerat, aliter facturus si inuerso, sed recto ordine, sibi eas subiiceret, vnde Dauid Psal. 61. dixit: *Diuitia si affluant nolite cor apponere*. Vbi Theodoret ait. Nolite diuitijs vestram mentem submittere, quasi dicat. Tota perditionis nostræ causa in eo versatur, quod mentem, animumque, & nos ipsos submittimus diuitijs, quas potius conculcare tenebamur, proindeque & secum nos deuoluunt ad terram, vt nihil pluris faciamus.

In quam sententiam notauit Nilus in ascetico prope fin. Achan confessũ fuisse Iosue siclos argenteos, auream que regulã, quã tulerat de anathemate abscondisse in terra, fossaque humo operuisse: quo quidem indicabatur eum hominem, qui contra Dei præceptum, aurum, argentumque abstulerat, & defoderat; pariter cum ijs animum, mentemque in terra supposuisse, ibi enim necesse erat adesse illius cor, vbi thesaurus absconditus aderat. Sic vero habet Nilus: Confessus est Iosue se argentum fossa humo

1. Reg. 15. n. 30.

Matt. 27 n. 3.

Galat. 5. n. 20. Deut. 16. n. 19.

Psal. 61. n. 11.

Iosue 7. n. 21.

operuisse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

operuisse, qui enim varia, & splendida materiæ opera magni facieda existimat, ratione verò sub his defodit: Iis, vt animalia bruta sensibus cedit, & indulget. Nam ex principatus solio rationem in subiectorum, imò damnatorum ordinem redigit. Etenim si ratio in sua dignitate sedens, de rebus istis iudicasset, iustam, & rectam tulisset sententiam, impetumque ad falsa, ac decipientia currentem damnasset, &c. Hinc est quod prodigus filius à patre secedens adhæsit cuidam, à quo missus est ad pascendos porcos. Vbi Chrysolog serm 2. ad fin. ait. Ne bonum Patrem deserentes ad mundi lõginqua, & nimis peregrina tẽdamus, ibique viuendo luxuriosè substantiã totam salutis dissipemus, & vitæ, & sic nos primario regionis illi⁹ tradamur; & ille nos mittat in villam suam, hoc est, ad huius seculi illecebrosas conualles: mittat ad pascendos porcos, eos videlicet, qui proni semper in terram viuunt. Facit hoc insatiata crudelitas, quæ contenta non est homines criminosos fieri, nisi eos vitiorũ duces, criminum faciat & magistros. Cum eos tales fecerit, non sinit eos ex ipso porcorum cibo, pastuque saturari: vt furientes vitia plus delinquant, &c.

Videndus hac de re Chrysost homil. in Psal. 48. vbi inter alia ait Diuitiæ sunt tortore acerbiores; tortor enim corpus vincit, diuitiæ animum vinciunt. Vides illum vinctum, nec illius te miseret: Illum propterea odi, quod vincitur, quod non necessitate, sed consulto catenam attraxit. Quibus similia habet homil 13. in epist 1. ad Corinth. & Orat. de diuitijs, & pauper. vbi ita ait. Si carcerem introibimus, circundatos videmus, ac vinctos catenis. Ita nũc si vniuscuiusque animam ingrediamur, videbimus eam durioribus ferro vinculis alligatam: Et maxime si diuitum intremus animas: Sicut enim cum aliquem videris vinctum ceruice, manibus, pedibusque ferratũ, propterea illius maxime misereris: Sic etiã cum videris diuitem cunctis rebus omnino circundatum, noli eum propterea vocare locupletem, propter quod debes infælicem vocare. Præter illa quidem vincula habet custodem carceris sæuiorem amorem pecuniarum, qui semel á se vinctum nequaquam de hoc carcere exire permittit, sed mille illi imponit catenas, & ostia, & seras, atque custodias, & in interiorẽ conijciens carcerem, etiam delectari his vinculis facit. Pecuniam possidere oportet vti dominos, nõ vti seruos, serui enim est asseruare, expendere vero domini, & magnam potestatem habentis. Quocirca nihil insipientius seruo pecuniæ, Tenere sibi videtur, cum ipse teneatur; videtur sibi dominus, cum sit seruus; Et cum vincula sibi circundederit, quasi in omnes imperium habens gestit, & saltat in captiuitatem currẽs, &c. Similia sunt quæ habet homil. 8. in Matth cũ ponderat Christum Dominum nullatenus permisisse cuidam ex discipulis magnum pietatis opus exercere, quale nempe erat parentem defunctum sepelire ne scilicet hæreditate paterna acquisita, eadem vinctus detineretur, & Deũ verum pro Deo falso, scilicet diuitijs, commutaret, & à cælesti volatu, & sequela Christi decederet. Erat verisimile, inquit Chrysost. post parentis sepulturam ad testamenti, legatoriosque considerationem deuenturum, & hereditatis diuisionem: Deinde in aliud ex alio, quasi vndarum fluctibus distractus, procul á portu salutis iactaretur, quæ ne illi acciderent, secum esse ipsum Christus iubet, &c. *Matth. 8. n. 22.*

Hinc iam intelligetur cur Iacob, quando illi annuntiatum est Iosephũ in Ægypto gloria maxima, summisque copijs, & diuitijs abundare, timore perterritus doluerit, & timuerit, sicut asserit Philo, verebatur siquidẽ ne temporalibus bonis deceptus Deũ verum contemneret, & ab illius præceptis, & cultu discederet, falsum mũdi Deum adorando. Sic verò habet Philo lib. de Ioseph ad finem. Tandem conspecto apparatu copioso non discrepante ab his, quæ enuntiabãtur, confirmatus laudabat Deum. Sed hoc gaudium metu sollicitabatur, ne deserentur mores patrij, sciebat enim honores, diuitiasque insidiari parum cautis mentibus, ideo metuebat filio, quod solus semotus à paterna familia videbatur egere castigatore, qui ad virtutem reuocans non sineret eum corrumpi tot prosperitatibus, &c. Nouerat hoc proprium esse diuitiarum Dauid cum dicebat Psalm. 72. *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum.* Vbi videtur conqueri Dauid, quod aliquando defecerit, & á mente exciderit diligẽdo, & proponendo ea, quæ terrena erãt cũ tamen Deus longe maiores, & nobiliores diuitias ipsi reseruauerit. Sic enim videtur exponere Hieron. cum ait. Tã grandia mihi in cælis præparasti, & ego infælix in terris á te parua quærebam: statim vero seipsum corrigẽs addit: *Deus cordis mei, & pars mea.* Neque in terra, inquit Hieron neque in cælo aliud prẽter te requiro. Neq; omittẽd⁹ ibi Aug. cũ ait. Inuenimus nostras diuitias, eligat sibi partes genus humanũ Quid ergo Nullũ præmiũ Dei? Nullũ præter ipsum: præmiũ Dei, ipse Deus est. *Mihi autem adhærere Deo bonum est*, hoc est, totũbonum. Vultis amplius? Doleo volentes Deo adhærere nihil est melius, &c. Nã sicut colligit Bern ex dictis verbis Psal ser. 1. de Aduent. post med. Vbi bene erit sine illo? Aut vbi male esse poterit cũ illo. Quæ maior igitur potest esse insania, quã Deum relinquere propter falsas diuitias, quas velint, nolint, tandem relinquent ij, qui illis maximè adglutinantur, & tã maximè ab eis separari dolent? *Psal. 72. n. 25.*

Vbi illud iam notandũ venit, quod diuitiæ etiamsi nos ad infima deprimant, & secũ ad inferiora deducant, alas tamen videntur habere, vt sursum nos efferant superbiendo, & nos deserant quando id minus existimamus: primum ostendit Salomon Prouerb. 10. cum ait: *Qui nititur mendacijs, hic pascit ventos, & idem sequitur aues volantes*, vbi Augustinus legit: Qui fidit in falsis: referturque locus ad diuitias, quæ diuitem inflant, tumoremque augent, vnde Augustinus Psal. 48 ait. Nemo vult esse diues, nisi vt infletur inter eos, inter quos viuit, & superior illis videatur. Vnde Paulus Timotheo. *Diuitibus huius sæculi præcipe non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarũ, &c.* Videndusque erit idem Augustinus serm 110. de tempore, vbi inter alia Zachæum diuitem, & eundem statura paruulum, id est superbia minimé tumentem, pro miraculo esse docet. Neque alium eum futurum, nisi qui dimidiam suarum facultatum sortem, liberaliter in pauperes erogaret, & fraudes illatas quadruplo compensaret, aliter enim, sicut addit Salomon. idem diues sequitur aues volantes. Non ait, persequitur, sed sequitur, sequi vero in Scriptura, idẽ est, quod imitari. Imitatur enim diues auiũ volatũ per superbiã in auras euectus. Sic enim alibi August. diuitias alas appellat, quibus homines per elationem supra semetipsos, & super alios euolant. Vnde idem August. ser. 212. de tempore ait. Grandis animus est, qui inter diuitias non superbit, qui autem ideo se magnum putat, superbus, & egenus pariter est. In carne crepat, in corde mendicat, inflatus est, non plenus. Vnde autẽ si duos *Prou. 10. n. 4.*

videas, vnum plenum, alterum inflatum, in vtroque est magnitudo, sed non eadem plenitudo. Si attendis falleris: si appendis, inuenies: qui plenus est difficile mouetur: qui inflatus, facile aufertur, &c. Inde igitur est quod diues superbiat, & eleuetur, quia vento pascitur, sicut Græcé habetur, eoque impletur, ac innititur, vnde & supra alios superbe effertur. Cæterum si miser diues alis diuitiarum eleuatus euolat, acerbiorem vtique patietur casum, sicut enim diuitiæ alas habent, vt efferant, sic & easdem habent vt deserant, quibus fugientibus præceps agitur, & in extremam miseriam incidit; quod etiam ostendit idem locus, si cum Græcis legamus, *pascit ventos*, id est, ad pastum deducit, sitque veluti ille Æolus, quem pastorem ventorum appellauit Homer. Quid vanius autem, quàm ventos recludere? Sunt diuitiæ instabiles valde, ventosq; fugacitate sua superant, proinde diuitem deserunt, & abeo euolant quàm citissimè. Vnde Naziãz. Orat. ad ciues timore perculsos ait. Potius ventis, aut lineis in aquis descriptis fidendum est, quàm diuitijs, & Orat. ad Iulian. Vt puluis, inquit, á turbine, sic opes ab alijs ad alios subinde ventilatur atque iactantur. & sicut fumus, dilabuntur, & in somnij morẽ homines deludunt, vmbræque instar manibus teneri nequaquam possunt: nec desperata carẽtibus, nec satis certa possidentibus, &c. Clarius hac de re loquutus est idem Salomon Prouerb. 23. dicens: *Non erigas oculos ad opes, quia faciunt sibi pennas vt aquilæ, & volabũt in cælum*, id est, non confidas in diuitijs, neque in eis spem tuam colloces, te enim deserent nihil minus cogitantẽ.

Prou. 23. n. 5.

Deserendæ proinde sunt antequam nos deserant, ad hoc enim nobis eas videtur cõcessisse Deus, vt pro ipso dimittamus valoréque animi nostri, & rationis cõprobemus; Quod bene prosequitur Aug. li 50. hõ hom 5. post principio. vbi ait. Cũ talia Deus nobis hominibus tribuit, ostendit in eis quãta cõtemnat animus, cuius diuitiæ sunt ipse Deus, qui tribuit; non enim potest quisque apparere contẽptor, nisi eius rei cuius possessor effectus est. Bonis subministrat occasiones bonorũ, malos torquet timore damnorum. Illius est aurum & argentum, qui nouit vti auro, & argento; nam quod iustè non tractat, iustè non tenet. Si suum esse dixerit, non est vox iusti possessoris, sed impudentis incubatoris improbitas, &c. Ille igitur verè accepit à Deo bona qui eis nouit vti in vtilitatem, & meritum suum, dimittendo ea tanquam Dominus, & promerendo verũ præmium, quod demissione temporalium comparatur.

Hinc est quod Gregorius lib 4. moral. cap. 5. appellat diuitias, & opes patrimonium virtutis. Quod imprimis potest explicari ex eo, quod *recti hæreditabunt terram, & habitabunt in ea*; sicut dicitur Prouerb. 2. Nam iustus habet ius ad rem, quatenus virtus bona etiam temporalia meretur obtinere á Deo, sicut è contra impius vitio suo, & assiduis peccatis demeretur non tantum bona spiritualia, sed etiam temporalia. Vnde licet impij dicantur in Scriptura possidere diuitias, aliaque fortunæ bona, nunquam tamen eas hæreditare dicuntur, iusti verò passim hæreditare, vel hæreditate acquirere bona ista dicuntur: Vnde Ambros. in Luc. & Chrysostomus in Imperfecto homil 5 ad illa verba tentatoris: *Hæc omnia tibi dabo*, dicunt diuitias, & opes iustis quidem á Deo, iniquis verò his scilicet, qui eas per iniurias sibi comparant) à dæmone erogari. Illas tibi diuitias, ait Chrysostomus, diabolus tibi dedit, quamuis non ipsæ diuitiæ diaboli sunt. Inter duas enim conditiones posuit illas, vt diabolus

Prou. 21. n. 21.

Matth. 4. n. 9.

illas posit dare, & Deus. Nam dans potestatem diabolo, non à se dimisit; vt siquidem cum peccato, vel ad peccatum acquirantur, per diabolũ dentur. Si autem sine peccato, per Deũ, &c. Quapropter (si fas est dicere) inter probum, & improbum diuitem hoc est discrimen, quod iustus iustè possidet, iniustus vero iniustè, & per iniuriam, ille enim á Domino rem accepit, hic à fure, & vsurpatore, proinde & cum ille iustè possideat temporalia, quæ sunt virtutis patrimonium; eis negotiari licet, & longè nobiliora bona comparare, vnde D. Nilus in ascetico ante med. auocans nos á negotiatione temporaliũ ait: Ignominiosam relinquamus mercaturam, vt pretiosam margaritam comparemus, &c. Clarius Chrysostomus homil. 16. in Matth. Si habes, inquit, diuitias, & diuitiæ illæ te non faciunt superbum, aut violentum: sed secundum quod potes das pauperibus, dominus es, ac rex diuitiarum tuarum, non seruus; quia non te diuitiæ tenent tuæ, sed tu diuitias. Melius Orat. de diuitijs, & paupert. ait. Omnes vsum diuitiarum habemus, dominium verò nullus: et si quod dominium haberi potest, illi plane habent, qui & vsum earum contempserint, & fruitionem deriserint, &c. Domini enim comprobantur diuitiarum, qui eas contemnentes, & commutantes, earum vili pretio inæstimabiles sibi comparant opes, quibus fruendis maximé redduntur apti, dum sibi inferiora hæc supponunt, vt in maius meritum eleuentur, qua de re videndus Clemens Alex. lib. 2. stromat. cum pauperibus accommodat illa verba Psaltis: *Quoniam Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.* Dij namque appellantur pauperes, & qui se bonis omnibus exuerunt, quia Christi Domini ad viuum imagines esse videtur, *Qui cum esset diues, propter nos pauper factus est.* Vnde Saluian. pauperem sic describit. De illis, qui expediti ab omnibus, vel pené ab omnibus sarcinis, Saluatoris viam sequuntur, & Dominum Iesum Christum non sanctitate solum, sed etiam paupertate imitantur, nihil est, quod dici possit, nisi illud tantum, quod etiam Propheta dixit: *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus.* Hos enim non aliter, quàm imitatores Christi honoro: Non aliter quam Dei imagines colo: Non aliter quam membra Christi suspicio, &c. Similiaque habet Clemens Alexand. Orat. ad gentes, cum ad pauperes inuertit verba illa: *Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes*: vbi pauperem nudam Dei imaginem appellat. Similia habet Chrysostomus homil. 18. in Epistolam ad Hebræos, vbi ostendit pauperem, qui sponte temporalia reliquit, eam Dei sufficientiam imitari, per quam sibi ipse satis est, & nullo indiget; nam Deus inter præcipua sua nomina referri voluit *Saddai*, cui post nomen *Iehouah* secundas præbent Hebræi Sonat autem hoc nomen, sufficientem. Hac igitur ratione dicuntur Dij terræ pauperes: Eleuati verò dicuntur, quia per diuitiarum contemptum superiores redduntur. Vnde Chrysostomus homil. 2. in epistolam ad Hebræos, quasi per exaggerationem asserit oportere pauperes efferri, & sibi admodum placere in magnitudine animi sui, quatenus inferiora despiciunt, & rectum ferunt iudicium de ignobilitate temporalium. Oportet, inquit, pauperes ob paupertatem efferri, & sibi placere, si sibi placere oportet: At pauper, inquis, est despicabilis. Non sanè ille, sed illi magis, qui eum despiciunt. Cur enim ego eos non despiciam, qui nesciunt admirari ea, quæ oportet? Si sit pictor quispiam peritus, eos qui

Psal. 138. n. 17.

Psal. 81. n. 6.

Psal. 46. n. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum irrident, irridebit ipse, si sint rudes & imperiti: & neque conuertetur ad ea, quæ ab illis dicuntur, sed contentus erit suo ipsius testimonio. Et nos pendebimus à vulgi opinione? Propterea sané digni sumus, qui contemnamur, quia eos non despicimus, qui nos despiciunt ob paupertatem. Hæc ille, qui forte videtur alludere ad id, quod maximè commendatur in arte pingendi: inter peritos enim certó liquet tunc pictorem suæ artis vim melius exprimere, cum figuram aliquam nudam expingit, quam cum illam vestibus pretiosissimis indutam delineat: nam nudi corporis singula membra, mẽbrorumque particulas pennicillo perfecte exprimere longe difficilius est, quam pretiosas vestes, aurum, gemmasque superinducere. Pauper itaque bonis omnibus denudatus, & voluntarié diuitijs exutus, pulcherrimus sanè est apud peritos & sapientiæ Cælestis lumine præditos, vnde eos laudibus efferunt, & extollunt, quia iam supra terrena vident eleuatos. In quam sententiam facit Basilius in Psalm. 1. statim in principio, vbi pietatis exercitationem, & virtutis negotium simile dicit scalæ illæ Iacobo ostensæ Genes. 28. cuius pars terram attingebat, pars altera illi supereminens in cælum vsque porrigebatur: ibi autem cernere erat quod Angeli vbi primum terram deferebant, per scalam in cælos ascendebant, & quó longius discedebant à terra, eo propius accedebant ad cælum. Deferebant infima, appropinquabant supernis; quo symbolo nobis inculcatum esse voluit Deus pauperes vehementer eleuatos esse á terra, quod eam deserentes ad cælestia anhelant, & dum vincula mundi rumpunt, aptiores ad volatum efficiuntur, & materiam, ac fomentum sceleris abscindunt, qui à temporalibus se expediunt. Qua de re videndus Isidor. Pelusiota lib. 2. epist 146. post princip. vbi ait. Opponenda est verisima, & sapientissima Socratis admonitio, quæ est huiusmodi. Diuitiæ autem vitij potius, quàm probitatis, ac virtutis ministræ sunt: vt quæ licentiam quidem inertiæ adferant; Iuuenes autem ad voluptates cohortentur. Apud veteres hoc in more positum erat, vt post conuiuiũ lyram caperent, illudque canerent. O diuitiæ vtinam nec in terra videamini, nec in mari. Aristides etiam testimonio erit, vt qui cum opes sibi comparare posset, paupertatem amplexus sit, adeo, vt vrbs Athenienſis, & eum extremo vitæ die functum publico sumptu inhumauerit, & ipsius filias collata dote viris collocauerit. Plato, ne quis aurum, & argentum possideat, ita dixit. Quin Lycurgus quoque Lacedæmoniorum Legislator capite sanxit si quis numum Lacedæmonem importasset. At si omissis calculis ipsam rei illaturam expendere oportet, nullum in humana vita scelus reperietur, quod non ob pecuniarum amorem perpetretur. Ob eas cædes, latrocinia, odia &c. ob eas non vrbes dumtaxat, sed etiam solitudines, non solum cultæ, sed incultæ cruore, & cædibus redolent. Nec á mari hoc malum abstinuit, verum illic quoque ingenti cum furore grassatur, prædonibus illud obsidentibus, ac nouum quendam latrocinij modum excogitantibus. Hic improbus, ac sceleſtus amor nõ aduersus viuos dumtaxat, sed aduersus eos, qui mortẽ obierunt, furum sepulchra effodientiũ manus armauit: quippe quæ ne eũ quidem, qui ex hac vita excesit, ab insidijs suis liberum esse patiantur. Quis non cum mortuo in gratiam redit, sit licet barbarus, sit bellua, sit execrandus dæmon? Ac propterea cum quid mortuum conspicit, etiamsi eum infestissimum hostem habuerit.

Gen. 28. *n.* 12.

vnà cum ipsius necessarijs familiaribus collachrymat. At aurum ne hoc quidem consequutum, qui nulla iniuria affecti sunt, hominis mortui hostes reddit, siquidem cadauer spoliare acerborum inimicorum est. Ac natura hostes quoque ipsos tunc reconciliat: At diuitiæ eos quoque, qui nihil habent, quod obijciant, hostes efficiunt, & cætera, quæ eleganter prosequitur: Quib⁹ similia habet epist. 233. vbi proponit malignitatem diuitiarũ, & quomodo omnes sensus inficiat, & pestilentes reddat, qua etiam de re multa habet epist. 258.

Cum igitur tot mala in diuitijs reperiantur, quę fuit ratio, cur Cyprian. miretur quod bona appellentur ea, quorum vsus non nisi ad malum habetur, sicut alias diximus, relinquẽda profecto sunt, tanquam materia vitiorum, & damnationis occasio. Quod bene prosequitur Nilus in ascetico post med. vbi ait. Quomodo curret aduersus dæmones omni nudos solicitudine, qui curis indutus est innumerabilibus? Dicente Scriptura: *Nudus persequetur in illa die*. Nudus, inquit, non varijs negotiorum curis, tanquam centonibus circundatus. Nudus, non graui possessionum, & pecuniarum sarcina à cursu retardatus Insidijs enim nudus, aut non petitur, aut ægrè capitur. Quare si nudus fuisset magnus Ioseph non reperisset Ægyptia, quo ipsum apprehenderet, *Apprehensa* enim, inquit, diuina Scriptura, *lacinia vestimenti eius dixit*, &c. Vestimenta sunt negotia corporea, quibus apprehensis voluptas nos trahit. His negotijs qui incumbit, necessario distrahitur, dum pugnat cum illis, qui ea detrahunt. Ita pudicus athleta cum animaduertisset ex ijs etiam, quæ corporis vsui sunt necessaria, se per vim ad voluptatis amplexus trahi, cum sciret opus fore, vt cum domina, quæ tenere se, & vim afferre posset, nudus coiret, relicto in manu eius pallio aufugit, & egressus est foras, tanquam in virtutis paradiso nudus ambulans, primum illum Parentem nostrum imitatus, qui præclarum nuditatis munus á Deo concessum obtinuit, quoad per contumaciam vestimentorũ necessitatem incurrit. Quandiu enim restitit aduersarijs suadentibus, vt Dei mandatum violaret, nudus, vt luctator, in stadio stetit; victus vero, & seruus effectus, deposita simul cum certandi habitu nuditate, indutus est. Idcirco Prouerb. author sic pugilem alloquitur: *Exue vestimentum tuum, accessit enim*. Nam quoad extra stadium fuit, merito vestimentis non decertantium vtebatur, pugnandi fortitudinem sub rerum sensilium tegens indumentis. At vbi in stadium introiuit, vestimenta deposuit. Nudum imo vero, & vnctum oportet certare, nuditas enim facit, vt ab aduersario luctator apprehendi non possit: vnctio autem, vt si quando apprehensus fuerit, elabatur. Propterea luctatores puluerem aduersarijs conantur aspergere, vt olei lenitatem iniectu puluueris exasperent, atque ita facilius eos apprehendere valeant. Iam quod illic est puluis, id in nostro certamine est terrenis in rebus occupatio: & quod illic est oleum, hic est quietis studium ab omni solicitudine vacuum. Et quemadmodum illic qui vnctus est, facile vitat, quas ipsi vocant apprehensiones; sin puluerem admiserit, ægrè colluctantis declinat manum. Ita hic, qui nulla de re solicitus est, difficile capitur á diabolo, quod si occupatus est, & solicitudine, tanquam puluere mentis exasperet tranquillitatem, ex illius manu haud facilè effugiet. Animus perfectus ab omni est solicitudine vacuus, impius solicitudinibus teritur, &cæt. Ille igi

Gen. 39. *n.* 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, qui cælũ debet conscendere, nudus debet, & expeditus à terrenis euadere, etenim qui in paradiso versatus est, quandiu nudus extitit, vt iterum in nobiliorem paradisum reducatur, & nullum occurrat impedimẽtum, omnia debet exuere, quæ temporalia sunt, Quod bene expendit idẽ Nilus in eo præcepto, quod habetur Numer. 8. circa illum, qui se Domino omnino consecrabat, vt capillos suos totaliter raderet. Moyses, inquit ille, cum præcipit, vt qui se magno voto sanctificare volunt, totũ corpus radant, indicat mea quidem sententia perfectam rerum omnium renuntiationem, &c. Et sane is, qui se Deo consecrat, omnia, quæ sæculi sunt, relinquere debet, & à se prorsus separare. Vnde Eliseus vocatus ab Elia: *Tulit par boum ex duodecim iugis, in quibus arabat, mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt: Consurgensque abijt, & sequutus est Eliam, & ministrabat ei.* Vbi Lyran. hoc conuiuium deducit ad lætitiam, qua perfusus Eliseus terræ culturam reliquit, & disciplinam perfectionis prophetice apprehendit. Præ gaudio, inquit ille, suæ vnctionis fecit conuiuium socijs suis, & vicinis. Aptius tamen ad rem nostram Ambros. lib. 1. officior. cap. 30. ad med ait. Eliseus boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo, quod habuit, vt nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnibus in disciplinam se Propheticam daret, &c. Clarius adhuc Abulens q. 26. ait. Non quasi non haberet alia ligna, sed quia volebat renuntiare seculo, ita quod nihil relinqueret in illo, quod ad se pertineret, voluit vtrumque consumere, boues tradendo in conuiuium, & aratrum cremando, ita vt nihil ad se pertinens relinqueret in seculo, sed totus ipse transiret ad Dominũ, quod valde magnum exemplum est pro eis, qui ad Dominum transeunt, quod nihil in seculo relinquere debeant, ad quod afficiantur. Istud exemplum sequutus est B. Matthæus, quia Christo vocatus reliquit omnia, & tamen ipse die vocationis suæ vocauit Christum, & discipulos, &c. Præscriptum igitur habemus modum, quo quis viã perfectionis debet ingredi, & volantem Aquilam, nosque ad se prouocantem sequi, vt scilicet terrena vincula soluamus, & facultatibus pro Deo relictis alas, quibus efferamur, comparemus, aliter enim neque é terra extollemur, neque ad superna conscendemus.

Num. 8. *n.*7.

3. *Reg.*19. *n.*22.

EXPO-

TEXTVS.

Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus. Num.12

EXPOSITIO LITERALIS.

VT magis augeat ingratitudinem Israeliticæ gentis, dum alienos Deos adorandos duxit, & quæsiuit, ostendit Moyses Deũ per iter adeó vastum, & omnibus rebus ad victum, cultumque necessarijs destitutum, populum illum duxisse, quod singulare extitit beneficium, & vt tale refertur Sapient. 10. *Deduxit illos in via mirabili, fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem*; quia scilicet, non peruia erat, nec sine multis miraculis, magnisque Diuinę prouidentiæ muneribus per annos quadraginta confici poterat. Vnde & Deus cum exprobratione de hac via loquitur ad gẽtem Israeliticam apud Ierem. cap. 2. dicens: *Non dixerunt, vbi est Dominus, qui ascenaere nos fecit de terra Ægypti, qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem, & inuiam, per terrã sitis, & imaginem mortis, per terram, in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo?* Ibi scilicet, deerat, qui ostendere posset viam, quod tamen Deus per suam misericordiam fecit, similisque exprobratio habetur Deut. 1. *Nec sic quidem credidistis Domino Deo vestro, qui præcessit vos in via, & metatus est locum, in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis.* Vbi Olcast. ait. Solent serui dominos suos præcedere in via, & explorare, ac parare illis hospitia, hic vero vides seruis hospitia, ac quietem quærere, & si magna Dei tui dignatio sit, maior tamen est, quæ sequitur, vt scilicet eos, quasi puer, lumine præcederet nocte, & die per columnam nubis: *Ad illius enim imperium proficiscebãtur, & ad eius imperium figebant tabernaculũ. Cũctis diebus, quibus stabat nuber super tabernaculũ manebãt in eodẽ loco, & si euenisset vt multo tempore maneret super illud, erant filij Israel in excubijs Domini, & non proficiscebantur quotquot diebus fuisset nubes super tabernaculum. Ad imperium Domini*, inquit Sacer Textus Numer 9. *erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant*. Hæc igitur nubes per Angelum mota, & Dei beneficio cõstituta, veluti vexillum erat, & dux itineris, per quam Deus suam voluntatem Israelitis intimabat. Quotidie verò bis quiescebat, quando mouebantur castra, nimirum in prandio, tunc enim cibos coquere, seque ijs reficere debebant, tã homines, quam animalia: Deinde vespere, & noctu, tunc enim somnum capere, & requiescere debebant. Vnde nusquam legimus eos noctu mouisse castra, aut iter fecisse: Cum vero diutius quiescerent, figebant ibi tentoria, talisque quies vocabatur mansio, vel statio, quales quadraginta duas Hebræi habuerunt in deserto, patet ex cap. 33. Numer. *Quoties* vero *columna mouebatur, & præibat castra, sacerdotes elevabant, & portabant arcam Domini; Moyses autem Deũ inuocabat dicens: Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui te oderant à facie tua*, quasi dicat, surge, & profiscere nobiscum Domine, atque castra præcede, hostesque nostros æ-

que

*Sap.*10. *n.*17.

Ierem. 2. *n.*6.

*Deut.*1ã *n.*32.

Num. 9 *n.*18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que ac tuos dissipa, & fuga, vt nos inuadere nō audeant. Cum vero rursus columna requiesceret, sacerdotes deponebant arcam,& Moyses Dominum arcæ quasi insidentem inuitans ad manendum inibi cum Hebræis, sic eum precabatur: *Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel*, vt patet ex cap. 10. Numer. Ad hunc igitur modum Dominus dux fuit exercitus Israelitici educens ex Ægypto, deducens, & viam ostendens per desertum, & introducens in terram promissam.

Numer. 10. n. vlt.

Neque contra hoc facit id, quod Moyses dixit ad Hobab Numer. 10. *Noli nos relinquere: Tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus*: Enimuero Moyses hoc dixit ad Hobab non quasi opera, & ductu eius indigeret, vtpote qui columna nubis forinsecus, intrinsecus vero Deo, vel Angelo eius ministro docente, erudiebatur quo loco ponenda essent castra: Insuper & Moyses in deserto illo per quadraginta annos pascens oues tàm, vel magis versatus erat, quam is ipse Hobab: Sed voluit Moyses eum apud se detinere, vtpote sororium suum fratrem vxoris gentilem, vt in veri Dei religione, & cultu erudiret, eumque à vana Deorum adoratione ad veram fidem adduceret. Vnde Raban & Rupert ibi. Vir proudus (nempe Moyses) elato auditori (scilicet Hobab) colloquens solatium petijt, vt daret, ducem requirebat in via, vt dux ei fieret ad vitam: Plerumque enim persuadere elatis vtilia melius possumus, si profectum eorum nobis potius, quā illis profuturum dicamus. Sicque id, quod petimus, nobis potius, quā ipsis impendi postulemus. Iisdem fere verbis hoc dixit Gregor. 3. p. pastoral. admonit. 18. in fin. Plerumque, ait, persuadere elatis vtilia melius possumus, si profectum eorū nobis potius, quam illis profuturum dicamus, si eorum meliorationem nobis magis, quam sibi impendi postulamus. Facile enim ad bonum elatio flectitur, si & alijs eius inflectio prodesse credatur. Vnde Moyses, qui regente se Deo desertū iter aerea columna duce pergebat, cum Hobab cognatū sum à gentilitatis conuersatione vellet educere, & Omnipotentis dominio subiugare, ait. *Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis, veni nobiscum, vt benefaciamus tibi, quia Dominus bona promisit Israeli*; Cui cum respondisset ille: *Non uadam tecum, sed reuertar ad terram meam, in qua natus sum*, illico adiunxit. *Noli nos relinquere, tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris dux noster.* Neque enim Moysi mentem ignorantia itineris angustabat, quem & ad prophetiæ scientiam cognitio Diuinitatis expanderat, quem columna exterius præibat, quem ad cunctis interius per conuersationem cum Deo sedulam locutio familiaris instruebat. Sed videlicet vir proudus elato auditori colloquens solatium petiuit, vt daret: Ducem eum requirebat in via, vt dux ei fieri ad vitam potuisset. Egit itaque vt superbus auditor voci ad meliora suadenti eo magis fieret deuotus quo putaretur necessarius: Et vnde se exhortatorem suum præcedere crederet, inde sub verbis se exhortationis inclinaret. Sic ille probat Moysen non inuitasse Hobab, quod duce ad viam indegeret, sed quod eum ad fidem, & cultum Dei adduceret, neque enim poterat ductore viæ indigere qui Deū ducem, & antesignanum habebat. Vnde Oleast. ibi ait: Pulchre admonet locus iste omnem lapidem mouendum esse, ne à fidelium consortio discedat homo alterius sectæ, qui ad fidem venire potest Nōnunquam etiā ostendendum esse te ope alicuius indigere, licet non indigeas, vt scilicet

eum in fide retineas, &c. Dux itaque verus illius populi fuit Deus, eique singulare hac in re præstitit beneficium, ideoque merito Rupert. hic per exprobrationem ait, & explicat: Quid tibi ò populе stulte, & insipiens, quid tibi cum turba Deorum alienorum? Nunquid Dij alieni te de Ægypto, de domo seruitutis eduxerunt, aut educentem te Dominum Deum tuum adiuuerunt? Non ita, sed *Dominus*, inquit, *solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus*; Non ille cornutus, & aureus vitulus, non Belephegor spurcissimus, non Baal, non omnino quisquam Deus alienus.

Psalm. 31 n. 7.

Dominus solus dux eius fuit. Hebraic. ad verbum, *ducet eum, & non cum eo Deus alienigena*, præteritum pro futuro, vt moris est: Aduertit autem Caiet. id propterea fieri, quia præteritum significat perseuerantiam quadraginta annorum. 70. *Dominus solus duxit eos*. Chald. *Dominus collocauit eos seorsum in seculo illo, quod ipse renouaturus est: Et non stabit in conspectu eius cultus Idolorum*. Verbum igitur Hebr. significat ducere placide, scilicet & sensim; Vt pastor solet oues, vel vt puer manu duci solet, à quo verbo Isai. 58. pro eo, quod nos habemus; *requiem tibi dabit Dominus*, Hebr. ad verbū vertit R. Dauid in lib. radicum: *Ducet te Dominus semper*. Et R. Abraham: *Ducet te*, id est, erit tecum in omni loco, ad quem perrexeris. Thargū. *Et ducet te quoquo te verteris*. Est enim ibi hoc ipsum verbū, quod etiā habetur Exo. 15. *Dux fuisti in misericordia tua* (vel propter misericordiam tuam) id est, prospexisti super eum, & curam maximā habuisti: Exod. 32. *Tu autem vade, & duc populum istum*. Et Prouerb. 18. *Ante magnates ducet eum*: Vbi nos habemus, *ante principes spatium ei facit*: Et Num 23. *De Aran adduxit me Balac*. Hebr. *duxit*: Seruis scilicet missis, & muneribus promissis Et Psal. 31. *Propter nomen tuum deduces me* Hebr. ab eodem verbo, *duces*. Ex quibus patet hoc nomen, dux, primario significare hoc in loco viæ ducem, & præmonstratorē, qui populum illum deducebat, viamque demonstrabat.

Isai. 28. n. 11.
Exod. 15. n. 13.
Exod. 32. n. 34.
Prou. 18. n. 16.
Num. 23. n. 7.

Quia vero Deus non solum duxit populum ductando, & ostendendo viam, sed simul etiam tegendo, & protegendo, inde est, quod etsi hoc in loco secundū vim vocis Hebrææ magis significetur viæ demonstrator, quali plane indigebat populus ille in vasta, inculta, & inuia solitudine, simul etiam ducem, bellatorem, & totius gentis propugnatorem significet; Vnde Deut. 4. dicitur: *Dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos, eduxitque te præcedens in virtute sua magna ex Ægypto, vt deleret nationes maximas, & fortiores te in introitu tuo, &c.* quem ducē strenuissimum agnouerat Abias Rex Iuda, quando contra Ieroboam confidentem in multitudine militum sic dicebat 2. Paralip. 13. *In exercitu nostro dux Deus est: Filij Israel nolite pugnare cōtra Deum Patrum vestrorum, quia non vobis expedit*: Ideo & Dauid Psal. 59. dicebat: *Quis deducet me in ciuitatem munitam*: Hilar. August. & Arnob. *In ciuitatem circunstantiæ*, id est, quæ vallo, mœnijs, arcibus cingitur, circundatur, & munitur? *Quis deducet me vsque in Idumæam?* Agellius: *Quis mihi dux erit, quis exercitum ducet in ciuitatem munitam Idumææ Bosra*, quæ regni Idumæi præcipua est, & munitissima, aut in quaslibet ciuitates munitas harum gentium Moabitarum, Syronum, atque Palæstinorum? Neque enim sine duce Deo audebat bella suscipere, aut inire pugnam. Vnde contra Philistæos exire non est ausus, nisi Deo prius exeunte, & exercitum præcedente, & res belli disponente, vt 2. Reg. 5. Sic Agellius: Ideo subiungit: *Nonne tu Deus, qui repulisti nos, & non*

Deut. 4. n. 37.
2. paralip. 13. n. 12.
Psal. 59. n. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

egredieris Deus in virtutibus nostris. Quibus in verbis præcedenti interrogationi responsum subijcit, videlicet rē illam tantam, nempe ciuitatem munitam capere,& Idumæam recuperare sibi neminē præstare, præter Deū, posse. Vt sit sensus: Non alius me ducat, nisi tu Deus idem, qui antea à nobis offensus repulisti nos, & cum indignatione reiecisti, & non exijsti, sicut solebas, cum exercitibus nostris, vt tanquam dux, & propugnator, & vt in Græco habetur, in prima acie conspectus terrorem hostibus injcceres. Proinde quia tuo auxilio destituti fuimus, nihil mirum si nostræ acies ceciderunt,& á Philistæis, occiso Saul duce, fusæ, fugatæque, cæsæ, & dissipatæ sunt. Hoc etiam late prosequitur Regius Psaltes Psal.43. à n. 6. cum ait: *In te inimicos nostros ventilabimus cornu*, id est, per te virtute, ac potestate tua, teque duce ea facilitate profligabimus, ac dissipabimus inimicos nostros, qua dissipat, proijcitque in ventum, quæ cornibus bos rapit: *Et in nomine tuo spernemus insurgentes in nos.* Hieronymus. *Conculcabimus aduersarios nostros*: *Non enim in arcu meo sperabo*: Tum deinde n. 10. deflens miserum,& infælicem statum, in quo ea gens erat destituta á Deo duce, & propugnatore ait. *Nunc autem repulisti, & confudisti nos, & inde egredieris Deus in virtutibus nostris.* Hieronymus, & alij pro virtutibus ponunt *exercitibus*, quos vox Hebr. significat: Chald. *Non collocabis maiestatem tuam, aut non habitabit maiestas tua in exercitibus nostris.* Ambros. *Quia non progredieris Deus in virtutibus*: Sensus est: Cū exire aduersus hostes ad pugnam oportuit, cum arma conferre, non vt antea solebas tanquam dux,& imperator copias nostras, exercitumque duxisti, sed aciem nostram duce spoliatam reliquisti; quæ res nobis cladis acceptæ causa fuit. Itaque in primo statim congressu hostes non potuimus sustinere, sed ordinibus turbatis terga turpiter vertimus, ac fugati sumus. Quando igitur Deus huic populo dux aderat, omnia pericula occurrentia soluebantur, & hostium castra expugnabantur: Cum vero recedebat, veluti omni robore destituti, facillimo negotio profligabantur.

Psal.43.à n.6.

Defuit aliquando dux iste Israelitarum exercitui, & statim terga verterunt, *Et persecutus est eos Amorrhæus sicut solent aues apes persequi*, Deuter. 1. quasi dicat: Sicut apes irritatæ magno numero,& furore persequuntur lacessentes se: Sic ceciderunt milites tali duce destituti, & propugnatore. Vide deinde quid acciderit iter agentibus sine ductore; Statim enim additur. cap. 2. *Profecti inde venimus in solitudinem, & circuiuimus montem Seir longo tempore.* Quid mirum si non progrediuntur iter agentes, nec proficiunt gradientes, quando dux deest viæ. Vbi Oleast. Quandiu dirigit Deus hominis gressus, recte graditur; si vero dimittat, circulum faciet, quoniam *In circuitu impij ambulant.* Pessima res peccatum, quod non solum hominem in via salutis remoratur, sed etiam retrocedere facit. Sic ille ostendit quomodo etiam erga populum illum verum habuerit, quod Dominus vias hominis dirigat, & rectas faciat, quomodo item præuius præparator, viæ dux, ac præcedens lucifer fuerit exercitui Israelitico, & præliator præcedens castra Hebræorum; Qua de re Saluian. lib.1. de prouident. ait. Victrix ingreditur eremum sine bello gens Hebræorum: Agit iter sine itinere, viatrix sine via, primo Dei consilio honorabilis, ductu cælesti potens, &c. Neque enim á via aberrare poterāt; neq; hostiles copias timere, qui Deū ducem præferebant, imo sine bello, sed præliante Deo victoriam assequebantur. Vnde nullus ad eum populū

Deut.1. n.43.

Deut.2. nu.1.

accedere poterat, è cōtra vero deserēte Deo, omnes in illū in urgebant quod bene prosequitur Hierem c.25 dicēs: *Dereliquit quasi leo vmbraculum suum*, 70. *cubile*, & vt verius ex Hebr. *tabernaculum*, id est, templum suum, cum sylua, vbi est, succiditur, ac vastatur. Ita Deus vastata Iudæa, deseret Hierusalem, & templum, in quo habitabat. Maldonat. ibi ait: Vt alij exponunt, sicut leo cum circumcirca nō inuenit prædam, deserit foueam suā, ita Deus non inueniens in Iudea, qui faceret quæ ipse volebat, eam dereliquit: Derelictam vero imbecillum quoduis animal foueam leonis aggreditur, & ingreditur. Hieronymus vero ait: Sicut dum leo est in suo vmbraculo nulla bestia audet accedere, cum autē discesserit, omnes irruunt: Ita dum Deus erat cum Iudæis nulla gens audebat in eos irrumpere, cum autem Deum deseruit, omnes gentes in eam irruerunt, &c. Additur vero ibi: *A facie iræ columbæ.* Maldonat. vero existimat Deum vocari columbā ad significādum quod quamuis Deus mansuetissimus sit, tamen multitudine peccatorū in iracundiam prouocatur. Neque non potuit Deus non irasci admodum, cum vidit se deseri ab ea gente, quam elegerat, vt é captiuitate educeret, submergendo eorum hostes in mari rubro, postquam Israelitas sicco pede traduxerat, quos per desertum veluti dux deduxerat, & ab impugnantibus vindicauerat, tot mirabilia in eorum libertate patrando. Horum autem omnino immemor ad falsos Deos digressa, eosdem tanquā benefactores coluerat, ipsos etiā filios in illorum honorem offerendo.

Hiere. 25 n.38.

ANNOTAT. I.

Quantum beneficium præstiterit Deus Hebræorum populo, dum illi adesse voluit, cum ex illius præsentia omnia bona nobis proueniant.

NVllum maius beneficium à Diuina bonitate potuit in Israeliticam gentem prouenire, quàm si illius perpetuus Comes, Dux,& Propugnator adesset. Hinc est quod volens Deus populum suum liberare in manu Gedeonis Iudic 6 vt ille ad opus exequendū accingeretur, animumque,& vires assumeret in expeditionem, ad quam assumebatur à Deo, dixit illi: *Dominus tecum virorum fortissime.* Vbi subintelligendū videtur verbum, sit aut est. Priori vero modo optatiua erit oratio, secundo autem modo, enunciatio, affirmatioque, & hoc posteriori modo videtur Augustq. 32. in lib. Iudicum, & Abulens. q. 11. in citatum cap. quasi Angelus appellet fortissimum Gedeonem, eumque talem prædicet, quod secum habeat Adiutorem potētissimum Dominum, cuius præsentia fretus nihil omnino timere debebat: quod magis explicant 70 vertentes duo illa extrema vocabula, *virorum fortissime*, per nominatiuum, id est, *fortis virium*, seu *pollens viribus*, quasi diceretur; Dominus, qui est fortis, ac potens, tecum est. Et D. Augustq.32. ait. Quod Angelus dicit ad Gedeon, *Dominus tecum potens in fortitudine*, nominatiuus casus est, non vocatiuus, hoc est, Dominus potens tecum est, non tu potens. Verū enim vero quia Latina nostra magis videtur salutationi conuenire, solemus enim, cum quem salutamus, prima ipsa locutione in vocatiuo alloqui, expendamus quidnam nomē, *fortissimus*, significet. Non igitur quomodocunque fortem significat, sed qui res ad aliorum salutem spectantes

Iudic.6. n.22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnas fortiter conficiat, cuiusmodi fere vocāt profani Scriptores Heroa Fortissimum igitur vocat, sicut ibi ad rem nostram obseruat Serar. q 6 in fin. Quia licet iam Gedeon corporis viribus excelleret, animique robore præstaret; ob Dei præsentiam, & opē multo magis deinceps viribus erat valiturus, magnaque ad populi sui salutem gesturus. Idque ideo illi proponitur, vt magna cum fiducia, & alacritate iam Israelitici populi vindicias aggrederetur. Neque se imparem oneri, & operi huic duceret, quem etiam sensum subodoratus est Lyra ibi. Vnde & dubitanti Gedeoni statim illi dicitur n. 14. *Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel.* Abulensis ibi q. 13 ait posse exponi: in hac fortitudine adiutorij, quod tibi iam promisi. Clarius Lyran. in *hac fortitudine* explicat, quam habebis per assistentiam meam, fieri enim non potest, quin maxima fortitudine præstet ille, cui Deus præsto adest. Vnde Iob 22. dicitur *Erit omnipotens contra hostes tuos.* Vbi Hebræi, *munitionem, & fortitudinem* interpretantur. Nam Deus præsentia sua munitam reddit, & corroboratam rem, cui assistit. Vnde Ecclesiam, cui affuturam vsque ad consummationem sæculi Christus promisit, Dauid appellauit, *ciuitatem munitam, siue munitionis* Psal 59. cum dixit: *Quis deducet me in ciuitatem munitam.* Basil legit, *ciuitatem munitionis*, explicatque in hunc modum: Ecclesiam forte significat ciuitatem quidem vndequaque munitam. Sanè quis det, vt hoc eximium & singulare cōtempler spectaulum, Deum nempe inter homines populariter congredientem? Est enim id, quod & idem dixit Dominus: *Multi Prophetæ, & iusti desiderauerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Da nobis auxiltum de tribulatione.* Ne à qualicunque robore nostro, aut fortitudine quærarmus auxilium, non à corporis habitudine prospera. A nulla inquam re, quæ quamlibet apud homines præstans sit, & eximia, dignum est, vt ab ea deposcas tibi impertiri, veluti redemptionem. Sic ille probat in Deo omne prorsus robur, auxilium & munitionem reperiri, ita vt ciuitas munita, seu munitionis sit, quæ Deum præsentem habet; qui proinde etiam dicitur nobis esse clypeus, pariter & corona, quia & nos tuetur ab aduersarijs, & vires insuper administrat ad coronam, & victoriam reportandam, sicut Dauid dicit Psalm. 5: *Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Quod Chrysostomus explicat: Tua erga nos beneuolentia, ó Deus, corona nobis fuit, & scutum, hoc est, gloriam attulit, atque securitatē. Addit enim Chrysostomus perinde esse, ac si diceret, securitate, atque gloria cinxisti nos. Similia sunt quæ super eadem verba habet Augustinus concione 1. in Psalm. 34. statim in principio vbi ait: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Et vnde hoc nobis præstat Deus. *Apprehende*, inquit, *arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi.* Magnum spectaculum est videre Deum armatum pro te. Et quod eius scutum, quæ arma? *Domine*, inquit alio loco, homo iste, qui & hic loquitur, *vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Arma autem eius, quibus non solum nos muniat, sed etiam percutiat inimicos, si bene profecerimus, & nos erimus. Sicut enim nos, vt armemur, ab illo habemus, ipse armatur de nobis. Sed ipse sic de his armatur, quos fecit, nos ab his armamur, quæ de ipso accepimus, qui nos fecit. Dicit hæc quodam loco arma nostra Apostolus. *Scutum fidei, & galeam salutis, quod est Verbū Dei.* Armauit nos talibus armis, qualibus auditis, hostes inuisibiles expugnamus. Frameam Dei dixit Dauid

Iudic. 6. n 14.

Iob. 22. n. 25.

Mat. 28. n. 20.

Psal 59. n. 11.

Psal. 5. n. 13.

Psal. 34. n. 2.

animam suam. *Erue*, inquit, *ab impijs animam meam*, id est, ab inimicis manus tuæ erue frameam meam. Apprehendis enim animam meam, & debellas inimicos meos. Et quid est anima nostra, quamuis splendida, quāuis producta, quamuis acuta, quamuis vncta, quamuis luce sapientiæ, & coruscatione vibrata? Quid est ipsa anima nostra, aut quid potest, nisi Deus illam teneat, & pugnet de illa? Nam quælibet optimè facta framea si non habeat bellatorem, iacet. Sic Augustinus probat omne nobis robur, & præsidium à Deo cōferri, dum nos protegit, veluti scutum, & pro nobis pugnat de nobis, tanquam gladium vibrans. Qua de re bene Tertull. lib 1. ad vxorem cap. 4. in fin. Præsume, oro te, inquit, nihil tibi opus esse, si Dominum appareas: imó omnia habere, si habeas Dominum; cuius omnia cælestia recogita, & terrena despicies, &c. Hoc etiam dixit Dauid Psal. 72. *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum. Quia ecce qui elongant se à te peribunt.* Vbi Augustinus. Mihi adhærere Deo bonum est: Hoc est totum bonum. Vultis amplius? Doleo volentes, Deo adhærere nihil est melius, &c. Pro re autem nostra expendenda sunt verba illa, *A te quid volui super terram?* Hebr. ad verbum: *Tecum non volui super terram*, Chald. *Tecum socium non volui*, q d. Tu, qui solus Dux fuisti meæ gentis, & non erat tecum Deus alienus; satis, superque me tueri, comitari, & lætificare poteris, proinde non est cur in meam defensionem, lætitiamué, & totas diuitias meas, quid amplius requiram. *Defecit caro mea, & cor meum*; tuo scilicet desiderio quādo abes, tuo gaudio, & torrente voluptatis tuæ, cum ades. Nisi forte conqueratur quod aliquādo cum rerum humanarum studio, & cupiditati esset intentus. ipsius caro, & cor extra Deum posita putrescerent, fluctuarent, ac deficerent, vtpote quæ nō essent in Deo solidata, qui solida, & firma solet reddere ea, quibus adest, & ita videtur, inquit Augustin⁹ Propheta se ipsum incusare, quod aliquando in turpem Bethsabææ amorē se abiecerit, Dei sui omnino oblitus. Quasi dicat, exponit Hieronymus, tā grandia mihi in cælis præparasti, & ego infælix in terris à te parua quærebam. Neque in terra, neque in cælo alium præter te quæro, &c. Fælix sane gens, cuius Dominus Deus Dux, Comesque viæ erat, cui nihil boni poterat deesse, cui totum bonum, nempe Deus, aderat; nihil mali occurrere poterat, aut nocumenti, quæ Ducem, & Protectorem habebat Deum. Proin de rectè Dauid: *Deus cordis mei*, Hebr. *petra cordis mei*, cui scilicet, firmiter adhæreo, & in qua cor meum securè, & firmiter quiescit, ita vt neq; vagari extra te, neq; fluctuari, & obrui tecum Duce, & Comite, possim: *Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis*, ait Bernard. explicās dicta verba Psal ser. 1. de Aduent. in med. *Non timebo mala*, si tamen *tu mecum es.* Vbi enim benè erit sine illo, aut vbi malè esse poterit cū illo? Ponderans autem Chrysost. hæc verba quæ Bernardus affert, desumpta ex Psalm. 22. sic ait homil. 7. in eundem Psalmum. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Apostolus quando inter fratres ambulabat, in medio vmbræ mortis incedebat. Maledicebatur, benedicebat, iniuriam patiebatur, & non comminabatur: lapidabatur, virgis cædebatur: quando ista patiebatur in medio vmbræ mortis ambulabat: sed nō timemus, quia Deus pro nobis est, & fortior nobiscum magis, quam cum illis, & potior est ille ad protegendum, quam illi ad expugnandum, &c.

Psal. 72. n. 25.

Psal. 22. n. 4.

1. Cor. 4. n. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Facit etiam in hanc sententiam Iacob, cum discessurus é domo Labani illud maxime menti suæ obiecit, quod Deus ipsi dixerat: *Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum*: Quæ verba ponderans Ambros. de Iacob, & vita beata lib. 2. c. 2. 5. post princip ait Ostendens (scilicet Deus) nihil ei deesse, cui adesset omnium plenitudo. Hoc solo abundaré perfecte, in hoc constare omnia, & omnia ad ipsum referri, nihil ei nouum, nihil superfluum necessarium, cui pax fida suppeteret, per quã reconciliaret, quæ primo fuerant discrepantia, &c. Merito proinde Iacob securus aggreditur viam, inconsulto socero, securus item euadit è manibus persequentis soceri, timorem fratris in securitatem & gaudium conuertit, quandoquidem secum præsentem, & comitem habet Deum, qui ipsi dixerat, *tecum ero*.

Facit etiam præsenti argumento Philo lib. de Agricultura ad med. vbi ponderat verba illa Psalm. 22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*, in hunc modum. Dicat vniuersus mundus maximus, perfectissimusque Dei grex: *Dominus pascit me, & nihil mihi deerit*, Dicat vnusquisque priuatim idem hoc, non voce per os linguamque fluente, ad breue aeris pertingente spatium, sed illo peramplo mentis sono perueniente vsque ad extremos orbis terminos. Impossibile est enim deesse commodum aliquod, vbi Deus præsidet, solitus plena, perfectaque bona largiri rebus omnibus. Quin & ad æqualitatem pulcherrime hortatur modo dictum Canticum Reuera enim qui omnia cætera habere videtur, sed grauatim fert vnius dominium inops, & pauper est, quod si qua à Deo pascitur anima, hoc vno solo contenta, ex quo pendent omnia, rei nullius omnino est indiga, non cæcas diuitias respiciens, sed quem oportet acute cernens, & magni faciens, &cæt Et sane si oculus Domini tam vtilis est rebus, quas possidet, vnde pulchre barbarus à Rege interrogatus quonam modo equum, quem optimum nactus fuerat tam celeriter saginaret, respondisse ferunt. oculis dominicis quod etiam dixit Aristoteles lib. 1 Oeconomic. rogatum quendam, quod stercus optimum agris: Respondisse Domini vestigia. In quam sententiam venit intelligendus locus ille Canticor. 8. sicut pulchre eum interpretatur Luisius Legionensis cum Sponsa dixit: *Vinea fuit pacifice, in ea, quæ habet populos, tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos*: *Vinea mea coram me est*. Nec enim desidiam Sponsi notare voluit, vtpote qui vineam suam alienæ locaret industriæ, sed potius inter alias adolescentulas, de more earum, quæ recenter nuptæ sunt, suum peculium non tenue, sed vberrimum esse Etenim, inquit illa, sponsus meus inter alias vineas, quas habet, quas propter multitudinem sua industria curare non potest, vineam in ea parte possidet, quæ populos habet, & quamuis ea tradita sit colonis, vberrimos tamen fructus reddit, quantò magis mea vinea, quæ in eadem regione est, & mea cura, & industria administratur, vberrima erit, nam Dominica præsentia vtilis admodum esse solet cuiusque possessionibus. Quod si insensibili vineæ hoc accidit, profecto vinea Domini copiosissimos fructus reddere debebat, cui pro eis ferendis nihil penitus deerat, imó omnia bona cum Deo bonorum bono cumulatissimè aderant, sed quæ sic à Deo curata fuerat, & administrata, Dei curam penitus abijciens, ad falsos Deos diuertit, quo miseriã omnem cum ipsis pariter inueniret, iusto

Psal. 22. *n.*1.

*Cant.*8. *n.*11.

enim Dei iudicio fit, vt qui Deũ propter rem aliquam deserit, ab omnibus penitus deseratur, sicut bene prosequitur August. in Psal. 51. cum expendit id, quod Iudæi dixerunt: *Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.* Timuisti, inquit, perdere terram, & perdidisti cælum, timuisti ne venirent, & tollerent locum, & gentem, nunquid tollerent Deum? Quid ergo restat? Quid, nisi vt fatearis, quia tenere voluisti, & tenendo male amisisti, magis illis accessit confusio in loco, in quo Christum crucifixerunt, non ibi sunt Iudæi, &c. Et sine terra remanserunt, & sine Deo, qui si Deum vellent secum habere, profecto omnia pariter bona possedissent, cum in eo omnia reperiantur.

*Ioan.*11. *n.*48.

Hæc fuit ratio cur Exod. 21. iusserit Deus ab altari suo auelli eũ, qui per industriam proximum suum occideret, & ad altare Dei confugeret. Videbatur enim Deum totius bonitatis fõtem infamare, homicidij authorẽ, vel factorem faciendo, iam vero fieri nõ poterat, vt tantum malũ reperiretur in Deo, qui toraliter bonus est. Sic vero habet Philo lib. de Confusione linguar. post med. ponderans dictũ præceptum. Educitur de Sacrario, quia Deum facit factorem ausus impij. nã refugium id significat: quoniam multi volentes euadere propria crimina, & debitis pœnis eripi, facinus suum referunt in Deũ, nullius mali Auctorẽ, sed bonorum omnium, proinde pium habetur tales ab ipsis delubris abstrahere. Deinde vero loquens misera anima sibi relicta, & à Deo bonorũ omnium Auctore destituta ait. Certè quidam ex insipientium numero, postquam sensit ad quantam infælicitatem perducit libertas peccandi, ait. *Maior est iniquitas mea, quam vt veniam mereat*, Gen. 4. Est enim valde graue animam sine fræno sinere per se indomitam, quæ habenis ægrè coercetur: quamobrem Oraculum propitij Dei plenum bonitate spem egregiè ostentat disciplinæ amatoribus, quod sic est redditum. Non dimittam te, neque deseram, nam laxatis animæ vinculis, quibus continebatur, maxima sequitur calamitas à Deo deseri, qui suas ipsius potentias circundedit, rebus omnibus tãquam fortissima vincula, & his eas indissolubiliter adstrictas esse voluit: quin & alibi dicit, quid quid ligatur vinculo purum esse, quando impuritatis causa est dissolutio. Sic ille ostendit eum, qui Deo adstringitur omnibus bonis abundare, vtpote qui illorum fonti adhæreat; Miserum autem, & indissolutum reddi eum, qui à Deo separatur, & recedit. Ideo Dauid meritó gloriatur quod Dei sequelæ, & ducatui adhæserit, dicens Psal. 62. *Adhæsit anima mea post te*; & ostendens, quid inde acceperit, subiungit: *Suscepit me dextera tua*, q. d. Inde in me omnia bona prouenere, nã dextera Dei id significat, sicut videre est apud Augustinum lib. de Essentia Diuinitatis, & in Psalm. 120. & 136. & lib. de Agone Christiano c. 26. Hieron. Epist. ad Principiam, Origen. homil. in Matth. & Basil in Psal. 44. Etenim qui Deo adhæret tanquam duci, & vocanti, ac præeunti sequitur, fieri non potest, quin gratiæ, diuitijs, & iustitiæ bonis affluat. Quod bene prosequitur Greg Nyssen. lib. de Vita Moysis post med. afferens citatum locum Psalm.

*Exod.*21. *n.*14.

Psa 62. *n.*9.

Nouerat vtique quantum bonum esset Deum Ducem, & Comitem in via habere Moyses Exod. 32. cum Deum ob adoratum vitulum à Iudæis maximè offensum, admodumque infensum, & penitus iam recusante regimen illius populi, nolentemq; deinceps eũ comitari, sic alloquitur: *Præcipis vt educam populum istum, & non indicas mihi, quẽ missurus es mecũ, præsertim cũ*

*Exod.*32. *n.*12.

Gen. 4. *n.*13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixeris: Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coram me. Vbi 70. habent. *Noui te præter omnes*, id eſt, præ omnibus te elegi, & diligo, mihique places. *Si enim inueni gratiam in conſpectu tuo oſtende mihi faciem tuam, vt ſciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: reſpice populũ tuũ gentem hanc*: dixitque Dominus: *Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi.* Vbi per faciem, ſicut ait Gregor. 18. moral. cap. 2. deſignatur notitia, & familiaritas, imo & protectio, ac monimẽtum ad quæuis difficilia ſuperanda, quod magis expreſsit Chaldæus vertens: *Mateſtas mea præcedet te*, vt ſcilicet, quæuis ardua ſuperes, & difficilia ſoluas. At Moyſes minimè contentus ſi ipſe tantummodo Deo potiretur, ipſique ſoli benignus adeſſet, ac prodeſſet, niſi etiam pariter, & tantum hoc bonum cæteri omnes aſſequerentur, quod eſt ingenium iuſtorum, Procerum, Preſulum, ac Principium (ſicut alibi ſatis diximus, ſequentique annotatione proſequemur) nolle ſcilicet, nec curare ſuum peculiare bonũ: Ideo inſtitit adhuc Moyſes, & dixit: *Si non tu ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto: in quo enim ſcire poterimus ego, & populus tuus inueniſſe nos gratiam in conſpectu tuo, niſi ambulaueris nobiſcum, vt glorificemur ab omnibus populis, qui habitant ſuper terram?* Chaldæus habet. *In quo ſciemus quod inuenimus gratiam coram te, niſi ambulauerit Maieſtas tua nobiſcum, vt fiant nobis miracula, & diuidamur ab omni populo terræ.* Pagninus: *Diuiſi erimus ego, & populus tuus.* Hebr. ad verbum. *Erimus diuiſi, vel ſeparati.* Vbi Caietanus Hebraiſmum agnoſcit, quo ea, quæ admiranda ſunt, appellantur ſeparata. Et propterea, inquit, hic ad literam ſignificatur: Et erimus mirabiles omnibus populis; aptiſsimè fructus iſte adiungitur notitiæ, ac famæ Diuinæ præſentiæ in populo Iſrael. Hinc enim (vt rei probauit euentus) admiratus eſt eos, & admiratur vſque hodie geſta legens mundus vniuerſus. Sic ille. Oleaſter vero ait. Audis hic, in quo populus à populo ſuperatur, & quod illud ſit, in quo gens, gentem aliam excedit, nempe in hoc, quod eſt Deum ſecum habere. Hæc ille. Poſtulatis itaque annuit Deus, ſed adhuc Moyſes poſtulauit, vt ſibi Dei gloria manifeſtaretur, cui Deus reſpondit: *Ego tibi oſtendam omne bonum*, id eſt, perfectiſsimum, & excellentiſsimum quiddam: *Eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram; cumque tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.* Video in quot ſenſus locus hic inuertatur, & quàm varijs modis explicetur perfectiſsimum illud bonum, quod Deus pollicetur Moyſi hoc in loco; ſed noſtro inſtituto inſeruit explicatio Nyſſen. dum per petram Dei Filium intelligit, cui qui innititur, firmus omnino redditur, & ſtabilis conſtituitur, aptuſque efficitur ad diuinos fauores conſequendos, diuque conſeruandos. Deinde in manifeſtatione poſterioris partis inculcatam agnoſcit ſequelam Dei, in qua tota noſtra conſiſtit perfectio viæ, fieri ſiquidem nullatenus poteſt, vt qui Deum Ducẽ ſequitur, eiuſque monitis, & præceptis veluti veſtigijs inhæret, à via vnquam aberret; neque recta ad perfectã Patriæ beatitudinẽ non tendat, & perueniat. Sic verò ille habet lib. de Vita Moyſis poſt med. Siſtam te, inquit, in lapide. Mirabile auditu, quomodo vnum, ac idem eſt ſtatus, & motus; ſiquidem qui aſcendit, non ſtat; ſi ſtat, non aſcendit. At hic aſcendit, qui ſtat. Nam qui caducus, ac inſtabilis cogitationibus eſt, non fixus in bono, nec permanens, ſed mobilis, atque fluctuans, cogitationibus varijs oppreſſus, & conquaſſatus; is nunquam ad ſublimitatem

veræ vitæ aſcendit; ſicut qui colles conantur aſcendere fabuloſos, nam etſi proiectis in longum pedibus magna tranſire ſpatia videantur, ſemper tamen ad inferiora, delapſo fabulo, deferuntur. Motus igitur ſit, progreſſus autem nullus. At ſi quis, vt Pſalmiſta dicit, à fæce profundi retractos pedes in hoc poſuerit lapide: lapis autem Chriſtus eſt plenitudo virtutum omnium, quanto firmior, ac nobilior, vt Paulus conſulit, in bono fuerit, tanto velocius volat, hac ſtabilitate quaſi pennis eleuatus. Cum igitur locum apud ſe oſtendit, ad perpetuum curſum exhortatur: cum ſtatum in lapide daturum ſe promittit, modum diuini curſus illius Moyſi ſubaperit. Quoniam vero Chriſtus lapis eſt, vt Paulo placet, omnem autem bonorũ ſpem in Chriſto firmiter eſſe credimus, qui bonum aliquod adeptus eſt, is in Chriſto eſt, qui omne bonum continet, & qui currentibus locus eſt, & lapis confirmatorũ, & domus quieſcentium. Quia dum, inquam, peruenit, is audiet vocantem, is in poſterioribus vocantis conſtituetur, vt Scriptũra monet, quod probè Dauid ille intellexit, habitanti enim in auxilio excelſi, dixit: *Scapulis ſuis obumbrabit tibi*, quod eſt, poſt Deum eſſe conſtitutum. Nam ſcapulæ poſteriora ſunt: deſe autem clamat: *Adhæſit anima mea poſt te, & ſuſcepit me dextera tua.* Vides quomodo Pſalmiſta in hiſtoria conſentit? Nam vt hic dicitur, eum à dextera ſuſcipi, qui poſt Deum adhæſit, ſic ibi eum manus tegit, qui Dei vocem expectat in lapide. Sed Dominus, qui Moyſi Oracula dedit, qui ad implendam legem ſuam venit, ænigma id enodans apertiſsimè, ſimiliter ad Diſcipulos ait: *Si quis vult venire poſt me*, Matth. 16. Non dixit ante me. Hoc quoque ipſum cuidam de vita æterna cogitanti præcepit, dicens: *Veni, & ſequere me*, Marc. 10. Qui autem ſequitur, non faciem, ſed tergum aſpicit. Docetur igitur Moyſes deſiderans Deum videre, quomodo poteſt Deus videri. Sequi enim Deum corde, & animo ſemper, quocunque ducat, idipſum eſt Deũ videre: etenim tranſitus ille Dei Ducem eſſe Deum ſequentis ſignificat, cum non ſit poſsibile viam ignoranti rectè, ac tuto iter peragere, niſi poſt ducem ſequatur. Dux igitur præeundo ſequenti viam monſtrat: qui autem ſequitur, tunc à recta via non aberrat, cum ſemper ducis tergum reſpiciat. Nam qui ad latera ſe trãsfert, aut ducentis faciem cernere ſtudet, non facit eam viam, quam dux oſtẽdit. Ac ideo dicitur ei: *Facies mea non videbitur tibi*, hoc eſt, noli ad faciem Ducentis Dei occurrere, ne in oppoſitum curſus fiat. Nam ſi bonum bono contrarium non eſt, & qui ducentis faciem videt, ducenti oppoſitus eſt, cũ ducens bonus ſit, ipſe malus eſt, contrarium virtuti vitium. Quare Moyſes non ex oppoſito conſpicit Deum, ſed tergum eius reſpicit. Nam qui ex oppoſito Deum aſpicit, non viuet, vt vox Diuina teſtatur Exod. 33. *Non videbit*, inquit, *homo faciem meam, & viuet.* Vides quantum eſt, vt aliquis diſcat Deum ſequi. Nam poſt illos aſcenſus mirabiles, poſt glorioſas viſiones, poſt inaudita miracula, vix iuxta finẽ vitæ hanc conſecutus eſt gratiam, vt diſceret Deum ſequi: nihil enim amplius mali officere illi poteſt, qui poſt Deũ hoc modo conſtitutus eſt. Sic ille oſtendit totum bonum, & perfectionem noſtram in eo conſiſtere, quod Deum Ducem aſpiciamus, & præeuntem ſequamur, ipſique veluti petræ, & firmitati noſtræ adhæreamus, neque præcedentes, neque ab illo diſcedentes.

Quod bene expendit Auguſt. concione 2. in Pſalm. 36. ad illa verba: *A Domino greſſus hominis dirigentur*, dicens: Si Dominus non dirigeret greſ-

Pſal. 62. n. 9.

Matt. 16. n. 24.

Marc. 10. n. 21.

Exod. 33. n. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus hominis,tam praui erant, vt semper per praua irent, & semitas curuas sequendo redire non possent. Iam cũ sequeris viam Christi, non tibi sæculi prosperitates promittas, per dura ambulauit,sed magna promisit. Sequere, noli tantum attendere,qua iturus es, sed quo venturus sis. Tolerabis dura temporalia,sed ad lætitiam peruenies sempiternam. Si vis sustinere laborẽ, attende mercedem. Nam vtique fratres pro æterna requie labor æternus subeundus erat. Æternam fælicitatẽ accepturus, æternas passiones sustinere deberes. Sed si æternum sustineres laborem; quando venires ad æternam fælicitatem? Ita fit, vt necessario temporalis sit tribulatio tua, qua finita venias ad fælicitatem infinitã. Veterani homines, qui laborant in militia,& versantur inter vulnera tot annos, incipiunt militare à iuuentute, exeunt senes, vt habeant paucos dies quietos senectutis suæ, quando eos iã ipsa ætas incipit grauare, quos bella non grauant. Quanta dura tolerant, quæ itinera, quæ frigora, quos soles, quãtas necessitates, quæ vulnera, quæ pericula, & non attendunt patientes hæc omnia, nisi paucos dies quietos senectutis,ad quos vtrum perueniãt, nesciunt? Ergo *à Domino gressus hominis dirigentur,& viam eius volet.* Viã Christi si vis, & verè Christianus es; ipse est enim Christianus, qui non aspernatur viam Christi,sed vult viã Christi sequi per passiones ipsius:Noli per aliam viam velle ire,quam per illam, qua ipse iuit. Dura videtur,sed tuta est ipsa via. Alia fortè delitias habet, sed latronibus plena est: cum ceciderit iustus,non conturbabitur, quoniã Dominus firmat manũ eius. Ecce quid est velle viã Christi Contingat illi, vt aliquã tribulationẽ patiatur,aliquam exhonorationem,aliquam contumeliam,aliquam afflictionẽ, aliqua dãna & cætera,quæcunque abundant in vita ista generi humano. Proponit sibi Dominum suum, quanta genera tentationum passus est, & non conturbabitur cum ceciderit, quia Dominus confirmat manum eius, quia prior passus est, quid enim timebis ó homo, cuius directi sunt gressus, vt velles viam Domini? Quid timebis? Dolores? Flagellatus est Christus. Cõtumelias timebis? Audiuit dæmonium habes; qui dæmonia excludebat,&c.

Dux itaque noster es Filius Dei,vt eius sequamur ductum, & præeuntẽ aspiciamus, non præueniamus, alioqui,vel deficiemus in via, vel aberrabimus á via. Nam,sicut dixit Quintilian. lib. 10. cap. de imitatione,necesse est semper sit posterior, qui sequitur: Et lib.12 in fin. Tutum est,vt Cicero ait,in secundis, tertijsque consistere, &c. Quod etiam prosequitur August in Psal. 39. ad fin. vbi ostendit singulare Dei beneficium esse si cogantur retrorsum conuerti, & ad viam reduci, qui inordinate præcedunt,& præcurrunt, cum potius debeant subsequi, & præeuntem sequi. Sic vero ille habet ad illa verba Psal. *Conuertantur retrorsum.* Ne hoc in malum accipiamus,bene illis optat. Quãdo vero sunt ante, præcedere volunt Dominum,meliores volunt esse, quã Dominus: si autem retro sunt, ipsum agnoscunt meliorem,ipsum priorem, se posteriores, vt ille præcedat, illi sequantur. Proinde Petrum, male sibi dantem consilium,sic redarguit. Passurus enim Dominus erat pro salute nostra, & de ipsa passione, quæ futura erat, prædicabat, & ait Petrus. *Absit Domine, propitius tibi esto, non fiat hoc,* Matth.16. Præcedere volebat Dominum,& consilium dare Magistro. Dominus autem,vt non eũ faceret præcedentem,sed sequentem. *Redi,* inquit, *retro Sathanas.* Ideo inquit Sathanas, quia vis antecedere eum,quem debes

Psal.39. n.15.

Matt.16. n.22.

sequi. Si enim retro fueris, & sequutus fueris,iam non eris Sathanas. Sic Augustinus demõstrat quomodo debeamus Deum ducem sequi,non præcedere, quo recte dirigantur gressus nostri, alioqui enim viam Sathanæ, non Domini conficiemus, & quantumcunque defatigati fuerimus, nũquam perueniemus ad metam,neque assequemur brauium promissum perfectis viatoribus; vbi necessario videnda sunt,quæ habet August. præfat. in Psalm. 31. ante med. de illis, qui sine duce viam virtutis, bonorumque operum sibi decurrere videntur. Vnusquisque, inquit ille, pro modulo suo audiat,& sicut sibi conscius fuerit, ita vel doleat corrigendus, vel gaudeat approbandus,si se deuiasse inuenerit, redeat,vt in via ambulet: si se in via inuenerit,ambulet, vt perueniat. Tũ deinde post multa ait: Opera,quæ dicuntur ante fidem, quamuis videantur hominibus laudabilia,inania sunt, ita mihi videntur esse, vt magnæ vires, & cursus celerrimus præter viã. Non valde attendas quid homo faciat,sed quid,cum facit,adspiciat,quo tendat certos optimæ gubernationis dirigat; Fac enim hominem optime gubernantem nauim, & perdidisse quo tendit,quid valet,quia antennam optime tenet,optime mouet, dat profã fluctibus,cauet ne latera infligantur, tantis est vitibus, vt detorqueat nauim,quo velit,atque vnde velit,& dicatur ei,vsquequo is? Et dicat, nescio, sed dicat,ad illum portum eo,nec ducat in portum, sed in saxa festinet. Nonne iste quanto sibi videtur in naui gubernandã agilior, & efficacior, tanto periculosius eam sic gubernat, vt ad naufragium properando perducat? Talis est, qui optimè currit præter viam. Nonne ergo erat melius, & tolerabilius, vt esset gubernator ille aliquanto inualidior, vt cum labore, & aliqua difficultate gubernacula regeret, & tamen rectum, debitumque cursum teneret, rursumque ille pigrius etiam,& imbecillius, tamen viã ambularet; quam præter viam fortiter currere? Optimus ergò ille, qui & viam tenet,& bene ibi ambulat sequẽdo spem, qui etsi aliquantulum claudicat,non omnino errat,aut remanet, sed progreditur etsi paulatim. Fortasse enim bene sperandum est eum,quo tendit,etiam tardius peruenturũ, &c Ex quibus constat omnino oportere eum,qui viã iustitiæ ingreditur Deũ ducem semper præ oculis habere. & viam mandatorum illius decurrere. ne si sibi relinquatur,quanto maiores vires ad currendum videatur habere, extra viam vagetur, & ad præcipitia collidatur.

Quod si,ne in via corruamus,sufficit aliquando Deũ arbitrari præsentem, eumque sequendum menti proponere, sicut videtur dixisse Dauid, cum ait Psal. 15. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper*: Vbi Hieronym. legit,*proposui*. Et quid inde sequeretur, adiungens, subdit: *Propter hoc lætatum est cor meum;* Ipse enim, qui alibi dixit; *Memor fui Dei, & delectatus sum,* multo amplius lætari debuit ad illius præsentiam, dum illũ præeuntem meditatur: Hinc est quod Clemens Alex. 1. pædag. cap. 5. sic concludit: Hac solum ratione fit, vt quis nunquam labatur, si Deũ sibi ipsi semper adesse existimet,&c. Si itaque mente concipere Deum præcedentem sic proficit ad decurrendam viam salutis, quanto magis proderit eum præmonstrantẽ intueri,& iugiter præ oculis docentẽ habere?

Hæc est ratio cur in Scriptura iustorum perfectio per Dei sequelã declaretur: Nam cum Deus vocaret Abraham Genes. 17. ait illi: *Ambula coram me,& esto perfectus,* id est, sequere me, & esto perfectus, vel etiam sequere me,si vis esse perfectus,sic enim

Psal.15. nu.8.

Genes.17. nu.1.

huiusmodi hebraismum licet etiam interpretari; Et de Enoc, & Noe dicitur Genes. 5. & 6. quod ambularint cũ Deo, id est, sequuti sunt eum, pluraque habet Philo lib. de Abrahã post princip. in commendationem Aqrahæ, dum vocantẽ Deum, ablatis omnibus obstaculis, sequutus est, eiusdẽque Patriarchæ cum laude meminit Isai. cap. 41. dicens: *Quis suscitauit ab Oriente iustum, & vocauit eum, vt sequeretur se?* Hebr. *ad pedes suos*; Eodẽ quidem sensu, sed cum quadam Epitasi; prodit enim se ex hac loquendi forma singularis quædam prouidentia, atque indulgentia Dei in Abrahamum, quem sic antecedebat proxime, vt quædam quasi vestigia relinqueret notata, quibus in longa, ac varia peregrinatione Abrahamus insisteret, ne aberraret, vocauit enim Deus illũ, vt sequeretur se, nullum certum locum ei ostendendo, quo profectionẽ suam destinaret, sed tantũ præcepit, vt eò contenderet, quó Diuina illum auspicia, hoc est Diuina voluntas, deducerent quod bene commendauit Paulus ad Hebræos 11. dicens: *Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quẽ accepturus erat in hæreditatem, & exijt, nesciens, quò iret*; quam etiam vocationem, & accuratam diligentiã in sequendo vocantem Deum comẽdat Hieron. in commentar. ad dictũ locum Isaiæ.

Isai. 41. nu. 2.

Hebræ. 11. nu. 8.

Hoc etiam iure laudatur in Diua sponsa, & sodalibus ipsius ad illa verba Cant. 1. *Trahe me post te, curremus*; vbi videnda sunt, quæ eleganter ad rem præsentem habet Gregor. Nyssen. & Origen. maxime vero lib. duarũ homil. homil. 1. vbi ait currere idem esse, quod cum honestate, & perfectione viuere, & ambulare: Cũ enim simus viatores, & cursores, tota perfectio nostra consistit si antecedentem Deum sequamur, & toto animi conatu percurramus vitæ stadium, vt fæliciter ad brauium æternæ fælicitatis deueniamus. Iuuat autẽ maxime, vt Deũ vocantem, & præeuntem sequamur, quod etiam insensibilia ad motũ superiorum corporum cientur, & corruptibilia corpora, sempiterna, & cælestia sequuntur, vt author est Aristotel. 9. Metaphys. ante fin. Nam ignis cum lunari sphæra pariter conuoluitur, vt videatur eam comitari, & sequi. Videnda sunt etiam, quæ pro hoc argumento habet Plato lib. 3. de legib. post princip. vbi sex rationes enumerat pro dignitate imperandi, ac obtemperandi, & sequendi. Prima, inquiens, dignitatis ratio erit, vt pater, ac mater, & simpliciter genitores vbi que natis imperent. Secunda, vt ignobilibus generosi: Tertia, vt iunioribus seniores: Quarta, vt Domini seruis; Quinta, vt potentiores dominentur, imbecilliores seruiant, qui plurimus, & secundum naturam, vt Thebanus Pindarus ait, in omnibus animalibus reperitur. Maxima vero dignitas sexta collocanda est, qua ignorantes etiã sequi iubentur, prudentes autem ducere, ac dominari; quod ego quidem imperium non præter naturam, sed secundũ naturam legis, & sponte susceptũ, nõ violenter fieri affirmauerim. Sic Plato. Videtur autem mihi in his omnibus adumbratũ imperium Dei vocantis, & deducentis nos, & promptitudinem simul, quã Deo exhibere debemus obtemperando, & sequendo illum; Nam si parentes debent à filijs sequi, eisque in omnibus obsequi? Tam pater nemo, qualis Deus est, Si Ignobiles debent generosos sequi: quanto maiori cum ratione ineffabilem Deũ vocantem sequemur? Si iuniores debent seniorũ vestigijs inhærere? Quidni facient caduci, & mortales cum æternum Deũ Ducem præ oculis habeant? Si imbecilli potentiorum dominio se subdere tenentur, cur fragiles, & lutea vasa

Cant. 1. nu. 4.

portantes

portantes Omnipotẽti Deo præeunti non subiciemur? Si denique ignorãtes sequi iubentur sapientum monita, certe nos ignari prorsus periculorum in huius viæ deserto occurrentium, debemus stare præceptis Sapientissimi Dei, ne periculosos incurramus lapsus. Nisi forte Plato voluit ostendere quos duces proposuerit ipsa natura hominibus, prouidens eorũ ignorantiæ, ne passim â recto tramite aberrarent. Quod etiam in supernaturali via plerique ex nostris dixére; Nam Paul. 1. Corinth. 4. ait: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*, quod iterum repetit cap. 11. super quæ verba sic habet Chrysost. homil. 13. in priorem ad Corinth. Papé quanta magistri fiducia, quam certa similitudo; & cum alios ad hoc hortetur, non tamen, vt se laudibus efferat, hoc facit, sed vt facilem esse virtutem ostendat. Sic ille.

1. Cor. 4. nu. 11. & cap. 11. nu. 1.

Pro qua etiã doctrina videndus est Nazianz. Epist. ad Nicobolum post princip. vbi ait. Prudentis, & cordati viri est magna mensura vitam metiri, atque ad excellentium virorum imitationẽ sese componere, &c. Similia habet Basil. ser. de Abdicatione rerum longe à princip. vbi ait. Summa vigilantia, acerrimaque in omnes partes animi circumspectione operam dato, vt aliquem tibi virum inuenias, quẽ in omnibus deinceps dilectæ tibi viæ studijs certissimum ducem sequare, eiusmodique qui rectum iter ad Deũ volentibus pergere, sciat commonstrare: Qui ornatus virtutibus sit, &c. Et postquam ipsum late describit, tandem concludit: ac si talem quempiã nactus fueris, tunc voluntatem tuam omnem expuito, ac foras proijcito, atque vbi hoc feceris dede te illi, vt sinceriss imum, veluti vas quoddam, existas, qui, quæ in te infundantur virtutes, ad laudem Dei, gloriamque ab omni vitio castas conserues. Similia habet Orat. de virtute, & vitio, vbi affert similitudinem pictoris, imaginem secundum aliam sibi propositam delineantis, Quibus cõsentanea sunt, quæ scribit lib. regular. fusius disputat interrogat. 47. Conducunt item quæ habet Ambros. lib. 1. officior. cap. 43. statim post princip. vbi præcipit, vt coniungamur probatissimis senioribus, nam si ij, qui sunt ignari locorũ cum solertibus viarũ iter adoriri gestiunt; quanto magis adolescentes cũ senibus debent nouum sibi iter aggredi, quo minus errare possint, & à vero tramite virtutis deflectere: Nihil enim pulchrius quam eosdem magistros vitæ, & testes habere. Sic ille Hoc autem videtur diuino etiam oracul o consecratum, dum omnipotens Deus, qui per se potuit Samuelem instruere, notumque ei facere se ipsum esse, qui ad illum loquebatur, quando cũ dormientẽ vocauit, disposuit, vt puer ad senem Heli accurreret, ab eoque instrueretur de responsione. Quod bene prosequitur Cassian. Collat 2. cap. 14. vbi ait. Cum puerum Samuelem iudicio Domini præelectum sua nollet per semetipsum Diuini colloquij disciplina Dominus erudire, sed recurrere semel, & iterum patitur ad senem, eumque, quẽ ad suum vocabat alloquium, etiam illius, qui offenderat Deũ, dummodo senioris, doctrina vellet instituí, & quem sua vocatione dignissimum iudicaret, senioris mallet institutione formari, vt scilicet, & illius, qui ad Diuinum ministerium vocabatur, probaretur humilitas, & iunioribus forma subiectionis huius proponeretur exemplo. Et statim sic incipit idem Cassian. cap. 15. Paulum quoque per semetipsum vocans, & alloquens Christus, cum posset ei perfectionis viam referare confestim, ne quaquam facit, sed dirigit illum ad Ananiam, & ab eo iubet viam veritatis agnoscere, dicens: *Surge, & ingredere*

1. Reg. 3. nu. 4.

Act. 9. nu. 6.

ciuitatem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuitatem, & ibi tibi dicetur quid te oporteat facere. Mittit itaque & hunc ad seniorem, eumque illius potius doctrina, quā sua censet institui, ne scilicet quod recte gestum fuisset in Paulo, posteris malum præsumptionis præberet exemplum, & cętera, quæ in eādem sententiam elegantet prosequitur: Quibus coniungenda sunt, quæ habet Bernard. ser. de Cōuersione Pauli post med. O Sapientia suauiter vere vniuersa disponens. Eum, cui tu loqueris, erudiendum de voluntate tua mittis ad hominem, vt socialis vitæ commendetur vtilitas, & edoctus per hominem, discat & ipse secundum datam sibi gratiā hominibus subuenire. Similia sunt, quæ habet idē Bernard. Epist. 333. & ser. 3. de Resurrect. vbi ponderat verba illa Luc. 2. *Erat subditus illis.* Videndus item erit August. in prologo ad lib. de Doctrina Christiana, vbi ponderat Angelum, qui apparuit Centurioni Cornelio, cum eum potuisset instruere, non fecisse, sed potius dixisse; *Accersi Simonem, hic dicet tibi quid te oporteat facere.* Poterant vtique, inquit August. omnia per Angelū fieri, sed abiecta esset humana conditio, si per homines hominibus verbū suum Deus ministrare nollet. Deinde ipsa charitas, quæ sibi inuicem homines nodo charitatis adstringit, nō haberet aditum refundendorum, & quasi miscendorum sibimet animorum, si homines per homines nihil discerent. Sic ille. Ex quibus patet quantum beneficium contulerit Deus Israelitis, quorum Dux esse voluit quasi minime sibi satisfecerit Deus, suæque charitati satis fuerit, si populū istum committeret ductandum, & gubernandum hominibus; quod alias facere solet cum cæteris hominibus, nisi ipsemet Princeps, Dux, & Magister huius gentis existeret, & diceretur. Quæ fuit causa cur tantam duxerit offensam, cum Principem alium, & Regem postularunt, quod cedebat in contemptum, & vilipendium Omnipotētis Dei, qui Ducis vicem obire voluit, & Principem illius populi esse dignatus est. Vnde nullū alium Principem voluit habere hanc gentem.

Actor. 10. n. 6.

Hoc vt melius percipiamus illud ob oculos statuendū erit, scilicet, Deū gubernationem, & politiam Hebræorum instituisse, non Aristocraticam, ac politiæ vicinā, sicut male asseruit, nec tamen probauit Caluinus; Qua de re videndus Bellarmin. tom. 1. lib. 1. de Romano Pontifice cap. 2. Est siquidem monarchia optima regendi forma, sicut dixit Aristot. in sua Polit. & Cicero 3 de legib. Vnde est illud apud Homer. lib. 2. Iliad. Herus esto vnus, vnicus Princeps; quam Homeri sententiam commendat Philo lib. de cōfus. linguar. inquiens. Illud, multos imperitare, malū est, Rex vnicus esto, non ad ciuitates, & homines magis pertinet, quam ad mundum, & Deū. Plura hac de re habet B. Iustinus in Orat. exhortator. ad gentes, Athanas in Orat. aduersus idola. Cypriā. tract. de idolorum vanitate, Hieronymus, epist. ad Rusticum, D. Thom. 1. p. q. 103. art. 3. & lib. 4. contra gentes cap. 76. Plato in suo Politico post med. Plutarch. toto lib. de Monarchia, Aristot. 8. Ethicor. cap. 10 Seneca. lib. 2. de benefic. Isocrates Orat. quæ inscribitur Nicocles, Stobæus ser. 45. Herodot. lib. 3. cui titulus est Thalia.

Et vt alti⁹ rē repetam⁹ eundē ordinē originis habuit politia Hebræorum, quem habuit quæcunque alia cuiuscunque gentis, sicut enim pulchre dixit Philosophus lib. 1. Politicor. cap. 1. Quem sequutus est D. Thom ibi lect. 1. Matrimonium celebratum inter marem, & fœminam pariter cū boue aratore, domum constituere in quotidianas vtilitates congregatam quod Epimenides dixit, eodem præsepio

communi-

communicantes, siue eadem arca cōstituunt domum, inde crescentibus posteris, in pagos diriuatur domus, ex pagis conficitur ciuitas, inde gentes, siue regna, vel imperium. Sicut autē cuique domui iura dabant singuli natis, & vxoribus, sicut dixit Homer & clarius Fabius Pictor in lib. de Aureo sæculo cum dixit. Ianum singulis colonis singulas virgulas dedisse ad continendos eos in officio: Sic etiam necessarium fuit, vt singulis pagis, & singulis ciuitatibus aliquis præficeretur, sicut docet Aristot. Eundem fere me ordinem tenuit Abraham iunctus matrimonio Saræ, qui pariter cum seruis eductus de vrbe Chaldæorum ad quercum Mambræ prope Hebronem tabernaculum fixit, inde á præædificata familia in plures pagos præsertim temporibus nepotis sui Iacob, quando in duodecim integras familias, & amplissimas excreuit ea gens, apud quam Principes fuerūt primo Patriarchæ, vt Abrahā, Iacob, Iudas, &cęteri Deinde Duces, vt Moyses, & Iosue, tunc Iudices, vt Samuel, Samson, & alij; postea Reges, vt Saul, Dauid, Salomon; postremo iterum Duces, vt Zorobabel, & Machabæi. Patriarchas vero regia potestate præditos fuisse indicant res gestæ ipsorū; Abraham enim Genes. 14 bellum gessit aduersus quatuor Reges, nec legitur ab vllo Senatu Optimatium potestatem accepisse. Sed nec vllū quidem Senatum consuluisse. Iudas etiā Genes. 38. mandauit vt Thamar combureretur, quod fieri non poterat, nisi moderatio eo tēpore esset penes Principes familiarum; Quod Isaac dixit filio suo Iacob Genes. 27. *Seruient tibi populi, & adorent te tribus, esto Dominus fratrum tuorum.* Qua ratione etiam Genes. 49. sublatum est imperium á Ruben, translatumque in Iudam, quē Deus constituerat in Principem illius gentis; Moyses etiam Exod. 32. vt verus, & summus princeps populi Iudaici multa millia Iudæorum propter vitulum aureum, quem erexerant vna die iussit occidit: Neque legimus vllum Senatus consultum, aut plebiscitum præcessisse. Idem omnino de Iudicibus dici potest, qui nulla facultate á Senatu, vel populo accepta, & bella gerebant, & quos volebant neci dabant. Certe Gedeon Iudic. 8. post victoriam de Madianitis, occidit septuaginta viros vrbis Socoth, & turrim Phanuel subuertit. Porro reges summa, atque adeo regia potestate præditos fuisse illustrius est, quam vt sit necesse probari. Vnde cōstat Rempubl. Israeliticam non à populo, & optimatibus gubernari, sed semper, & vbique Monarchicam extitisse, atque adeo gubernatam præclara administratione. Video tamen posse quem obijcere id, quod habetur 1. Reg cap. 8 vbi á Deo reprehenduntur Israelitæ, quod Regem à Deo postulassent; Nam si Deo non placuit Regem institui ad eam Rempublic. gubernandam, quomodo fieri potuit, vt Reges, & Duces habuerit, qui regiam potestatem haberent? Huic tamen dubitationi fit satis dicendo, duobus modis posse aliquem vnum toti Reipubl. cum summa potestate præfici: Vno modo, vt Regem, & dominum, qui á nullo, dependeat. Altero modo, vt Proregem, seu Ducē primarium, qui toti quidem populo præsit, sed Regi tamen suo subijciatur. Iam igitur Deus hoc posteriori modo Rēpubl. Iudæorum instituerat tempore Ducum, & Iudicum, vt nimirū esset ipse quasi proprius, & peculiaris Rex illius populi, vnde cum omnes viri Israel dixerunt ad Gedeon: *Dominare nostri tu, & filius tuus, & filius filij tui,* ille recte respondit; *Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus.* vbi Serarius q. 11. in princip. ait: Duo recusat hic, ac

Gen. 27. n. 29.

Iudic. 8. n. 22.

negat

Universidad de Deusto
Biblioteca

negat Gedeon, vnum vere cupit, & asseuerat. E duobus illis vnum est; se non dominaturum, id est, nolle se dominari: Et intelligitur semper non ille moderatus, qui iudicum proprius erat dominatus, ac principatus: Sed alius ille immensus, solúque modum habens propriæ arbitrium voluntatis. Priorem illum ei dederat Dominus: hunc volebat. Hunc quoad in viuis fuit, possedit semper. Posteriorē vero dabat Israeliticus populus. Abnuit ipse, nunquamque admittere voluit. Alterum est, nec filium suum dominaturum, eodem nimirum licentiore dominatus genere, ac hæreditaria veluti successione. Quod vero cupit, & asseuerat, est Dominum in Israelitis dominari summo, maximo, amplissimo, augustissimoque Dominatu. Sic ille. Hoc autem modo Rempubl. Iudæorū instituerat Deus tempore Ducum, & Iudicum, vt nimirum esset ipse quasi proprius, & peculiaris Rex illius populi. Et tamen quoniam illi homines erant, & Rectore indigebant visibili, quem adire, & appellare possent, præficiebat eis hominem aliquē tanquam Proregem, qui nullo modo à populo sibi subiecto, sed á solo vero Rege Deo, penderet. Hinc est illud Dei ad Samuelem 1. Reg. 8. *Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos*; Et illud Apostoli Hebr. *Moyses fidelis fuit in tota domo eius, tanquam famulus.*

Quia vero nō contenti Iudæi hoc statu Reipubl ad priorem illum modum Regem habere voluerunt, qui non modo vnus omnibus imperaret (quod etiam Iudices, & Duces faciebant) sed etiam vniuersum regnum, vt suum, & proprium posideret, & ad filios, & nepotes tanquam hæreditatem aliquam, transmitteret. Propterea merito reprehensi, & castigati sunt à Domino, qui nollebat populū illum alium habere supremum Regē, & Ducem, quod ipse sibi seruarat, & in quo gentē illam supra omnes magnificarat; Et ratione cuius præeminētię, gentē illam magnam appellauerat Deus. Vnde & Abrahæ dixit: *Faciam te in gentem magnam.* Super quæ verba Rupert. lib. 4. in Genes. cap. 5. non dixit in gentem multam, etenim gens illa, quæ promittitur, quæ pro benedictione nunc offertur, comparatione aliarum gentium, non valde multa futura erat. *Non*, inquit Moyses, *quia cunctas gentes numero vincebatis vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, cum omnibus fitis populis pauciores, sed quia dilexit vos.* Bene ergo non ait: faciam te in gentem multam, sed in gentem magnam; Nam vere magna gens, cuius Dominus Deus eius, quam magnificauit, & honorauit. Si ergo magnificauit Deus eam gentem, quia Dominus Deus eius voluit esse, multo magis magnificauit, & honorauit, dū illi⁹ Rex, Iudex, & Dux esse voluit. Quod si magnificauit nomen Abrahæ, dum suo copulauit, & adiunxit, sicut aduertit idem Rupert loco proxime indicato, cum dixit: *Magnificabo nomen tuum, erisque benedictus.* Magnificatum est, inquit Rupertus, hodie nomen Abrahæ, videlicet cum nomine Dei magno, & tremendo, dum per orbem terrarum prædicatur nominis Dei talis diffinitio. *Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob.* Vera magnificentia nominis hæc est. *Magnificabo nomen tuum, erisque benedictus*, videlicet vt nomen tuum in ipsa inuocatione nominis mei magnifice commemoretur, &cæt. Quibus similia sunt quæ habet Philo lib. de Abraham ad med. cum expendit quantum magnificauerit Deus tres illos veteres Patriarchas Abraham, Isaac, & Iacob, dum illorum nomina suo copulauit, de eisque ita ait. Omnes amici, charique Deo, amantes verum Deum, & redamati

Gen. 12. nu. 2.

Gen 12. nu. 2.

ab eo: qui dignatus est, sicut indicāt Oracula, propter vitam ipsorum probatissimam, communem cum eis appellationem habere. Suum enim coaptauit cum illorum nominibus, è tribus compositum vocabulum sibi vendicans. *Hoc*, inquit, *meum nomen est aternum. Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, &c.* Si Dei igitur nomen nominibus Patriarcharum sola vocatione coniūctum in supremum honorem eos euexit, inde iam licet inferre quanto honore affecerit eam gentem, cuius non solum Deus, & Dominus dici voluit, sed insuper Iudex, Rex, Legifer, & Dux solus esse voluit. Vnde iure iam sibi vsurpat id, quod de cælesti Hierusalem per maximum æncomium dicitur Isai. 33. sicut ibi interpretantur grauiores Interpretes. *Dominus Iudex noster, Dominus Legifer noster, Dominus Rex noster, ipse saluabit nos.*

Isai. 33. n. 22.

Cæterum ingratus, simul & stultus populus cum talem Ducem habuerit aberrauit à via, & cum solum verum Deum sortita fuerit; illius tantum adoratione minimè contenta, ad alios falsos digressa est, soluens illis, & reddens, quam huic tantum debebat, adorationem, & cultum. Vnde merito sine Duce remansit in tenebris, quæ prælucentem in via, veram lucem deseruit. Vnde *per diem incurrunt tenebras*, sicut de impijs dicitur Iob in cap. 5. Passim enim videmus in rebus claris, & manifestis eos turpissime aberrare prudentia destitutos, & Diuina ope, ac luce desertos. Deus enim, vt ait Origenes ad dicta verba, pro arbitratu suo diem impijs non diem efficit, id est, lucem conuertit in tenebras, vt Ægyptijs trium dierum tenebræ inductæ sunt. Et Sodomitæ tenebris, ac cæcitate percussi. Et Moyses Deuteronom. 28. excæcationem Iudæorum præuidens, dixit: *Percutiet te Deus amentia, & cæcitate, ac furore mentis, ita vt palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris, vt non dirigas vias tuas.* Quem locum Philippus Præsbyter ad citata verba Eliphæ affert ad exponendam metephoram illius dicti, *Per diem incurrent tenebras*, vt vterque locus Propheticus sit de cæcitate Iudæorum, quod etiam videtur innuere D. Hieronymus, Augustinus, & Gregorius lib. 6. moral cap. 13. vbi ait. Iudæos in ipsa præsentia veritatis errore excæcatos fuisse iuxta illud Isaiæ 59. *Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui: Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus.* Vbi Hieronymus explicat de Iudæis, qui Euangelij vixere temporibus, & cædem Christo Seruatori moliti sunt; tenebras interpretatur cæcitatem illam, in qua nunc etiam est perfidus ille populus, qui Messiam adhuc venturum expectat. Cui clarissimus Euangelij splendor oculos perstrinxisse videtur potius, quam illustrasse. Qua de re videndus Greg. lib. 5. moral cap. 1. ad illud Iob cap. 18. *Nōne lux impij extinguetur?* Et hoc sensu videtur accipi posse illud Pauli Act. 17. *Quærere Deum si forte attrectent eum*, vbi cæci non inelegans, & obscura apparet descriptio, ea enim suæ Diuinitatis signa, atque vestigia ostenditur reliquisse Deus, adeoque frequentia, & obuia, vt in ea etiam cæci, vel nolentes incurrant, qua in re maxima illius gentis miseria cernitur, dum neque etiam attrectando Deum vbique præsentem inueniunt, aut amplexantur, cuius rei rationem videntur continere verba illa: *Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui*, etenim fulgentissimo vndecunque circunfusi lumine, quod ab Scripturis emicat, & à miraculorum magnitudine, quibus Christus Diuinitatis suę maiestatem ostendit, & probauit, ipsi in tanto lumi-

Iob. 5. n. 4.

Deut. 28. n. 29.

Isai. 59. n. 10.

Act 17. n. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne meridiano cæcutiunt, quia in peccatis suis mortui, veluti in sepulchris putrescentes delitescunt. Sicut autem cadauera quantumuis fulgida luce illustrentur, minimè oculos aperiunt, aut circa se posita corpora intuentur, sic etiam & Iudæi tanta luce illustrati ea minimè proficiunt, vitalemue aliquam operationem eliciunt, quo sensu liceat pro nunc interpretari illud Pauli 2. Corinth. 3. *Vsque in hodiernum diem velamen in lectione veteris testamenti non reuelatum habent.* Poterunt enim hæc verba allusionè continere ad inuolucra, & linteamina, quibus defunctorum non solùm corpora, sed vultus etiam & facies obuelantur, ideoque Iudæi opertos habeant vultus, & supra positum velamen, quia cum mortui sint, & spirituali vita destituti, cum nullas vitales operationes exercere valeant, neque oculos aperire, iure super eos impositum habent velũ, tanto itaque Duce amisso ignorantiæ tenebras & caliginẽ necessario debebant incurrere, & ducti per erroris vias à falsis idolis, quæ sibi quæsiere in obscuras foueas protrudendi erant, vbi longius á vera luce separati perpetuis inferorum tenebris vicinniores remanerent.

2. Cor. 3. n. 14.

ANNOTAT. II.

Ducem habemus Dominum Christum, quem sequi in via huius vitæ tenemur.

CVm constet viuentes in hoc mundo peregrinos à Patria versari quod bene prosequitur Philo lib. de Cherubim, cuius peregrinationis ratio colligitur ex Ciceronе in Apulleo lib 2. vbi ità habet Officium peregrini nullum aliud est, quam nihil præter suum negotium agere. Quod etiam ostendit Christus Dominus in sua peregrinatione, dum nihil aliud egit, nisi negotium nostræ salutis, ideoque de ipso vaticinatus Dauid Psalm 39 ait. *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam*: id est, primum, & præcipuum negotium, quod in mandatis accepi á Patre, illud est, moriendi scilicet, in remedium hominum. Hoc etiam expressit idem Christus Dominus Luc. 10. cum mittens Apostolos suos ad prædicandum dicit: *Neminem per viam salutaueritis*; vbi Augustinus serm. 41. de Sanctis intelligit locum, quasi præcipiat Christus eos iniuncta festinanter agere, tanquam si diceret. Omnia prætermittite, vt vestrum officium peragatis. Qualis est ille locus 4. Reg. 4 quando Propheta Elisæus prohibuit seruũ suum ne obuios in via salutaret. Qua de re videndus est Gregorius lib 6. expositionum ad lib Reg cap. 3. cum exponit dictum illud Samuelis ad Isai patrem Dauid, quando missus est à Deo, vt vngeret Dauid in Regem, cum enim non compareret Dauid, & cibus appositus esset in prandium, noluit Prophera Dei comedere, nisi prius vngeret Dauid, quod eius negotium erat, sic enim dixit: *Mittite, & adducite eum, neque enim discũbemus priusquam ille veniat.* Cum ergo, inquit Gregor. spiritualia instant, exteriora deponantur &c. Vnum itaque curandũ est peregrinis, vt negotium salutis curent, & ad Patriam tota solicitudine tendant. Ne verò à via declinare, & aberrare possint, idem Filius Dei in carne, qui nobis factus est via, Dux etiam viæ fieri dignatus est; nam cum ad vitia duce minimè indigeamus, sicut bene prosequitur Ambrosius lib. 1. Hexamer. cap 8. cum ait. Tu ipse est causa improbitatis, tu ipse dux flagitiorum tuorum, atque incentor criminum. Quid alienam naturam accersis ad excusationem tuorũ lap-

Psal. 39. n. 8.

Luc. 10. n. 4.

1. Reg. 16. n. 11.

suum? Vtinam te ipsum non impelleres, vtinam non præcipitares; vtinam non inuolueres, aut studijs immoderatioribus, aut indignatione, aut cupiditatibus, &c.

Cum ergo ad nequitiam duce minime indigeamus: ad virtutem opus est præeunte magistro, & prẽmõstrante duce, vt pedes nostri dirigantur in viam pacis, desideria scilicet, quibus tanquã pedibus, ac passibus quibusdã anima ad Deum accedit, vel ab eo recedit, sicut ostendit Gregor. lib. 6. moral. cap. 11. Quod si olim Israelitæ Deũ tantum vocantem audiebant, nubem verò solum videbant viæ ductricem; nos oculis intuemur vestigia impressa Dei, eumque nube carnis circundatum in terris perspeximus, sicut ait Ioannes in sua 1. epist. dicens: *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ.* Etenim reliquit Deus quædam sui vestigia impressa singulis in rebus, quibus insistendo, & inuenire possemus absentem Deum, & inuentum ardentius diligere, sicut prosequitur Gregorius Nyssen. ad illa verba Cant. 1. *Si ignoras te, egredere, & abi post vestigia.* Quod etiam aduertit Plato lib. 7. de Republica; vnde recepta est ea doctrina apud Magistrum Senteutiarũ in 1 distinct. 3. quæ asserit singulis rebus Deitatis vestigia impressa esse, quod etiam habet Hieronymus in cap. 1. Ezechiel dicens: Quamcunqne creaturam aspexerimus, fulgurat Dei notitiam. Quibus similia habet Augustinus lib. 6. de Trinit. ad fin. quem sequitur D. Thomas 1. p. q. 5. art. 5. & q. 45. art. 7. Quamuis autem vnaquæque creatura vestigium præbeat ad cognoscendum Deum, præcipua tamen vestigia ostendunt mysteria gratiæ, sicut pulchre aduertit D. Thom. in 3. Sententiar. q. 2. distinct. 10. Sed ad huc clariora sunt opera, & præcepta Christi, quorum certitudo nobis inculcatur per hoc, quod dicitur, vidimus, & audiuimus, per quæ verba in Scriptura, imo & apud prophanos Authores significatur rem aliquam certo, & euidenter scire, quemadmodum notauit Bernar. ser. de Conuers. Pauli, vbi ait. Nec dubitare licet de veritate, quæ sese ingerit per vtrasque oculorum, & aurium fenestras. Similiaque habet ser. 53. in Cant. vbi ex illis verbis Psal. 44. *Audi filia, & vide*, ostendit voluisse Prophetam Regem introducere Sponsam Ecclesiam, vt certa redderetur de rebus Sponsi sui per visum, & auditum, quod etiam obseruauit Chrysost. homil. 29. in Ioan. ad illa verba: *Quod audiuit loquitur, & quod vidit testatur.* Non enim visu, aut auditu cognouit Christus Dominus ea, quæ nobis enarrauit, sed magis secundum hominem dicta sunt, apud quem ea, quæ videntur, & audiuntur, certissima habentur. In quam sententiam videnda etiam sunt, quæ habet idem Chrysost. homil. 74. in eundem Ioan. Habemus ergo certissimum, & ad oculum Magistrum, ac Ducẽ, quẽ sequi, & imitari debeamus. Vnde illa, quæ à via aberrauerat, ad pedes Christi retro tamen, ac recto ambulatura stetit, vbi August. lib. 50. homil. dixit: Quæ diu male ambulauerat, vestigia recta quærebat, & Chrysolog. serm. 93 ponderans illa verba, *Stans retro*, ait. Bene stans, quia iam cadere nõ potest, quæ ad pedes Christi meruit peruenire, vt Christi vestigijs innixa percurreret per viam vitæ, quæ per viam currerat mortis, &c.

Ioan. 3. n. 32.

Et quia nobis factus est Dux ad vitam, inique fert, ægreque sustinet si alterius ducatum velimus, aut sequamur, sicut prosequitur Amb. de Interpellatione Dauid post med. vbi ait. Signa semper in bello sunt, quæ præliaturos præire consueuerunt, & agmẽ ducere militare. Vnusquisque nu-

merus, aut legio signa sua sequitur. Et si dispersi fuerint bellorum tumultu, eò, vbi signa sua prospexerint esse, quamlibet longe positi, reuertuntur. Vnusquisque ductor hæc signa constituit, & sequenda præscribit. Sed sunt etiam alia signa, quæ victor hostis imponit, & tanquam captiuis obseruanda decernit. Sed qui fidelis est miles propria signa sequitur, non agnoscit aliena. Quæ sint aliena signa intentius, & impensius cõsideremus. Signum suum posuit Deus, posuerunt diabolus & ministri eius, sed ego nesciui illa. Posuerunt signa sua signa, & non cognoui: quia non consensi artibus eius, non acquieui imperijs eius. Posuit Assyrius Nabuchodonosor signa pueris Hebræorum, & mutauit illis nomina, & præcepit vt adorarent imaginem eius, & recederent à solemnibus Patrum suorum, ritusque Chaldæos posthabita Dei lege sequerentur. Constituit hoc Rex, sed statuit Daniel in corde suo, vt regalis mensæ contagia declinaret. Recte ergo ei conuenit dicere: Signa non cognoui aliena. Iussum erat, vt Hebræi pueri adorarent imaginem Regis. Responderunt ei. Non adoramus imaginem tuam. Aperte dicit vnusquisque eorum. Posuerunt signa sua signa, & non cognoui, id est, non sum expertus, non vllo consensu recepi, nõ aliqua societate in me transtuli, & cætera, quæ prosequitur in eandem sententiam, ostendes quomodo oporteat nos Christi signa, id est, doctrinam sequi eumque præeũtem comitari, quod monet Paulus Hebræor. 13. cum ait. *Hebr. 13. n. 13.* *Exeamus ad eum extra castra, improperium eius portantes, non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.* Vbi Theophylactus. Concedamus & ipsi ad Deum extra castra, hoc est, extra mundum improperium eius portantes, id est, eadem illa, quæ ipse sustinuit, toleremus. Foris ille, vt noxius quidam, & Latro Cruci affigitur, nec nos itaque pudeat ex hoc mundo excedere, & honores, & gloriam, quæ mundi sunt, destituere, vel si ad ignominiam id cedere videtur, &c.

Illud autem maximè notandum occurrit, quod cum omnes teneamur sequi Christum Ducem, noluit ipse sequentes cogere, sed vt libere, & voluntarie sequeremur, quod bene prosequitur Chrysostomus homil. 14. in Epist. ad Roman. Clarius autem Victor Anthiochenus in cap. 8. Marci, vbi ponderat, cur Christus Dominus non imposuit præceptum ad hoc, vt ipsum sequeremur, sed id in voluntate nostra reliquit, dicens: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & sequatur me.* Id enim factum esse ostendit, vt decorum nostræ libertati seruaret. Hæc dicens inquit ille, magis attrahit, qui enim vim affert, decorum non seruat. Quibus similia habet Hieronymus in Epistola ad Theophylactum aduersus Ioannem Hierosolymitanum, dicens. Citó indignatur libertas si opprimitur, nemo plus impetrat à libero, quam qui seruire non cogit: Pulchra sunt in eandem sententiam, quæ habet Ambros. serm. 14. in Psalm. 118. vbi reddit rationem, cur Deus non miserit Isaiam, sed expectauerit, donec ipse sese obtulerit mittendum, dicens: *Ecce ego, mitte me, &c.* Voluit etiam, vt hæc sequela, & imitatio non fieret ex præcepto, docens quam promptitudinẽ á nobis exigat in conficienda via huius vitæ ad cælestem Patriam. Quod etiam inculcatum videtur in ea nube, quæ filios Israel per desertum ductabat Numeror. 9. Nam cum Deus posset vocali aliquo signo populum dirigere, Angelus item, qui mouebat, aut sistebat columnam, posset vocaliter deducere populum, noluit Deus fieri voce aliqua, sed colum-

na nubis, & ignis præeunte. Neque officit quod in sacro Textu dicitur: *Num. 9. nu. 18. & 23.* *Ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum.* Et quod magis est: *per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur.* Id enim intelligendum est non de aliqua voce Domini, vt docet Abulensis quæst. 46. sed per ipsam nubem, motumque illius, aut permanentiam. Et Glossa ex Rupert. lib. 1. cap. 24. in Numer. dicens: Per verbum Domini figebant tentoria: significatione nubis, quæ erat signum Diuinæ voluntatis.

Hoc igitur supposito, illud inquirendum restat, cur ad nutum, & ad motum nubis absque aliquo alio monitu voluerit Deus populum deduci, & gubernari. Alij aliter sentiunt, liceat pronunc sine patrono, quod existimo, profari. Videtur enim ea in re significare voluisse Deum animi alacritatem, & promptitudinem, qua ipse vult, vt viam patriæ decurrendam arripiamus, & vocationibus Diuinis, vel ad nutum obsequamur sine vlla hæsitatione, dubietate, & mora. Sicut etiam videre est in ipso ornatu Pontificis, cuius vestitum postquam minutissimè descripsit Sacer Textus Exod. 28. pedes reliquit discalceatos, vt agiles, expeditos, & promptos eos haberet ad mandata Dei quam citissime peragenda, sicut obseruat Gregorius Nyssen. in lib. de Vita Moysis, dicens: Ita induto Sacerdoti nullum calceamentum imponitur, ne tardior ad currendum sit, aut vix mobilis pelles secum trahens animaliũ mortuorum. Nam impedimento calceamenta fuerunt Moysi, cum ad ardẽtem rubum accederet. Quod etiam prosequitur Dionysius Areopag. lib. de cælesti Hierarchia cap. 15. vbi Angelos depingit alatos pariter, & discalceatos, quò agiliores, & promptiores sint ad exequenda Diuina mandata. In quam sententiam facit Gregor. lib. 35. moral. cap. 10. post med. vbi ponderat verba illa cap. 42. Iob. *Dederunt ei vnusquisque ouem vnam, & inaurem auream vnam.* Per ouem autem intelligit innocentiam, & per inaurem obedientiam. Notãdum est, inquit, quod hoc loco cum inaure ouis, cum oue inauris offertur: quia nimirum innocuis mentibus ornamentum semper obedientiæ iungitur Domino attestante, qui ait: *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me.* Beato Iob nemo inaurem sine oue, nemo ouem sine inaure obtulit, quia profecto Redemptori nostro non obedit, qui innocens non est. Et innocens esse nõ potest, qui obedire contemnit. Quia verò ipsa obedientia non seruili metu, sed charitatis affectu seruanda est, non terrore pœnæ, sed amore iustitiæ, cuncti, qui ad conuiuium veniunt, auream inaurem obtulisse perhibentur, vt videlicet in ea, quæ exhibetur, obedientia, charitas fulgeat, quæ virtutes omnes, quasi auri more, cætera metalla transcendat. Sic ille ostendit quam cohærentiam habeant charitas, & obedientia, quam promptitudinem requirat Dei sequela, vt idem sit Deum audire, atque veluti ouem sequi, & ad nutum obedire.

Quod etiam adumbratum est in animalibus Ezechielis quatuor vultus habentibus, quibus respiciebant quatuor orbis plagas, veluti iam prompti, & parati, vt in quãcumque mitterentur illico properarent. Qua etiam ratione pedes eorum dicuntur recti, absque poplitum flexione, sed æquabiliter protensi, vt etiam æquabiliter in omnem partem promptè, & agiliter moueri possint. Vbi videndus Augustinus in Psalm. 94. cum ait. Pedes nostri in hoc itinere affectus nostri sunt, prout quisque affectum habue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit, ita accedit, vel recedit. Ille igitur, qui rectos habet pedes citatissimo cur su viam mandatorum Dei decurrit, & ad nutum properat. Quod adhuc melius intelligemus ex Seraphinis apud Isaiam in cap. 6. qui etiamsi pe
Isai. 6. n. 2. des velauerint, sicut etiam & faciem velabant; hoc quidem ea ratione fieri censendum est, quod per alas, quibus velabatur facies, siue caput, commendabatur renuntiatio propriæ mētis, & iudicij, per eas verò alas, quibus tegebantur pedes, indicabatur abnegatio, & compressio affectuum, qui per pedes, vt diximus, intelliguntur. Qui vero alligatum habet iudicium, & compressum omnem affectū, promptissimé quidem ad exequenda Diui na mandata accedit, sicut & illa animalia duabus alis volabant. Nisi fortè & hoc significet eum, qui nititur Christum Ducem sequi, ita promptum, & celerem debere esse, vt alatū iudicium, alatos pedes, alatos item humeros videatur habere. Qua in re licet contemplari promptitudinē cæterarum rerum insensibilium, quibus Deus in gratiam Hebræorum sæpe vsus est, naturis eorum contraria iubendo, nam Deo iubēte terra sursum, & ignis deorsum tracta sunt, quod qui dem cum lato discursu ostenderet Salomon Sapient. 16. tandem ait. *Propter*
Sap. 16. n. 25. *hoc, & tunc in omnia transfigurata, omniū nutrici gratiæ tuæ deseruiebant.* Vbi no tandum est dixisse transfigurata omnia, vt indicaret creaturas omnes nō aliter Deo obedijsse, quam si à proprijs naturis extractæ essent. Quis enim Iordanis aquas, quæ suopte impetu ferebantur in mare, suspensas in aere videns, non diceret transfiguratas à propria natura? Quis ignem in fornace Babylonica à combustione puerorum cessantem appellaret ignem, & non potius transmutatum in aquā, dum dicitur, pueros ambulasse veluti ad lenem auram, & quasi rore madefactos? Itaque verbum transfigurandi passiue sumptum eo in loco significat facilitatem in ipsis creaturis, vt quascumque Deus voluerit etiam cō trarias in se recipiant figuras, quod e tiam videtur dixisse Dauid Psal. 135. *Psal. 135. n. 5.* illis verbis: *Qui fecit cælos in intellectu*, vel cum intellectu, iuxta vsitatissimā phrasim, qua, in, accipitur pro, cum, vbi Caiet. explicat Qui fecit cælos intellectuales. Vt, scilicet, videantur pollere intellectu, ratione, & sensu ad percipienda & exequenda Diuina mā data: quo sensu etiam idem Caietan. explicat illud Psal. 103. *Omnia in sapien* *Psal. 103. n. 24.* *tia fecisti*; vt sit sensus, quem ille ponit. Omnia sapientiæ fecisti, quod etiam prosequitur Hieronymus ad illa verba Matth. 8. *Imperauit ventis, & mari,* *Matth. 8. n. 26.* *& facta est tranquillitas magna.* Vbi Hieronymus ait omnes creaturas, quæ nobis insensibiles esse videntur, Deo esse sensibiles, eique ad nutum obedire.

Cum ergo ad nutū deseruiant omnia creata Deo Creatori suo, magnâ hoc confusionem parere debet hominibus, quod ipsi tantum non ea agilitate accingantur ad Dei sequelam. Quod magis adhuc in nostram culpam cedit, si aduertamus Deum non solum præire Ducem viæ, sed nos præuenire administrando vires ad viam. Qua de re videndus Bernard ser. 83. in Cant. cum ait. Ea Dei benignitas est, ea hominis infirmitas, vt istius o perā, meritaque præueniat simul, & subsequatur Deus amando, fouendo, ac remunerādo. Et ser. 67. hoc ipsum obseruat cum Dauid. *Deus meus mise* *Psal. 58. n. 11.* *ricordia eius præueniet me.* Psalm 58. *Cito* *Psal. 78. n. 8.* *anticipet nos misericordia tua, quia pauperes facti sumus nimis.* Et de subsequutione: *Misericordia tua subsequetur me omni* *Psal. 22. n. 6.* *bus diebus vitæ meæ.* Pulchrè Sponsa, posterius hæc eadem verba non eodem modo ponit, sed sequitur & ipsa Prophetæ ordinem loquens hoc modo:

Ego

Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Cur ita? Nempe vt tū magis gratia plenā se probet, cum totum gratiæ dederit, & primas, scilicet, ille partes adscribēs, & vtens. Sic Bernardus ostendit quomodo Deus nos præueniat, subsidia præbendo ad viam, & subsequenter adiuuando in via: quod assecutus Augustinus dixit lib. 10. confess. cap. 28. Nunc quem tu imples, subleuas eum: quoniam tui plenus non sum, oneri mihi sum. Quibus in verbis mihi videtur haberi allusionem ad id, quod contingit viatoribus, qui si secum deferant viaticum, panem scilicet, & aquam, non tam prompti, & agiles ad conficiendam celeriter viam inuenirentur, quàm si exonerati, & expediti incederent. Quia igitur & subsidia Diuinæ gratiæ, dum nostram vanitatem replent, & nostram vacuitatem afficiunt, celeriorem constituunt ad emetiandam viam salutis, inde est, quod Augustinus se alleuiatum dicat, cum de Deo repletur.

Quod si vis hanc celeritatem in seruis Dei contemplari, audi Deum cum Iob loquentem in hunc mo-
Iob 38. n. 35. dum: *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, adsumus?* Vbi illud aduertendum est, quod iam alibi obseruabimus, fulgura dici Dei seruos, non tonitrua. Illa enim momento temporis totum spatium luce sua illustrant, tonitrua verò tardius ad aures perueniunt. Illud deinde notatu dignissimum, quod non dicunt adsumus, cum mittuntur, sed postquam mandata Dei perficiunt, & complent, ne fortè aliquam moram interponere videantur in e xecutione mandatorum Dei, aut ne ipsi deesse aliquo modo censeantur. Quod bene aduertit Gregorius lib. 30. moral cap. 2. in fin. dicens. Reuertentes dicunt, adsumus, quia quāuis per exteriora acta parum quid deesse videantur, per ardorem tamen desiderij, quem in mente sua continue accendunt, obsequentes Deo suam præsentiam ostendunt. Pro eo, quod nos habemus, *adsumus*, 70. habent. *Dicent tibi, quid est?* Quod Nicetas exponit: Quid est, quod optas facere? In quo quidem ostenditur magna in exequēdo Dei iussa agilitas, simul enim atque mittuntur, iniunctum præceptū implent, & statim de nouo interrogant, parati iam ad exequendū, quicquid ipsis fuerit impositum. Nam aliter Dei iussa facere, exterius est implere, sed internam malitiam velare, sicut prosequitur Bernard. ser. 3. de Circunciſ. Hinc est quod Sponsa se tam promptam exhibet ad sequelam sponsi, vt ad cursum paratā se asserat, dicens: *Post te curremus.* Quod melius intelligetur ex August. lib. de Perfect. iustitiæ ant. med. vbi ostendit, quid sit currere, dicens: Cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentiæ, quod vel continendo frenetur, non omni modo ex tota anima diligitur Deus, quod est primum, summumque præceptum. Curramus: corpus castigando, & eleemosynas in dandis bonis malisque ignoscendis hilariter, & ex corde faciendo, & currentium vires vt adiuuetur, orando, & sic audiamus præcepta perfectionis, nec currere negligamus ad plenitudinem charitatis. Hæc August. Quibus similia habet lib. de spiritu, & vita cap. 36 & in Psalm. 39. ibi: *Annuntiaui, & loquutus* *sum*, cum explicat verba illa Pauli 1. Corinth. 9. *Omnes quidē currunt, sed vnus* *accipit brauium.* Et lib. meditat. cap. 17. vbi de se ipso ait: Non possum metiri vt sciam quantum desit mihi amoris tui ad id, quod satis est, vt currat vita mea in amplexus tuos, pondere quidem fragilitatis nostræ deorsum trahimur, dono autem tuo accendimur, sursum ferimur, inardescimus, & imus, ascendimus, ascensiones in corde facimus, & cantamus canticum gra-

dium

Universidad de Deusto
Biblioteca

duum, &c. Et præfat. in Psalm. 31. vbi ait: Optimus ille est, qui & viam tenet, & bene ibi ambulat, sequendo spem. Qui etsi aliquantulum claudicat, non omnino errat, sed progreditur, etsi paulatim. Fortasse enim bene sperandum est, eò, quò tendit, etiam tardius peruenturum. Vbi vides Augustinum sub dubio loqui de eo, qui lente, & pigre sequitur vocantẽ Deũ, qui cum velit diligentẽ sectatorẽ, qui se negligenter habuerit, magno certe periculo obnoxius est, & sicut dixit Nazianz. Orat. in Sanctum baptisma, pari in vitio sunt promptitudo ad vitium, & procrastinatio ad virtutem. Ideo addit Nazianz. Si igitur ad lasciuiam, & commessationem vocatus fueris, ne festines; si ad fidei abiurationem, pedẽ retro celerrime referas. Petrũ, & Ioãnem æmulemur, vt illi ad sepulchrũ, & Resurrectionẽ omni festinatione properemus, simul currẽtes, certatim currẽtes, omni cõtẽtione in id incũbentes, vt hoc donũ priores occupemus. Nihil progressionem tuam reprimat, nihil animi alacritatem inhibeat, quandiu acre, & vehemens est desiderium, id quod desideras, arripe: quandiu calet ferrum, frigida obduretur, ne quid interim accidat, quod animi cupiditatem infringat. Similia habet Orat. 2. in Sanctum Pascha post princip. dicens: Nec in ijs, qui Verbi participes fiunt laudem habet procrastinatio: & paulo inferius loquens de manducatione agni legalis, ait: Nec modus manducationis prætereundus est, cũ nec lex ipsa eum prætermiserit. Victimã enim festinanter absumemus: Festinãter quidem, ne in eam culpam incidamus, à qua Diuino interdicto Loth auocabatur, ne circunspiciamus, ne stemus in omni circumiacente regione, sed in montem salutis causa confugiamus, ne Sodomitico illo, & inusitato igne simul inuoluamur, ne propter nostram in deterius conuersionem, quæ ex cunctatione nasci solet, in salis statuam concrescamus.

Plura hac de re habet Ambros. lib. 1. de Abrahã cap. 5. 7. & 8. Item Philo lib. de Abraham, & lib. de sacrificio Abelis, & Caini, quibus in locis plura eleganter pro nostro argumento dicta habentur. Pro quo etiam facit Chrysost. homil. 6. in epist. Pauli ad Titum super illis verbis, *Discant autem & nostri bonis operibus præesse*. Vbi Chrysost. Paulum explicat, quasi velit, vt studeant fideles præcedere, & præuenire se inuicẽ in officijs pietatis, quẽadmodum fit in petendis magistratibus, & ambiendis honoribus, neminemque beneficio certasse priorem pæniteat, sed potius alter alterũ vincere, & quasi præcurrere beneficio ac officio, quod cuique nostrum iniunctum est, de peragenda via salutis, quã tota alacritate conficere debemus, cũ Ducẽ habeamus Christum, qui exultauit vt gygas ad currendam viam, saliens quidẽ in montibus, transiliens colles.

Et ne quis in hac sequela, vel detineatur, vel retrocedat, illud præ oculis habendum erit, quod inimicus nostræ salutis statim ac conspicit quẽquam Dei signa, & vexillum sequi, Patriamque petere, & viã salutis arripere, id totis viribꝰ impedire conatur; aliquando minis deterrendo, aliquãdo tribulationes inferendo, quod adũbratum videtur in Iacobo patriam repetente, de cuius reditu certior factus Laban, assumptis fratribus suis persecutus est eum diebus septem, viditque in somnis dicentem sibi Dominum, caue ne quidquam aspere loquaris cõtra Iacob, prohibituſque Iacobum lædere, eumque affligendo á via reducere, alia iam via eum retrocedere molitur, blanditijs scilicet, propositis, quibus eum comitaretur certus de proposita sibi via Iacob. *Cur ignorante* *Gen. 31. nu. 23.*

me,

me, inquit ille, *fugere voluisti, nec indicare mihi, vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis?* Vbi videndus erit Rupert. lib. 7. in Genes. cap. 46. cum ita incipit: Ecce vsque hodie Christum, vel Christi alumnos mundum fugientes insequitur mundus, dum eos semper quidem malis exemplis, nonnunquam etiam vi sibimet conformare nititur. Vsque hodie, inquam, sic fugientes insequitur mundus, & vsque hodie Rachel insectatoris sui mundi idola furatur. Quoties enim hi, qui habitu, vel ordine religionis contemplatiuam pollicentur vitam, ad auaritiam (quæ est simulachrorum seruitus) aspiciunt, ita vt nonnunquam de rebus Ecclesiasticis fraudem faciant, siue (quod & plerumque fit) spiritualia Dei dona tribuant pro pecunia, Rachel veternosi patris sui furatur idola. Porro quid contemptibilius, quid abiectius, quã quod abscondit ea subter stramenta camelli, & sedit desuper, simulans quod secundũ consuetudinem fæminarũ sibi acciderit? Scrutatur quippe Laban tentorium Rachelis, si forte sua illic idola inueniat, quando sæculares homines illam simulachrorum seruitutẽ, quam sibi solam esse licitã putant, id est auaritiã, in moribus religiosorũ furtim subesse denotant &c. Videnda sunt quæ hac de re habet Cyrill. Alexand. lib. 4. in Isaac. & August. ser. 85. de tempore, vbi inter alia docet Dæmonem non persequi nisi bonos; quibus similia habet Gregor. lib. 24. moral. ad illa verba Iob. cap. 33. *Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus.* Eos, inquit Gregor pulsare nequit, quos quieto iure possidere sentit. Idem docet Hieron. in verba Iob cap. 39. *In occursum pergit armatis.* Et Cyprianus libro 1. Epistolarum epist. 1. ad Cornel. Papam. Non quærit, inquit, ille, quos iam subegit, aut gestit subuertere, quos iã suos fecit, eos pergit lacessere, in quibus Christum cernit habitare. Et lib. 3 epist. 1. idem etiam docet. Videndusque erit Anselmus ad illud Pauli 2. ad Timoth. 3. *Omnes, qui volũt pie viuere in Christo, &c.* Sed huiusmodi persecutio facile euitatur, si hæc idola fugiens Iacob prorsus ignoret, & apud suos postea inuenta in terra defodiat, nusquamque adoranda sepeliat; mortua prorsus, & inutilia tali sepultura confitendo, quod si blandimenta proponat persecutor infestus, quibus animus ad terrena alliciatur, quantumuis viæ cælestis comitem se affingat, audi quid Philo dixerit lib. 2. allegoriar. ad illa verba Laban, *Vt prosequerer te cum gaudio, &c.* Nuncais te liberã iam mittere, re autẽ ipsa fatéris, quod detinueris eam in carcere, &c. Melius Ambros. epist. 4. His me delectari posse credidisti? His reuocari? Hæc sunt, quæ ego fugi: fugi, ne me talia sequerentur, nõ enim talibus deductoribus ad Ecclesiam Dei peruenitur, ad quã tendebat Iacob, fugiens vmbram inanium rerum, plausibilibus præponens seria, &c.

Neque item à via recedere, vel retrocedere debemus, etiamsi quæ maxime vrgent, & dolent, nos detinere videantur. Imposuerunt Philistæi arcam testamenti super plaustrum, tollentes duas vaccas, quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad plaustrum, vitulosque earum concluserũt domi. *Ibant autem in directum vaccæ per viam, quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur, pergentes, & mugientes, & non declinabant, neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Quem locum sic pro re nostra explicat Rupert. lib. 1. in lib. Reg. cap. 15. Quid vaccæ, nisi fideles quosque in Ecclesia signant, qui dum sacri eloquij præcepta cõsiderant, quasi superimpositam Domini arcam portant. De quibus hoc etiam notãdum, quod fuisse fœtæ memorantur, quia

sunt

sunt plerique, qui in via Dei intrinsecus positi, foris carnalibus affectibus ligantur. Sed non declinant á recto itinere, quia arcam Dei portant in mente. Ecce enim Vaccæ Bethsames pergunt, Bethsames quippe domus solis interpretatur. Si igitur ad æterni solis habitationem tendimus, dignum præfectò est, vt de Dei itinere pro carnalibus affectibus non declinemus; Tota enim virtute pensandum est, quod vaccæ Dei plaustro suppositæ pergunt, & gemunt. Dant ab intimis mugitus, & tamen de itinere non retorquent gressus. Amorē quidē per compassionem sentiunt, sed colla posterius non reflectunt; Sic nimirū debent esse fideles intra sanctam Ecclesiam, qui compatiantur proximis per charitatem, & tamen de via Dei non exorbitent per compassionem, &c.

Nihil itaque nos detinere debet, quominus á recto tramite declinemus, & quia *Mundus transit, & concupiscentia eius*, nos eum pertransire, & percurrere debemus, vt eum deserentes, & relinquentes ad Christum Ducem nostrum accedamus, & cum illo ad Patriam cælestem perueniamus, quod bene prosequitur Cyprian. de habitu Virginum ant. med. dicens: Bona sunt, quæ sunt spiritualia, Diuina, Cælestia, quæ nos ad Dominum ducant, quæ nobiscum apud Deum perpetua possessione permaneant. Cæterum quæcumque terrena sunt in sæculo accepta, & hic cum sæculo remansura, tam contemni debent, quā mundus ipse cōtemnitur, cuius pōpis, & delitijs iam tunc renūtiauimus, cū meliore transgressu ad Dominum venimus. Æterna igitur, & Diuina sectanda sunt, & omnia de Dei voluntate facienda sunt, vt Domini nostri vestigia, & magisteria Diuina sectemur. Qui monuit, & dixit: *Non descendi de cælo, vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.* Quod si non est maior Domino suo seruus, & liberatori debet obsequium liberatus, qui esse cupimus Christiani, debemus; quod Christus fecit, & docuit, imitari. Scriptum est enim, & legitur, & auditur, & in exemplum nostræ Ecclesiæ ore celebratur. *Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulauit, & ipse ambulare.* Ambulandum est vestigijs paribus, æmula ingressione nitendum est. Tunc respondet ad fidē nominis sectator veritatis, & credenti præmium datur, si quod creditur, & geratur, &c.

Cum igitur credamus & viatores nos esse, & ad Patriam tendere debere, Ducem, ac Præceptorem debemus sequi Christum Dominum, eiusque vestigijs insistere, & iterfaciendi methodum, ac modum imitari, sicut Israelitæ præeuntem nubis columnam sequebātur. Quod bene ostendit Bernard. epist. 253. post med in hunc modum. Ipse hominis, sæculique Author quādiu in terris visus est, & cū hominibus cōuersatus est, nūquid stetit? Et quidē teste Scriptura, *Pertrāsijt benefaciendo, & sanādo omnes.* Pertransijt ergo, sicut nō infructuose, ita non remisse, non pigre, non lento gressu, sed quē admodum item de eo scriptum est: *Exultauit vt Gygas ad currendā viam.* Porro currentem non apprehendit, qui & ipse pariter nō currit. Et quid prodest Christum sequi si non contingat cō sequi? Ideo Paulus aiebat: *Sic currite, vt comprehendatis.* Ibi tu Christiane fige tui cursus, profectusque metam, vbi Christus posuit suam. *factus est*, inquit, *obediens vsque ad mortem:* Quantumlibet ergo cucurreris si vsque ad mortem non peruenueris, brauium nō apprehendis. Brauium Christus est; quod si illo currente, tu gradum sistis: Non Christo appropias, sed te magis elongas; Timendumque tibi est quod ait Dauid: *Ecce, qui elongant se à te Domine peribunt.*

Ioan. 6. n. 38. — *1. Ioan. 2. n. 6.* — *Act. 10. n. 38.* — *Psal. 18. nu. 6.* — *1. Cor. 9. nu. 24.* — *Philipp. 2. n. 8.* — *Psal. 27. n. 27.*

peribunt. Itaque si proficere curiere est vbi proficere, ibi & currere desinis. Vbi vero non currere, ibi & deficere incipis, &c.

Curramus igitur in odorē vnguentorum Christi, eius intuentes vestigia, viam conficiamus iustitiæ & cū Ambros. lib. de bono mortis cap 12. dicamus. Sequimur te Domine Iesu. tu enim via es, veritas, & vita. Suscipe nos quasi via, confirma quasi veritas, viuifica quasi vita, vt ad viuidam, & æternā vitam peruenire possimus, ibique in æternum permanere, vbi cum Patre & Spiritu Sancto viuis, & regnas in sæcula. Amen.

ANNOTAT. III.

Discant ab hoc Duce cæteri, suos præcedere subditos, nouerint de eorum erroribus rationem reddituros.

CVm verum sit id, quod dixit Basilius homil. de Pœnitent. quod Deus actionata sua alijs largitur, inde est quod Ducis officium, & plebem suam regendi munus præcipuis aliquando hominibus concedit, quod bene agnouit Salomon 3. Reg. 2. & 2. Paralyp. 2. dicens: *Viuit Dominus, qui firmauit me, & collocauit me super solium, &c.* Vnde Tertullian in Apologet dixit: Inde est Imperator, vnde & homo, antequā Imperator: Inde potestas illi, vnde & spiritus. Et Plin. in Panæg. Principem, inquit, dat Deus, qui erga humanum genus vice sua fungitur. Melius vero Augustinus lib. 5 de Ciuit. Dei c. 25. Non tribuamus dandi regni, atque Imperij potestatem, nisi Deo vero, qui dat fælicitatem in Regno cælorum solis pijs, regnum vero terrenū, & pijs, & impijs, sicut illi placet, cui nihil iniuste placet, &c. Meritoque proinde inoleuit mos ille apud supremos Principes, vt dicant, & inscribat se Reges gratia Dei, seu Diuina Clementia, vt aduertant, quod á Deo Regnum, vel Imperium habeāt, sicut notauit Rebuff. ad constit. Reg. tract. vt benef. ante vac. art 2 gloss. 1. Itaque minime ambigendum est imperium a Deo habere Principes, eosque instar Dei esse, sicut dixit Cornel. Tacit. 3. annal. Verius adhuc quis dixerit cum Plutarcho lib. de doctrin. Princip. Principes ministros esse Dei ad curā, ac salutem hominum, vt bona, quæ Deus illis largitur, partim distribuāt, partim seruent, &c. Vnde consequens est, rationique consentaneum subditos Principibus debere cultum, & obsequium, ea maxime ratione, quod à Deo sint constituti, quod etiam dixit Tacit. 3. annal. Principibus, inquit, summum rerum iudicium Dij dederunt; subditis obsequij gloria relicta est. Et sane si sanis hominibus, sicut dixit Senec. 1. de Clement. cap. 4 publica priuatis potiora sunt, recte sequitur, vt his quoque charior sit, in quem se Respublica conuertit, eidemque omnes obsequantur, qui omniū regimen assumpsit, & omnium res curat. Hinc effectum est, vt olim adeo religiose Reges à suis obseruarentur, & colerentur, ac si diuinitus dati forēt, Vnde & Persæ corā Regibus tussire, spuere, ocitare, nares emungere, & talia generis eiusdem nefas, & impiū omnino iudicabant. Post vero obitū eos in Numina referebant, & aris, tēplis, statuisque eorum hostias cædebant, & thura, aliosque diuinos odores illis adolebant, sicut videre est apud Xenophontem lib. 1 Cyripæd & apud Herodot. lib. 3. Hinc etiam effectum est quod antiquitas obseruauit Reges à Deo singulariter iuuari, atque pro-

3. Reg. 2. n. 24.

tegi, sicut videre est apud Gellij lib. 5. Noct. Attic. cap. 9. Nam cum Cæsum Regem bello deuictum occidere tentaret hostis, Regem eum esse ignorans, Deus mirè illum seruat filij facto, qui licet natura mutus, & elinguis, hostē cōspicatus, mox inopinato rumpit vocē, clamans in hostē, ne Rex Cæsus occideretur. Tum & hostis gladium reduxit, & Rex vita donatus est, & adolescens loqui prorsus deinceps incepit. Cyrus etiā vt primū in lucē editus est nūquid nō alitibus, ferisque fuit expositus, & à fœta cane vberibus educatus? Quemadmodū & Conditores vrbis Romæ à lupa, & Abydus à cerua. Æquè memorandū Cæsaris exemplum, teste Plutarc & Sueton. nam cum gubernator nauis, quæ eum vehebat, cessurus esset fluctibus, & tempestatibus, is prehensa gubernatoris dextra, ait, Quid times? An non Cæsarē vehis? Quasi nil à tēpestatibꝰ periculi foret propter eius transfretātis personam, quā, vt aliorū Principū, in Dei tutela constitutā existimabat. Quod & sensit aliàs, cum interceptus in Gallia ab hoste, alius quidam de hostibus occurrit, qui eum dimitti incolumem iussit. Hoc autem ipse Cæsar in Ephemeride sua narrat teste Seruio ad lib. 2. Æneid. vbi propriam commemorat fœlicitatem. Hoc adhuc cōpertum fit in Vespasiano, qui cum propius ad mœnia Hierosolymæ exp lorandi causa accederet, multis erumpentium hostium telis petitus est. Quo quidem tempore maximè intelligi potuit, inquit Iosephus lib. 5. de bello Iudaico cap. 7. & belli momenta, & Imperatorum pericula Deum curare. Namque è tot missilibus iactis neque galea, neque lorica munitus esset, nullum in eius corpus delatū est. Sed vel citra, vel vltra, velut ex compacto ferebantur. Similia sunt, quæ de Trajano narrat Dion Cassius lib. 53. Cum itaque compertū haberēt res Principū à Deo peculiariter prouisas, & directas, certo certius asserebant antiqui imperia, & regna veluti propria Dei hominibus ab ipso electis committi. Vnde Romulus, teste Pomponio Leto de Magistratu Romano, postquam vidit se Deo prouidente Imperio potitum, inter alias legem hanc tulit, vt nemo Regnū, magistratumué iniret, nisi Author fieret Deus ipse, idemque Romulus per auspicia confirmari voluit. Titus autē Vespasianus, qui propter eximias animi dotes dictus est amor, & delitiæ generis humani, verè quidem certè ratus est, quin, & facto insigni confirmauit, Principatus, & Regna, nequaquam aditi, aut dari, nisi prouidentia. Nam cum duos Patricij generis conuictos in affectatione Imperij cōprehendisset, nihil amplius, quam vt desisterent, monuit, dicens: Principatum fato dari, frustraque tentari fecinus potiundi spe, vel amittendi metu.

Datur itaque ducendi, ac regendi officium à Deo qui primus, ac supremus Rex dicitur, inde est quod Rex dicitur à regendo, sicut notauit Isidor. lib. 9. suarum ethymolog. cap. 3. Sicut enim, inquit ille, sacerdos à sanctificando, ita Rex à regendo dicitur, & Xenophon. lib. 8. de Cyripęd. arbitratur Principem esse hominibus legem oculis prædità, quæ ordinando iubeat, & dirigendo præcipiat. Optimeq; hac in re Pindarus dixit Regem esse mores omnium & ingenium. Cū enim ei incumbat cæteros moderari, & regere pro subditorum moribus, & natura pensandus est ille, qui regit. Et in hanc sententiam videndus est Chrysost. in cap. 3. Isai. post princip. ad illa verba. *Instituam adolescentulos Principes eorum*, ostendit enim quantum malum sit à malo deduci Rectore. Qui enim nō habet Principem, inquit ille, præduce viæ, á quo regatur; priuatus est:

Qui vero malignum fortitus est, ac reprobræ vitæ, habet à quo protrudatur in præcipitia vitiorum. Qua in re deficit a primo Duce, in cuius locum substitutus est, qui rectam docet viā, & ad vitam rectam deducit. Sed illud aduertēdum occurrit, quod Omnipotens, & supremus Dominus præ Benignitate, & Clementia sua misertus, & condescendens imbecillitati, & ignorantiæ illius populi, eorum coriphæus & viæ præmonstrator non dedignatur esse, docens imprimis Ecclesiæ suæ Proceres, & Prælatos, ac Magistros, dum à Deo assumuntur, vel Dei officio præfectos se vident, minimé superbire debere, sed benigne, & humaniter erga commissam sibi plebem se gerere debere, nec altius de se sentire, quam quemlibet subditorum, iuxta monitum Ecclesiast. cap. 32. *Rectorem te posuerunt? Noli extolli: Esto in illis, quasi vnus ex ipsis.* Eccl. 32. n. 1. Vbi adiungendum est id quod dixit Augustinus ad illa verba Pauli Philippens. 2. *Humiliauit semetipsum Dominus Iesus Christus*, vbi ita habet: Præuersitas est magna; quod superbiat qui solum habet ministerium, cum humiliari videat eum, qui habet dominium, &c.

Iure hac in re gloriatur Dauid Psalm. 130 dicens: *Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.* Quæ verba ponderans Gregorius 16. moral. docet necessariam admodum esse humilitatem ijs, qui præsunt in hunc modum. Consideremus assiduè quod sumus æqualiter cum cæteris conditi, non quod temporaliter cæteris Prælati. Potestas enim quanto exterius eminet, tanto premi interius debet. Ne cogitationem vincat, ne in delectationem sui animum rapiat, ne iam sub se mens eam regere non possit, cui se libidine dominandi supponit. Bene Dauid regni potentiam regere nouerat, qui e- Psal. 130. n. 1. lationem eiusdem potentiæ, semet ipsum premendo, vincebat, dicens: *Domine non est exaltatum cor meum.* Quique in eius humilitatis augmento subiungit: *Neque elati sunt oculi mei.* Atque addidit: *Neque ambulaui in magnis.* Et adhuc subtilissima semet ipsum inquisitione discutiens, ait: *Neque in mirabilibus super me.* Omnesque etiam cogitationes suas à fundo cordis exhauriens subiungit, dicens: *Si non humiliter sentiebam, sed exaltauit animam meam.* Ecce humilitatis hostiam ab intimo cordis oblatam crebro replicat, & iterum, atque iterum confitendo offerre non cessat. Eamque multipliciter loquens iudicis sui oculis ostentat. Quid est hoc? Et quo modo istud sacrificium Deo placere cognouerat, quod in conspectu eius tanta iteratione vocis immolabat? Nisi quod vicina esse superbia potentibus solet, & pené semper rebus affluentibus elatio sociatur: quia & sæpe humoris abundantia duritiam dat tumoris. Mirum verò valde est cum in cordibus sublimium regnat humilitas morum. Vnde pensandum est, quia potentes quique cum humiliter sapiunt, culmen extraneæ, & quasi longè positæ virtutis attingunt: & rectè hac virtute Dominum quantocius placant, quia illud ei sacrificium humiliter offerunt, quod potentes inuenire vix possunt. Subtilissima namque ars viuendi est, culmen tenere, gloriam premere, esse quidem in potentia, sed potentem se esse nescire. Ad largienda bona potentem se cognoscere, ad rependenda noxia, omne, quod potenter valet, ignorare. Rectè itaque de talibus dicitur: Deus potentes non abijcit, cum & ipse potens. Deum quippe imitari desiderat, qui fastigium potentiæ alienis intentus vtilitatibus, & non suis laudibus elatus administrat, qui prælatus cæteris prodesse appetit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

petit, non præesse. Tumoris namque elatio, non ordo potestatis, in crimine est. Potentiam Deus tribuit, elationem verò potentiæ malitia nostræ mentis inuenit. Tollamus ergo quod de nostro contulimus, & bona sunt, quæ, Deo largiente, possidemus. Sic ille ostendit quomodo Deo admodũ placeat humilitatis subiectio in eis, quos Deus cæteris voluit esse prælatos, tanto magis enim illæsam Deo offerunt prælationem, & à Deo recognoscunt sortitam dignitatem, quanto magis se conditione æquales cæteris intuentur, ne eos per elationem premant, sibique subiectos opprimãt, & ne Deo grati existant, qui curatores eos voluit esse subditorum, non tortores, memores omnium habere Dominium, qui elatos, & superbos punire possit, si non iuxta ipsius placitũ præfectura fungantur.

Præclara item sunt in eodem argumento, quæ ad eadem verba Psalmi habet Zeno Veronensis Episcop. ser. in eundem Psal. post med. dicens: In magnis, & mirabilibus se dicit nõ ambulasse, vtique non Dei, sed in illis, quæ magna ab hominibus hoc putantur in seculo. At cum addidit super me; ostendit nunquam se elatum fuisse, cum posset. Nulli enim facilius efferuntur, nisi quos inopinati honoris culmen extollit: Dauid quippe humilis, abiectus, ignobilis, sui iacebat in domo patris oues semper pascendo, propemodum peregrinus, innocens cum innocentibus reputatur, hic placuit Deo vnctus in Regẽ, inspiratus in Vatem, non insolescit in Regno: obumbrabat neminem Prophetæ terrore: Iniurias suas non exequitur Regia potestate: Odientes se diligit; inimicis parcit, parricidalibus filijs ignoscit; persecutorem suũ, & quod magis est, Regem, aliquoties à Deo in manus traditum sibi, maluit semper timere, quam occidere: Inuerso gratus officio Deo, Dei munus retinendo placiturus, Rex mansuetus, Pater pius, Propheta modestꝰ, totum potest, à toto dissimulat. Magnis, ac mirabilibus seculi nõ immutatur: mitem, humilemque retinet vbique pastorem. Sic ille describit pastoris in Regem translati, humilitatem, quæ in eo enituit, quod non de se, sed circa se mutationem factam esse cognouit, ne superbiret; etsi enim pastoris baculus in sceptrum translatus est, etsi paupercula pera in Regiam coronam, non tamen se mutatum arbitratus est, sed recte persuasus eiusdem cõditionis, ac naturæ esse, vt antea pastor ouium, postea Rex à Deo constitutus est, & ideo super se minimé elatꝰ est, qui se vbique semper hominem, & Deo subditum deprehẽdebat. Similia adhuc sunt, quæ ad eadem citata verba Psal. habet Gregor. 28. moral cap. 6. longe post med. dicens: Bene Dauid Propheta intra acceptas ex Diuina largitate mẽsuras pedẽ cordis pressérat, cũ dicebat. *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.* Super se nãque in mirabilibꝰ ambularet, si apparere magnus quæreret, &c. Ex quibus verbis cõstat eũ supra se, imo & extra se, in mirabilibus mundi dignitatibus ambulare, qui aut magnus esse vult, aut se magnum reputat, vt sibi commissos homines minimos reputet cum videat solum magnũ esse Deum, & laudabilem nimis, qui minimis hominibus munus suum committit, quó sibi traditos veluti magnos curet, regat, ac deducat.

Sed adhuc magis se explicãs Dauid ait: *Si non humiliter sentiebã.* Alij legũt: *Si non æquiparaui*, seu *adæquaui*, hoc est, si non me æquum comparem, & æqualem mihi subditis censui, & exhibui. Si aliquem meorum despexi, & contempsi, in maximum mihi crimen cedat, tale siquidem reputo Principem obliuisci suæ conditionis, vt tan

quam

quam alterius naturæ se efferat, & tãquam prorsus dissimiles suos despiciat. Paraphrasis Chaldæa habet. *Si nõ posui manum ad os*; ne scilicet, quid per contemptum in mihi subiectos homines proferrem. Theodoret. ex Symmacho: *Si non dignatus sum* (omnes sci licet benigne alloqui) *& similem reddidi animam meam ablactato erga matrem suam, sic retribuatur animæ meæ.* Putat autem Chrysost. esse hyperbaton, vt ita sit intelligendum: Si non humiliter sentiebam, sicut ablactatus super matrem suam, sed exaltaui animam meam; ita retribuatur animæ meæ. Quis vero nesciat infantem humilitatis, & benignitatis esse symbolum, quam Dauid præ se ferebat, vt comprobaret dignum esse, qui Rempublicam Israeliticam gubernaret, super quã constitutus erat Rex à Deo; nouerat autẽ se in administratione debere imitari Dei benignitatẽ, qui quãtumuis supremus, verus, & solus esset Dominus, minimé dedignatus est officium Ducis exequi, & viam populo gradienti prælonstrare, docens futuros plebis suæ duces minimè posse inferiores suos deducere in viã salutis, & recta administratione moderari, ni si præ se ferant summã benignitatẽ, & morum facilitatẽ. Vnde Saul postquã mitem, summeque beneuolũ expertus est Dauidem 2. Reg. 24. ait: *Nunc scio certissime quod regnaturus sis in Israel.* 2. Re. 24. n. 21.

Quod bene obseruat Zeno Veronens Episc. in Iacob, quando irato fratri ob ablatam benedictionẽ libenter cessit, & in Mesopotamiam profectus est, vt ea mansuetudine, qua iram fratris declinauit, & à Deo prælatus humiliter è paterna domo egressus Labani seruitio se addixit, comprobaret dignum fuisse, qui Iacobo præferretur, & primogenituræ dignitatẽ, ac successionẽ domus paternæ adiret, nullo siquidem efficaciori argumento posset comprobare prælationẽ, & dignitatẽ apud Deũ fuisse promeritum, quam tanta morum facilitate, humanitate, & humilitate, quæ est nota, & insigne apti hominis ad ducis, & Regiminis munus assumendi. Sic ergo ille habet ser. de Patient post med. Iacob per patientiã, & benedictionem lucratus est fratrem. Dat iracundiæ locũ securus: sensim, mitisque discedit, vt probet se, & meruisse, & non ambisse quod meruit. At ne quis hanc patientiam timiditatis nomine obscuret, in ducẽdis quoque vxoribus talis est conditio. Libens excipit: prolixa tempora obseruat: omnia soceri libens tolerat imperata: qui si esset impatiens, actu circumscriptus, &c. Gen. 28. n. 5.

Vnde iam intelligetur cur Angelus ad Beatissimam Virginẽ de Christo Seruatore dixerit: *Regnabit in domo Iacob in æternum.* Enimuero si quis quærat cur non dixerit in domo Abrahæ, aut auorum suorum, quibus non minor promissio facta fuit de venturo Messia, quam Iacobo? Quæsito satisfacit Salmeron tom. 3. lib 6 dicens. Non in domo Abrahã, in qua Ismael pugnat cum Isaac, nec in domo Isaac, vbi Esau persequitur Iacob, sed in domo Iacob, quæ sanctior cæteris, sicut sedes Dauid iustior reliquis. Sic ille. Cui tamẽ ex dictis addere possumus, propter ea Christum dici regnaturum in domo Iacob, quia in eo homine optima cõspiciebantur iacta fundamẽta, quæ ad regimen, & prælaturã requirũtur, quandoquidẽ Iacob à Deo cõstitutus, & designatus Dominus, adhuc seruire non renuit, nec refragatur seruum Esau quasi Dominum adorare, imò & Dominũ appellare. Huiusmodi proinde homo, qui Regni Christi typũ præmisit, domum strauit, fundatã in humilitate, & mãsuetudine, in qua Christus debuit regnare pastorũ Princeps, Regũque exemplar, qui dixit: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Qui locus dupliciter potest intelligi. Pri- Luc. 1. n. 33. Matth. 11 n. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mó, vt Dominus cupiat nos ab illo discere hoc ipsum, quod sit humilis corde,& particula,quia,posita sit pro, quod,sicque intelligunt dictum locũ D.Bernard.serm.3.de aduentu Domini,& serm.5.in vigilia Natiuit,& multis alijs in locis D. Athanas. serm. 4. contra Arrianos. D.Hierony. tom.4. ad Paulam,& Eustochium de Assumptione B Mariæ, D. Chrysost. homil. 39. in Matth. D. Augustinus lib.6. tom. de sancta Virginit. cap.35.& alibi, & sanè ille,qui alios debet docere, & instruere, mitis debet esse,& benignus, ne alioqui ab eo discedant,& fugiant, qui eum sequi debent,& comitari. In quam sententiam est optimus locus apud Chrysost. homil.17. in Ioann. post princip. vbi ponderat Baptistam multa suprema, eaq; præclara de Christo Domino turbis ad illum concurrentibus inculcasse, quæ in maximam commendationem, & authoritatem Christi Domini cedebant,attamẽ ijs omnibus auditis nullum attendisse ad ea,quæ dicebantur, nullum interrogasse quidquam de Christo Domino. At postquam illum appellauit Agnũ, qui ablaturus erat mũdi peccata,statim eũ sequuti sunt, vel ipsi etiam discipuli Baptistæ Ioan. 1. respiciens Iesum ambulantem dixit: *Ecce agnus Dei: & audierunt eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum.* Cum in humiliorem sermonem descendere cæpit, tunc sequuti sunt discipuli. Vnde animaduertendum est, quod non tam multi ad Christum sectandum adducuntur,quando magnũ aliquid & altum de Deo dicitur,sicut cum ad humiliora, & ad auditorum salutẽ accommodatiora descendit vt, &c. Statim vbi eum benignum,mansuetum,&humilem audierunt,auscultantur, quærunt, & sequuntur. Ideo D.Thom.to.14.lect.15.in cap. 1. Ioan. litera B. Cum Ioannes, inquit, dignitatem Christi commendans, dixit: *Ante me factus est:* & quoniam *non sum dignus soluere corrigeam calceamenti eius,* nullus conuersus est. Sed quando humilia de Christo,& Incarnationis mysterio loquutus est, tunc sequuti sunt eum discipuli, quia humilia magis mouent nos &c. Ideo igitur Christus ad sui doctrinam conuocat, quod humilis sit,& benignus.

Ioan. 1. n.37.

Altero modo potest etiam intelligi illud, *quia mitis sum,* vt particula, quia, sit causalis, & reddat rationem, cur omnes abeo libenter discere debeant, quæ est expositio Gregor. 20. moral. eamque probabiliorem censet Cornelius Iansenius. Clariorque redditur ex Bernardo serm. 70. in Cantic. ad illa verba Cant. 2. *Dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia*; enumerans vero lilia, inter quæ Sponsus pascitur, recensет mansuetudinem, qua maximé ad se attrahit pascendas oues, & in pabulis constituit, ac retinet. Quo sensu etiam Diuus Ambrosius exponit illud Matthæi 10. vbi Apostoli virgam secum ferre minime permittuntur. Quid est, inquit, virga, nisi præferendæ potestatis insigne, & vlciscendi instrumentum? Hoc autem non alliciuntur homines, sed fugantur potius, & deterrentur. Et lib.5.Hexamet.cap.21. decet Regem similem esse debere Regi apum, qui etsi habet aculeum, non tamen vtitur eo ad vindicandum, aut pungendum. Nec, inquit, est necessarium, nam apes illæ, quæ non obtemperauerint legibus Regis pœnitentis,se mulctant condemnatione,vt non immoriantur aculei sui iaculo. Videndus idem Ambrosius lib.2. officior. cap. 7. vbi docet Moysen, & Dauidem propter mansuetudinem, & benignitatem, magis quam ob rerum gestarum gloriam fuisse populo charissimos, vbi obseruat Ambrosius, quod Moyses cum Deo quidem constanter, & quasi figuroſe loquebatur,

quebatur, at verò populum grata appellatione compellabat. Similia sunt quæ habet Hieron. ad illa verba Isai. 5. *Væ qui potentes estis ad bibendum*; vbi ostendit non deeere potentiores humiliores premere,totamque potentiã in eos exerere.

Sed iam aliunde liceat ostendere quanta cum benignitate debeat se habere, qui alijs præeminet, vt eum sequantur ducem,non fugiant, aut vereantur dominum. Enimuero Senec. epist. 47. in fin. postquam multis inculcauerat quo pacto se vnusquisque Paterfamilias habere debeat cum familiaribus suis, tandem ait. Maiores nostri omnem inuidiam dominis, omnem contumeliam seruis detraxerunt: dominum Patrem familias appellantes, seruos familiares. Non est quod fastidiosi te deterreant, quominus seruis tuis hilarem te præstes, & non superbe superiorem, colant potius te, quam timeant. Dominis parum est,quod Deo satis est, qui colitur,& amatur? Non potest amor cum timore misceri, rectissime ergo te facere iudico, quod timeri á seruis tuis non vis, quod verborum castigatione vteris. Verberibus multa admonentur: non quidquid nos offendit, & lædit, sed ad rabiem cogunt venire delitiæ, vt quidquid non ex uoluntate respondit, iram pronocet. Regum nobis induimus animos. Nam illi quoque obliti. & virium suarum, & imbecil'itatis alienæ,sic exardescunt, sic sæuiunt, quasi iniuriam acceperint,&c. Et lib. 1. de Clement. cap. 1. statim post princip. ait. Est clementia omnibus quidem hominibus secundum naturam, maxime tamen decori Imperatoribus, quanto plus habet apud illos, quos seruet, quantoque in maiori materia apparet. Quantulum enim nocet priuata crudelitas? Principum sæuitia, bellum est. Cum autem virtutibus intercessit concordia, nec vlla altera melior, aut honestior sit,quædam tamen quibusdam personis aptior est. Clementia in quamcunque domũ peruenerit, eam fælicẽ, tranquillãque præstabit, sed in regia quo rarior,eo mirabilior. Magnã fortunã, magnus animus decet. Magni autẽ animi est proprium, placidũ esse,tranquillumque.Seruare proprium est excellẽtis fortunæ, quæ nunquam magis suspici debet, quãcũ illi contingit idem posse, quod Dijs, quorum beneficio in lucem edimur tã boni,quã mali Eorum itaque sibi animum asserens Princeps,alios ex ciuibus suis, quia vtiles, bonique sunt, libens videat, alios in numerum relinquat: quosdam esse gaudeat,quosdam patiatur.Similia sunt. quæ habet lib.3.de Benefic.cap. 22. Et Plin.in Panæg ait. Principis est beneficijs potius,quam remedijs ingenia nostra experiri. Et Terent. in Adelph.

Errat mea quidem sententia,qui imperium credat
Grauius,aut stabilius vi quod sit, quam illud quod amicitia adiungitur.

Et Senec.in Hercul. furen. Act.1.

Iraque nostra fruitur in laudes suas,
Me auertit hodie,dum nimis sæua impero.

Et Act. vlt. ad fin.

Qui vult amari,languida regnet manu,
Inuisa nunquam imperia retinentur diu.

Quod etiam dixit Ouidius.

Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox.

Quod etiam prosequitur Cornel.Tacit.11.annal.ostẽdens potentiã,& mansuetatem lenioribus potius, quam acrioribus consilijs tutius haberi. Qua in re dux etiam fit Iulius Cæsar,cuius cum permulta extent clementiæ monumenta, tum illud imprimis apud Sueton.in eius vita cap.75. habet admirationem,quod detectas,contra se coniurationes,conuentusque nocturnos non vltra arguerit, quam vt edicto ostenderet esse sibi notas:& acerbe

Universidad de Deusto
Biblioteca

loquentibus satis habuit pro concione denuntiare, ne perseuerarent, Aulique Cæcinnæ criminosissimo libro, & Pitholai carminibus maledicentissimis laceratam existimationē suam ciuili animo tulit. Omitto quod post Pharsalicam victoriam (teste Dion. lib. 41.) plerisque clarissimis viris qui Pompeium secuti erant, in quibus Brutus ille, à quo postea occisus est, clementer ignouit. Quinimo quod magis admirandum, cum in scrinijs Pompei secretæ literæ repertæ essent, ex quibus, quo plerique animo, & erga Pompeium, & contra se fuissent, deprehendere potuisset, neque legit eas, neque descripsit, sed ex tēplo cremauit, ne quid acerbius in quem statuere ex literis cogeretur. Proximus huic accedat eius nepos Augustus, qui cum Tiberium præuignum suum acerbius conqueri animaduertisset, quod Æmilium Elianum blateronē, & maledicum virum nulla admoneret pæna, ita ei descripsit, sicut refert Sueton. in eius vita cap. 51. Ætati tuæ mi Tiberi noli in hac re indulgere, & nimium indignari quemquam esse, qui de me malè loquatur: satis est enim si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit. Cuius sententiam deinde, cum imperaret Tiberius eius successor, imitatus est, domestica disciplina perdoctus. Nam, sicut refert idem Sueton. in eius vita cap. 28. aduersus conuitia, malosque rumores firmus, ac patiens fuit sub initio imperij sui, crebroque in familiari sermone iactabat, in libera ciuitate mētem, ac linguam liberam esse debere. Adeò, vt in se iactet dicere, nolle ad cognitionem vocari. Nec omittendus allatus iam Augustus, referente Tacito in eius vita cap. 45. qui cum de eo sparsi essent famosi in curia libelli tantum abfuit, vt punitum iret authores libellorum, quin potius in eos inquirere noluit, sed tantum censuit cognoscendum posthac de ijs, qui libellos, aut carmina ad infamiā cuiusque suo, alienouè nomine ederent. Vespasianus item, referente eodem Sueton in eius vita cap. 13. Maledicta in se librata æquo animo pertulit, & Demetrium Cynicum in itinere obuium ac neque assurgere, neque salutare dignantem, oblatrantēque etiam nescio quid satis habuit canem appellare. His coronidem imponat Constantinus Imperator, referente Baronio to 3 annal. anno Christi 324. qui cum à nonnullis hortaretur, vt in aliquos, qui effigiem suam lapidarant, animaduerteret, dicentibus, quod omnem ipsius faciem saxis conuulneraſſent, fertur manu eam palpans, leniterque ridēs dixisse: Ego vero nusquam vulnus in fronte factum video, sed sanum quidem caput, sana vero, & facies tota. Ita cōtumeliā flocci fecit Magnꝰ Imperator; & magnum clementiæ exēplar posteris omnibus consignauit. Plura hac de re passim videat, qui velit, apud Valeriū Maxim. lib. 5. cap. 1. Baptistam Fulgos lib. 5. cap. 1. Panormitan. 2. de gestis Alphonsi Aragoniæ Regis, Æneam Syluiū 3. de gestis Alphonsi, & lib. 2 de gestis Rodolphi, Tacit. 4. historiæ Ex quibus omnibus constat necessariam esse clementiam, & benignitatem ijs, qui alios ducunt, & sub sua tutela habent; maxime vero in Christiana Republica, vbi Principes, & Reges probe agnoscunt, & ingenuè fatentur se à Deo substitutos esse, qui verus, & supremus Dux est, vt eiusdē Dei plebem deducant.

Quanta autem benignitate Deus vtatur erga suos bene deducit Philo in lib de decem oraculis, cum quærit, cur Deus condendo, & publicando legem, quam vniuerso populo Israelitico ediderat, ita eam publicauerit, vt non cum omnibus videatur loqui sed cum priuato aliquo, & peculiari homine,

mine, nec enim dicit; Diligetis Dominum Deum vestrum, sed potius; *Diliges Dominum Deum tuum*; Ne quispiam Imperatorum, vel Regum, vel Dominorum vllum ex eorū numero, qui priuatam vitam agunt, audeat despicere, cum Deus non dedignetur eundem benigne alloqui. Quæret aliquis, inquit Philo, non immerito, cur in concione tam multorum millium, quodque Oraculū singulos appellat, non plures: Non mæchaberis, non occides, non furaberis, & ad eundem modum cætera. Respondendum est igitur, ideo placuisse hanc formulam, vt lectores Sacræ Scripturæ discerent quiddam valde pulchrum, & necessarium, videlicet vnumquēque tantisper dum Deo paret, ac legibus, honore æquari frequentissimo populo, vel potius omnibus gentibus. Addo amplius, mundo etiam vniuerso. Altera causa hæc affertur: Exemplum hic datum esse, ne quis vnquam Rex, tyrannusue superbe despiciat priuatū obscurumque ciuem, sed doctus à sacris legibus deponat supercilium, fastumque dediscat, sic secum-verisimiliter immouere cogitans, si ille ingenitus immortalis, sempiternus, nulliꝰ indigus, creator rerum omnium, beneficus regum Rex, & Deus Deorum, nec humilissimum quidem contemnere sustinuit, sed hunc quoque admisit ad oraculorum suorum epulum, tanquam inuitato ei soli paratum ad exhilarandam animam, quantum fas est sacris, magnisque mysterijs initiatam. Ego mortalis cur inflatus ceruicem erigam, efferens me vltra eiusdē naturæ participes, fortuna impares mihi, non origine generis eadem forma insignitos, & mecum censendos in hominum numero? Exhibebo igitur me comitem & affabilem, etiamsi terræ, marisque imperium assequar, vel egētissimis, obscurissimisq; domestico destitutis auxilio, vtroque parente orbatis, & mulieribus viduitatē tolerantibus, senibusque, quibus aut nunquā contigerunt liberi, aut erepti sunt immaturo interitu; homo enim cum sim, non est æquum, vt maiestatē tragicam in me recipiam: continebo me intra naturam meam, nec transgrediar eius terminos: Assuefaciam potius mentē humanitatis affectibus, non solum propter incertas fortunæ vices, mutantis lætis tristia, verum quia sic decet, etiamsi fælicitas maneat perpetua, non obliuisci conditionis suæ. Hæc sunt, opinor, causæ, cur singulariter loquuntur oracula, quasi dirigantur ad vnum hominem. Sic Philo, quiduas rationes affert, cur homo in dignitate constitutus sibi subiectos omni comitate, & mansuetudine debeat alloqui: prima scilicet consideratio eiusdem naturæ, ac conditionis; secunda, fortunæ instabilitas, & perpetuum periculum, cui maior dignitas subiacet: Primam illam rationē videntur sibi præposuisse, qui subditos, veluti filios, reputabant. Qua in re præter multa, quæ alibi diximus, cōmendandi veniunt Palestinæ Reges, dum se Abimelec vocabant, vt videre est Genes. 21. & 26. quod nomē sonat Regē Patrem, quia scilicet parentes erant suorum clientum, cum quibus eandem naturæ conditionem participabant.

Laudandus item occurrit Lacedemoniæ Rex Agasicles teste Plutharco in apophthegmatib. Laconicis, qui dixit Regem debere præesse suis, non tanquam Dominum seruis, sed vt parentem filijs. Et in hanc sententiam dixit Pacatus, in Panægirica oratione pro commendatione Theodosij Imperatoris. In ipsis statim Imperij auspicijs priuatorum domos adibat, & vrbis angulos, qui nunquam Imperatorē viderant, pio lumine complebat. Videndusque erit Valer. Max. lib. 8. cum in duobus Regibus Cyro, & Mithridate

Universidad de Deusto
Biblioteca

thridate vnum optimum Principem constituit, quorum alter, scilicet Cyrº, omnium militum suorum nomina memoriter tenebat, alter vero duarũ, & viginti gentium linguas, quæ eius Imperio parebant, optime tenebat, ille vt sine monitore exercitum salutaret, hic, vt eos, quibus imperabat, sine interprete alloqui posset, vterque vero humaniter agens, & se hominem hominibus subditis agnoscens. Nec minus efficax est instabilitatis ratio, dogma quidem nunquam satis inculcandum Principibus, & supremis viris, quippe quod pleriq; eorum nimia sui fiducia, aut humanæ fragilitatis oblitione (quæ rebº lætis, vt plurimũ, interuenit) alios præ se nihili faciunt, quin potius despicatui habent, atque eos maxime, quos impotentiores, vel inferiores vident. Parũ sane isti prouident, quod Valer. Max. dixit lib. 6. cap. vlt. caduca hæc esse, & fragilia, puerilibusque cõsentanea crepundijs, quæ sublimia apud homines vocantur. Parum item recolunt alternantis fortunæ vicissitudinem, instabilemque vitæ tractum, hoc enim si facerẽt, inuenirent certũ id, quod dixit Senec. 6. de benefic. cap. 23. sæpe, scilicet, inter fortunam maximam, & vltimã nihil interesse, proindeque dum se in maximo dignitatum culmine intuẽtur infimum abiectionis gradum contemplarentur: Vnde eleganter idem Senec. 4. natural quæstion. dixit: Quæ excelsa videntur, prærupta sunt, iam autem prærupta casibus, & lapsibus vicinoiora sunt, vnde sicut idem Seneca monet lib. de Tranquillit. vitæ, plerisque hærendum est in fastigio suo, ex quo non possunt nisi cadendo descendere. Cur igitur tanti faciendus ascensus, cuitam miserabilis succedit, imo accidit descensus? Sed vide quod nam remedium suggerat ibidem Senec. dum ait. Fortunam vestram quã maxime poteritis in planum deferte. q d ad inferiores mente descendite. & vos cum eis æquales inuenientes, minime eos despicietis; Mensuram autem ad deprehendendam huiusmodi æqualitatem ibidem apponit Seneca dicens: Vestra vos, non Principis fortuna metiamini; Illa enim recto iudicij examine veritatẽ proponet, fortunæ vero & dignitatis necessario decipiet, magis vero si securitatem quis in ea arbitretur posse reperiri. Proponendus tamen huiusmodi hominibus Seianus præpotens ille Tiberij Cæsaris aulicus, qui teste Dion. Cassio lib. 58. inter cæteras impotentis animæ significationes, hanc edidit quod statuas sibi, ceu Cæsari, erigi, imo & ad ea sacrificari passus sit, singulorumq; studia, atque salutationes affectare, acriter obseruando eorum, maxime Procerum, verba, nutusque. Verum quas arrogantiæ pœnas suæ dederit, accipiamus ex Senec. de tranquillit. vitæ cap. 11. Quo die inquit, illum Senatus deduxerat, populus in frusta diuisit. In quem quidquid congeri poterat, Dij, hominesque cõtulerant, ex eo nihil superfluit, quod carnifex traheret. Sic Seneca pauca hæc verba, sed quæ possent, potentissimos terrere superbos. Adhuc tamẽ audiẽdus Dion cum ait. Seiani casus humanam imbecillitatem egregie ob oculos ponit, monetque nusquam inflate se gerere, quẽ enim, vt præstantiorẽ se, vniuersi ad curiam comitati fuere, tunc quasi minime se meliorem in carcerem rapuerunt; quem coronis ante dignati fuerant, ei tunc vincula induxerunt; quem tanquam dominũ stipauerant, eum fugitiui instar custodiuerunt, tegimenque obuelantis se detraxerũt, alapis ingestis; quem ante prætexta purpura veste decorauerãt, cui genua flexerant, ac vt Deo sacrificauerant, eum tunc ad mortem duxerunt, itaque capite mulctatus in Gemonias proiectus est, eumque totum triduum

populus ludibrio habitũ in Tyberim misit; liberi eius ex Senatus consulto necati; Filia, quã pactus erat Claudij Imperatoris filio, constuprata prius á carnifice, quasi impium esset virginẽ in carcere perire Hactenus Dion, quẽ sæpiús legant, & relegant tumidi quidem animi, fortunæ suæ omninò indulgentes, cæterosquè infimos contemptui habentes; cõmonentur enim in hoc homine, quod eriam in vno Amon Scriptura testatum facit. Huc etiam facit quod apud Spartianum legimus, scilicet Adrianum Cæsarem liberto iussisse colaphum impingi quod medius duos inter Senatores incederet, monuitque eum, ne contẽneret constitutos in gradu superiore propter gratiam, qua apud se valebat. Noli, inquit, inter eos ambulare, quorum esse adhuc potes seruus. Nouerat vtique instabilitatem fortunæ, quæ supremos deponit, & in infimum deijcit locũ quam citissime. Videndus item Macrob. lib. 1 Saturnal. cap. 11. vbi inter cætera sic habet: Si cogitaueris tantundẽ intra quos terminos ludat fortuna: tantum ille vendere liberũ potest, quantum ille te seruum. Nescis qua ætate Hecuba seruire cæpit, qua Crœssus, qua Darij mater; Ipse tu modo viue cum seruo clementer, comiter quoque, & in sermonem illum, & nonnunquam in necessarium admitte consilium. Cum ergo necessaria sit benignitas, & humanitas in eo, qui præest, vt subditos ad se alliceat, eũque sequantur ducentem, ad hoc maxime conducit si suæ fortunæ, sicut par est, nimium non confidat, si suæ naturæ memor eiusdem conditionis consortes minime despiciat, sed se illis comparem, & æqualem exhibeat.

Verũ temperanda erit hæc humanitas, ne nimia clementia insolescat seruorum genus, quod bene expendit Rupert. lib. 8. in Genes. cap. 37. ad illa verba Psalmi, *Honor Regis iudicium diligit*, vbi ait. Sicut clementia honor est Principis, sic & honor Regis iudiciũ diligit. Etenim vbi totum punitur Regia seueritas crudelitate polluitur. vbi vero totum remittitur, facies maiestatis sine metu disciplinæ cõremnitur, &c. Similia sunt quæ habet Bernard. lib. 1. de considerat. cap. 3. in med. vbi. ait. Magna virtus patientiæ, sed non hãc tibi ad istã optauerim. Tu ne approbes illorum patientiam, quibus Paul. dicebat: *Libenter sufferitis insipientes, cum sitis ipsi sapientes*? Nisi fallor, ironia erat, & non laus, sed sugillatio quorundam mansuetudinis, vt quasi datis manibus Pseudo Apostolis (á quibus & seducti erant) ad quæque ipsorum peregrina & parua dogmata trahi se patientissime ferrent; Non bona patientia, est cum possis esse liber, seruum te permittere fieri, &c. Clariora sũt, quæ habet Greg. 19 Moral. c 12. post med. cũ ait Solerter intuendum est, ne dum immoderatius custoditur virtus humilitatis, soluantur iura regiminis: Et dum Prælatus quisque plus se, quam decet, deijcit, subditorum vitam stringere, subdisciplinæ vinculo non possit. Teneamus ergo exterius, quod pro aliorum vtilitate suscipimus: Teneamus interius, quod de nostræ æstimatione sentimus; sed tamen decenter quibusdam erumpentibus signis tales nos apud nos esse, vt ipsi nos etiã, qui nobis cõmissi sunt, non ignorent: Vt de authoritate nostra, quod formident, videãt, & de humilitate, quod imitentur, agnoscant.

Vidẽdus Chrysost. hom. 38. in Gen. cum explicat verba illa Genes. 16. *Vidit Agar, quod vterum gereret, & contempta est Domina coram ea.* Ille, inquit Chrysost. est mos seruorum, vt cum parum prosperitatis eis aspiraverit, nequeant inter suos limites manere, sed statim sui ordinis obliuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

cantur,& in ingratitudinem propensi sint id, quod huic ancillæ accidit;Nã vt vidit vteri sarcinam, neque dominæ admirabilem honestatem, neque suæ veritatem conditionis cogitauit, &c. Similia sunt quæ habet Clemens Alex. 3. pædag. & Boetius 4.de Consolat. prosa 4. vbi ostendit melius esse animaduersione vti erga impios, quã benignitate. Fæliciores, inquit, sunt improbi supplicia luentes, quã si eos nulla iustitiæ pæna coerceat, & cum verum sit id, quod dixit Cicero pro Milone, maximam illecebram esse peccandi impunitatis spẽ,hoc maxime reperitur in improbis,quos ad deteriora perpetratis allicit,vnde Iulius Imperator in Mosopog.inclamat.Lenitas improbitatem alit, atque corroborat; Cum enim iniquitas timore coerceatur, quis eum vereatur, apud quem semper conditum, imo constrictum ferrum est,sicut dixit Seneca 1.de Clement. Ideoque Deus permittit sæpe, vt qui parcit nocẽtibus,& improbis,ab ijsdẽ quoque puniatur,& ipsimet vindicẽt iniuriam illatã Reip. (cuius nimirũ maxime interest maleficia impunita non esse) per impunitatem sibi concessam in persona concedentis.

Hinc Saul regno priuatus est iudicio Dei, quod Agag Regem contra 1.*Reg.*15. præceptum Dei viuum reseruarat, & ad Achas Regem,qui Regi Benadab, quem necari iusserat Deus, pepercit, 3.*Reg.*20. n.42. dictum est. *Quia dimisisti hominem dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius.* Huiusmodi enim benignitas cõtra ius, & præceptum Domini acri supplicio à Deo punitur. Vnde August. epist. ad Bonifac. ait. Quomodo reges seruient Domino in timore,nisi ea, quæ contra iussum Domini fiunt, religiosa seueritate puniendo, atque plectendo? Pulchreque in hanc sententiã vates ille Germanus Gunthe-

rus dixit lib.1. Plus sæpe nocet patientia Regis, quam rigor. Ille nocet paucis, hæc incitat omnes, dum se ferre suos sperãt impune reatus. Quæ ratio recto iudicij æquilibrio appensa tantum valuit apud Theodosium Imperatorem, sicut videre est apud Baronium tom. 4.anno Christi 390. Vt cædis in Præfectum militũ commissæ per Thessalonicenses Ambrosio, alijsque præsulibus datam reuocaret, quippe qui videbat spe impunitatis subditos efferari, plurimaque scelera atrocissima multifariam ab his perpetrari; Nam quod in Antiochenos,qui statuas ipsius, simul & Augustæ defũctæ contumeliose deiecerant, nõ animaduertisset,excitatos viderat Arrianos, qui ea indulgentia, sumptis in audaciam animis, Constantinopolim Arcadio Imperatoris filio, magistratibusque contemptis,in domum Episcopi insilierant, eamque furibunde concremarant. Rursum indulgentiã Arrianis datã Catholicis quoque ferret, & materiam dedisse grassandi in synagogam Iudæorum, & in ædes Valentinianorum. Quod si Thessalonicensibus, qui ad deterrima quæque animum adiecerant, ignoscceret, non dubie actum fore de Imperij statu, quem nimia indulgentia euersum iri ex anteactis aliorum erratis facile prouidebat. Statuit itaque (& quidem laudabiliter, si non innocentes iuxta,atque nocentes trucidari mandasset) publicum delictum publica animaduersione exequi Recte enim censebat pro arbitrio & ratione temporis debere Principem adhibere misericordiã,& indulgentiam, atque rigorẽ tẽperare iustitię. Ab his vero tunc abstinendũ, cũ rerũ experientia constaret,ex ea subditos reddi cũtumeliosos, proteruos, atq; ad delinquendũ faciliores. Adeo vt nisi mox legũ seueritas aduigilet, & gladius potestatis occurrat, nulla amplius futura sit securitas

magistratibus,

magistratibus, periclitandamq; mox salutẽ Principis, si impune liceat populo leges proculcare, & conferto animo appetere magistratus. Seueritas igitur adhibenda est,de qua merito Cicero epist. ad Marcum Brutum salutarem seueritatem vincere inanẽ spem clementiæ. Cæterum maximopere cauendum erit Principi,ne dum seueritatẽ vsurpat,in sæuitiam, adulterina quadam affinitate, prolabatur. Seueritas siquidem Regem plurimũ addecet, maiestatẽ quandam præstat, & dignitatem auget, redditque eum inter mortales,quasi Diuinũ aliquod Numen, quod homines non modo venerantur,verum etiam adorant. At sæuitia tyranni est, non Regis,vt quæ augeat inimicorum numerum tollendo,sicut dixit Seneca 1. de Clemẽt. & plus timoris,quam potentiæ addat, sicut dixit Salust. de bello Iugurth. Vnde sic agere debet cum subditis optimus Princeps, ait Collumella, vt magis vereantur seueritatem, quam vt sæuitiam detestentur. Sic itaque se habere debet Princeps, & Rex, qui alios ducere vult, & quem sequi cæteri tenentur, sæuum enim tyrannum potius omnes declinant,quam comitantur.

Duces itaque meminisse debent in suorum disciplinam, doctrinam, & ducatum constitutos esse,& pro aliorũ profectu, & vtilitate; non pro suis cõmodis supremũ locũ obtinere, proindeque nullatenus se, suaque lucra curare decere, sed se totos in aliorũ cõmodum conuertere, & in eorum profectum impendere, cuius præclarum exemplum habemus in Moyse, qui Num.27. n.16. Numer.27. è vita decessurus, sui, & filiorum penitus oblitus, & de populo sibi commisso totus sollicitus, ait: *Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui præsit super multitudinem hanc*, vbi Origen. ait: Erant ei filij Iessan,& Eleazar,& filij fratris,& magni, & egregij viri, non orat Dominũ pro ipsis, vt constituantur duces populi, vt discant Ecclesiarum Principes successores sibi non propinquitate carnis testamento signare,neq; Principatum Ecclesiæ hæreditarium tradere, nec eligere eum, quẽ humanus commendat affectus, sed Dei iudicio successoris electionem permittere. Poterat recto iudicio Principem eligere,cui dixerat Deus Numer 11. *Elige præsbyteros populi, &c.* sed non elegit, non audet,ne relinquat posteris præsumptionis exemplum, &c. Clarius ad rem nostram Abulens. ibi q.37 in fin.concludit: Promptus ad obediendum sententiæ Dei,cum ipse iusserit, quod moreretur, non refugit mortẽ, sed petiuit, vt daretur aliquis Rector super totum populum; verus quippe pastor iste erat, qui in limine mortis existens, de ouibus memoriã agebat, magis vtilitati populi insudans, quã suæ; Nec pro se aliquid à Deo hic petijt,sed pro subditis. Et Lyran.ibidem ait: In hoc apparet charitas Moysi,qui accepturus Dei voluntatem, pro se nihil petijt, sed statim ad procurandũ bonum populi se conuertit. Idem etiã aduertit Oleaster, dicens: Vide de quo sollicitatur, non est sollicitus pro vxore, non pro filijs, aut consanguineis, sed ne populus sine pastore maneat. Et post multa subiungit. Discãt ex hoc viro pastores,quã solliciti esse debeant super gregem Domini in vita,postquã iustum sic vident in morte pro eo sollicitari. Sic ille. *Num.*11. *n.*16.

Hoc etiam aperte cernitur in Iosue, qui promissam terram totam distribuit filijs Israel; *Cumque complesset sorte diuidere terram singulis per tribus suas, dederunt filij Israel possessionem Iosue filio Num in medio sui*: Vbi vides totius populi Principem cæteris omnibus possessiones assignasse, sibi vero nihil assumpsisse, sed de manu subditorũ accepisse,quod ponderans obiter Hie *Iosue.*19. *n.*49.

ronymus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ronymus in cap. 47. Ezechiel ait. Ipse Iosue, qui diuisor terræ fuit, non propriam sibi seperauit terram, ne optimam elegisse videretur. sed accepit á Principibus omnium tribuũ. Thamnathsareth in monte Ephraim. Latius (vtpote ex professo) rem prosecutus Masius ad citata verba, ait: Prædicanda est sæculis omnibus singularis Iosue modestia, & temperantia, qui cũ summo Imperio difficillimis temporibus perfunctus esset; Æquumque videretur, vt penes quem maximi fuissent labores, apud eundẽ prima quoque essent præmia: Non ante rebus suis priuatis consultum cupiuit, quã publicarum procurationem prorsus absoluisset. Hac nec tum quidem locũ aliquem palmarẽ arroganter ipse occupauit, in quo tanquam in regia præ cæteris popularibus suis superbe, & splendide habitaret; Ne dum possessiones alicui suas ereptum per vim iuit, sed modestissime inter suos tribules (erat enim Ephraimita) possessionem, nullis, præquauis alia, commoditatibus insignem (hoc enim est illud, in medio ipsorum) sed, quod est vero simillimum, multis rebus deteriorem sibi optauit, in qua posset non laute, & regali cum luxu versari, sed sedere, id est, multis curis, & laboribus fessam suam senectutem humiliter traducere: Pulchro scilicet, & memorabili exemplo id præstans, quod cognominis Iosue Sirach, ad illius, opinor, modestiam alludens, monet cum ait. *Si te ducem constituerunt, ne te efferas: sed talem te gerito, quasi vnus sis e multis. Habeto ipsorum curam. Ac tunc demũ sedeto, quæque tibi opus sunt, procurato, gloriamque consecutus requiescito.* Sic enim est mendosus ille locus legendus. Certe montanæ possessiones in siccis illis locis deterrimæ sunt, & campestribus posthabentur. In qua re D. Hierony. (in epitaphio Pauli) Paulã illam suam esse miratam scribit, cum ad Iesus monumentũ viseret, quod ipse possessionum omnium destributor, sibi montana, & aspera loca delegisset. Sed neque abædificijs paratum fuisse locum argumento est, quod vrbem ipse exædificauit, priusquam in ea cõsideret. Possent autẽ ista ad verũ Iosuam nostrũ Christũ accommodari, qui cum esset omnium Dominus, videri voluit minimus virorum, & in forma Dei existens, formã serui sumpsit: partaque nobis per suos labores maximos, & ærumnas; per Crucem, per mortem denique, hæreditate cælesti, nullum amplius à nobis operæ pretium reposcit, quam vt sibi locum in medio nostri, hoc est, in animis nostris concedamus, & in nostris cætibus: Quem locum ipse sibi sua benignitate, & gratia pro habitatione cõparet, ædificetq; cæteroqui prorsus incultũ, imo vitiorũ nostrorũ pædore fædum. Sic ille ostendit verum, ac supremum Ducem nostrum Christum, pastorũ magistrũ sola nostra curare, oblitu suorũ. Quod in figura etiã docuit Iosue, dũ omnibus tribubus Israel possessiones assignans, quasi sui omnino oblit⁹, nihil sibi reseruauit, nullãterę portionẽ pro sua habitatione adscripsit, tot⁹ circa alios sollicit⁹ distributor.

Eccli. 31 n. 1.

Sed hoc adhuc ostendamus in Ecclesiastico Principe, & Summo Sacerdote, qualis planè secundum probabilem sententiam fuit Zacharias pater Ioannis Baptistæ. hic enim in templo non pro se, domuue sua, non pro filio consequendo, sed pro vniuersa Ecclesia Iudæorũ preces coram Deo fundẽs nobis proponitur Luc. in cap. 1. vbi illud, *exaudita est deprecatio tua*, non est intelligendum de oratione facta pro consequenda prole, quæ est aliquorũ Recẽtiorũ sententiã, sed pro oratione de aduẽtu Messiæ, & cõmuni omniũ hominũ remedio, quod á Verbi Incarnatione omnino dependebat, hoc enim precabatur, hoc in votis habebat, & de

Luc. 1. n. 13.

hoc sollicit⁹ pro aris oblatur⁹ aderat, Ecclesiastici agminis Dux, & cõmunis Ecclesiæ Antistes, qui peculiare bonũ domus, ac familiæ suæ in communi omnium oratione minimè intendebat, sicut videre est apud August. lib. 2. quæst. Euangelicar. cap. 1. vbi duo efficacissima argumẽta pro hac re adducit. Videdus itẽ Chrysost homil. de Natiuit. Baptistæ tom. 2. & homil. de Incomprehensibili Dei Natura to. 1. Ambros. Theophylact. & Euthym. ad citat. locum Lucæ. Et quia hanc probabiliorem censeo sententiam, non est quod quis vim faciat in concessione filij, quasi hoc intentum fuerit, & postulatum per eam orationem Zachariæ, de qua ibi agit Sacer Textus. Solet enim Deus plura tribuere, quã postuletur, & non solum petitiones nostras, sed & desideria etiam nostra liberalitate sua superare. Vnde Paulus Ephes 3. ait. *Potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus.* Cuius rei exemplum habemus 3. Reg. 3. vbi cum Deus apparuisset Salomoni, ac dixisset: *Postula quod vis, vt dem tibi*; postulanti sapientiam, dedit ex abundantia, non tantum sapientiam postulatam, sed diuitias, quas nõ petierat; huc etiã pertinet quod Christus ait Matth. 6. *Quærite primum Regnũ Dei, & hæc omnia adijcientur vobis*, scilicet, supra postulatum regnum. Vbi videndus est August. de serm. Domini in monte cap. 12. Facit etiam illud Matth. 18. Vbi legimus oblatũ fuisse quendam, qui debebat decem millia talenta, & Dominum debiti precabatur, vt expectaret tempus, quo illud soluere posset, *Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum simul etiam dimisit, non postulatum*; Quẽ locũ eleganter expẽdit Chrysost homil. 27. in Genes. post med in hunc modũ: Bonus Dominus, misericors nostriq; curã agens, supplici beneuolens, non solum quantum petijt, sed quantũ nec cogitare quidem ausus fuit, dedit. Is enim eius mos, vt vincat & præueniat petitiones nostras. Illo itaque orante vt seueritatem Dominus remitteret, & promittente soluturum se omnia: Dominus bonitate sua vincens nostra delicta; Misericordia motus, inquit, dimisit eum, fænusque totum ei dimisit. Vidisti quod seruus orauerit, & quantum ei Dominus dimiserit? Sic ille ostendit Dominum multo plura concedere, quam ab illo postulemus, quod ex adductis locis etiã cõstat. Vnde fit cõsequens Zachariã pro vtilitate, & remedio totius gentis deprecatum fuisse pro eoque exauditum, & vltra postulata concessisse ei Diuinã benignitatem filium iamdiu exoptatum, nõ tamen adhuc in senectute petitum. Sed iam ad nostrũ argumentum reuertentes communẽ Pontificem, communes etiam preces fundentem sic prosequitur Chrysolog. ser. 88. ante med. Putasne sacerdos tantus sic est populi, sic est vniuersitatis oblitus, vt de conceptu veteranæ coniugis de partu desperatæ sterilis rogaret, vt sibi soli legatus omnium tunc adesset, vt aduocatus omnium pro se singulariter oraret, vt tantum Pontificatus officium intra domesticas arctaret curas, inter familiares clauderet, & occuparet angustias, & incensum totius plebis, in solum desiderium proprij pignoris adijceret veteranus Antistes, ac tali desiderio grandæuus, & ipsum tempus iã respiciens, ad partũ succederetur intempestiuum? Absit, absit fratres, vt hoc de Sancto Zacharia fidelis anima suspicetur. Sic ille ostendit publicũ virum, & communem Synagogæ Antistitẽ non sua recoluisse commoda, nec peculiarem vtilitatẽ respexisse, sed quod ad vniuersam plebem, & orbem terræ conduceb at.

Ephes. 3. n. 20.

3. Reg. 3. n. 5.

Matt. 33. n. 33.

Matt. 18. n. 26.

Plura hac de re habet Bernard. epist 229. & epist. 346. & 347. Multaque

habet lib.2 act.3.de Considerat & Hieronym epist. ad Rusticum de forma bene viuendi. Multa etiam habet Epist ad Saluinam de seruanda viduitate loquens de Nebridio marito Saluinæ, vbi inter alia multa. Detrimẽtum pecoris, pastoris ignominia est. In quâ sententiâ Cicero 1.officior dixit: Qui Reipub. præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant. Vnum, vt vtilitatem ciuium sic tueãtur. vt quæcunque agunt ad eam referant, obliti commodorum suorum. Alterum, vt totũ corpus Reipub curent, ne cũ partẽ aliquam tuentur, reliquas deserant: vt enim tutela, sic procuratio Reipub. ad eorum vtilitatem, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est Et Orat de lege Agraria in eodem sensu dixit. Cũ consulis populo, remouea te suspitionem alicuius tui commodi. Fac fidem te nihil, nisi populi vtilitatẽ, & fructũ quærere. Optime in eandem sententiam dixit Claudian.ad Honorium.

Tu ciuem, patremque geras, tu cõsule cũctis,
Non tibi: nec tua te moueant, sed publica damna.

Facit etiam huic argumẽto illud Mutiani apud Tacit.lib 2.histor. Omnes, inquit, qui magnarum rerum consilia suscipiunt, æstimare debent, an quod inchoatur Reipubl. vtile, ipsis glorioſum,&c. Nã sicut dixit Cicero lib.8 ad Atticũ epist.11. Vt Gubernatori cursus secũdus, Medico salus, Imperatori victoria: sic Reipublicæ moderatori beata ciuiũ vita proposita est, vt ea opib⁹ firma, copijs locuples, gloria ampla, & virtute honesta sit. Præclarum quidẽ illud Artabani monitũ apud Plutarc. in hunc modũ. Omnino consultũ est, vt in omnibus consultationibus honestum semper, & bonum publicum præter oculos versetur. Hoc sanè cõseruauit Codrus Athenienſiũ Princeps, teste Iustino lib.2. qui cũ responsum intellexisset ab Apolline datũ Doriẽsibus hostibus suis eos nequaquã superiores fore, ni Athenienſium Principem occidissent, is permutato Principis habitu, & sarmẽta collo gestans, castra hostium ingressus est, ibique à milite, quẽ falce vulnerauerat, continuo occisus est Magnũ quoque huius communis affectus specimen in C. Mario enituit, teste Plutarch in paralel. qui cum in somnis monitus esset de Cimbris victoriam reportaturum, si filiam Calpurniam sacrificasset, id egit, vt filiæ vitam Nemesi victimæ loco repręsentaret. Eodem etiã amore, & zelo impulsus Peritheus, teste Plutarch. citato loco bellum cum Eumolpho faciens, accepit respõsum se victorem futurum si filiam suam Dijs immolaret, re autem Praxitheæ communicata puellam occidit. Proximus huic accedit Marcus Curtius Romanus ex Valer. Max.lib.5.cap.6 Romæ enim cum in media parte fori vasto, ac repentino hiatu terra subsideret responsumque ab Oraculo esset ea re illũ tantũmodo cõpleri posse, qua populus Romanus plurimum valeret, ille interpretatus vrbem Romanam virtute, armisque præcipuè excellere, militaribus insignijs ornatus, equum conscendit eumque vehemẽter admotis calcaribus præcipitem in illud profundum egit Super quẽ vniuersi ciues certatim fruges iniecerũt, continuoque terra pristinum habitũ recuperauit. Dignus sanè vir, qui toti Reipubl pro qua se obtulit, præficeretur. Qui enim sic pro omnibus se deuouit omniũ vtilitatẽ, & incolumitatem semper obseruaret, quod maximè requiritur in Principibus viris Neroque ipse, quãquam cætera vitioſus, palam dicebat, teste Cornel. Tacit. 15. annal. cunctas sibi curas amore patriæ leuiores. Vbi etiam recolendum occurrit illud Adriani, qui sæpe in concione dicebat, ita se Rempubl. gesturum, vt sciret populi rem esse, nõ

propriam.

propriam Optimumque hac in re est eximium Vespasiani exemplũ, quod vtinam imitarentur Principes omnes Etenim, sicut ait Sueton. Tranquil in eius vita cap.8 per totum Imperij tempus nihil habuit antiquius, quam prope afflictam, nutantemque Rempubl. stabilire primo, deinde & ornare. Is itaque debet esse animus administrantis Rempubl & ducis publici agminis, vt salutem publicam curet, communibusque cõmodis inuigilet, quod Plutarch in moralib. ostendit similitudine petita à nauclero, quam etiam prosequitur Tull.lib. 4. Rhetoricor. ad Herennium dicens: Vt veré contemnendus est Gubernator, qui in nauigando se mauult esse incolumem, quam nauim: ita vituperandus est ille, qui in Reipubl. discrimine suæ plus, quam communi saluti consulit.

Melius autẽ communibus lucris, & cõmoditatibus incumbet, & studebit ille, qui constitutus est Dux populi, si persuasum habuerit, & apud se firmatum constituerit se Reipubl. ducatui addictum, & cõmuni ministerio deputatum. Vnde cõmunem seruum, & ministrum potius esse, quam Dominũ. Qua in re decipiuntur supremi viri, dum se tantum dominos contemplãtur, minime vero seruos se considerantes, cõparatos quidẽ, & coẽptos cõmunibus stipendijs, & tributis, omniũque obsequio, & obediẽtia. Vnde Paulus 1.Cor.9. se seruum confitetur post cõmunem administrationẽ assumptã, cum tamen antea liber esset, & veluti sui iuris. *Cum liber*, inquit, *essem, omnibus me seruum feci.* Quem locum eleganter explicat Ambrosius epist. 7. post med. afferens in confirmationẽ Christum Dominum, qui cum natura sua Dominator esset, nõ ministrari venit, sed ministrare. Seruiuit Christ⁹, inquit Ambros. vt omnes liberos faceret, cuius imitator Paulus infirmis

1.Cor.9. n.19.

volẽs fiebat infirmus.&c. Videndus in hanc sententiam Bernard.lib.1.de Cõsiderat art.3 c.3 in fin. vbi sic alloquitur Eugenium Summum Pontificẽ: An non ideo seruus, quia non vniuersis, sed omnibus? Nulla turpior seruitus, grauiorque quam seruitus ludęorum, quã quocunque post se trahunt, & vbique dominos, offendũt suos Tu quoque dic quæso, vbi tutus, vbi tuus? Vbiq; strepitus, vbique tumult⁹, vbiq; iugum tuæ seruitutis te premit, &c. Hoc etiã dixit Seneca 1. de Clement. c 19 ad fin loquens de probo, ac recto Principe in hunc modũ. In hoc assiduis bonitatis argumentis probauit non Rempubl. suã esse, sed se Reipub. &c. Et in hoc sensu Antigonus, teste Manutio in apopthegmatib.cap. 8. n. 8. dixit Regis munus splendidam esse seruitutem; quod profectò si Reges attenderẽt, neque eos, quibus seruiũt, contemnerent, neque propriæ vtilitati, sed communi commodo semper consulerent, & prouiderent.

Quia igitur communes ministri, & serui sunt publico ministerio addicti, omniũ se debent attẽperare naturis, & cuiuscunque ingenio sese accõmodare, sicut & illa colũna, quæ populũ ductabat per desertũ, noctu tota splẽdens castra illuminabat, diu verò vt Solis ardores temperaret, refrigerantemque vmbram redderet, obnubilabatur. sic & superiores debitores quidẽ sunt omnibus hominibus, sapiẽtibus, & insipientibus, vt se pro illorum captu accõmodent, & communicandos exhibeant. Qua de re multa diximus apud Iacobũ. Proindeque oportet subditorum naturam maxime callere. Nam vt Martial. dixit.

Principis est virtus maxima nosse suos.

Et Plutarch. lib. Politicor. ad Traia. Aureum profectò dogma Ducibus, & Principib⁹ tradidit in hũc modũ. Vir ciuilis & Rẽpub. tractare incipiẽs, tãdiu ciuiũ moribus consentanee viuat,

& se ad eorum naturam accõmodet, atque scite consectetur ea, quibus populus soleat delectari, donec opinione virtutis, & fide iam comparata, authoritati inniti possit. Quod etiam prosequitur Philo libro de Ioseph post princip. vbi ait. Sicut gubernator pro ratione ventorum mutat nauigationis subsidia, non vno modo nauem dirigens, sic Reipublic. moderator debet esse multiformis, ac multiplex, alios in pace, alios in bello, aliter se paucis, aliter se multis opponens aduersarijs &c. Qua eadem similitudine vsus est Plato in dialogo, qui inscribitur ciuilis, seu de Regno. Videdusque erit Nazianz. Orat. 1. Apologet in hunc modum. Profectò ars quædam artium, & scientia scientiarum mihi esse videtur hominem regere animal maximè variũ, & multiplex; & post pauca addit. Quemadmodum si quis belluam variam, & multiplicem ex multis belluis magnis, iuxta paruisque feris, mitibusque compactam securare, ac ducere aggrediatur: huic in natura adeo varia, & prodigiosa gubernãda maximus vtique labor subeũdus sit. Magnũque certamẽ: quippe nec vocibus ijsdem, nec alimentis, nec manus attrectationibus, ac sibilis, nec reliquis delectetur. Sed alij alijs pro sua quæque natura, & consuetudine, vel gaudeant, vel offendantur. Vt qui eiusmodi belluæ curam susceperit, eum varia omnino, & multiplici scientia ornatum esse oporteat. Haud dissimili modo cõmuni huic Ecclesiæ corpori instar compositæ cuiusdam, & inæqualis belluæ ex pluribus, variisq; moribus, & sermonibus coagmẽtato, summopere quoque necesse est Antistitẽ, scilicet, si mul & simplicem esse, quantũ ad eã, quam ad res omnes adhibere debet animi integritatem, & quam maximè varium, & multiplicem quantum ad id attinet, & vniuscuiusque beneuolentiam sibi conciliet, &c.

Videnda item sunt, quæ in hanc sententiam habet Dio Nycen Orat. 3 de Regno. Sol facit, & discernit horas (id est, anni quatuor tempora, has enim horas appellat) auget, & nutrit omnia animantia plantas alit, & frũctibus, ac foliis conuestit. Suppeditat suauissimum, ac pulcherrimum spectaculum, nempe lucẽ. Et hæc omnia non grauatur gratis impartiri. Et post pauca. Et quomodo indiget terra tẽpore ad generandũ nascẽtia, atque ad augendũ, & perficiendũ, indigẽt & animalia, & corporum, & salutis gratia, & voluptatis naturalis indigemus & nos omnium maximè, vt qui quamplurimo auxilio opus habemus. Ideo Sol æstatem facit propius ad nostram habitationem accedens, vt omnia nutriat, omniaque perficiat, &c. Sicut igitur Sol se accommodat rerũ naturis, vt omnia foueat, & nutriat, nullique rei omnino desit, sic & qui supremo loco adest sese debet accommodare inferiorum captui, & naturæ; quod videre est apud Ezechiel. cap. 34. vbi Diuinum Oraculum obijcit Pastoribus in hunc modum. *Quod infirmũ fuit non consolidastis, quod ægrotũ non sanastis, quod fractum non alligastis, quod abiectum non reduxistis, quod perierat nõ quæsistis, sed cum austeritate imperabatis cum potentia.* Vbi D. Hieron. explicat in hunc modum. Hoc proprié pertinet ad supercilium Episcoporum, eorum videlicet, qui operibus dedecorãt nominis dignitatem, & pro humilitate assumunt superbiam, vt honorem se putent consecutos, non onus. Et quoscunque in Ecclesia viderint præpotentes, & Dei habere sermonẽ, opprimere nituntur, delitijs occupati gregis damna non sentiunt; & hæc erit eorum pæna, vel maxima, vt vltra non pascant gregem meum, ne sub occasione ouium se ipsos pascant, & opes congregent, &c.

Ezec. 34 n. 4.

Optimum se præbuit Ducem, & pastorem Paulus omnium conditioni sese accommodans, cum de se ipso 2. Corinth 11 ait. *Quis infirmatur, & ego nõ infirmor, quis scãdalizatur, & ego nõ vror?* Vbi eleganter Chrysost ait. Quasi ipse tota esset Ecclesia, sic in singulis dolebat mẽbris; Ita. s. se per cõpassionẽ in sinuauerat in totũ Ecclesiæ corpus, vt cõmunibus omniũ affectibus ipse vnus moueretur. Vnus ergo natura homo, cõpassione multiplex, in singulis dolebat membris, quasi anima totius Ecclesiæ, sic omnibus eius partibus informandis coaptata, vt singularũ iniurias necessario dũceret suas: Quippe qui alibi dixerat. Omnia omnibus factus sum, non mentientis. s. sed cõpatientis affectu omniũ moribus se contemperans, quantum honestas, & Dei lex patitur, vt omnium morbis hoc modo mederi posset. Sic enim explicat Aug. epist 9. & 19 epist. vbi ait Nõ mentiendo, sed compatiendo, non simulantis astu, sed commiserantis affectu omnibus omnia iectus est Paulus. &c Addit autem citatus Chrysost. Omnẽ hominẽ Paulus exhibebat Deo; q. d. In hoc munere pastorali omniũ moribus se accommodabat, ita vt cũ Græcis Græcus, cũ Iudæis Iudæus, cum barbaris barbarus appareret; Id autẽ Deo, id est, non, vt illorũ consentiret moribus, sed vt reformaret, ac in Deũ conuertere: *Omnia omnibus.* Ecce optimi Pastoris forma: Multiformẽ scilicet, multiformi gregi se præbere. Cur ita vero? Nimirũ non aliter potest fieri, vt voluntates hominum quocumque oportuerit, ducat. Videndus in hanc sententiam Ambros. lib. 3. Epistolar. Epist. 11. vbi quasi diffiniat optimos animarum duces ait. Qui scienter agnoscunt animas gregis sui, vbi Ambrosius non satis habuit dicere, quod simpliciter agnoscant, sed addidit scienter agnoscant quod indicant peculiarem quandã in agnoscendo peritiam, vt non casu, & temerè, & quocunque velint modo se habeãt, sed scientifice, & admodũ perite. Quod etiam insinuauit Christus Dominus Ioan. 10. vbi dixit: *Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas:* vbi Rupert. ait: Dilectionis, & operosæ misericordiæ significatur affectus: Notanda vero est operosa Christi misericordia, quæ multã solli citudinẽ indicat miserantis, & veluti insumentis multam operam, & curam in eiusmodi misericordia, qua erga suos se habet.

2. Cor. 11. n. 29.

Ioan. 10. n. 14.

Facit etiam Chrysost. in cap. 1. Isai. vbi ponderat quomodo Moyses obiurgaturus Hebræos cecinerit carmẽ illud triumphale. Cur ergo, inquit Chrysostomus crimina obijcit sub cantici nomine? Ex vsu nimirum spiritualis sapientiæ, modulatione cantici, delectionem ei suffuratus est, &c. Eorum naturæ se accommodans aspera miscuit dulci, amaritudinem temperans sed salutarem potionem exhibens, vt sic melius reciperetur. Optima sunt quæ habet Hieronymus in cap. 4. Threnor. ad illa verba: *Recedite polluti, nolite tangere.* Vbi carpit eos pastores, qui delinquentes, & infirmos subditos aspernantur, & à se deijciunt, cum potius deberent ad se attrahere, amplecti, & sese illis applicando mederi. Talis loquela, inquit Hieronymus, non illuminat, non sanat, sed magis occidit, atque in desperationem periclitantem mittit. Boni etenim Rectores in sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes, magis per humilitatis, & mansuetudinis lenimentum studeant peccantes ab erroris laqueo eruere, quam per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde & doctor gentiũ 1. Cor. 9. ait. *Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifaciam.* Debet rector esse bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per

Universidad de Deusto
Biblioteca

zelum iustitiæ erectus, vt & bonis in nullo se præferat, & cum prauorum culpa exigit, potestatem protinus sui prioratus agnoscat: quatenus & honore suppresso æqualtem se subditis bene viuentibus deputet, & erga peruersos iura rectitudinis non exercere formidet: Nam liquet quod omnes homines æquales natura sunt geniti, sed variantur meritorum ordine, ipsa diuersitas accesit ex vitio, vnde cuncti, qui præsunt, non in se potestatem debent ordinis pensare, sed æqualitatem conditionis, Nec præesse hominibus gaudeant, sed prodesse. Et cum Noe Dominus, & filijs eius diceret: *Crescite, & multiplicamini, &c.* protinus adiunxit: *Et terror vester, ac tremor sit super cũcta animalia terræ.* Quorum videlicet terror, ac tremor esse super animalia terræ præcipitur, profecto esse super homines prohibetur. Homo quippe brutis animalibus, nõ autem hominibus cæteris prælatus est: & idcirco dicitur, vt ab animalibus, & non ab hominibus timeatur: quia contra naturam superbire est ab æqualibus velle timeri: & tamen necesse est, vt rectores á subditis timeantur, & quando ab eis minime se timeri deprehendunt, in humana saltem formidine peccare metuant, qui iudicia Diuina non formidant. Sic ille ostendit quomodo qui hominib⁹ præest, eisdem se debeat attemperare, neque terrori tantum esse velle, sed cum infirmis etiam infirmari, si opus fuerit cum durioribus durè agere, & vnius cuiusque ingenium, ac naturã expendere, vt illius rationem pro officio suo habeat. Quod bene etiam prosequitur D. Nilus Abbas in Ascetico, vbi ait. Hominibus præesse res est omnium maximè laboriosa, quã qui suscipiunt, necesse est, vt se tanquam ad laboriosum certamen instruant, vt & omnium infirmitates magna cum patientia ferant, & quæ illos per ignorantiam latent, æquo animo doceant. Idcirco boues in templo peluim sustinent, candelabrum vero solidum, atque tornatile est. Ac candelabrum quidem indicat, qui cæteros illuminare profitetur, omnibus esse partibus solidum, & nihil leue, nihil inane habere, aut vacuum oportere, omniaque supernacanea, atque inutilia, vt inculpatæ vitæ exemplũ intuentibus præbeat, circumcidere, & amputare. Boues autem sub pelui declarant, eos, qui subeunt onus eiusmodi, nihil respuere, aut auersari debere, sed & onera & sordes inferiorũ perferre, quoad sine periculo fieri possit, qui enim aliorum actiones puras est effecturus, is quin aliquam ipse sordem contrahat, vix fieri potest. Si quidem & peluis emundans eorum, qui lauantur, manus, sordes illorum ipsa suscipit: sic & qui de vitijs disputat, vt ab ipsorum sordibus alios expurget, non potest ipse sine aliqua labecula transire, &c. Pertinet itaque ad Principes & populorum duces sibi subditorum ingenia, & naturas agnoscere, vt iuxta eas sese accõmodent, ne si imbecilles, & infirmi fuerint, in via deficiant, si ignari, & insci, á recto tramite in deuios calles deflectant, si impij, rectum iter recusent. Nam qui omnium Dux est constitutus omnitũ etiam sequelam & directionem curare debet, & intendere.

Illud etiã præ oculis habere debet, vt vestigia sequenda relinquat, & ante cæteros gradiẽdo ad sequelã prouocet sui imitatione, & exemplo Ea est enim hominum natura, vt facile præcuntẽ sequantur, & quẽ aliquid prius operantem vident, facile imitentur. Quæri solet apud cap 49. Genes. cur Iacob regnum filio Iudæ tribuerit, & non Ioseph? Abulens. ibi q 3 ait ideo prælatũ fuisse, quia in transitu maris rubri, cæteris metuentibus, & stupefactis, dux de tribu Iudæ primus patefacto

facto tramite ingressus est, vnde colligit illi gubernandi potestatem merito deferendã esse, qui sciat exemplo cæteris anteire, & viam sequentibus aperire, & monstrare. In quam sentẽtiam facit Theodoret. q. 32. in cap 16. Exod vbi quærit cur Deus diebus Sabbathi manna non pluerit, cum tamẽ cæteris diebus larga effusione cõcesserit, idque ea ratione factum esse asserit, quia cum Deus obseruationem illius diei populo præceperit, voluit veluti ab operatione quiescere & à ciministratione cessare, vt tanquam cõsecratam in se illius diei festiuitatem cæteris magis inculcaret. Cum hominibus, inquit Theodoretus, lege præcepisset quiescere die Sabbathi, docuit illos ipso facto seruare præceptum, ea siquidem doctrina magis inculcatur, & facilius animis subditorum inseritur, & intimatur, quæ non tam dictis, quam factis monstratur, & quem pri⁹ exequentem intuentur subditi, quam libenter imitantur sequentes. Hinc est quod conuocans Deus fideles ad Ecclesiam suam, Procerum, & Prælatorum operibus potius, quam dictis compellauit Nam Prouerb. 9 dicitur: *Misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.* Septuaginta habent: *Cum excelsa prædicatione conuocabit.* Si quis vero quærat quænam sit ista excelsa prædicatio, id videtur aperire Caiet. legens: *Misit puellas suas, vocabit super humeros excelsorum ciuitatis.* Vbi per ancillas, virtutes intelligit, quæ tunc maximè ad se trahunt Dei milites, cum super humeros excelsorum conspiciuntur redactæ ad opus, & exercitium.

Possumus hoc illustrare ex Hieronym. Epist ad Fabiol. vbi de rationali, & super humerali ad rem nostram sic loquitur. In humeris opera sunt, in pectore ratio. Similiaque habet Origenes homil. 13. in Exod vbi ait. Humeralis ornatus indicium est actuum bonorum. Virtutes igitur, quæ super humeros conspiciuntur, non in otio vel doctrina tantum consistunt, sed in operatione, & exercitio ostentantur, hæ vero maiorem efficaciã, & vim ad conuocandum habent, quã si vocem tantum ederent, virtutes siquidem in humeris excelsorum, & in operatione Principum, ac Prælatorũ vocant quidem subditos, attrahunt, & alliciunt. Sic ergo habet Caiet. ad citata verba, Ecce modus vocandi, quo scilicet, Diuina Sapientia vocat homines ad conuiuium suum. mittendo scilicet puellas suas, hoc est virtutes. Ipsæ enim dicuntur sapientiæ puellæ, eo quod suapte natura famulantur, & obsequuntur Diuinæ Sapientiæ ad excitandum homines ad conuiuium Diuinum. Locus autem, vnde per virtutes Diuina Sapientia vocat, describitur super humeros excelsorum ciuitatis. Metaphora est significans, quod virtutes missæ à Diuina Sapientia officium vocandi exercent, non prædicatæ, nec scriptæ, sed portatæ super humeros hominum: hoc est, sustentatæ factis, viribus, & laboribus hominum, quemadmodum ea, quæ super humeros portantur. Virtutes itaque in factis consistentes excitant homines ad Diuinum conuiuium, nunquam enim Apostoli, & alij sancti Pastores excitassent mundum ad Diuinum conuiuium, nisi factis proprijs, nisi vitæ propriæ virtutes portassent, tanquam in humeris proprijs, facta autem excelsorũ præcipue vocant alios Et cogor ex subiunctis in eodem capitulo intelligere per excelsos ciuitatis, non celsos virtutibus, sed celsos statu, & officio, quoniam excelsi ciuitatis communes scribuntur sapientiæ, & insipientiæ, vt inferius patet. Et quamuis virtutes in factis quorumcunque hominũ, suapte natura, inuitent alios ad sapientiæ conuiuium: Quia tamen Diuina sa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pientia gubernat infima per media, ideo ad ordinẽ Diuinæ sapientiæ spectat, quod virtutes in factis hominum excelsorum in ciuitate (qui alijs præsunt statu, authoritate, officio, vel consilio) excitent, & inuitent alios ad cæleste conuiuium; conuenit enim eis ex officio. Tenentur namque Episcopi & Pastores ad vocandum alios vita virtutibus prædita. Sic ille noſtrũ argumentum comprobat, cui nihil prorsus addendum.

Ioan. 21. n. 15.

Vidẽdus tamẽ erit Ambros. in Psal. 50. vbi expendit Christum Dominũ prius probasse, & examinasse Petrum commissurus illi oues suas; Illum siquidem libenter sequuntur oues Pastorem, quem probatum vident virtute, cuius præclara opera ante oculos cõspiciunt proposita, imò exemplo pastoris animantur, & excitantur etiam cum propria infirmitate deficiunt, quod eleganter dixit Augusſt. in Psal. 55. Deficis sub præcepto? confortare in exemplo. Adest ille, qui præbuit exemplum, vt præbeat & auxilium. Sic ille. Legimus sæpius vocatam sponsam, vt vocantem sponsum sequeretur, nec tamen illam quidquam profeciſſe, at vbi manum intromisit, excitata quidem est, ipsumque libenter quæsiuit, vt sequeretur. Quis verò non videat per manus opera significari, quæ vbi adsunt, excitant, & conuocant; pulcherque in hanc sententiam est ille locus Cant. 8. vbi sponsa ait: *Fuge, fuge dilecte mi, aſsimilare capreæ hinnuloque ſeruorum*: vbi Chaldæus in hac sponsi fuga ad montes aromatum, ascensum Dei in cælos agnoscit. Sed quæres adhuc, cur sponsa fugam precetur, quæ nullatenus credenda est fugam sponsi exhortare, cum illius præsentia admodum, & meritó delectaretur. Optimè hac in re aduertit Ambros. propterea fugam sponsi petiſſe sponsam, vt ita posset pariter & terrena deserere, & ad cælestia gradientem sequi sponsum. Sic vero habet Ambros. de bono mortis cap. 5. Hortatur vt fugiat sponsus, quia iam sequi potest, etiam ipsa terrena fugiẽtem. Optima etiam sunt, quæ in hanc sententiam habet Orig. homil. 13. in Exod. Et Gregor homil. 17. in Euangelia post med. vbi tandem concludit contra eos, qui fideles sola voce, & doctrina conuocant ad cælestia, cum potius exemplo deberent deducere. Per nos, inquit, fideles ad sanctũ baptiſma veniunt, & per impositionem noſtrarum manuum à Deo Spiritum Sanctũ percipiunt, atque ipsi ad regnum cælorũ pertingunt, & Ecce nos per negligentiam noſtram deorsum tendimus; ingrediuntur allecti sacerdotum manibus expiati cæleſtem patriam, & Sacerdotes ipsi per vitã reprobam ad Inferni supplicia festinãt. Cui ergo rei, cui similes dixerim sacerdotes malos, niſi aquæ baptiſmatis quæ peccata baptizatorum diluẽs, illos ad Regnũ cæleſte mittit, & ipsa potius in cloacas descendit, timeamus hæc fratres, conueniat actioni noſtræ ipsum miniſterium noſtrum. Consideremus sine cessatione quod sumus, pensemus negotium noſtrum, pensemus pondus, quod suscepimus &c.

Cant. 5. n. 4.

Cant. 8. n. 14.

Optima item sunt, quæ habet Hieronymus in Epitaphio Nepotiani ad Heliodorum Episcop. vbi ait: In te omnium oculi diriguntur; domus tua, & conuersatio, quasi in specula constituta, magiſtra est publicæ disciplinæ: Quidquid feceris, id sibi omnes faciendum putant. Caue ne committas quod, aut qui reprehendere volũt, digne laceraſſe videantur, aut qui imitari, cogantur delinquere. Sic ille: Faciũt itẽ quæ refert Euseb. Cæſar. ieſ hiſtoriæ Eccleſiaſt. libro 10, qui totus fere Origenem sonat c. 3. 4. & 5. quod scilicet vim, & in persuadendo efficaciam cum vitæ inculpatæ exemplo copulauerit, quo factum est, vt non

multitudo tantum per eum ad Christi fidem accesſerit, sed ad illius scholam gentiles quoque Philosophi, & hæretici quamplures ventitarent. Sic vero habet Euseb. Hic est, dicebant illius ludi frequentatores, cuius qualis est doctrina, tales etiam sunt mores: quæ docet, agit in vigilijs, & ieiunijs pene iugibus, abstinẽtia plurima, cõtinentia mirabili, &c. Quin, & apud infideles, atq; philosophos ingens illi fuit gloria Nã vel Porphyrius Christi Eccleſiæ insectator, licet eũ vti Christianum criminatur; tamen quod ex instituto profeſsionis suæ legitime viuat, admiratur: Qua de re videndus Nicephor lib. 5. cap. 4. 5. & 6. Perfecti itaque Duces & Prælati subditos suos præcedere debent, viamque præmonstrare, quod bene prosequitur Claudian. cum de quarto consulatu Honorij Augusſti sic scribit.

Primus iuſſa ſubi, tunc obſeruantior aqui
Fit populus, nec ferre vetat, cum viderit ipſum
Authorem parere ſibi, &c.

Simile est illud Ouidij ad Liuiam.

Ad te oculos, aureſque trahis, tua facta notamus.

Et 6. Fastor. in hoc etiam sensu dixit:

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Cum iudex alios, quod monet, ipſe facit.

Debent igitur duces, & præfecti populorum eam vitæ rationem habere, qua possint alijs prælucere, & in quo possint sequentes subditi, quidquid imitandũ sit, clare intueri. Vnde Petr. in sua 1. epist. cap. 5. prælatos vult esse *Formam gregis*, vbi Syriacus Textus habet, *bonum exemplar*: Siue ad scribendum pueris á magiſtro propoſitum, vt perfectos charecteres exarent, sicut vult Isidor. Peluſiota lib. 3. epist. 259. siue ad exprimendum penicillo à pictore diſcipulo traditum, sicut bene prosequitur Nyſſen. tract. de nomine, & profeſsione Christianiſmi, siue ad imprimendũ veluti à ſigillo in ceram, sicut vult Augusſt. siue ad excutiendũ typis, vt vox Græca præ se fert, habet enim *typi*, & Ephræm Syrus ita legit tom. 2. parenæſi 47. tametſi eius interpres Gerardus formam vertat; Hoc inquã modo se debet proponere dux, & prælatus sequentibus se: Nam sicut ait Cicero 1. officior. Quales in Republ. Principes fuerint, tales erunt & ciues. Vnde Plin. in panægyr. Traian. ait: Vita principis cenſura eſt, eaque perpetua: Ad hanc dirigimur, ad hanc cõuertimur; Nec tam imperio nobis opus eſt, quam exemplo. Facit item Egeſyppus 2. de excidio Hieroſolymitano cap. 5. vbi ait; ſicut boni Principis vita probitatis quædã præſcriptio, & per vniuerſos viuendi forma eſt, ita Imperatoris colluuio lex flagitiorum. Vnde Cyrus apud Xenophont. præclare dicebat imperiũ nemini conuenire, qui quibus imperat, melior non sit. Videndus item erit Panormitan. lib. 6. de rebus Alphonſi Aragoniæ Regis, vbi ait eum præclare dixiſſe illos, qui alijs præeſſent, tanto priuatis hominibus meliores esse oportere, quanto honoribus, & dignitatibus antecederent. Sentiens tum demum subditorum mores rectè formari posse, ſi hi, quibus Reipub. gubernatio, & administratio commiſſa eſt, vitæ inculpatæ exemplo præcedant, & viuum sint exemplar omnis virtutis. Neque prætereundum eſt illud Ageſilai Lacædemoniorum Regis responſum ex Bruſonio lib. 7. qui rogatus quomodo quis potiſsimũ apud homines in dignitate probaretur, respondit. Si dicat optima, faciatque honeſtiſsima. Et Arrianus lib. 3. diſſert. cap. vlt. elegantèr in hanc sententiam dixit. Qui in vniuersum vitæ rectè degendæ ſcientiam eſt aſſecutus, quid aliud eum esse oportet, niſi rectorem, & dominum? Quibus similia habet Aristot. 5. Politic. cap. 10. Reges, inquit, olim eligebantur ex viris bonis propter excel

1. Petr. 5. n. 3.

lentiam virtutis, aut rerum ex virtute gestarum. Denique teste Damasceno opusculo de Santo Barlam cap. 3. huiusmodi principatus, atque imperij natura sit, vt semper subditi ad eos, qui rerum potiuntur, sese componant, eaque amare, ac consectari soleant, quibus Principem delectari sentiunt, incumbit maxime viro Principi, & publici agminus ductori virtute, & exemplo præeminere, vt alios deducere possit.

Nihil vero infælicius est quam supremum locum obtinere, & infimam virtutẽ, quod bene prosequitur Chrysost homil. 16. ad populum, vbi inter cætera ait: Hanc cathedrã ascendere non tolero, nisi magna præstaturus, alias melius est in imo stare, nã Principe, qui nihil subditis prodest, nihil est deterius, quod etiam docuit Boetius dicens de impijs hominibus ad dignitatem assumptis. Minus eorum patebit iniquitas, si nullis honoribus inclarescant: Minus item nocebit iniquitas, si honoris fastigiũ nõ attingat. Quo sensu Aristot. 5. Ethicor. de indignis, & impijs dixit: At qui non fugare, sed illustrare nequitiam solent: Cum enim tenebrosa admodum sit peccatorũ via, quandiu nõ illustratur exemplo, verebuntur fortasis illius ingressum, qui damna norunt per eã ambulantium; At postquã Proceres, & Principes praue viuendo, eam illustrant, facilemque reddunt, omnibus peruia redditur, nullusque fere ab ea pedem retrahit, insuper cum natura ipsa, sicut dixit Lactant. 3. diuinar. Instit. in deterius prona sit, & quibusdã blandimentis lenioribus in vitia præcipitat: Quod etiã acute dixit Senec. epist. 98. Ad deteriora faciles sumus; Nec pronum tantum est iter ad vitia, sed etiam præceps, maxime autem si quid in Principe immodestum, si quid immoderatum, aut nimium, & inordinatũ deprehenderint, neglecta mox omni virtute, illud prauum apprehendunt. Vt pictor manu, & cura facile effingit quidquid næuorum est in facie, non ita ipsam delineat faciem Sic nobis in difficili est virtutis imitatio, vitiorum autem longe facillima, maxime cum accedunt Principum facta. Vnde Isocrates Orat. ad Nicoclẽ ait Nequaquam ignorare debes totius ciuitatis mores ad exemplum eorum, qui præsunt, conformari. Itaque non postules, vt alij modeste viuant, tuam modo continentiã alijs exempli vice proponito, &c. Et Cicer. epist. 1. ad Quintũ fratrem in eodem sensu dixit: Quid est negotij, continere eos, quib⁹ præsis, si te ipse nõ cõtineas? Effrænes siquidem subditos reddit, qui seipsum non continet. Et cũ nemo ducis officium exequatur, nisi vt regat, indignus prorsus est, qui virtute, & exemplo cæteros præcessuros non antecedat. Vnde Saluian. lib. 2. ad Ecclesiam post med. ait. Nihil turpius quam excellentem esse quẽlibet culmine, & despicabilem vilitate. Quid est enim aliud Principatus sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus sine homine? Aut quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto? Sic ille. Vbi notandum occurrit, quod nullus in militia ducis locum assequitur, nisi diu bello versatus, & disciplinæ militaris regulis instructus: at populorum dux passim, & vbique eligitur, qui neque se ducere norit, neque anfractuum, & periculorum notitiam calleat. Vnde Nazianzenus Oratione. 20. huius rei communem errorem sic deplorat. Quam præclare nobiscum ageretur, si idem rerum nostrarum status esset? Nunc autem periculum est, ne ordo omnium sanctissimus, omnium maximẽ sit ridiculus, non enim virtute magis, quam maleficio, & scelere Sacerdotium

paratur,

paratur, nec digniorum, sed potentiorum throni sunt. Samuel inter Prophetas ille, inquã, futura prospiciens, sed & Saul vilis ille, & reiectitius Roboam Salomonis filius inter Reges, sed & Hieroboam seruus, & apostata. Cumque nec medici, nec pictoris nomen quisquã obtineat, nisi prius morborum naturas considerarit, aut multos colores miscuerit, variasque formas pennicillo expresserit. Antistes cõtra, facile inuenitur, nõ elaboratus, sed recens, quantum ad dignitatem simul fatus, & editus, quemadmodum Poetæ Gygantes finxerunt. Quibus in vltimis verbis Nazianz. alludit ad Cadmum Agenoris filium quẽ Poetæ fabulantur apud Thebas Bæotiæ vrbẽ draconem interfeciſſe, draconisque interfecti dentes seuisse, vnde gygantes pullularunt à capite vsque ad fę mur armati, qui eodem die inito prælio seipsos mutuis vulneribus confoderunt Horum igitur instar asserit Nazianz eos, qui nulla præuia notitia gubernandi, nulla præhabita peritia ducendi populos, nulla præcedente disciplina artis artium, qualis plane est administratio Reipubl. clauũ ambiunt, & assumunt; Vnde subdit Nazianz. Vno die sanctos fingimus, eosque sapientes, & eruditos esse iubemus, qui nihil dedicerunt, nec ad sacerdotium quidquam prius contulerunt, præter velle. Sic ille hac in re communem miratur, & deplorat errorem, cui opponitur Philo lib. de Ioseph, cum docet Deum præfecturum toti Ægypti regno Iosephum, prius voluisse eum apud dominum didicisse gubernationem, dum totius domus curam accepit. Quibus similia habet lib. 1. de vita Moysis, vbi ostendit Deum voluisse prius Moysem didicisse apud socerum pastoritiam artem, quæ regni præludium est, sicut probat idẽ Philo lib. de Agricultura, & lib. cui titulum fecit, quod omnis probus sit liber, quod etiã habet Plato in ciuili, vel de Regno, & in Theæteto, vel de scientia, vt scilicet Moyses nõ nisi præexercitatus ad gubernandum populum Dei assumeretur; qua etiam de re sic bene habet Clemens Alex. lib. 1. stromat. circa fin. dicens: Oues pascit, vt qui ad pastoralẽ principatum prius erudiretur: Non enim nisi prius edoctus ad magistratum debet accedere.

Vnde Prouerb. in cap. 1. *Intelligens gubernacula possidet*: vbi Lyra, Hugo, & Dionys. de intelligente, & scientia prædito locum intelligunt. Qua de re videndus erit Hierony cum explicat ea verba Ezechiel. 27. vbi Propheta ait: *Sapientes tui, Tyre, facti sunt gubernatores tui*: vbi carpit impios sapientes, & solo nomine, ac voce, penes quos in summã Reipub perniciem iusto Dei iudicio Reipubl. clauus reperitur. Sic vero habet Hieronym. Ad sapientes proprie pertinet gubernatio, Scriptura dicẽte, quibus non est gubernatio, cadent quasi folia, sapientes autem Tyri, qui in malam partem accipiuntur, per quam sapientiores sunt filij tenebrarum à filij lucis, ipsi gubernãt Tyrum, naufragio præparatam. Sic ille miseram probat Rempubl. cui nõ vere sapiẽs præest, sed praue, & inique sapiens. Similia sunt, quæ habet idem Hierony. in cap. 3. Daniel. vbi ostendit infælicem, & reprobam esse eam Rempubl. in qua non pro merito, & sapientia, sed pro voluntate assumuntur ij, qui non nisi maxima sciẽtia præditi alios regere, & deducere possunt; Sic vero interpretatur ea verba de Nabuchodonosore dicta: *Quos volebat, interficiebat, & quos volebat percutiebat, & quos volebat exaltabat, & quos volebat, humiliabat* In huiusce modi honoribus, inquit ille, nõ est Dei prouidentia, nec præceptum, sed eorum voluntas, qui percutiunt, & exaltãt, quos voluerint. Quod cum ita sit, querendũ

Pro. 1. n. 5.

Ezec. 27. n. 8.

Daniel. 5. n. 19.

est quo

Pro. 21. n.1:

est quo sensu illud legatur: *Cor Regis in manu Domini; quocumque voluerit, illud declinabit*: nisi forte sanctũ quemque dicamus Regem, cuius nõ regnat peccatũ in mortali corpore, & cuius ideo seruatur cor, quia in manu Dei, est; quidquid autem in manu Dei Patris fuerit, iuxta Euangelium, nullus potest rapere ex ea, & quicumq; raptus fuerit, intelligitur in manu Dei non fuisse. Sic ille ostẽdit non esse in manu Domini illos, qui nõ pro scientia, & merito, sed pro voluptate sua in superiori loco constituũt eũ, qui ipsis placuerit cũ potius deberent meminisse ineptũ prorsus esse ad deducendũ populũ eũ, qui perfecta scientia præditus nõ sit. Cum enim via hæc nostra quã multis, & quam magnis periculis plena sit, sicut ostendit Chrysost. homil. de humilit. in Osia, vbi vitam nostram, in eaque degentes cum schænobatis eleganter confert his verbis: Nam sicut Schænobatæ, qui in funibus sursum, deorsumque extentis ascendere, & descendere solent, si parum respexerint, præcipites in orchestram decidunt, & pereunt. Ita & in hac via ambulantes, si parumper fuerint desides, in præceps feruntur, via enim hæc & angustior, & directior, nec non & periculosior, quam funis ille: imo & multo subtilior est, &c.

Cum ergo tam periculosa sit hæc via, qui per eam alios deducere debet, magna quidem notitia polleat necesse est, ne alios ad prærupta deducat, de quorum lapsibus, & erroribus rationem reddere tenetur. Qua de re videndus est August. lib. 50 homil. 25. statim post princip. vbi ait: Hoc interest inter vnumquemque vestrum, & nos, quod vos pene de vobis solis reddituri estis rationem, nos autem & de nobis, & de omnibus vobis: Ideo maior est farcina, sed bene portata maiorem gloriam comparat. Quid ergo mihi hodie faciendum, nisi vt commendẽ vobis periculum meum, vt sitis gaudium meum? Periculum autem meum est si attendã quomodo laudatis, & dissimulẽ quomodo viuatis. Ille enim nouit sub cuius oculis loquor, imo sub cuius oculis cogito, non me tam delectari laudibus popularibus, quam stimulari, & angi quomodo viuant, qui me laudarint. Laudari autem á male viuentibus nolo, abhorreo, detestor, dolori mihi est nõ voluptati. Laudari autem á bene viuẽtibus, si dicam nolo, mentior. Si dicam volo, timeo ne sim inanitatis appetentior, quam solliditatis. Ergo quid dicã? Nec plene nolo. Non plene volo: Nõ plene volo, ne in laude humana pericliter Nõ plene nolo, ne ingrati sint, quib⁹ prædico, &c. Merito vero magnam farcinam appellauit Chrysost. de aliorum peccatis reddere rationem. Si enim cuique nostrum tam grauia sunt propria peccata, grauiora tanè erunt aliena, quibus sub aquis onerati gygantes necessario gemunt, si mente recogitent quam periculosum sit aliorum errata supra se tollere, vt de eis ratio reddenda sit coram rectissimo iudice. Quapropter Rupert. lib. 3. in Exod. cap. 3. ad med. acute expẽdit id, quod Sacer Text. de Moyse Ductore populi Israel per desertũ, dixit: *Tulit Moyses filios Israel de mari rubro*: Videtur enim innuere Sacer Text quod Moyses supra se tulerit, imo in se transtulerit populum illum, ita vt totus Moysi incumberet in via, vt quidquid delinqueret, non deinceps esset populo tribuendum, sed imputandum Moysi supra humeros suos eã gentem deportanti. Hæc maxima, inquit ille, Rectoribus populorum cura impendet, vt quasi in humeris tollant iuxta Prophetam dicentem. *Pueri eorum in humeris portabuntur, & super genua consolabuntur*: Bene ergo dictum est, & proprie, *tulit*, quia videlicet & grande

Isai 66.

Num. 11.

grãde onus super se tollit quisquis infantiles hominũ mores rectè, & secũdum Deũ portare intendit, quod primũ Moyses in se ipso expertus, dixit: *Nunquid ego cõcepi, aut peperi, vt dicas mihi, porta eos, &c.* Vbi nomine parentum intelliguntur Principes ipsi. Nam sicut parentes rationem tenentur reddere in filiorum defectis, qui patrib⁹ præcipue imputantur, sic & populi Rectores pœnas soluent de defectibus subditorum, quos portandos, & recta deducendos suscipiunt.

Osee. 4. n. 18.

Notanda venit hoc in loco deploratio apud Oseam, qua miserum statum Reipub. Israeliticæ deplorat in cap. 4. tandemque concludit: *Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius.* Vbi Hieronymus ait. Reges dilexerunt ignominiam afferre populo, id est, vitio Principum infælix populus susceptit cultum Idolorum. Proinde Propheta statim incipit cap. 5. *Audite hoc Sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus Regis auscultate: quia vobis iudicium est, quonam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum super monte Thabor.* Quo in loco Sacerdotes vocat, non quia erant ex tribu Aaron, sicut docet Sacra historia 3. Reg. 12. sed quia officium Sacerdotale gerebant, & à populo Sacerdotes vocabantur, sicut aduertit Hieronym. Quemadmodum 3. Reg. 18. & alibi sæpe Sacerdotes Idolorum vocantur Sacerdotes, deinde aduertendum est nomina abstracta pro suis concretis vsurpari in Sacris literis, modo actiue sumptis, modo passiuè. Concretorum exemplum sit 1 Corinth. 1. vbi de Christo dicitur: *Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio*; id est, docens nos, iustificans, sanctificans, & redimens: Eodem sensu Dauid Psalm. 17. ait: *Diligam te Domine fortitudo mea*, id est, fortẽ me efficiens. Qua de re videnda sunt ea, quæ diximus ad Canticum Moysis, ibi, *Fortitudo mea, & laus mea Dominus*: Passiuum concretum legimus passim in Psalmis, cum dicitur: *Tu es spes mea, patientia mea, expectatio mea*; id est, in quo spero, quẽ sustineo. Hoc ergo posito, speculatio apud Oseã significat populum, pro quo vigilare, & speculari tenebantur Sacerdotes, & Reges. Locum vero Hieron. sic explanat: Speculatores, & Principes vos cõstitui, vt populum regeretis errantẽ; vos autẽ facti estis laqueus, & non tã speculatores, quã venatores appellandi. Ipsi Principes inquit ille, accusantur, quod quasi laqueus ceperint populum, & positi speculatores in Ecclesia, eos duxerint in errorem. Quibus similia habet Cyrillus ibi, & lib. 12. Commentarior. in Ioan. cap 26. His igitur, qui offendiculum fuerunt cõmissæ sibi speculationi, id est, plebi, iudiciũ indicit Propheta, id est, damnationem, & iudicis sententiam, cum ait: Vobis iudicium, id est, ideo vos appello, vt simul audiatis quid feceritis, & cur tradamini inimicis, ait Hieronymus. Nam cum teneremini populum recte gubernare, & deducere, potius in errorem induxistis, gentis autem vestræ errores, & defectus vestro dorso incumbunt, vt pro eis verbera, & supplicia sustineatis, quos super humeros assumpsistis.

1. Cor. 1.

Psal. 17.

Cum vero Principes alios ducere debeant, & illuminare, debẽt ipsi maxime lucere, neque tantum lucere, sed etiam feruere, fieri enim nequit, vt lux luceat alijs, nisi prius apud se ferueat, sicut bene prosequitur Bernard. serm. 3. de verbis Isaiæ in med. vbi de Ioanne Baptista affert illud: *Ille erat lucerna lucens, & ardens.* Verè amicus Sponsi, inquit, qui non æmulatur gloriam, sed parat viam. Lucet ergo Ioannes tanto vtique clarius, quanto amplius feruet: Tanto verius, quanto minus appetit lucere. Nec sane dissonat á verbo iudicis

vox præcursoris. *Ignem venit mittere in terram.* Dicas forsasis in igne, vt feruorem sic & splendore essa. Non contendo, licet feruor ei quodammodo substantialior sit. Ipsum potius audiamus, quid magis in igne commendet. *Ignem*, ait, *venit mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat?* Cognouisti certè quid velit. Quid lucere festinas? Nondum illud aduenit tempus, in quo fulgebunt iusti sicut Sol in Regno Patris eorum. Interim perniciosus est iste appetitus lucendi; feruere enim multo melius. Denique si tam vehementer splendorem desideras, quod videri vis esse curato, & primũ quære feruorem, ne dubium quin, & splendor adijciatur tibi. Alioquin incassum laboras, quia vanus splendor absque feruore. Mutuata, aut magis certè simulata lux est, quæ non ab igne procedit. Quod autem alienum est, ad modicum poteris vsurpare. Erit maior confusio, quod non erat tuum, tuum voluisse videri. Luna, vt aiunt, habet absque feruore splendorem, sed & ipsum mutuatur à Sole, ideoque tam frequenter, imó & semper mutatur, nec vnquam in eodem statu permanet. Sic profecto stultus, vt Luna, mutatur, sapiens permanet vt Sol. Ille, inquam, stultus, qui in decore suo perdidit sapientiam, id est, qui refriguit in splendore. Sic ille docet quomodo debeat non solum lucere, sed & interius feruere ille, qui alios illuminare tenetur ex officio. Melius enim id efficiet, si non vana tantum fulgeat claritate, sed interno accensus zelo, & amore alios secum pariter deducere ad Patriam cælestis beatitudinis intendat, quod significatum censet Origenes homil. 13. in Exod. in eo, quod cum ad vestem Summi Pontificis bis tinctum assumeretur. Putat enim per illud significari ignis elementum, in quo & calor reperitur, & splendor, quorũ vtrumque, reperiri debet in duce ac præfecto populi, quod scilicet non externo tantum splendeat fulgore & apparatu, neque tantum verbis doceat, sed interius etiam ardeat Dei, & proximi charitate vt sequentes illustret, & illuminet in via Dei, deinde & accendat, exciteque ad prosequendam, & amplectendam viam iustitiæ. Sic ergo habet Origenes. Hiacynthum, & purpuram & coccum duplicatum & byssum tortum, quatuor ista sunt, ex quibus consiciuntur vel Pontificis indumenta, vel cætera, quæ ad sactum parantur ornatum, de his dixerunt quidam ante nos. Ista ergo, vt in superioribus visum est, quatuor elementorum, ex quibus & mundus constat, & corpus humanum tenent figuram, id est, aeris, ignis, aquæ & terræ. Verum illud considerandũ, quod cũ de cæteris simpliciter dixerit Moyses, de cocco addidit duplicatum, & byssum tortam. Requiritur ergo cur solum coccum, quo ignis designatur, posuerit duplicatum. Ignis autem duplicem habet virtutem, vnam, qua illuminat, alteram, qua incendit. Est ergo, vt ostendimus, natura ignis duplex, & ideo iubetur offerri coccum duplicatum ad ædificiũ tabernaculi. Si Doctor es, extrui tabernaculum, ædificas Ecclesiam Dei, dicit ergo ad te Deus, quod ad Hieremiam: *Ecce dedi verba mea in os tuum ignem.* si ergo docens, & ædificans Ecclesiam Dei, increpes tantummodo, & arguas, & castiges & peccata populi exprobres, nihil autẽ cõsolationis proferas, obscurũ nihil explanes de Scripturis, obtulisti quidẽ coccum, sed non duplicatũ. Ignis enim tuus incendit tantummodo, & non illuminat; & rursus si doceas mysteria legis, & secretorum arcana discutias, peccãtem vero non arguas, negligentem non corripias, seueritatem disciplinæ non teneas, ignis tuus tantum illuminat, & non accendit,

Luc. 12.

Exod. 28 n. 6.

qui

qui ergo rectè offert, & rectè diuidit, coccum offert duplicatum, vt cũ scientiæ lumine, igniculum seueritatis admisceat, &c. Et dum docendo illuminat, ardendo pariter accendit: In quã sententiam videndus est Gregorius homil. 3. in Ezechiel. post princip. vbi de viris Apostolicis, quales profectò sunt Prædicatores, & Prælati, interpretatur illud Ezechiel. 1. *Et scintillæ quasi aspectus aris candentis.* Sic vero habet Gregorius. Æris metallum valde sonorum est, & rectè voces prædicantium æri comparantur, quia in omnem terram exiuit sonus eorum. Bene autem æs candens dicitur, quia vita prædicantium sonat, & ardet. Ardet enim desiderio, sonat verbo. Æs ergo candens est prædicatio accensa. Sed de candente ære scintillæ prodeunt: quia de eorum exhortationibus verba flammantia ad aures audientium procedunt. Rectè autem prædicatorum verba scintillæ appellatæ sunt, quia eos, quos in corde tetigerint, incendunt. Considerandum quoque est quod scintillę subtiles sunt valde, & tenues: quia cum prædicatores Sancti de Cælesti Patria loquuntur, non tantum valent aperire verbo, quantum possunt ardere desiderio. Et ex eorum lingua quasi quædam ad nos scintillæ veniunt: quia de Cælesti Patria in eorum voce vix tenue aliquid cognoscitur, quod tamen ab eis non tenuiter crematur. Neque enim Cælestem gloriam aut tantam videre sufficiunt, quanta est, aut tantum loqui prævalent, quantum vident. Candens ergo æs scintillas proijcit, quando vix tenuiter prædicator loqui sufficit hoc vnde ipse fortiter ignescit. Diuina autem pietate agitur, vt ex ipsis scintillis tenuissimis audientis animus inflammetur, & inde perfectè in Dei amore ardeat.

Ezec. 1. n. 7.

Similia sunt quæ habet idem Greg. lib. 9. moral ad illa verba Iob. 9. *Qui extendit cælos solus*, vbi ait. Quid cælorũ nomine, nisi prædicantium vita designatur, &c. Constat autem corpora cælestia non solo motu, sed etiam influentijs in hæc inferiora agere: nam Superiores, & Magistri non verbis tãtum, & doctrinæ nitore debent agere in sibi subditos, sed virtutes influere, & interius excitare. Similia etiam sunt quæ habet lib. 20. moral. cap. 13. ad illa verba Iob. 30. *In desertis habitãt torrentium.* Nam Ecclesiæ Præfecti nõ cursu orationis dumtaxat, sed amoris impetu, & flamma suos debent ad Christi vnionem adducere. Similia adhuc sunt quæ idem Gregorius habet homil. 5. in Ezechiel. post princip vbi interpretatur pro re nostra illud Ezechiel. 1. *Et similitudo animalium, & aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardentium*; vt intelligantur hæc verba de viro iusto illuminante, & inflammante proximos ad viam cælorum. Aspectus animalium carbonibus ignis ardentibus, atque lampadibus comparatur. Quisquis enim carbonem tangit, incenditur: quia qui Sancto viro adhæret, ex eius assiduitate visionis, vsu locutionis, exemplo operis accipit, vt accendatur in amorem veritatis, peccatorum suorum tenebras fugat, in desiderio lucis exardescit; vt iam per verum amorem ardeat, qui prius in iniquitate tantum mortuus, quantum frigidus iacebat. Lampades vero lucem suam longius spargunt, & cum in alio sint, in alio resplendent, & qui bona eius audiunt, quia per hæc ad amorem cælestium surgunt, in eo, quod se per bona opera exhibent, quasi ex lampadis lumine resplendent. Quia ergo Sancti viri quosdam iuxta se positos quasi tangendo ad amorem Patriæ Cælestis accendunt, carbones sunt. Quia verò quibusdam longe positis lucent, eorũ

Iob. 30. n. 6.

Ezec. 1. n. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

itinera, ne in peccati sui tenebras corruant, lampades fiunt. Hoc verò inter carbones, & lampades distat, quod carbones ardent quidem, sed eius loci, in quo iacuerint, tenebras non expellũt. Lampades autem, quia magno flammarum lumine resplendent, diffusas circumquaque tenebras effugant. Qua ex re notandum est, quia sunt plerique Sanctorum ita simplices, & occulti, seseque in locis minoribꝰ sub magno silentio contegentes, vt vix eorũ vita ab alijs possit agnosci. Quid itaque isti, nisi carbones sunt? Qui etsi per feruorem spiritus ardorem habent, tamen exempli flammam non habent. Nec in alienis cordibus tenebras peccatorum vincunt, quia vitam suam omnino sciri refugiunt. Sibimetipsis quidem accensi sunt, sed alijs in exemplo numinis non sunt. Hi autem, qui & exempla virtutum prærogant, & lumen boni operis per vitam, & verbum errantibus demonstrant, iure lampades appellãtur: quia & per ardorem desiderij, & per flammam verbi à peccatorum cordibus erroris tenebras expellunt. Qui igitur in occulto bene viuit, sed alieno profectui minimè proficit, carbo est. Qui vero in imitatione sanctitatis positus, lumen ex se rectitudinis multis demonstrat, lampas est, quia & sibi ardet, & alijs lucet. Sic ille demonstrat quomodo fidelis populi Dux non solum lucere debeat, alios instruendo, & dirigendo, sed etiam accensus carbo debeat esse ad inflammandos, & accendendos sibi subiectos, vt tanquam inflammati diuinitus, celerius discurrant.

Sed adhuc licet in hoc ardore, & luce illud inuestigare, quod acutè deprehendit Nazianz. namque cũ Principes viri pretiosi esse debeant, ac multo pretio æstimabiles, deinde cum fulgere debeant virtutum luce, & ornamento, cum insuper doctrina instituere, & disciplina instruere, bene quidem per aurum, & argentum designãtur; quæ metalla, vt longè, lateque reluceãt, nihilque subæratum, aut falsum tinniant, purgante igne indigent, sic ergo in Prælatis rem ostendit Nazianz. Orat. 1 apologet. post princip. in hunc modum. Homo, cui difficile est, vt subesse sciat, periculum est ne difficilius illi sit, vt hominibus præesse sciat, præsertim hac regẽdi ratione, quam nos spectamus, quæ lege Dei trahitur, & ad Deum ducit, quæ quanto est sublimior, & maiori dignitate prædita, tanto est periculosior ei saltem, qui cor intelligendi habet, quem oportet esse instar argẽti, aut auri vndequaque, & quibusuis temporibus & rebus, & causis versatum, haud quaquam adulterinũ quid, aut subæratum tinnire, nec aliquid deterioris materiæ, flammaque acriori dignum in se ipso gestare. Nam alioqui tanto grauius malum fuerit, quanto pluribus imperarit, siquidem maior est ea improbitas, quæ ad multos serpit, quam ea, quæ in vno defixa hæret, neque enim vel indelebilem tincturam pannus, vel fætidum, aut sũauem odorem res admotæ ita facilè contrahũt, vel exitialis quidã vapor tam facile in aerem diffunditur, ac per aerem animantia occupat (quod quidem pestis & est, & appellatur) quam subditi Antistitis improbitate celerrimè impleri solent, & quidẽ multo facilius, quam virtute. Hoc enim est, in quo improbitas probitatem maximè superat, & quod ipse mecum reputans indignissimè, atque acerbissimè fero, quod cum res quædam ad imitandum prona, & expedita sit improbitas, nec quicquam tam facile sit quam malum fieri, etiamsi nobis nemo se ducem ad vitium præbeat, rara tamen ad ardua est virtutis adeptio, quamlibet etiam multa sint, quæ nos ad eã trahant, & inui-

tent,

tent, quod etiam ipsum à B. Aggæo animaduersum mihi fuisse videtur, cum admiranda illa, & verissima imagine vteretur: *Interrogate legem, Sacerdotes, si tulerit homo carnem sanctificatam in vestimento suo, & tetigit cibum aliquẽ, aut potionem, aut vas denique aliquod, nunquid sanctificabit id, quod admotum fuerit?* Quod cum pernegassent, *Interrogate rursus*, inquit, *si quid horum rei pollutæ admotum fuerit, nunquid non contaminabitur?* Tanquam videlicet id immunditiæ particeps esse, atque ob huiusmodi contactum puritatem suã admittere, haud dubiè affirmaturi sint. Quibus verbis mea quidem sententia hoc significat hanc virtutis naturam esse, vt eam homines non facili negotio consequi possint, quemadmodum nec humida materia ignem facile excipere solet. Contra ad vitium contrahendum homines maxima ex parte promptos, & idoneos esse, non secus, vt opinor, ac stipula quædam ad scintillam, & ventum ob naturæ siccitatem facilè accenditur, atque consumitur. Hoc igitur primum cauendum est, ne admirandæ virtutis mali pictores existamus, aut, vt rectius loquar, pictorum non fortasse malorum multorum quidem certe malũ exemplar. Deinde vt etiam sese aliquis ab omni peccati labe purum cõseruet, aut quam maxime, haud tamen scio id ne ei sufficiat, qui alios ad virtutem erudire parat. Neque enim ab eo, qui hanc curam suscepit, hoc solũ requiritur, vt malus non sit, (malum enim esse plerique etiam è vulgo turpissimum censent) verum etiam, vt virtute præstet. Nec vt vitiosas animæ notas dumtaxat expungat, verum vt meliores etiam inscribat, ita vt magis virtute antecellat, quam honore, ac dignitate superet: nec modum sibi vllum honestè viuendi, atque altius ascendendi constituat, ne lucro potius id, quod arripuit, quam

Aggæi. 2. n. 13.

damno id, quod effugit, deputet. Nec eadem omnibus conuenire putet (quẽ admodum nec statuæ omnibus eædẽ sunt, nec oris lineamenta, nec animantium naturæ, nec terræ qualitates, nec eadem syderum omnium pulchritudo, & magnitudo) verum priuati quidem hominis vitium esse existimet, turpia, supplicioque digna, & quorum lex dura, & grauis domina est, perpetrare. Præfecti autem, vel Antistitis non quam optimum esse, nec nouas subinde virtutum accessiones facere: siquidem virtutis suæ præstantia multitudinem ad mediocritatem tracturus sit, ac non per vim cohibiturus, sed persuasione allecturus, &c. Ex quibus iã apertè constat oportere eum, qui dux, ac præfectus est, cæterorum, & doctrina lucere, & charitate feruere, vt & docendo possit ad virtutem informare discentes, & ad sectandam virtutem inflammare sequentes.

Quoniam verò ad Deum suos deducere instituit, ipsum semper præ oculis habeat necesse est, prius quidẽ agnoscendo, deinde colendo, quod bene aduertit Lactant. Firmian. lib. 4. Diuinar. institut. cap. 4 dicens: Sapientia præcedit, Religio sequitur: prius est Deum scire, consequens & colere; & Agapitus Diaconus in Aurea epistola parænetica ad Imperatorem Iustinianum apud Baron. tom. 7. annal. ait. Sceptrum Imperij cum à Deo susceperis, cogitato quibusnam modis placebis ei, qui tibi dedit, cũque omnibus hominibus ab eo sis Prælatus, præ omnibus eum honorare festina, &c. Notabileque est quod de Rege Iosaphat prodidit Sacer Textus 2. Paralypom. 2. *Fuit*, inquit, *Dominus cum Iosaphat, quia ambulauit in vijs Dauid patris sui primus, & non speranit in Baal, sed in Deo Patris sui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Israel, confirmauitque Dominus regnum in*

Universidad de Deusto
Biblioteca

manu eius, & dedit omnis Iuda munera Iosaphat, factique sunt ei infinitæ diuitiæ, & multa gloria. Via autem Dauid, in qua Sacer Textus ambulasse Iosaphat videtur esse quod simul ac inauguratus fuit de reducenda arca, temploque ædificando piam cogitationem suscepit. Moribundus autem ad filium Salomonem dixit: *Proficere poteris, si obseruues mandata, atque iudicia, quæ præcepit Moyses.* Salomon vero præcepto parētis obediturus, à Deo sapientiam precatur, Dei templum magnificum extruxit. Religionem amplificauit, viginti quatuor millia Leuitarum constituit, at vero postquam mulieres paganas, & idolotras deperire cæpit, ijsque se iungere, & earum idola colere, iratus Dominus dixit: *Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meū, & præcepta mea, quæ mandaui tibi, diſrūpens scindam Regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Verumtamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum. De manu filij tui scindam illud, nec totum Regnū auferam, sed tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, & Hierusalē, quam elegi.* Quin etiam diuersos inimicos excitauit Deus aduersus Salomonem, cuius imperium, & monarchiam prostrauit Dei Religionis cōtemptus; verum enim maximè habet, quod dixit Lactant lib. de Ira cap. 12. Religionem, & timorem Dei solum esse qui custodit hominum inter se societatem, ea vero ablata Regna, & Respublicas corruere; & in eodem sensu Liu. lib. 5. ait. Omnia prospera eueniunt colentibus Deum; aduersa spernentibus. Similia sunt quæ habet Cicero lib. de Natura Deorum, cum dicit Pietate erga Deum sublata, fidē, & humani generis societatem tolli necesse est. Hincque factum est, vt Romæ ab eius Conditore Romulo cum primis vrbis fundamentis Religio, etsi vana, stabilita sit, & templa Ioui statori, & Pheretrio dedicata, & sacra Dijs alijs Albano ritu è Græco Herculi facta. Qua de re videndus est Liuius lib. 1. & Alexand ab Alex. lib. 1. cap 26. Rectè enim sub vno Duce, & Principe colente Deum congregātur subditi, ipseque verus Deus sibi credēti, & obsequenti Regi magna cū subditorum lætitia pauet, & opitulatur. Ducentis & quod excurrit annis ante Heraclij Cæsaris imperium, cum Orientalis Ecclesia varijs Donatistarum, Arrianorum, & Sabellianorum hæresibus diuexaretur, Orientale imperium, penè collapsum est, donec salutaribus Gratiani, & Theodosij constitutionibus hæretici expulsi sunt, sicut videre est apud Ambros sic ad Imperat. Theodosium scribentem. Etiā Constantinopolis, inquit, iam verbū Dei recepit, & euidentia meruit tui documenta iudicij. Etenim quamdiu venena Arrianorum suis fouebat inciusa viscerib⁹, bellis finitimis inquieta, murus armis circunsonabat hostilibus. Postea vero quam fidei exules abdicauit, hostem ipsum iudicem Regum, quem semper timere consueuerat, deditum vidit, supplicem recepit. morientem obtinuit, sepultum possedit, &c. Prioribus verò seculis quamdiu Heraclius Imperator cultor fuit, & custos Catholicæ Religionis Deū expertus est Romani Imperij vindicem, & defensorem, hostiumque fortissimorum expugnatorem; at vbi á Catholica fide defiexit, & Euthichianis adhærere cæpit, Deus recessit ab eo cum magno totius Imperij damno, sicut videre est apud Baron. tom. 8 annal. Et quia nos hac de re plura diximus apud Cant. Ezechiæ, modo supersedemus, tantumque aduertim⁹ libenter subditos sequi, & comitari eū ducem, quem viderint toto animo in Deum intendere & pietatem ac Religionem colere. Nam sicut dixit Valer Max lib. 5. cap. 4. cæteræ virtutes admirationis tantummodo multum,

3. Reg. 11. & 12.

pietas vero, & Religio amoris etiam meretur plurimum. Vnde si non aliā ob rem, saltem affectus causa Religio à Principe erit comparanda, quippe quia subditi sub tali Duce, & Principe obsequiosi degunt, & libenter sequuntur, siue quod omnibus amoris sit pietas, & Religio, sicut dixit Cicero Epist. 15. siue quod viuere sub Principe, qui Deum præ oculis habeat summa sit lætitia, & libertas, vnde Claudian. 3. stil.

Nusquam libenter gratior extat,
Quam sub Rege pio.

Sequuntur autem subditi libentissimi pium, & Religiosum Ducem, eiusque adhærent vestigijs quam securè, tum quia nihil iniustum ab eo timent, tum quia nihil non bonum á Deo sperant, quod optimè dixit Aristoteles 5. Politic. cap. 11. in hæc verba. Indigenæ minimè sperant aliquid iniustum ab eo Principe pati, quem Religiosum, Deique verentem arbitrantur: minusque in eum insurgent, qui Deum etiam habeat adiutorem.

TEXTVS.

Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorum, vt suggeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Num. 13

EXPOSITIO LITERALIS.

ADhuc persistit in enarrandis beneficijs populo illi collatis, & in præsenti versu bonitatem promissæ terræ incipit describere, quam in sequenti versu adhuc prosequitur vt inde colligat ingratitudinem & nequitiam illius populi, qui tot bonis affectus, tanta mala reddidit Pientissimo, & Beneficentissimo Domino.

Constituit eum super excelsam terram. Hebr. *Equitare eum fecit super excelsa terræ*: quia verbum rachab tam significat equitare, quam sedere, sensusque est: Sic constituit Deus populum Israel super promissam terram, ac potest quis sessorem super equum collocare, vnde iam alijs excellior visitur, sic & Deus super altiorem terram cōstituit populum suum. At Oleaster aliò rem deflectit, vt. s. Dominus Israelem veluti equo insidentem, iter peragere fecit vsque dum perueniret ad promissam terram; nam sicut equitantes leuiori labore iter conficiunt; sic & Israelitæ, quorum nec vestes in via attritæ sunt, nec rupta calceamēta, &c. Aquila: *Super celsitudinem terræ.* Tygurina: *Inuexit eum in sublimitatibus terræ.* Septuaginta: *Ascendere eos fecit super fortitudinem terræ.* Aduertit autē Vatablus hoc in loco præterita pro futuris posita esse hic, quia Prophetī-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum carmen erat, neque enim quando Moyses hoc Canticum edidit, filij Israel iam erant introducti in terram promissionis. Præteritum igitur pro futuro positum est, vt passim in Diuinis literis fieri consueuit, maximeve-
Threnor. 1. n. 21. ro apud Prophetas, vbi præteritum indicat certitudinem prophetiæ, secundum quã tam certum est id, quod prædicitur futurum, quam si actu iam constitutũ esset. Hinc Threnor. 1. dicitur: *Adduxisti diẽ consolationis*, id est, *adduces*, & Psalm. 100. *Perambulabam in*
Psal. 100. *innocentia cordis mei*, id est, *perambulabo*: *Non adhæsit mihi cor prauum?* id est, *non*
Mich. 4. *adhærebit* Mich. 4. *Nunc congregatæ sunt gentes multæ super te*, id est, congregabuntur.

Sic igitur *constituit*, id est, *constituet*, quia Iosue, mortuo Moyse, populum introduxit in terram. Cũ vero super altitudinem terræ constitutus dicitur populus Israeliticꝰ, videtur Sacer Tex. innuere factum fuisse possessorẽ illius terræ ordinatione Diuina; Vnde cum Israelitæ Iordanẽ transirent possessuri terram promissam, duodecim la-
Iosue. 4. n. 20. pides, quos de Iordanis alueo sumpserunt, in Galgalis posuerunt. Solent enim possessores, cum denuo ingrediuntur rus, villam, domum, aut hortum indicare authoramenta occupatæ possessionis certis actionibus, vt ædificatione, fortificatione, fructuum collectione, ostium claudendo, & reserando: eo proinde modo Iosue, antequam populus Israeliticus fructus terræ colligeret, decima quinta die mensis primi, vt dicitur cap. 5. nomine totius populi possessionem accipiens de terra promissa, & à Domino iam collata: *Erexit lapides, quos de alueo Iordanis asportauerant filij Israel nemine impediente, aut perturbante.* Vnde etiã factum est, vt populus veluti in domo sua securus iam consistat, & nemine eum inquietante, aut perturbante, cultris lapidibus fuerit circumcisus, sicut habetur Iosue in cap. 5. Et Dominus ad Iosue dixit. *Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis.* Nam Ægyptij ob clades a Deo sibi inflictas in gratiam filiorum Israel maximo eos in sequebantur odio, nihilque magis in votis habebant, quam ne ingrederentur promissam terram, imo hoc illis exprobrabant, quod nunquam eam essent possessuri, quod Israelitæ pro magno ducebant opprobrio. Quando ergo traiecto Iordane in campestribus Iericho morabantur, tanquã pacifici possessores palam factum est falsum esse, quod eis obijciebant Ægyptij, & quod in ea regione, veluti in propria domo essent, in qua omni sublata formidine, nullum timentes hostium incursum circumcisi fuerant.

Hæc tamen possessio intelligenda est facta Israelitis, non tanquam absolutis dominis, sed tanquam colonis, sicut bene probat Rupert. lib. 1. in Leuit. cap 37. in princip. vbi expendit legem illã Leuit. in cap. 29. qua Deus præcipiebat terram, vineasque non colere septimo anno. Sic vero habet Rupert. Antequam terram diuidat populo suo Dominus in funiculo distributionis, legẽ eiusdem terræ præscribit, conditiones proponit, sub quibus filios Israel nõ terræ dominos, sed Domini terræ, id est, Dei sui colonos degere velit. Reuertetur, inquit, homo ad possessionem suam, subauditur, si necessitate compulsus vendiderit eam. Quo iure? Ait paulo inferius, *terra non vendetur in perpetuum, quia mea est. Vos vero aduenæ, & coloni mei estis.* Pulchre ius suum agnoscit Deus, vt lege clementiæ licite vtatur. Sed quid magnum Domino Deo excelso possessoris cæli, & terræ, maris, & omnium, quæ in eis sunt: Quid, inquam, magnum, aut quam gloriosum prædicare, aut prascribere sibi ius terræ modicæ, quam constat terræ Syriacæ sinum esse non vaide

magnum.

magnum. Videlicet quia hi, quibus loquitur, pueri sunt, paruuli sunt, amatores paruorum, cupidi rerũ exilium, auidi bonorum terrestrium, vtpote nec dum cognitores bonorũ cælestium, &c. Ne igitur arbitrarentur se absolutos, & independentes dominos illius terræ, & in verum, ac supremum Dominum insurgerent, eis in memoriam adducit se Dominum terræ illius esse, illos vero colonos, quibus ad arbitrium, suum veluti agricolis eam tradidit possidendam Ne vero tædio afficerentur, & molestia in præparanda, ac colenda terra eam iam subactam, cultamque. & ab alijs consitam tradidit filijs Israel, qua in re singulare eis præstitit beneficiũ: Nam sicut olim primo orbis Monarchæ, communique parenti terram tradidit rebus omnibus præparatam, sicut aduertit Chrysost. homil. 8. in Genes. post princip. vbi ait: Et quare, inquis, tardius creatus est homo, si cæteris dignitate præstat? Merito. Nam vt ingressuro in ciuitatem aliquã Regi operæ pretium est præmittere satellites omnesque alios, vt bene adornatis palatijs, Rex honestiꝰ illic agat; Ita simili modo quasi Regẽ, & Principem aliquem rebus terrenis præfecturus prius omnem hunc ornatum fabricauit, & tandem præficiendum hominem formauit: Declarans factis istis quanto honore animal hoc prosequatur, &c.

Si ergo homini ostendit Deus quãtum eum diligeret, dum omnia præparauit necessaria, tanquam Domino totius orbis terræ, non potuit etiam melius suam beneuolentiam erga eã gentem commendare, quam si constituturus eam super terrã excelsam, & promissam, priꝰ alijs traderet præparandam, & colendam, quod adhuc possumus explicare ex eo, quod habetur Gen. 2. vbi dicitur: *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio:* vbi Hieron. in quæstionib. Hebr. notanter obseruat verbũ illud, *plantauerat*, quod videtur opponi verbis illis, *Creauit Deus cælum, & terram*, ac si maiorem curam habuerit Deus plantandi, & præparandi homini paradisum, quam cælum proprium domicilium, & quasi prius, quã cælũ creauerit, iam plãtauisset paradisũ voluptatis, hanc enim vim videtur habere illud, plantauerat, quod ponitur postquam scriptura dicit, *Creauit Deus cælum, & terram.* Et quia terra postmodum futura erat homini habitaculum, tertia die illam herbis, floribus, plantis, fructibusque adornauit: *Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum, &c. Et factum est vespere, & mane dies tertius.* At cælũ ornauit Deus, cum proprium domiciliũ fecerit, quinto die: *Fecitque Deus duo luminaria, luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti, & stellas, & factum est vespere, & mane dies quartus.* Sicut ergo quanti fecerit Deus hominem ostendit ex eo, quod prius videtur plantasse homini habitaculũ, eique præfecisse paradisum quã cælũ exornauerit, sic etiam ostendit summam erga Israelitas beneuolentiam quod quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adã, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel, populisque tradidit excolendam, purgandam, & plantandam eam terram, quam postea traditurus erat filijs Israel.
Genes. 1. n. 12. & 13.

Cum vero ea terra dicitur excelsa, existimo non solum de altitudine, secundum situm esse intelligẽdum, sed etiam de feracitate, pinguedine, & robore illius terræ in proferendis frugibus, & fructibus. Hoc enim videtur indicare 70. dum dicunt, *Super fortitudinem terræ, seu robur terræ*, vt alij habent, eam enim fortem terram dicimus, quæ magnos profert prouentus, sicut & debilem terram dicimus, quæ

tenuissimas

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenuissimas fruges producit; vnde Philo .lib. Quod potiori deterior insidietur, legit: *Ascendere eos fecit super vim terræ*, & quod de bonitate terræ videatur intelligenda celsitudo, satis comprobant ea, quæ de illius vbertate, etiã vsque ad hyperbolẽ subiungũtur, neq; enim deest, qui per hyperbolem dictũ esse putet illud, *vt suggeret mel de petra*, sicut statim dicemus. Et quod attinet ad altitudinem illius terræ, quod ea altissima fuerit, constat ex Ezech 36. vbi Idumæi, & Ammonitæ, & Moabitæ altitudines sempiternas vocant Israelitarum terram: Quo in loco R. Selomo, & R. Dauid interpretãtur altitudines mundi ipsam terram Iudæorum, quia arbitrantur illã cæteris mundi partibus esse altiorẽ, quod licet falsum sit, bene tamen probat altitudinem illius terræ; & Isai. 59. Vbi sermo est de terra promissa dicitur: *Sustollam te super altitudines terræ*: Vbi Vatabli versio consone ad nostrum Textũ habet: *Ego veham te super excelsa terræ*. Putant etiam Hebræi, teste Maldonat. Ezechiel. 38. Terram Iudæorũ vmbellicum terræ vocari, quod altissima totius terræ regio sit, id tamen sine fundamento dictum est. Nã vmbellicus dicebatur, aut propter fertilitatem, aut quia in medio omniũ terrarum, quæ tunc habebantur esse videbatur, sicut Cicero Orat. 6. in Verrem, Æthnam Siciliæ vrbem, quod in medio insulę sita esset, Siciliæ vmbellicum appellauit. Dicitur vero excelsa illa terra, quia montuosa erat, vnde Iosue 11. dicitur. *Cæpit Iosue omnem terram istam montuosam.* Et Ezechiel. 34. *In montibus excelsis Israel erunt.* Et Isai. 34. *Infirmata est altitudo populi terræ.* Et Psal. 77. *Introduxit eos in montem sanctificationis suæ.* Vbi Genebrar. & plerique alij totam terram Israel accipiunt Ideoque Deut. in c. 3. orãs Moyses ait: *Transibo, & videbo terram hanc optimam trans Iordanem, & videbo montem istum egregium.* Sic etiam Exod. 15. dicitur. *Introduces eos, & plantabis in mõte hæreditatis tuæ* Et Ezechiel. 7. *Prope est dies occisionis, & non gloria montiũ*, id est, tempus vindictæ sumendæ de Israel, qui habitat in terra montuosa. Multi siquidem erant in Iudæa montes, vt Sion notissimus, vt Thabor, de quo Hierem. 46 Mons Oliuarum, de quo Zach. 14 Mons Seir, seu Esau, de quo Abdias cap. vnico, Mons Modicus, de quo Psal. 41. qui vt ait Theod. in cap. 34. Num. Hebraicè dicitur Mitzar, noster verò Interpres transtulit Modicum. Adeoque notũ erat terrã illam esse montibus plenam, & supra colles eleuatã, vt sicut de more erat Prophetis de rebus notissimis ansam prædicationis assumere, sic & Ioann. Lucæ in cap. 3. de Messia loquens, & eum digito ostendens præsentem, ac in medio eorum versantem vsus fuit notissima similitudine, vt superbos, & humiles ostenderet dicens? *Rectas facite semitas eius, omnis mons, & collis humiliabitur, & omnis vallis implebitur, & erũt prauа in directa, & aspera in vias planas* Denique Deus Israelitarum secundũ suum errorem appellabatur á Gentilibus, *Dij montium*. Plura qui velit hac de re adeat Christianum Adricomium in theatro terræ Sanctæ, Strabonem lib. 16. Orosium lib 2. cap. 6 Herodot. lib. 1.

Dedit autem Deus terram excelsam & montibus eleuatam, inprimis vt pulchram incolerent terram, deinde montes faciunt terram habitabilem ex Aristot. 2. de Cælo in fin. In montibus tenui, & puriori aura fruuntur homines, in montibus prius solares radios excipiunt habitantes: *Tripliciter Sol exurit montes*, Eccl. 43. In ortu Solis & in Meridie, & cum vergit ad Occidentem, deinde fruges, & fructus arborum in montibus citius maturescunt, pomaque sunt melioris saporis propter maiorem lucis participatio

Ezec. 36. n. 23.
Isai. 59. n. 3.
Ezec. 38. n. 12.
Deut. 3.
Exod. 15. Ezec. 7.
Hiere. 46
Luc. 3.
Ioſue. 11. Ezec. 34. Isai. 34. Psal. 77. n. 57.
Eccl. 43 n. 4.

nem,

nem, & insipidi humoris decoctionẽ. Vnde Deut. 33 habetur: *De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli & de pomis collium æternorum*: Per montiũ decliuia puriores, & lucidiores decurrunt aquæ Psalm. 103. *Inter medium montium pertransibunt aquæ.*

Hinc iam intelligetur cur in nouo instrumento *Montana Iudææ* nominentur, de qua re videndus erit Iosephus lib. 5. de bello Iudaico cap. 8. & sæpe alibi. Hinc etiã intelligetur quam ob causam in sermonibus Prophetarum frequens montiũ fiat mentio per allusionem scilicet ad naturam, & situm terræ Israeliticæ, vt Isai 2. cũ de temporibus, & rebus Christi ita vaticinatur; *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montiũ, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, &c.* Et Daniel. 2. Ipse Christus Dominus lapis præcisus de monte appellatur, quoniam ex tribu Iuda nasciturus erat Eodemque sensu Ioannes Euangelista de Christo Domino loquens ait: *Vidi, & ecce agnus stabat supra monte Sion*; Et aliæ multæ huiusmodi allusiones reperiũtur in vtroque testamento. Patet insuper. ex dictis cur qui terrã promissam adibant, dicantur in sacris literis, ascendere Licet enim phrasis scripturæ sit, vt ascendere sumatur pro ire, sicut patet Hierem. 48. *Et ciuitates eius ascenderunt.* Et 3. Reg. 1. *Ascendit vniuersa multitudo post eum* id est, egressa est ex vrbe, migrauit ab Hierusalem, vt Salomoni sequeretur. Sicut etiã descendere simpliciter significat ire, vt Hierem. 22. *Descende in domum figuli* Et Ioan. 4. *Descende priusquã moriatur filius meus*: Tamẽ aliunde probatur ascensus ad hanc terram proprie debere sumi, quod excelsa esset, & eleuata, vt Genes. vlt. *Visitauit vos Deus, & ascendere vos faciet de terra ista.* Et Exod. 13. *Armati ascenderunt filij Israel de terra Ægypti.* Et Habacuc. 3. *Super excelsa mea daducet me victor*; quod vel ad literam intelligitur de terra Israel, ad quam reuersi sunt filij Israel post captiuitatem vel de cælis, petita similitudine ab Israelitis, qui redeuntes de captiuitate summa cum exultatione ascendebant excelsa sua, id est, patrios montes, & ratione huius ascensus indicabant ascensus in cælos. Vnde Iansenius prædicta verba Habacuc sic interpretantur: Super excelsa montosa loca nostra me rursum deducet, ita vt canam in Psalmis victori, & triumphanti Deo laudes Hinc etiam est, vt qui ab illa terra in alia regna egrediebantur, dicerentur, descẽdere, vt Genes. 42. *Audini quod triticũ venundetur in Ægypto, descendite, & emite nobis necessarium.* Passimque multa alia huiusmodi reperiuntur.

Quod vero fertilis admodum fuerit illa terra, probatur ex Ezech cap. 20 vbi sic habetur: *Ego Dominus Deus vester: In die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de terra Ægypti in terram, quam prouideram eis, fluentem lacte, & melle, quæ est egregia inter omnes terras.* Hebr. *Quæ est excellens, quæ est superba inter omnes terras.* Vbi excellens idẽ videtur esse, quod excelsa, imo per hãc excellentiam possumus explicare, quod noster textus habet, super excelsam terram; & superba idem est, quod egregia iuxta illud scitum.

Fastus est in pulchris, sequiturque superbia formam,
Fastus inest claris, sequiturq; superbia claros.

Proinde dum dicitur superba, & excellens terra, idem est, quod optima terra, & super alias bonitate præeminens, quod magis adhuc intelligetur, si aduertamus altitudinem pro superbia in Sacris literis sumi, vt Ecclesiast. 41. Altitudinis firmamentum pulchritudo eius est. Vatabl. ex Græco. Superbia altitudinis firmamẽti, & species cæli visu præclara Sol ipse est, cum emergit, machina admirãda, opº Altissimi. Proinde superba dicitur

Isai. 33. n. 13.
Luc. 1. n. 65.
Isai. 2. n. 2.
Dan. 2. n. 34.
Hiere. 48 n. 15.
3. Reg. 1. n. 40.
Hiere. 22 n. 1.
Ioan. 4. n. 49.
Gen. 50. n. 24.
Exod. 13. n. 19.
Habac. 3. n. 19.
Gen. 42. n. 8.
Ezec. 20. n. 6.

erra

Universidad de Deusto
Biblioteca

terra promissionis, quia cæteras excedebat perfectione, vnde egregia, & excellens inter omnes dicitur: 70 citato loco legunt: *Fauus inter omnes terras*: A dulcedine fructuũ, ab vbertate lactis, à copia mellis, quasi ibi aurescceret sæculum, quo.

Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.

Flauaque de viridi stillabant ilice mella.

Licet autem terra Israel præcipuam vbertatẽ ex Dei influentia, & populi Religione sortiretur, credendum tamen est eam suapte natura fertilissimam, Illud quidem facile probatur ex cap. 11. Deut. vbi Deus promittit se daturum pluuiam terræ illi temporaneam, & serotinam ad colligendum frumentum, vinum, & oleum: *Terra enim*, inquit Sacer Textus, *ad quam ingrederis possidendam, non est sicut terra Ægypti, de qua existi, vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ*: Hebr. *Quam rigabas pede, sicut hortum; sed montuosa est, & campestris, de cælo expectans pluuias, quam Dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius; Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis Dominum Deũ vestrum, & seruiatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra, dabit pluuiam terræ vestræ, &c. Cauete ne forte decipiatur cor vestrũ, & recedatis à Domino, seruiatisque Dijs alienis, & adoretis eos: Iratusque Dominus claudat cælum, & pluuiæ non descendant, nec terra det germen suum, perearisque velociter de terra optima, quam Dominus daturus est vobis.* Similia habentur Isai. in cap. 1. Vnde peccante populo Deus subtrahebat vbertatem, vt patet apud Aggæum cap 1. Amos 4. Hierem 12. & passim in Prophetis Sic Pentapolis, quæ olim fuit fertilissima, vt patet ex cap. 13. Genes. ob peccata Sodomitarum conuersa fuit in mare salsissimum: Vnde Psal. 106. habetur: *Conuertit terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea*

Deut. 11. à n. 10.

Isai. 1. n 19. Aggæi. 1. n. 9. Amos. 4. n. 7. Hierẽ. 12. n 13. Geñes. 13. n. 10. Psal. 106. n. 34.

Licet, inquam, præcipua vbertas penderet à Dei Religione, tamen negandum nõ videtur natura sua fuisse eam terram fertilissimam, vt patet ex cap. 13 lib. Numer. vbi exploratores dicũt: *Venimus in terram, ad quam misisti nos, quæ re vera fluit lacte, & melle, vt ex his fructibus cognosci potest*, afferebant autẽ racemum in vecte, quem vix duo homines portare poterant: Non legimus autem de qualibet alia terra, quod tales fructus proferat. Constat autem tum temporis terram non fuisse à pijs hominibus cultam, sed à pessimis idolatris & quia cæteras regiones in producendis ijs rebus, quæ ad vitam erãt necessaria, superabat, terra viuentiũ dicebatur, siue vitarum, vt patet ex Psal 26. sicut ibi interpretatur Luisius Legionens. Neque poterat non esse optima ea terra, super quã oculi Domini erant à principio anni, vsque ad finem eius: Nam si oculus cuiusque domini ex Plinio fructificare facit terram, quanto magis oculi Domini illã terram prospicientes? Hoc etiam videtur descripsisse Isaias cap 5 cũ ait: *Vinea facta est dilecto in cornu filio olei*: Vbi dilectum appellat Deum dignissimum vtique, qui ab omnibus diligatur, maxime vero ab Israel populo sibi electo, qui sua pars, & hæreditas, vineaque summa cura, & diligentia plantata; Vinea enim erat mirificum studiũ exprimit in ornanda, & excolenda gente Israelitide, sicut ibi late prosequitur Propheta: *In cornu filio olei*, id est, in loco edito, pro vineari enim satu locus est eligendus sublimis, Vnde Virgil. 2. Georg. ait.

Fluminibus salices, crassisque paludibus alni,
Nascuntur steriles saxosis montibus orni.
Littora myrteris latissima. Denique apertos
Bacchus amat colles.

Dicitur igitur posita vinea in cornu, quia sicut cornu in animali ponitur in

Psal. 26. n. 13.

Isai. 5. n. 1.

capite,

capite, superiori vtique parte, ita gens Hebræa posita est, & constituta super excelsam terram, ideoque Pagninus legit, *in colle*. Et quia feracissima erat lactis, & mellis manans, cornu filius olei vocatur. Hebraicè enim oleum, semen, pinguedo, & fertilitas dicitur. Nam vox Hebræa, *semen*, pro qua vulgatus reddit, oleũ, significat quidquid pingue est, & ita aliqui pro oleo vertunt, pingue, quod etiam aliquando facit Vulgatus, vt alibi iam aduertimus, quare sicut pingue pro fertili ponitur, sic semen apud Hebræos, quod pingue valet, pro fertili etiam adhiberi solet. Quo in loco Basilius obseruat antiquissima traditione teneri, Iudæam omnium regionum vberrimam datam esse Adamo, vt excluſus à paradiso regionem obtineret vberem, neque omnino paradiso dissimilem, maximé secundum illam partẽ, quæ deinde cælesti igne conflagrauit, nam illa dicitur fuisse sicut paradisus Dei. Idque probabile facit alia traditio, quæ docet prope Hierusalem sepultum fuisse Adamum, à cuius craneo Caluariæ locus appellatus est ille, in quo Christus crucifixus fuit, vt sentiunt plerique ex Patribus.

Gen. 13. n. 1.

Vel etiam oleũ propter naturalem lenitatem, ac mollitudinem, sumi potest pro his blandimentis, quibus fouentur leniter, & titillantur hominum sensus, proindeque sumetur pro delitijs, quo sensu oleum videtur sumere Dauid, cum ait Psal. 140. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Aut illecebras, & blanda lenocinia, quæ erant in meretricis gutture supra oleum nitido, & pellaci. Cum ergo oleum pro blandimentis vsurpetur, quibus nostrũ in alios amorẽ significamus, amãterque, ac molliter fouemus, credo optimè cornu illud filium olei dici; quia in illud prolixam suã liberalitate, & effusam humanitatem Deus ostendit, omnibusque officijs, non solum ad vsum, sed etiam ad oblectamenta, atque delitias complexus est. Quo sensu filius dilectionis dicitur, in quem totus amoris pondus impenditur, & filius iræ, in quem virus furoris, & acerbitatis euomitur; propriusque ad nostrum institutum: filij delitiarum vocantur, qui in delitijs indulgenter, & blandè nutriuntur. Sic enim intelligendum venit illud Michææ in cap. 1. *De caluare, & tondere super filios delitiarum.* Vnde constat Deum tradidisse Hebræis terram illam vberem, & feracem, & abundãtem omnibus bonis, non solum ad vitam necessarijs, sed etiam ad delitias, & oblectamenta. Vnde Sapient. 12. Omnium terrarum charior dicitur hæc terra; imo secundum Græcos charissima, quod hyperbolem Cantacuzen. appellat, eo quod pretiosissima dicatur propter soli fæunditatẽ, ac cæli temperiem. Alebat incredibilem pecoris, armenti, hominumq; multitudinem, proferebat optimum balsamum, plurimos fontes, aquas calidas, ac salubres, metalla, fruges, ac fructus. Situs eius in quarto clymate, ac veluti in meditullio habitabilis terræ, totque maria, flumina, lacus, portus, maximam commercij opportunitatem præbebant, ideoque excelsam illam, & præcellentem terram non vicini modo, verũ etiam remotiores Ægyptij, Assyrij, Babylonij, Romanique in suam redigere potestatẽ summopere studebant. Cum vero talis fuerit, adhuc tamen non defuit qui illi detraheret. Etenim Chore Numer. in cap. 16. ait: *Nunquid parum est tibi quod eduxisti nos de terra, quæ lacte, & melle manabat, vt occideres in deserto. Reuera induxisti nos in terram, quæ fluit riuis lactis, & mellis* Quæ verba põderãs Oleast. in cap. 8. Deut. ad illa verba n. 7. *Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam*, ait. Quemadmodum conditio impiorum est extenuare, &

Mich. 1. n. 16.

Sap. 12. n. 7.

Num. 16. n. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diminuere beneficia Dei, ita & iustorum est ea exaltare, & per singula laudare. Audi quid dicat Chore. *Nunquid parum est, quod ascendere fecisti nos, &c.* Isti, quia pessimi, terræ detrahūt, Moyses quia iustus, extollit. Sic ille.

Vt suggeret mel de petra. Per hyperbolem hoc dictum esse affirmat Isidor. Peluſiota lib. 2. Epist. 99. sicut etiam illud de vrbibus Chananæis: *Vrbes muro cinctæ sunt vsque ad cælum*, Deut. 1. & de nauigantibus Psalm. 106 *Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos* Et Ioan. 21. ne ipsum mundum capere posse libros qui possent scribi de operibus Christi Domini. Vsurpatus tamen hic loquēdi modus in Sacra Scriptura Exod. 3. n. 17. Exod. 13. n. 5. cap. 33. n. 3. & Hierem. 11. n. 5. Numer. 13. n. 28. satisque sit illud Deut. 8. n. 7. vbi ita habetur: *Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum, aquarumque, & fontium; in cuius campis, & montibus erumpunt fluuiorum abyssi, terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus, & malogranata, & oliueta nascuntur, terram olei, ac mellis. Vbi absque vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris: Cuius lapides ferrum sunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur.* Quæ verba explicant quidnam velit significare modus ille loquendi, de melle, lacteque fluente; significat enim rerum omnium abundantiam, sicut aduertit Hieronymus ad citatum locum Hierem. cap 11. Vt tamen ad nostrum Textum accedamus, facilè intelligentur hæc verba, si aduertamus tantam in Palæstina fuisse copiam mellis, vt in petrarum scissuris faua pleraque reperirentur, quia vel etiam in eis apes mellificabant. Vnde & Ionathas extremam virgam intingere potuit in fauum mellis. Oleum etiam proferebant saxa, quia cum illa terra petrosa esset, & ferax olearum, vel etiā ipsa saxa oleum proferre videbantur, & hæc est ratio, cur dicatur regio illa semen terræ, (præter, id quod iam diximus) quia vbique feracissima erat, fruges, fructusque posset afferre. Nam Ezechiel. 17. vbi sermo est de Sedechia, Hierusalem appellatur, *semen terræ*. Hebraicè verò habetur, *in terra seminis*, id est, fertili, satiua, & apta sementi faciendæ, & hoc sensu Septuaginta verterunt, atque ita Hebræi, & Chaldæus Paraphrastes interpretantur, appellantque totam Iudæā terram aptam semini, quod fertilissima esset, & veluti ab ipsis saxis fructus proferre videretur. Vnde patet non pertinere ad totam Iudæam id, quod Strabo lib. 15. Geograph. scripsit de sterili, & saxoso, & arido Hierosolymæ solo. Multoque minus ea loca non fuisse æmulationi obnoxia, neque digna, pro quibus contenderetur, hoc enim falsum esse constat ex dictis Deinde ipsemet Author fatetur Hierechuntem feracem locum; & quam Iordanis alluit terram, fertilissimam. Quod si negaret, Tacit. Plin. & cæteri illius æui Scriptores eum refellerent, & Iosephus lib. 4. Antiquitat. etiam de agro Hierosolymitano talem esse ait, vt frugifer admodum sit, dicit enim Iudææ indolem talem esse, vt videre liceat campos magnos & frugum, ac fructuum feracissimos, qui ad aliam terram colati vberes admodum videri possent. Quod si ad Hierechuntinum, vel Hierosolymitanum agrum conferantur iam non magni prætij iudicandos. Licet ager vterque paruus, & bona ex parte montanus sit, sed quantum ad fertilitatem nullis alijs postponendus. Sic ille. Et sanè Rabsaces hostis Iudæorum verbis sui Regis Hierosolymitanis promittens 4. Reg. 18. fertilitatem illius terræ fatetur, cum ait: *Transferam vos in terram, quæ est similis terræ vestræ*, hoc est,

Ezec. 17. n. 5.

1. *Reg.* 14. *n.* 27.

4. *Reg.* 18 *n.* 32.

æque

æquè fertilis: nam sequitur in quo sit similis: *In terram fructiferam, & fertilem vini, terram panis, & vinearum, terram oliuarum, & olei, ac mellis.* Breuiusque apud Isaiam eadem ponuntur in cap. 36. *Tollam vos ad terram, quæ est vt terra vestra, terram frumenti, & vini, terram panum, & vinearum.* Ex quibus constat Strabonem, vel inscitia, vel maleuolentia Iudaicæ terræ voluisse detrahere. Ex hac vero phrasi, qua Moyses in præsenti fertilitatem terræ promissæ descripsit, assumptus est modus loquendi iuxta quem non solum in Sacris literis, sed etiam apud prophanos fertilitas, & abundantia declaratur, qualis est ille locus apud Iob. in cap. 20. *Non vidi & riuulos fluminis, torrentis mellis, ac butyri.* Et Ioel. 2, *Stillabūt montes dulcedinem, & colles fluent lacte.* Et Virgil. in Bucolic.

Isai. 36. n. 17.

Iob. 20. n. 7.

Ioel. 3. n. 18.

Mella fluant illis, & rubus aspera momum.

Et alibi.

Et duræ quercus sudabunt roscida mella.

Et Tibull. lib. 1.

Ipsæ mella dabant quercus, vltroque ferebant
Obuia securis vbera lactis oues.

Et ex eodem modo loquendi Scripturæ dæmon Diuinitatem aucupatus, præstigijs simulauit lactis, & aquæ, mellis, & vini fontes. Et ex nostris satis sit Tertullianus, vbi de paradiso terrestri ait.

Mella virescenti, conflagrant pinguia canna,
Lac etiam plenis manat potabile riuis.

Videndusque est Basilius lib. de Paradiso, & quæ habet Petrus Figueró, in cap. 3. Ioel. ad illa verba: *Colles fluent lac, & mel.* Et D. Hieronymus in cap. 29. Iob cum explicat illa verba: *Petra fundebat riuos olei.* Videndus item erit Chrysostomus tom. 5. homil. 9. quod nemo lædatur, nisi à se ipso.

ANNOT. VNIC.

Cur Deus filijs Israel optimā terram concesserit.

TOties promisit Deus filijs Israel optimam terram, vt eos tali promissione alliceret, & ad sui cultum adduceret, cum enim agnouisset terrenum illius gentis animum, voluit sese accommodare eorū ingenio, vt sensim mentibus illorum se insinuaret, quod bene prosequitur Rupertus lib. 1. in Leuit. cap. 37. in med. vbi quærit, cur Deus excelsus Possessor cæli, & terræ, maris, & omnium, quæ in eis sunt tanti fecerit vnicam terram Chanaam, eamque sub tot conditionibus promiserit, & toties inculcauerit. Videlicet, inquit ille, quia, quibus loquitur, pueri sunt, paruuli sunt, amatores paruorum, cupidi rerum exilium, auidi bonorum terrestrium, vtpote necdum cognitores bonorum Cælestium. Ergo quantulumcumque sit hoc bonū ante Magni Dei conspectum, pro re, & protēpore non dedignatur eius magnificare commodū, neque curat quale, vel quantum sit id, quod dat Pater Sapiens, dummodo pro illo munere sibimet attentum, sibimet obnoxium faciat puerum. Et hæc lex magnus, & sapiens pædagogus, sed paruum quidē est præmium, quod pollicetur, vt bonum prouocet pueri ingeniū, & parua est virga, qua minatur, vt eiusdē deterreat lasciuiam. Quid enim pollicetur, quod comminatur? *Si*, inquit, *in præceptis meis ambulaueritis, dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur.* Ac deinceps: *Comedetis vetustissima veterum, & vetera, nouis superuenientibus, proijcietis.* Hæc, & his similia pollicetur, & de Regno cælorum nusquā

Universidad de Deusto
Biblioteca

palam loquitur, quia videlicet populus ille puer erat, necdum quæ inuisibilia, siue cælestia sperare, siue amare nouerat. Deinde dicit: *Quodsi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, visitabo vos velociter in egestate, & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Frustra feretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. Immittam in vos bestias agri, quæ consumant vos, & pecora vestra, & ad paucitatem cuncta redigant.* Hæc, & his similia comminatur, & de gehenna ignis inextinguibilis, vbi erit fletus & stridor dentium, nusquam palam loquitur: quia videlicet (sicut iam dictum est) populus ille puer erat, & mala inuisibilia timere non nouerat. Itaque Deus non pro sua magnitudine, sed pro seruili sensu, rem paruam, quasi grandi versat molimine, daturus tamen, & cum illis bonis exiguis magna, & æterna obedientibus præmia, & cum illis malis transitorijs sempiterna inobedientibus supplicia. Sic ille docet propter terrenam Israelitarum conditionem, qua temporalibus summopere adhærebant, optimam terram concessisse eis, quos tẽporalibus pollicitationibus, & donis ad se facilè posset adducere. Vel etiam optimã eis cõcessit terram; quos bene moratos, sibique morigeros optabat, conducit enim nobilitas loci plerumq; ad morum nobilitatem. In quam sententiã videndus est locus apud Lactant. in lib. 3. cap. 19. cum refert Platonem gratias Deo egisse, quod natus esset Athenis bonarum artium domicilio, nec nos negare possumus melius nobis esse nasci in Bethleem, vbi cum lacte nutricis fides veri Dei imbibitur, seu exugitur: hinc est illud eleganter dictum ab Euripide oportere eum, qui beatè vult viuere, patriam habere gloriosam. Vnde Plutarchus in principio vitæ Demosthenis haberi primum meum illustri patria natum esse decebat, qui fælix futurus esset. Videndus est Cicero lib. 3. Rhetoric. vbi agens de genere demonstratiuo, dixit rerum externarum laudem etiam esse, inter quas ponit etiam patriam. Et Plato lib. 5. de legibus ad fin. dixit magnam esse locorum differentiam ad ferendos meliores, ac peiores homines. Vnde est illud apud Plutarch. in apophthegmat. vbi cum Persæ vellent regionem suam cum alia commutare, noluit eorum Rex, inquiens, stirpium semina, & hominũ mores locis assimilari è quibus oriuntur, quæ fuit ratio cur Paulus in epist. ad Tit. cap. 1. ex sententia Epimenidis Poetæ dixerit mores hominum Cretensium esse deterrimos, dicens. *Cretenses, inquit Epimenides, semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri*; quod Paulus etiã aduertit ad Galat. 3 cum dixit: *O insensati Galatæ.* Vbi Hieron. aduertit natiuæ stoliditatis Paulũ accusasse Galatas, quasi vitium telluris esset. Hinc est illud apud Ioan. in cap. 1. *A Nazareth potest aliquid boni esse?* Quasi vellet ex ea regione nihil oriri posse, quod bonum esset. Nam sicut dixit Plato superius citatus, homines varietate ventorum difficiles, & proterui euadunt, alij aliter propter aquas; alij propter cibos, qui ex terra oriuntur non solum corporibus, sed animis quoque non minus commodi, & incommodi esse videntur. Videndus idem Plato lib. 4. de legibus in princip. & quod ex Platone accepit Aristot. 7. Politicor cap. 6. Et hæc fuit ratio, cur Plato cum scripserit decem libros de optima Repub. nunquam tamen dederit eidem Reipub situ in terra, quia eos mores, quos effingebat, non terram, sed cælum edere posse existimauit, sicut notauit Marsil. Ficinus in argumento dicti lib. 4. de legib. Videnda item sunt quæ habet D. Thom. lect. 4. in 7. lib. Politicor. Et Strabo lib. 8. suæ Geograph. Ex quibus colli

Ioan. 1. n. 46.

gitur admodum conducere moribus bonitatem terræ, in qua homines oriuntur, educantur, & nutriuntur. Quod tamen intelligendum est in eo sensu, vt terræ situs, ciborumque qualitas, & syderum influxus disponat quidem corpora hominum ad bene, vel praue operandum, non tamen ita efficaciter compellat, & dirigat, vt bonitas, malitiaue humana loco, aut syderibus tribuenda sit, sed ipsismet hominibus referenda. Nam sicut notauit Gregorius homil. 9. super Ezechiel. vbi exponit ea verba Iob in cap. 30. *Frater fuit draconum, & socius scorpionum*, non nocet terra moribus; Etenim inter malos homines iustissimus Iob fuit: crescit enim rosa plerumque cum spina, quæ pungit; quod notasse videtur Rex Salomon in Spõsa sua cap. 2. cum dixit: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*: Sicut enim inter spinas pulchra nascitur rosa, sic etiam inter sceleratas, & omnino deprauatas animas, pulchra, & sancta oppareat, & redolet; quod supponit Bernardus serm. 48. in Cant. explicans dicta verba in hunc modũ: Quod si lilium est, videat quam vigilem, & solicitam esse oporteat super sui custodiam, septa vndique spinis hinc inde aculeos intendentibus. Neque enim vel leuissimam sustinet vllatenus pũctionẽ floris teneritudo, sed mox, vt modicè premitur, perforatur. Videnda sunt, quæ habet D. Aug. lib. 3. contra literas Pitiliani cap. 8. vbi inter alia ait. Non legitur vua de spinis, quia nunquam de spinarum radicibus oritur cibus, sed cum se spinaceis sepibus palmes vitis implicuit, nõ ideo fructus, qui illic pẽdet, horretur, sed spina cauetur, vua decerpitur, &c. Et hæc est ratio, cur loci impietas magis commendet virtutem, quia licet temperies, motuumque cælestium vis ad impietatẽ videatur deducere, magis enitet humanæ libertatis dominium, cum prævalet dispositioni naturali. Vnde Chrysost. homil. 3. in cap. 1. Matth. ait: magis eum refulgere, qui à parentibus est alienis á virtute: & Isocrates in quadam Epistola; Propterea, ait, maximè commendari virtute præditos homines pessimis in locis editos. Nam quidquid mortalibus præter expectationem, & consuetudinem offertur, id omnibus in rebus longè gratius esse. Qua de re plura habet Philo lib. de Nobilit. & in ea quadrare videtur locus ille apud Plutarchum, cum docet elegãtiores hortulanos, siue olitores non nisi inter herbas asperi odoris plantare rosam, aliosque flores suauiter olentes, vt si quid in floribus suauibus acris odoris sit, in asperas tandem plantas diriuetur, quo suauior maneat flos, & odor. E contrario vero videmus è locis optimis, electisque regionibus reprobos, prauique ingenij viros prodire. Vnde Bernardus serm. de lino, fæno, & stipula eleganter dixit: Nusquam est securitas, nec in cælo, nec in paradiso; multo minus in mundo. In cælo cecidit Angelus sub præsentia Diuinitatis: Adam in paradiso de loco voluptatis. Iudas in mundo de schola Saluatoris; ne quis sibi de loco blandiatur. Quamuis enim Religiosa loca plurimum prosint ad fidẽ, pietatem, & virtutem conseruandam, ex ijsdem tamen ruina timenda est, videmus interdum ex sacro loco cecidisse aliquos, & ex vili, & impio plerosque natos esse optimos. Nonne in principio orbis cum impio Caim viuebat innocens Abel? Inter Gygantes iustissimus Noe? In medio Chaldæorum Abraham sanctissimus? Nullus igitur nequitiam propriam in patriam poterit reducere, cuius inditam prauitatem mente, & ratione, ac libertate sua facilè poterit superare. Vnde Plutarchus in vita Demosthenis statim in prin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cip. ait: Sunt, qui velint deberi primũ illustri patria natum esse, quisquis fælix vir sit futurus; Ego vero ad verã fælicitatem, quæ ex magna parte cõstat ex probis moribus, quam obscura, & ignobili patria, quam deformi, pusillaque matre genitus sit, parum referre puto: Nam cæteras quidẽ artes quæcũque difficiliores sũt, & ad virtutem quandam aspirant, vt verisimile sit in obscurioribus locis velut lãguere. Virtus certe quemadmodũ planta generosa, fortisque, & suo robore nixa vbiliber radices agit. Itaque si quidquam vel prudentia, vel vsu vitæ abeo, quod rectum est, deficiamus, imputare non patriæ tenuitati, sed nobis ipsis decet, &c. Habemus igitur quod licet in infimo solo, ignobilique terræ plaga fælicia aliquando ingenia, præstantique virtute homines oriantur, tamen ad morum probitatem, & virtutem conducit maxime, & iuuat ea telluris pars, in qua quisquam oritur, & educatur, vnde quia Deus bene disciplinatos, rectèque institutos volebat suos Israelitas, ideo eos constituit super excelsam, optimamque terram, vnde naturalem ingenuitatem, corporisque rectam temperiem fortiri possent, quo facilius rectis moribus & virtute imbuerentur.

Vel etiam fęcundissimam largitus est terram, vt qui terreni admodum erant, dum semper terram intuebantur, ab eadem veluti edocerentur, nõ steriles, & infrugiferos Deo plantatori esse, sed maximos gratiarum, & virtutum prouentus indies reddere, cum videret se suggere mel de petra, & oleum de saxo durissimo, hoc enim maxime vult Deus, quandoquidem enim cælestes sumus plantæ, non steriles remaneamus, & de Israel intelligitur illud Ierem. 2. *Sanctus Israel Domino, primitiæ frugum eius*, Id est, eo quidem in honore, & in delitijs mihi fuit Israel, quo prima in frugibus hominibus esse solent, amari, & expeti ad mẽsam vehementer. Nihil enim magis exoptauit Deus, quam vt populus ille fructum iustitiæ afferret, de quo fructu, & frugibus videndus est Ambros. lib. 3. Hexamer cap. 10 Et D Hieron. in cap. 13 Matth. Chrysost. homil. 47. in Matth. Gregor lib. 19. moral. cum explicat illa verba Iob. 29. *Ros morabitur in messione mea.* Videndique sunt sacri Interpretes ad illud Ioan. in cap. 4. *Videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem.* Optimaque sunt verba illa Oseæ in cap. 9. *Quasi vuas in deserto inueni Israel, & quasi primà poma ficulneæ vidi patres eorum.* Et vt ipsis constaret quanto odio haberet, iussit ne plantarentur steriles arbores iuxta tabernaculum, aut altare suum. *Non plantabis*, inquit, *lucum, & omnem arborẽ frondosam iuxta altare Domini Dei tui.* Quomodo autem delectetur in fructuosis animis ostendit Hieron. ad illud Psal. 131. *Ecce audiuimus eum in Ephrata, inuenimus eum in campis syluæ.* Vbi Hieron. intelligit de Ecclesia collecta ex gentibus, vbi animæ ex horrentibus nitidæ, ex sterilibus fructuosæ, ex ferarũ cubilibus Dei requies effectæ sunt, gentes enim antea tanquã syluæ, Diaboli cubile fuerunt, vt dicitur Psalm. 79. *Vastabit eam aper de silua, & singularis ferus depastus est eam*; Cõcluditque Hieronym. in hunc modum: In his ergo campis syluæ Dei requies est, vnde subditur, *Surge Domine in requiem tuam*, quia requieuit Dominus in ijs, qui fructus afferunt virtutum. Vt ergo magis excitaret Israelitas ad proferendos bonorum operum prouentus, frugiferam concesit terram, sed ipsi steriles omnino redditi, cum ipsis mel petra proferret, Creatori, & Conditori suo pro fructiferis lapidibus duros lapides ad lapidandum assumunt, & pro melle acetum cũ felle mixtum potandum tribuunt, & pro benignitatis oleo omnem fœuitiam,

Deut. 16. n. 21.

Psal. 131. n. 6.

Ierem. 2. n. 3.

& immani-

Isai. 21. n. 13.

& immanitatem exerunt, vnde eis exprobratur sterilitas, & supplicium apud Isai cap. 21, cum dicitur: *In saltu ad vesperum dormietis.* Vbi Hieronymus ait. Non dormiunt in agris consitis, nec in pratis, aut segetibus, sed in infructuosis saltibus, vbi vepres sunt, & bestiæ commorantur; & affert illud 2. Reg. 18. vbi legitur quod plures deuorauit sylua, vel saltus, quam interfecti sunt gladio, cum Absalon cõtra patrem fuit perduellis, maior enim pernicies accidit huic populo ex sterilitate, qua ingrati Deo fuerunt, quã ex cæteris cõmunibus peccatis, quæ contra Deum commisere. Videnda sunt in hanc sententiam, quæ habet Hieronymus in cap. 2. Isai ad illa verba: *Dies Domini exercituum super cedros Libani sublimes, & super omnes quercus Basan.* Quercus inquit, Basan glandiferas nouimus & si fecerint fructum, porcorum sunt alimenta, non hominum; Basan verò regio est Arabiæ, huic imperauit Og qui appellatur Rex Basan, interpretaturque ignominia. Super omnes igitur, qui faciũt opera ignominiæ, atque in cæno libidinum volutantur, Domini vindicta consurget. Quæ autem opera ignominosiora esse potuerunt, quàm quæ hic populus edidit contra Saluatorem, & Filium Dei in carne? Quæ maior item libido, quam huius inetiassati equi, qui impinguatus cõtra Dominũ recalcitrauit? Similia sunt, quæ habet idem Hieronymus in cap. 2. Amos ad illa verba: *Cuius altitudo cedrorum, & fortis quasi quercus, & contriui fructum eius desuper, & radices eius.* Non, inquit Hieronymus, quod fructus non ferant, sed quod malos, vnde Matthæi 21. dicitur: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Si autem ex fructibus arbores cognoscuntur, sane ex fructibus huius gentis cognoscitur eos non esse Israelitas, sed potius ab ipso prorsus degeneres. Nã sicut Clemens Alex. aduertit 1. pædag. cap. 9. post princip. Israel est, qui Deum videt, hoc est, qui Deum intelligit, hic autem populus neque Deum intelligit neque credit, neque venientem susceptit, neque in carne vidit, sicut veri Israelitæ, qui cum Ioanne dicũt: *Vidimus oculis nostris, audiuimus, & manus nostræ contrectauerunt*, de verbo vitæ. Et cum Petro: *Manducauimus, & bibimus cum illo*; proindeque nõ ad Israel, sed ad impium Esau pertinent, quod magis cõstabit, si cũ Philone lib. de congressu quærendæ eruditionis gratia aduertamus Esau habere nomẽ a quercu, vel factura. Princeps, inquit ille, generis Esau est, qui modo factura, modo quercus interpretatur: Quercus, quia duræ ceruicis, inexorabilis, & rigidus; factura vero, quia fabula est, & figmentũ vita insipiens quod totum optime quadrare constat durissimæ huic genti, & infructuosæ, quod bene deducit Hierony. in cap. 8. Iob ad illa verba: *Locus Sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum*: quod intelligit de Iudæorum gente in hunc modum. Sic dicit ei Dominus per Prophetam Isaiam cap. 54. *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris*, &c. Hoc enim decore pretiosorum lapidum, id est, omnium Christo credentium, tunc adornata est Iudæa. *Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum.* Lapides pretiosi, & aurum non in terra optima, sed in remotis, & scallidis inueniri dicuntur. Igitur secundũ hunc modum Iudæa sterilis fide, & infæcunda virtutibus habuit in se hos lapides pretiosos, id est, Patriarchas, & Prophetas, & omnium Sanctorũ multitudinem. Sic Hieronym. probat infæcundam omnino fuisse hanc terrã, quæ aurum, & lapides pretiosos protulit, vt nihil virtutis, aut virentis fidei, aut proficientis charitatis ex se germinaret. Vnde meruit à Deo de-

Act. 10. n. 41.

seri,

Universidad de Deusto
Biblioteca

seri, vt gentes quæreret, quorum fructibus maxime delectatus est, sicut prosequitur Hierony in cap. 29. Isaiæ, vbi in hunc sensum ponderat illa verba: *Nonne adhuc in modico, & in breui conuertetur Libanus in Carmelum, & Carmelus in saltum reputabitur*, quo loco docet nõ posse hoc intelligi de ipsis mõtibus materialiter sumptis: Quomodo enim, inquit, mons Phœnicis, &c. Igitur Libanus, qui interpretatur dealbatio referri debet ad populũ Gentilium, de quo dicitur Cant. 3. *Quæ est ista, quæ ascendit dealbata innitens super fratruelem suum* Iste Labanus translatus est in Carmelũ, hoc est, in scientiam circuncisionis, vt nimirum spiritualis, & veræ circuncisionis mysteria recognoscat, & in loco sit quondam populi Iudæorum, & mons antea sterilis, vberes, dulcesque fructus proferat, fontibus gratiæ irrigatus, & pomiferis plantis manu Dei consitis. Quod si quæras cur Deus infæcundissimæ genti præstantissimam terram tribuerit, sciens illi minime profuturam benignissima concessionem, dicendum est voluisse Dei liberalitatẽ omnem prorsus excusationem intercludere huic genti, testimonio bonitatis suæ adhibito, ne aut paupertate, aut Dei contemptu adactam se peccasse causaretur, sicut alias in Iudaostẽdit Ambros. cui Christus pecunias cõmisit, postquã in Collegium suum illum ascuit, ne inhonorus, aut egenus Dominum tradidisse videretur, imo ipsum tot præstitis beneficijs ad se maxime vocatum semper testaretur Sic enim facere consueuit Deus, vt & bonitas ipsius impios prouocans, magis eniteat, & illorum improbitas inexcusabilis remaneat, quod bene ostendit Gregor. 16 Moral. cap. 5 ad fin. ad illa verba Iob. *Cum ille implesset domos eorum bonis.* Vbi ait. Malorum domos Dominus bonis implet, qui etiã ingratis sua dona non denegat; Vt aut benignitatem Conditoris erubescant, & ad bonitatem redeant; aut redire omni modo contemnentes inde illic grauius puniantur; vnde hic & bonis Dei largioribus mala reddiderunt: Vt duriora eos tunc supplicia puniant, quorum hic malitiam nec dono vicerunt. Similia sunt, quæ habet Theodoret in Psal. 4. ad illa verba: *A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt*, Vbi explicat præcedentia verba: *Quis ostendit nobis bona?* Expendit enim eorum inscitiam, & ingratitudinem, qui præ manibus ferentes beneficia Dei, quibus eos repleuerat, adhuc fatentur ignorare eum, à quo tanta bona acceperant in maiorem ipsorum confusionem. Sic vero habet: Accusat illos, qui dicunt, quis ostendet nobis bona? tanquã his in præsenti vita perfruentes, & ingrati animi vitio laborantes. Sensus est cum hyperbato: *Multi dicunt, quis ostendet nobis bona? A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.* Atqui, ait, qui hæc dicunt omnigenis terræ fructibus fruuntur: Per has tres species humanæ naturæ vtilissimas, necessario alia comprehendit bona, illorum inscitiam redarguens, quoniã etiam in manibus Dei munera ferentes, & magnifice eius bonis se delectãtes, vt nihil recipientes dicere audent, quis ostẽdet nobis bona? Sic ille inexcusabilem describit ingratitudinem eorum, qui in medijs Dei beneficijs versantes, ipsum vel non agnoscunt, vel agnoscentes contemnunt, & lædunt.

Iob. 22. n. 18.

Prosequitur hoc argumentũ Clemens Alex. 1. pædag cap. 9. post princip. in eo, quod Christus Dominus Iudæis dixerit Matth. in cap. 23 Multoties eos voluisse congregare, & ad se allicere multimodis vocationibus, ipsos vero resilijsse, & recalcitrasse, sicut in nostro Cant. statim habemus. Sic vero habet Clemens: Maximum signũ est eius benignitatis, quod licet

Matt. 23. n. 37.

aperte

aperte sciret impudentiã populi, qui recalcitrabat, & resiliebat, aperte tamẽ adhortatur ad pœnitentiam, & dicit per Ezechiel. *Fili hominis in medio scorpionum tu habitas, verumtamen loquere ipsis si forte audierint.* Quin etiam dicit Moysi. *Vade, & dic Pharaoni, vt emittat populum, ego autem noui quod non emittat ipsos.* Vtrumque enim aperte ostendit & Deum præsciuisse futurum, & eius benignitatem libero animi arbitrio largiri occasionẽ pœnitentiæ: Et per Hierem. dicit: *Quousque clamabo, non exaudient? Ecce aures incircumcisæ eorum.* O beatã tolerantiã, &c. Vidẽdus adhuc in hanc sententiam Seneca lib 7. de benef cap. 31. & 32. Vbi ait Dij rerum omnium amatores optimi qui beneficia ignorantibus dare incipiũt, ingratis perseuerant, nihilominus tamen more optimorum parentum, qui maledictis suorum infantium arridենt, non cessant Dij beneficia congerere de beneficiorum Authore dubitantibus: Non est magni animi dare, & perdere, at hoc est magni animi perdere, & dare. Sic ille.

Ezec. 2. n. 6.

Ierem 11. n. 4.

Testatus itaque est Deus bonitatẽ, & benignitatem suam optimam præeligendo, & largiendo terram impijs hominibus, constituendo eos super fertilissimam tellurem, quos ingratissimos sibi fore optime nouerat: Sed pariter ipsi summam nequitiã testati sunt, dum peiores redduntur tot acceptis bonis de manu Domini. Apud Ose. in cap. 2. impius Israel non solũ Deum deseruerat, sed Idolis etiã tribuebat, veluti accepta ab eis, quæ à Deo tantum habuerat, dicens *Vadam post amatores meos, qui dant mihi lanam meam, & linum meum, &c. & nesciunt, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal* Non potuit maior describi iniquitas, quã quod ex auro, & argento, & cæteris bonis à Deo acceptis materia desumatur Deum inhorandi, & illius deitatẽ falsis, & insensibilibus Idolis tribuẽdi. Vbi Hieronymus ita ait: Multi acceperunt aurum, & argentum sapiẽtiæ, & eloquentiæ, de quibus facerent candelabrum septem lucernarum ex auro purissimo, & mensam propositionis, & propitiatorium, & Cherubim auri splendore radiantẽ, & bases columnarum argenteas, & triticum sermonis Dei & vinum gaudij Spiritus sancti, quæ vniuersa verterunt in idolatriæ cultum, & decepti alios deceperunt, &c

Ose. 2.

Miseri profecto, qui Dei talẽtis ditati non solum alios lucrati non sunt, vt diuitias gratiæ, & meritorum acquirerent, sed quod eis diuinitus in ipsorum vtilitatem traditum est, eis cessit in ruinam, & alijs maximo fuit nocumento. Qua de re videndus Origenes homil 2. in Cantic & Gregor. 3. p. Pastoral admonit 5. & quæ etiam scribit idem Hieronymus in cap. 7. Ezechiel. ad illa verba: *Ornamentum monilium suorum in superbiã posuerunt, & imagines abominationum suarum, & simulachrorum fecerunt ex eo:* Vbi Hierony. ait: Quæ ego dederam in ornamentum possidentium, atque diuitias, illi verterunt in superbiam, vt de quibus poterant per eleemosynas, & bona opera suã vitã liberare, ex illis haberent materiam arrogantiæ, &c. Quid igitur faciendum erit tantæ ingratitudini, impudentiæ, & impietati? videamus quid addat Diuinum Oraculum citato ex Oseæ loco: *Idcirco reuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo*, id est, quando ipsi veluti horum fructuum domini, illos domi colligere, & in horreis recondere voluerint, meos esse ostendam, totos absumendo, & in nihilũ redigendo, vt infructuosi homines sine fructibus remaneant, & ingrati sine alimonia miseriam suam deplorent. Grauior, inquit ibi Hieronymus, pœna est, quan-

do in

Universidad de Deusto
Biblioteca

do in tempore messis, & vindemiæ fruges anferuntur, & vinum, & quodammodo tentæ tolluntur é manibus, &c. Quid deinde? *Et liberabo lanam meam, & linũ meum, quæ operiebant ignominiam eius*: vbi acute Hierony. explicat hanc libertatem rerum per illam, de qua Paul. Rom. 8. loquens de fine mundi ait: *Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Vbi propterea Paulus dicit creaturam liberandam, quia non amplius seruitura iam erit ad corruptiones, & peccata. Vel adhuc, & melius, liberandam dicit creaturam ab ea seruitute, & ignominia, quam patiebatur ab iniquis detenta, cum iniusti sint domini, & ea abutantur in offensionem Dei, quod ipsa creatura grauis ignominiæ loco ducit, & retrahit, vnde & propter peccata creaturæ omnes dicuntur ignobiliores, & obscuriores, sicut patet ex glossa interlineali ad illud Isaiæ 20. n. 26. *Erit lux luna, sicut lux Solis, &c.* Quia enim, inquit Glossa, propter hominem facta in eius lapsu peiora sunt, Sol, & Luna suo lumine minorata dicuntur: Quæ de re vedendus D. Thom. in 4. distinct. 48. q 2. art. 2. ad 3. & 4. vbi eorũ refert sententiam, qui existimarunt minoratã fuisse lucem Solis, & Lunæ ob peccatum primi parentis. Cum ergo ignobiles, & in seruitutem redactæ reperiantur creaturæ apud peccatores, dum in Creatoris offensas illis inseruiunt, & administræ sunt, eas ab huiusmodi captiuitate liberat Deus, cum bona sua è manibus impiorum eripit, & iniquos diuites dimittit inanes. Tunc, concludit Hieronymus, conferet Deus, vt qui ex copia Datorem non senserant, sentiant ex penuria.

Rom. 8. n. 21.

Isai. 20. n. 6.

Vel etiam constituit hunc populũ super excelsam terram, vt eum ab inferioribus rebus veluti abstraheret, & proprijs oculis, quæ ipsi subiacebant contemnenda despiceret, & sola excelsa, & habitationes supernas promereri studeret, de quo argumento nos supra ad versũ 11. plura diximus. Dein de etiam *Constituit super excelsam terrã*, vt separatus á cæteris gentibus absque contagio, & contaminatione earum degeret, quæ est ratio cur terra illa promissa, & Israelitis concessa insulæ nomine appelletur quo pacto intelligendus est locus Isaiæ. 20. *Dicet habitator insulæ huius in die illa: Ecce hoc erat spes nostra, ad quos cõfugimus in auxiliũ, vt liberarẽt nos à facie Regis Assiriorum, & quomodo effugere poterimus nos?* Vbi sermo est de victoria, quam Senacherib reportaturus erat de Ægyptijs, & Æthyopibus, in quibus spem suam Israelitæ collocare solebant. Insulam vero appellat terram Chanaam, quam filij Israel incolebant, eo quod non plus consortij, & commercij voluerit Deus eos habere cum alijs regnis, & gentibus circumiacentibus, ac finitimis, quam insula vndique mari cincta, & in medio Oceani collocata: Cũ enim ea feracissima omnium rerum ad vitam necessariarum esset, sibi omnino sufficiens, nihiloq; ex alijs regionibus indigens, eas adire non tenebatur: mel enim de petra porrigebat, oleumque de saxo durissimo subministrabat, proinde sicut insula in omnibus sibi abundans cum viuentibus in continenti nihil aget, sic & Israelitas voluit Deus absque aliarum gentium commixtione, & contagio sub cura Dei Parẽtis sola quæ ad ipsum pertinebãt tractantes, & curantes degere; Vnde Theodoretus explicans verba nostri Textus, *Constituit eum super excelsam terram*, ait: hoc est, sublimiores ipsos terrestribus effecit; Quod magis explicat Aquila, dicens: Ipsos super sũmitatem statuit, volens, vt nihil humile, vel abiectũ sentirent, quod etiã habet Chrysost. orat. 3. contra Iudæos; Vt ex sublimi situ, inquit, discerent

Isai. 20. n. 6.

sursum leuare corda, & animi affectus, & contemnere terrena. In eodem etiã sensu exposuit Adamus illud Isai. 58 *Substollam te super altitudinẽ terræ*, id est, constituam te super excelsam terram Chanaam; Vt magno animo, inquit Adamus, terrena despicias. In quam sententiam, facit Gregor. lib. 31. Moral. cap. 7. post med. vbi interpretatur illud Ezechiel. in cap. 8. *Similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & leuauit me spiritus inter cælum, & terrã*: vbi ait. Bene inter terram, & cælum sublatum se asserit, quia quilibet Sanctus in carne mortali positus, plene quidẽ adhuc ad superna non peruenit, sed iam tamẽ ima derelinquit, & cætera, quæ in eandem sententiam prosequitur, ostẽdens quomodo ille, qui est inter cælum, & terram, habet terrã sub se, & cælum super se, & sane vir iustus terrena despicit, & cælestia cõtemplatur, vnde mens iusti potest cõparari firmamento, quod Deus collocauit in medio aquarum, vt diuideret aquas ab aquis: Nam aquæ sub cælo existentes sunt terrenæ voluptates, aquæ vero super firmamentum sunt spirituales quædam delitiæ, illas iustus despicit, has vero desiderat. Insuper & iustus est inter cælum, & terrã, quia nec terræ adhæret per affectum, nec in cælo adhuc est per visionẽ beatificam, sed in medio secundum corporis necessitatem, existens in mundo, pro desiderio autem existens in cælo. Inter cælum, & terram erat Paulus cum dicebat ad Philipp. 3. *Conuersatio nostra in cælis est*; Conuersatio inquit, non vita; mente non corpore: Et Iob etiam cap. 7. dixit: *Suspendium elegit anima mea*, hoc est, volui pendere à cælo per desiderium, & cogitationẽ, ac contemplationem; Quo pacto D. Gregor. in loco citato interpretatur apprehensionẽ Prophetæ Ezechielis per cincinnum capitis, id est, per bonas cogitationes, quia per eas homo ad superiora eleuatur, quod enim per capillos intelligatur cogitationes, asserit idem Gregor. lib. 2. Moral. cap. 3. 8. & 5. Moral. cap. 23. & in cap. 7. Cant. & 2. p. pastor. cap. 7. Rupert in cap. 7. Cant. & Isichius in Leuit. cap. 13. & 14. Qui vero per cogitationes eleuatur à terrenis, quasi oblatio munda Deo placet. Eleuabantur siquidem olim oblationes, vt Deo offerrentur, hinc est quod August. in Psal. 148. ait: Non potest fieri, vt habeat mala facta, qui habet bonas cogitationes. Quemadmodum enim, inquit ille, de interiori palatio quidquid iusserit Imperator per imperium Romanorum emanat, sic in vnoquoque nostrum intus est Imperator; si bonus est, bona iubet; si malus est, mala iubet, & mala fiunt. Igitur cũ Christus sedet in cordis palaoti, id est, per bonam cogitationem, non potest iubere nisi bona; Cũ diabolus, quid potest iubere, nisi mala? Hoc ipsum docet Ambros. in Psal. 118. litera 8. versu 3. ponderans illud: *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua*: Quorum verborum duplicem tradit expositionẽ. Prima est: Cogitauit vias meas, id est, superioris peccati, & lapsus, & cõuerti pedes meos, vt iam non meis gressibus, quibus ante sum lapsus, sed testimoniorum tuorum itineribus ambularem: Alius sensus est: Cogitaui vias meas futuras, vt ante meos actus cogitationibus præuenirem; Et recte sequitur: *Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua*: Nam vbi cogitatione quis præuidet, quod actur⁹ est, semper parat⁹ est ad agendũ, & semper fixus, & validus, vt Dei obsequatur, & adhæreat. Vsque adeo autem hoc est verum, vt Basil. in Psal. 33. ad illa verba; *Semper laus eius in ore meo*, dicat hominẽ apprehensum cogitatione semper Deum laudare, ita vt ipsamet cogitatio sit laus Dei, propterea que hunc versiculum intelligen

Ezech. 8. n. 3.

Philip. 3. n. 20.

Iob. 7. n. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum esse de laude cogitationis, quæ semper debet esse in ore animæ, id est, in intellectu, de quo ore dicitur in eo dem Psalmo *Os meum aperui, & attraxi spiritum* Et Psal. 80. *Dilata os tuum, & implebo illud*, quare concludit Basil. cogitatio de Deo impressa semel, & veluti sigillo signata in mente, potest laus Dei recte appellari semper in anima existens. Quærit vero quomodo possit semper existere hæc cogitatio, & laus in anima, etiam cum dormit, vt verũ sit illud Cant 5. *Ego dormio, & cor meũ vigilat*, & respondet quadam similitudine Quasi, inquit, tenor quidã soni semel editi, ac diutius in auribus insonantis sunt illæ, quæ per somnum recurrunt cogitationes, cogitationis interdiu conceptæ, &c. Cum ergo sic Deo placeant, ipsumque laudent cogitationes, quibus homo è terrenis apprehensus eleuatur, inde est, quod placituram plebẽ ab infimis eleuauit super excelsam terrã, vt Deum mente conciperet, ipsumque contemplando inter cælum, & terram versans iugiter laudaret.

Psal. 118. *n.* 131. *Psal.* 80. *n* 11. *Cant.* 5. *n.* 2.

Fertilem etiam, & rebus omnibus abundantem concesit terram, & super alias excelsam, ne illi succumberet Hebræus populus, humerosq; supponeret, vt illi substratus, veluti seruus addiceretur, qua in re videtur Deus maxime nobilitasse hanc gentem, dũ noluit eã perpetuo addictam labori, & culturæ. Licet enim verum sit postquam Adamus peccauit perpetuo laborẽ hominem fuisse damnatum, sententia contra eum lata, in hunc modum: *Quia comedisti ex ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, in sudore vultus tui vesceris pane tuo*: Quem locũ æmulatus est Plinius lib. 18. Natural. histor. cap. 3 post med. cum rationem reddes sterilitatis terræ, ita habet: At nunc hæc eadem munera, quæ triũ phalibus manibus agebantur, vincti pedes, damnatæ manus, inscripti vultus exercent. Non tamen furda tellure, quæ parens appellatur, colique dicitur, & ipsa, honore hinc absumpto, vt nunc immutata ea, & indigne ferente, credatur id fieri, &c. Denique quod olim spõte sua proferebat abunde terra, post peccatum non nisi in sudore præbet, iuxta illud, quod est apud eundẽ Plin. citatum cap. 6. vbi ait operã nõ impensa cultura constat. Quod etiam notauit Poeta 1. Georg. dicens.

Genes. 3. *n.* 19.

Pater ipse colendi
Non facile esse viam, primusque per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda.

In quam sententiam facit locus ille Zachariæ 13. *Nec operientur saccino, vt mentiantur, sed dicet, non sum Propheta, homo agricola ego sum: Quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea*; Quibus verbis significare voluit Zacharias saccũ, siue cilicium temporibus Christi non esse futurum habitum Prophetalem, sed pœnitentem: Solebant enim olim Prophetæ indui facco, & cilicio, quãdo futura mala vaticinabantur, sicut constat ex Isaia in cap. 20. Temporibus autem Christi induendos esse Religiosos homines sacco prædicit, non tanquam Prophetas, sed ad instar Adami, qui in pœnam sui sceleris pellitus eiectus est a paradiso ad agros colendos in sudore; hoc enim videntur significare ea verba. Homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea; vel vt vertunt 70. Interpretes, *Quia homo genuit me*, id est, habitum pœnitentis, laborantis, & terram colentis gesto, quia filius Adami sum, & ideo sententiam in eo latam porto, perpetui scilicet laboris; Vnde Iob in cap. 5. ait: *Homo natus ad laborem, sicut auis ad volatum*, in quem locum eleganter notauit Origen. omnem hominem ad laborandum natũ esse. Et cum hæc, inquit ille, sit conditio hominis, tu qui homo es, & naturam humanam accepisti, quo pacto volare vis, præsertim cum pennas nõ habeas ad volandum. Licet potius fortiter ferre quod accepisti, &c. Videndus R. Moyses lib. 3. More. cap. 30. vbi refert quosdam dixisse Adamum non solum fuisse agricolam, sed etiam librum reliquisse de agricultura, vt ab illo primo magistro cæteri homines discerent. Vnde olim Reges, & Principes agros colebant, sicut videre est apud Plin. lib 18. Natural. histor. cap. 2. cum petit, quænam fuerit causa, cur antiquis temporibus tanta esset vbertas terræ. Ipsorum, inquit, Imperatorum tunc manibus colebantur agri (vt fas est credere, gaudente terra, vomere laureato, & triumphali aratore) siue illi eadem cura semina tractarent, qua bella; Et eadem diligentia arua disponerent, qua castra; siue honestis manibus omnia honestius prouenient, quoniam & curiosius fiunt, &c. Similia sunt quæ habet Pierius Valer. lib. 48. de symbolis in titulo de aratro, vbi ait. Tanta fuit olim agriculturæ reuerentia, tantusque honor illi semper habitus, vt veteres regia sceptra in aratri formam effigiarent, quo & ipsi quoq; Sacerdotes perinde ac Reges vtebãtur, &c. Agricultura itaque cõmunis omnibus hominibus, & labor in versanda ipsa terra in causa fuit plerisque, vt nihil, nisi de ipsa, cogitarent, & plerumque terreni fierent maximè, qui de cælestibus nihil sciebant, vel ipsa parui facientes, terrena tantum appetebant, qualis fuit Cain, de quo Philo lib. 2. Quod deterior potiori insidietur post med. ait. Merito ille impius Numinis contemptor Cain maledicitur, qui apertis cauernis huius concreti rebus externis inhiauit omnibus præ insatiabilitate petens eas accipere in perniciem Abel, id est, amici Deo dogmatis. Ideo terram operabitur, non agricola erit. Omnis enim agricola est artifex, quoniã ars, & agricultura, multi autem è vulgo terræ operarij, sine peritia tractantes, victus causa, hęc ministeria. Hi operando sæpe damnũ dant, nisi præfectũ habeant, & si quid rectè operantur, fortuito, non ratione benefaciunt. At quæ aguntur ex agriculturæ scientia, omnia necessario sunt vtilia. Quamobrem Legislator Noe iusto artem agriculturæ tribuit, &c. Vbi ostendit hoc discrimen esse inter agricolam, & virum addictum terræ, quod ille bona tantum, & necessaria quærat, at vir terræ totus illi immersus nec caput sursum leuare valeat, nec mentem ad Cælestia extollere. Proinde dum Deus suis Israelitis terram fructiferam concessit & laborem extenuauit, dum neque eam irrigare tenebantur terram, quam Deus de cælo impluebat, neque iugi labore eam colere necesse erat, quæ sponte sua, & paruo culta labore omnia proferebat; vnde & dicitur quod sugebant mel de petra, & oleum de saxo durissimo.

Zacha. 13. *n.* 5.

Iob. 5. *n.* 7.

Non est tamen omittendum hoc in loco, quod constitutus populus ille super excelsam terram, vt Deo subderetur, eique pro tãtis beneficijs grates iugiter redderet, ipsomet loco excelso eleuatus in supremum Dominum insurrexit impudenter, sicut videbimus versu 15. Et qui in excelsis constitutus est, vt excelsa mente contemplaretur Cælestia cũ Angelo nequam Cælestia petijt, vt laudes Deo debitas detraheret, & Diuinitatem Deo propriam Idolis attribueret, suggerente diabolo, qui in excelsis damnatus excelsorum mentes semper aapetit, vt deijciat, quæ est ratio, cur in Sacris literis non bene audiant excelsa, quæ dæmon semper petit propter superbiam suam, qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

altitudinem apperit, sicut ipse loquitur Isai 14. *In cælum ascendam, super sydera Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, &c.* Vbi Hieron ita ait: Semper Lucifer quærit ascendere super eos, qui habent imaginem Cælestis, & qui fulgent in Ecclesia, sicut astra Dei, & sedere in monte testameneti, id est, in Ecclesia, & super nubes illas, videlicet, quibus mandauit Dominus ne pluant super Israel imbrem. Infælix Iudas qui quasi nubes cum alijs Apostolis mittebatur, vt plueret, & quasi stellas inter cæteras stellas, & vitio suo suscepit ascensorem diaboli, qui superbo collo erigitur, & in arduis ponit nidum suum, eosque maxime ad se attrahere nititur, quos in excelsis dignitatum, & virtutum videt collocatos; de diabolo enim intelligit D. Hieronymus illud Iob 39. *In arduis ponet nidum suum*: dicens. Ex præmissis Dei in arduis diabolus ponit nidum suum, quia in magnis quibusq; huius mundi hominibus sedem sibi constituit, &c. Proinde quos Deus constituit super excelsam terram, quos magnis sublimauit honoribus, & cæteris præposuit gentibus, nempe Israelitas, hos adduxit, vt cum celsitudine terræ elationem superbiæ sequerentur, & contra Dominum insurgerent, quem potius venerari debebant, & recolere.

Iob. 39. n. 30.

Nisi forte constituerit hanc gentē super excelsam terram, vt ibi terrenis bonis incrassati, & amænis, ac vberrimis pascuis repleti, tandem occisioni traderentur, fuerunt siquidem Israelitæ oues illæ, quas Deus deduxit in manu Moysi, & Aaron. Duplex autem pecorum genus consideratur, alterum ad generationem, alterum ad occisionem: Illud quidem diu cōseruatur, custoditur, & fouetur, tanquam vtile Dominis suis, sicut Iacob se fecisse ait Genes. 31. Vnde & Domini pecorum nullatenus diuendi, aut ad victum ex hoc mactari permittunt. Alterum vero pecus occisioni deputatum, ne plus detrimenti, quam commodi ex eius sustentatione proueniat, cum nihil prouentus, & vtilitatis promittat in pinguibus pascuis reseruatur, & incrassatur, donec emptor accedat, & dato pretio, ad macellum, & carnarium abigat. Ad generationem itaque, & ad occisionem necessaria sunt vberrima pascua, & arua abundantissima, vnde à pastoribus pinguiora solent eligi loca, & à gregum dominis prouideri. Fuere olim Iudæi pecus quidem generationi destinatum, eaque ratione admodum vtile Domino, ideoque summa cura prouidit de pascuis eligēdis, de seruandis fouendis, & protegēdis huiusmodi ouibus, quoniā exinde ē regia progenie nasciturus erat agnus ille, dux totius gregis futurus, & ablaturus peccata mundi sanguine suo effuso, inde etiam venturi erant agnelli, quos Christus missurus erat ad Iudæos, tanquam oues inter lupos. Deinde vtilis erat grex iste propter lac doctrinæ, & veritatis in tribu Leui: *Pactum enim Domini cum Leui, lex veritatis fuit in ore eius*, ait Malach. in cap 2. Vnde apud Matthæū cap. 23. ait Christus: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate, & facite.* Et Paulus ad Romanos 3 cum interrogaret quid amplius Iudæo est? Respondit: *Multum quidem per omnem modum, quoniam credita sunt illis eloquia Dei*, id est, lex sua, sicut ait Chrysostomus, & Theodoretus. Alij vero Scripturas sacras intelligunt in ijs, quæ promissiones, & pacta Diuina, futurorumque mysteriorum prædictiones cōtinebantur, hæc enim sunt eloquia vetera Dei, siue Dei Oracula ex Græco, teste Hesych. Deniq; vtilis erat grex ille ob eximias virtutes

Malac. 2. u. 4. & 6. Matt. 23. n. 2.

Rom. 3. n. 1.

Gen. 31. u 40.

tutes, quibus veteris testamenti Patriarchæ, & Sancti præditi erant, quos plerique imitati in perfectos viros euadebant, imo & plurimi ex gentibus illorum virtute prouocati, & Scripturarum Sanctarum veritate instructi, ad veri Dei cultum conuertebantur. Quod si Deus permittebat hostes stragem in ouibus suis edere, & in lōginquas regiones abduci, prouidebat item mittendo ad illos Prophetas, qui populum alioqui afflictum consolarentur, ac tandem ad vberrima excelsæ illius terræ pascua reducebāt. Post quam autem natus est Christus Dominus ex semine Dauid secundum carnem, illumque Iudæi negligentes & abnegantes crucifixerunt, veritas sublata est ab ore Leui, & posita est in ore Petri Quanto verò sumptui fuerit Domino illud telluris inutile pōdus, & pecus in terra, & pascuis Iuda indicat nobis Christus apud Matth 23. dicēs: *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapiētes & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, &c.* Plenūque est homicidijs, & persecutionibus Actuū Apostolorū volumē, & historia Ecclesiastica Quid igitur fiet Iudæorum gregi posthæc iā prorsus degeneri, & inutili? Quid? Pascetur quidem, faginabitur, & incrassabitur in terra promissa, donec incrassatus, impinguat°, & dilatatus væneat ad macella, ne diutius pascua, & prata comedat, & Domino recalcitrās magnum indies inferat detrimentū, quod ad literam videtur dixisse Zacharias in cap. 11 cum ait: *Pasce pecora occisionis*; vbi etsi omnes expositores, vno excepto Aria Montano existimāt Zachariam re vera nō pauisse pecora occisionis, congruentior tamē est expositio Deum voluisse, & iussisse, vt Zacharias pastoralem curā ageret, & pecora campi pasceret, non qualiacumque pecora, sed eatantū, quæ occisioni destinata erāt, vnde vidētes cōciues eius tantum, ac talem Prophetam talia pascere pecora, in admirationem raperentur, & inquirerēt quid tandē insolita ista mutatio prædiceret, & portenderet, vnicum audiamus hoc in loco Gasparem Sanctium. Ego, inquit, existimo id habuisse in mādatis à Domino, vt pasceret gregē macello destinatum, & actione illa hieroglyphica ostendi Iudæorum populum, qui non semel supra grex vocatus est, Romanorum gladio, & quasi lanienæ, seu macello esse deuotum. Neque nouum est, vt actionibus, & non tantum verbis Prophetæ aliquid futurū denuntient. Et vt omittā alios, hic idem Propheta in eadē propè materia exemplo nobis esse potest; qui iussus est sumere vasa pastoris stulti. Vt ergo tunc Propheta personam agit stulti pastoris, sic nunc eius, qui non tam inuigilat gregi, vt pascat, quā insidiatur, atque imminet, vt occidat, aut occisioni præparet, & macello. Porro pecora occisionis sunt, quæ cædi destinantur Psal. 43. *Æstimati sumus sicut oues occisionis.* Sic ille ostendit ex Propheta Israelitas veluti pecora in vbertimis pascuis impinguatos fuisse, & incrassatos ad occisionem, eo quod omnino inutiles essent. Si quis vero inquirat quibus tandem emptoribus Iudæos tradiderit Deus? Omnes absque dubio Romanos intelligunt, qui post victoriā illis diuitijs, & mācipijs abūdabant: & post hāc venditionē dilatatus etiā est Deus quoad gloriā, & honorem, & nominis claritatē, quod videtur dixisse Isaias cap. 4. illis verbis: *In illa die erit germen Domini in magnificentia.* Vbi Chaldæus habet: *In illa die erit Messias in magnificentia.* Destructa enim Hierosolyma, & funditus euersa per Romanos nomen Christi celebre factum est apud gentes, quibus innotuit, & in emendis ac vēdendis ouibus, seu mancipijs Iudæo-

Zach. 11. n. 4.

Isai. 4. n. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum locupletati sunt Romani,& Christus lucratus etiam est extrinseca bona,gloriam scilicet,& honorem. Vnde iam intelligetur,cur populus iste,qui mox dicendus est impinguatus, & dilatatus,dicatur constitutus super excelsam terram,vt suggeret mel de petra,oleumque de saxo durissimo. Sic enim nutriēdus fuit inutilis grex,qui occisioni tradendus erat.

Libet hoc in loco ad calcem huius annotationis adducere eā collationē, quā affert Zeno Veronens. Episc. ser. 10 de Exodo,vbi totus est in proponēda maxima differentia,quæ reperitur inter ea beneficia,quæ Deus olim cōtulit Israelitico populo, & quæ postea Filius Dei in carne præstitit fidelibus suis. Si Iudæi,inquit, vacuatæ imaginis recordatione gloriantur, quanto magis Christianus,in quo nō est figura sed veritas? Quē ex rebus ipsis agnoscite pariter,& probate. Illis colūna nubis,atque ignis viā demonstrauit. Nobis testamenti veteris, ac noui clarissimi Oracula viam,& verū Dominum prodiderunt,qui ait. *Ego sum via & veritas.* Illorū profugus populus per mare rubrum dextra, læuaq; vndarū,stupentibus rupibus, pede sicco transiuit. At nostrum mare,quos voluntarios suscipit, fæliciter naufragos fecit. Interimensque vniuersa peccata genitalis vnda submergit; vt cælestes effecti, terram desiderare norint. Denique illi post mare,ad eremum perueneruṭ,nos post baptismū ad paradisum perueniemus. Illis irroratū est esurientibus māna: Nos autem esurire nō possumus,qui Cælestis panis nobiscū portamus annonā. Illis sitientibus petra fluxit in poculū; ad Christi fontem qui biberit,sitire nō nouit. Illis in deserto suauitas lactis,& mellis exhibita est,nobis vero,quod plus est, melle dulcior, ac lacte candidior, æternæ vitæ beatitudo Dei tribuatur in Regno.

Neque prætereundum est id, quod aduertit Gilbert. ser. 6. in Cant cum explicat verba illa: *Quæsiui illum, & nō inueni.* Vult enim ex verbis nostri textus deducere perseuerantiam in oratione,in qua licet quis orans,& deprecans obduratum experiatur Deum, dum minimè postulata concedit,adhuc tamen persistendum est, & assiduè,enixeque deprecandum, vt dulcedo spiritus, & gaudiū spirituale eliciatur, veluti à saxo durissimo. Sic vero ille habet statim post princip. Fratres,si sedulitas submouetur, desidia quando admittetur? Si non inuenit amor,quia inuenit tepor. Sponsæ desideria audis dilata,& tu ad proximum orationis tuæ pulsum inspirationis Diuinæ delitias tibi non affluere querulus causaris? Nunc cepisti,& tam citò â directione sua tuus infringitur spiritus,quid, si tibi illud de Euangelio improperetur: Sic? *Non potuisti vna hora vigilare mecum?* Vigilate,& orate, quia nescitis qua hora dilectus vester aduenier. Pertinax oratio pertingit ad finem, & si tibi in initijs sicca,& velut saxea videatur, oleū tamen gratiarum elicies de hoc saxo durissimo,tantum si perseueres,si te longior mora non dissoluat, si non dilatione tua vota lentescant. Molesta planè amanti dilatio, sed solent protracta desideria amplius crescere. Sic ille. Cuius doctrinæ suffragatur Rupert. lib 1. in lib. Reg cap. 3. in fin. vbi loquens de Anna matre Samuelis in oratione perseuerāte,& saxeas omnes difficultates superante, ait. Habet in Anna virtutis exemplum,quod imitetur nostra sterilis anima,si mater fieri optat,si verbi Dei, sanctarumque virtutum cupit esse fæcunda. In quo? In eo videlicet,quod dictū est, *Vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati,* quod idem est, acsi diceretur: In tentatione perstitit, orando perseuerauit. Hoc ergo fidelis anima imitetur, &

Mat. 26. n. 4.

1. Reg. 1. n. 18.

quærens inueniet,petens accipiet,pulsanti aperietur, &c. Ille igitur secundum hunc sensum elicit mel de petra, oleumque de saxo durissimo,qui perseuerans in oratione,in qua se frigidū, & veluti obduratum experitur,in qua Deum veluti non audientem, neque postulatis annuentem sentit, tandem & beneficia accipit, & internam vnctionem assequitur, & dulcia sortitur orationis verba, quasi mel in ore reperiatur.

Bernardus vero serm. 2. in festo Pentecostes ad fin. eadem verba refert ad Christum Dominum dura patiētem ab hominibus, & pro hominibus sustinentem,blanda tamen loquentē, benigna facien em, mirabilia operātem. Sic vero habet. Dulciter Domine Iesu cum hominibus conuersatus es,quàm abundāter multa, & magna bona hominibus largitus es: quam fortiter tam indigna ,, quàm aspera pro hominibus passus es: ita vt liceret suggere mel de petra, oleumque de saxo durissimo, duro ad verba, duriori ad verbera, durissimo ad Crucis horrenda, quia in his omnibus, sicut agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum. &c. Et Ambrosius libro de Salomone cap. 9. ait Per mel significabatur quod Deus dulcem daturus esset Euangelij suauitatem. Per oleum quod daret Spiritum sanctum per crismatis vnctionem. Sic ille. Et Gregor. hom. 26. in Euangelia. Petra inquit, id est Christus, mel dedit, id est, miraculorum dulcedinem discipulis ostendit. Dedit & oleum sacræ vnctionis cum post resurrectionem Spiritum Sanctum in eos immisit, &c. Procop. verò hoc in loco ait. Faui melliti sermones probi. Sermo item ille,quem Sponsus cum Sponsa habet,fauum stillat. Et Dominus noster dulcis, & amabilis,& gutur eius dulcedo est,& quantus,quāt° est, res est expetenda, &c. De verbis autem Christi Domini, quod dulcissima fuerint,constat ex sacro Textu Ioan 6. vbi interroganti Christo Domino duodecim discipulos suos: *Nunquid & vos vultis abire?* Respondit Petrus pro omnibus *Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes?* Et Luc. in cap. 10. Maria soror Lazari capta dulcedine verborum Christi,cum hora iam adesset prandij,& oporteret sororem in ministerio adiuuare, omnium oblita,secus pedes Domini sedens audiebat Christi verba, vt mirū iā non sit, quod refert Hieron. lib. 2. cōtra Iouinian. Et Laert lib 6. nempe Diogenē cū ab Antisthene repelleretur,etiā baculū intentante,subiecto capite sic dixisse. Cæde, non enim ita durum baculum reperies,qui me abste quādiu aliquid dixeris, quod discā, arcere possit. Videda sunt quæ habet Gregor. Nyssen. Orat. 4. in Cant. de dulcedine sermonum Christi,qui suauiores etant super mel, & lac, eductī de petra illa,quam reprobauerunt ædificantes. Vnde August serm. 46 de tempore post med. ait. Exurgat anima, quæ charitatis virtute comprehensa est, effugiat ex Ægypto, id est, ex sæculi huius desiderio pergat ad mare rubrum,scilicet Christi baptismum,ideo rubrū,quia sanguine Christi procuratum; persequantur hostes, peccata cum suo Authore diabolo tāquam Ægyptij cum suo Rege Pharaone sæuiant, sequantur fugientes. Quid metuis? Vsque ad aquā sæuiāt. Ingredieris tu,ingredientur & illi post te,sed aqua conuersa, illis erit in perniciem, tibi proficiet ad salutem,illos obruet, te abluet, illos damnabit, te liberabit. Post hæc suscipies mel de petra, quo sitim tuam saties, petra enim erat Christus, ex quibus præceptis,tanquam ex fontibus dulcedinis sarieris. Gustabis & panem illum,scilicet qui dixit: *Ego sum panis viuus,qui de cælo descendi,* gustabis, & vi-

Ioan. 6. n. 67.

Luc. 10. n. 39.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debis, *quoniam suauis est Dominus.* Et si in te eminet virtus charitatis, quæ omnia sperat, per eremum te necesse est transire, id est, vtaris hoc mundo, tanquam non vtens. Et in hac vita peregrinum te noueris esse, si terram Promissionis cupis intrare. Hæc Augustinus.

TEXTVS.

Num.14 *Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan, & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberet meracissimum.*

EXPOSITIO LITERALIS.

CVm constet omnem animalium pinguedinem, & adipẽ Iudæis omnino esse prohibitum sub pæna mortis ex cap. 7. Leuit. vbi dicitur: *Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel: Adipem ouis, & bouis, & capræ non comedetis. Siquis adipem, qui offerri debet in incensum Domini, comederit, peribit de populo suo.* Dum ergo hoc in loco fit mentio butyri, & adipis, hoc sane fit in commẽdationem illius terræ, de qua agitur, vt vberrima demonstretur, sicut bene aduertit Abulens. hic q. 4. Non poterat enim non esse omnium rerum feracissima ea terra, quæ hæc omnia sic proferebat, sicut in nostro textu describitur, vnde Brixian. hic ait. Significatur per mel, oleũ, butyrum, lac, adeps, triticum, & similia, omnium rerum abundantiam. Non meminit autem hoc in loco casei, cum præcipuum videatur, quod ex ouibus percipitur, quia corruptum quid, aridũque videtur habere, quod etiam notauit Bernardus serm. 2. de Aduentu dixisse Isaiam cap. 7. *Butyrum, & mel comedet, &c.* vbi ita ait. Duo sunt in lacte ouis, butyrum, & caseus, butyrum pingue, & humidum, caseus contra aridus, & durus. In hac igitur oue (scilicet natura humana) duo reperies, naturam dulcem, naturam bonam, tanquam butyrum, & peccati corruptionem, vt caseum. Vide ergo quam optime puer noster elegit, qui naturã nostram sine vlla peccati corruptione susceptit. Nam de peccatoribus legis: *Coagulatum est sicut lac cor eorum*, in quibus vtique lactis puritatẽ corrumpat fermento malitiæ coagulum iniquitatis, &c.

Leuit. 7. n. 23.

Vel etiam nõ meminit Moyses casei hoc in loco, quod facile constare posset ex abundantia lactis, & butyri. Meminit autem hoc in loco arietum filiorum Basan, id est, incolarũ regni Basan, quæ erat regio trans Iordanẽ, vt habetur Iosue 17. supra terram Galaad, quã Rex Og de gygantum stirpe obtinebat, quando filij Israel ad illas

terras

terras peruenere, cessitque hoc regnum duabus tribubus & dimidiæ, quæ ibi sedem elegerũt ob vberrima pascua, de quorum fertilitate videndus est Hieron. Amos in cap. 4. in princip. quo in loco dicitur; *Audite hoc vaccæ pingues*, In Hebræo est; *Vaccæ Basan*: Et 70. *Vitulæ Basan.* Siue vt est apud Hieronymum, & Theodotion. *Vitulæ Basinitidis*, id est, regionis Basan, & Hieronymus vertit, *pingues*, quia cum pascerẽtur in locis herbarũ fertilissimis nõ poterãtnõ esse pingues. Vnde iã intelligetur, cur Moyses in præsenti dicat filios Israel in promissa terra comedisse, vel posse comedere arietes filiorum Basan: Sensus enim est, tam pingues reperiri arietes in terra Chanaan. atque reperiri possent in abundantissima terra Basan. Nititur siquidem Moyses probare excelsam illam terram à Deo concessam populo suo cæteras omnes superare, ita vt quidquid bonum in alijs reperiretur, in hac optimũ haberetur. Deinde aduertendum est apud Hebræos, quod in vnaquaque re lautissimum, & optimũ est, vocari *chelev*, quod latinis est pinguedo, medulla, sumen, & adeps, quæ vox bis in hoc versu reperitur; priorique loco noster Interpres vertit, adipem; posteriori loco, medullam, dicens, *Cum medulla tritici*: Hebraice ad verbum, *Cum adipe renum*, id est, granorum tritici. Vatabl. *Cum adipe delicatissimi tritici*, quod noster dixit, *medullam*; Et certe Latini etiam eodẽ loquendi modo dicũt, amare medullitus, & amare oculitus, vt Plaut. loquitur apud Nonium Marcell. pro blandissime, pennita flamma, & intimis præcordijs amare. Sic Cicero Cethegum ob eloquentiæ dulcedinem cum vi persuadendi coniunctam, sibi ob efficacem suauiloquentiam suadæ medullam appellauit. Sic veteri proverbio de re maiorem in modum sapida dulcedine imbuta inquiebant, mellis medulla. Sed quid extra quærimus, cum domi totum habeamus? Etenim Isaias omnia prædulcia, & suminosa conuiuiorũ delitijs metaphoricis suauissime inuoluta nobis proposuit, & scripsit, vt nullo alio sermone, aliaue versione satis queat exprimi, quod noster optime vertit: *Faciet Dominus*, inquit, *in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ pinguium medullatorum, & vindemiæ defæcatæ.* Sic etiam & Psalm. 80. cum eadem voce, quæ hic habetur, dicitur: *Cibauit eos ex adipe frumenti.* Hebr. *Ex delitijs tritici*, quas Plinius siliginem vocat; Columell. robur dicit. Græcis, vt Suidas exponit, est lectissimum triticum. Lõgè abit Apollinar. explicans, *vitale triticum.* Sic Psalm. 147. dictur: *Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te.* Vbi bona metaphrasi vsus Apollinar ait. Impleuit verò pinguedine vi placidæ frugis. Sic etiam Numer. 18. *Omnem medullam olei, & vini, & frumenti, quidquid offerunt primitiarũ Domino, tibi dedi.* Hebr. pro medulla habetur pinguedo, fensusque est. Quod pinguissimum, electissimum, & optimum est inter frumenta, vina, & oleum, dedi. Nam Hebræi pro primitijs debebant offerre optima, vt præcipitur eodem cap. n. 29. & 32. Hinc iam intelligitur quid sit medulla tritici, est enim optimum, selectissimũ, ex quo delicatissimus panis delitiarũ conficitur.

Isai. 25. n. 6.

Psal. 80. n. 17.

Psal. 147. n. 14.

Num. 18. n. 12.

Et sanguinem vuæ biberet meracissimũ. Non est absonus, aut inusitatus hic loquendi modus, quo vinum rubrum apud Palæstinos generosum, & in pretio habitum, dicitur sanguis vuæ. Etenim moribundus Iacob de sorte Iudæ loquens ait: *Ligans ad vineam pullum suum, lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum.* Vbi per metaphoram, & hyperbolem redundantiã vini significat, ita vt vel ipsa vestimẽta in vino lauari possent, tanta enim

Gen. 49. n. 11.

copia

copia vini aderat in ea ſorte, quanta in alijs regionibus reperitur. Dicitur autam vinum ſanguis vuæ, non ſolũ quia tanquam ſanguis in venis continetur in foliculis, ſed quod ſanguinis colorem referat. Et Plin. lib. 14. naturalis hiſtor. cap. 5. vocat vinum ſanguinem terræ. Terra itaque illa excelſa omnibus rebus excellenserat, nihil, quod conduceret ad delitias, aberat, vt plerique hoc in loco intelligunt nomine mellis nihil ad victum non ſatis ſuperque aderat, hoc enim indicant verba huius textus; quorum doctrina quoniam magnam connexionem habet cum ſequenti verſu, eam ibi proſequemur, vt clarior, & apertior conſtet.

TEXTVS.

Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit. Incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.

EXPOSITIO LITERALIS.

POſtquam à verſu 7. vſque ad hunc noſtrum retulit Diuina beneficia, quibus Deus aſſecit gentem illam, & ſuper alias extulit, & ſublimauit, modo in maiorẽ Iudęorũ confuſionem, quid ille ingratus populus reddiderit Benefactori Domino, refert: Similem vero habemus ſententiam 2. Eſdræ cap 9 vbi poſtquam latius, & clarius, quam hoc loco referuntur beneficia Iudæorum populo conceſſa, ſubditur: *Comederunt, & ſaturati ſunt, & impinguati ſunt, & abundauerunt diuitijs in bonitate tua magna. Prouocauerunt autem te ad iracundiam, & receſſerunt à te, & proiecerunt legem tuam poſt terga ſua: Et Prophetas tuos occiderunt, qui conteſtabantur eos: vt reuerterentur ad te, feceruntque blaſphemias magnas, &c.* Itaque ſenſus huius carminis eſt, delitijs terræ, abundãtia cibi, & potus adeo pinguis, & obeſus factus eſt populus Iſrael, vt præ aruina, & pinguedine ingenium, & animus pene ſuffocaretur, & quaſi brutum animal, abiecto Dei iugo in ipſum calces impegerit; Ad expoſitionemque præſentis textus inſeruit maxime ille locus Iob agens de ſimili cõtumace opulento cap. 15. *Tetendit* enim *aduerſus Deum manum ſuam, & contra omnipotentẽ roboratus eſt. Cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. Operuit faciem eius craſitudo, & de lateribus eius aruina dependet.* Metaphora autem videtur ſumpta à nutritoribus equorum, quorũ qui ſumma cura, & diligentia equum nutrit, cibaria optima multa, multotieſque adminiſtrat, ſtabulum accommodatum quærit, mundatumque ſeruat, nihil omittens eorũ, quæ pro alimẽto, & nutritione

Eſdr. 9. n. 25.

Iob. 15. n. 25.

tritione aut requiruntur, aut reperiũtur. Impinguatur vero equus, incraſſatur, & dilatatur, dumque herus eum conſcendere vult, ille ſaltibus excutit, morſibus petit, totoq; corpore proijcit, & calcibus tandem impetit.

Iſai. 63. n. 13. Ierem. 5. n. 8.

Sæpe quidem in Scriptura populus Iudæorum equus appellatur, ſatiſque modo ſit Iſai. cap. 63. *Qui eduxit eos per abyſſos, quaſi equum in deſerto non impingentem*: Et Ierem. 5. n. 8. *Super quo propitius tibi eſſe potero, filij tui dereliquerunt me, equi amatores in faminas, & emiſſarij facti ſunt, vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.* Vbi pro emiſſarij, Hebraice habetur *Makim*, quod mane ſignificat, quaſi dicat, equi ſaginati tẽpore matutino, quo tempore maiori furiũt libidine, quia bene tota nocte paſti, & matutino etiã tempore: Quẽ locum ſic exponit Baſil. lib. de vera virginit. Ex rationali, & irrationali, id eſt, animali parte iuxta gentilem philoſophiam, hominem veluti Centaurum quendam Creator effingens, ſuperiori parti á capite vſque ad pectus humana forma inſignitæ, reliquum corpus ab vmbilico, & lumbis equina ſubiecit effigie, quæ & ventris voluptates brutorum inſtar prona, atque ad concubitus effrænate procliuis eſt. Neque cum ab irrationali parte per luxum rapi ratione præditã voluit, ſed à rationali potius rationis expertem ad vſus neceſſarios regi ſæpiſſime ſtatuit. Huius denique ſibi indultæ diuinitus poteſtatis gratia, quãdo rationalis pars peruerſo ordine ipſa non regit, improperat aurigæ ſermo diuinus (hoc nempe Ieremiæ loco.) *Equi inſanientes in faminas facti ſunt, &c.* Et Ierem. 8. *Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu vadens ad prælium*: Et ſane Baſil. homil. 8. in diuites auaros in princip. de Iudæis loquens, ait: Populus ille quemadmodum equus indomitus adhuc durus, ac frænũ mordens, minimeq; mandatis obtemperans, nõ ad vtilia conuerſus, ſed è recta excedens via ac contra aurigam, contemptis habenis, exultans, per abrupta, & confragoſa ſeſe præcipitem dedit, &c.

Ierem. 8. n. 6.

Hunc igitur equum delitijs abundantem, dapibuſque cælitus datis impinguatum, ac terræ optimis paſcuis incraſſatum, reſilientem, & reijcientẽ aſcenſorem Deum nobis in præſenti deſcribit Moyſes, oſtendens nobis maximam huius populi malitiam, quæ ſumpſit occaſionem reſiliendi, & inſurgendi contra Dominum, vnde potius illi debuit ſubijci, & humiliari. Similis autem huic eſt ille locus Ezechiel. 16. vbi dicitur. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſaturitas panis, & abundantia, & otium*: vbi Hieronymus ait. Seminarium ſuperbiæ eſt ſaturitas panum, & rerum omnium abundantia. Diues ille in Euangelio purpuratus nihil aliud refertur habuiſſe criminis, niſi quod opibus, & diuitijs affluens, in tantam eruperat ſuperbiã, vt manum egeno, & pauperi Lazaro non porrigeret, & ſic oblitus ſit conditionis ſuæ, vt ne hoc quidem miſero daret, quod proijciendum erat: hanc abundantiã ſequitur Dei obliuio quæ præſentia bona putat eſſe perpetua, & nunquam ſibi neceſſarijs indigere: Quapropter & lege præcipitur Deut. 8. *Attende, ne comedens, & bibens, & ſaturatus, ædificatis domibus optimis, habenſque oues, & boues, argentum, & aurum obliuiſcaris Domini Dei tui*, & in alio loco de Iſrael ſcriptum eſt: *Manducauit, & bibit, & ſaturatus eſt, & impinguatus, & recalcitrauit dilectus.* Quod ſciens ſapiẽtiſſimus omnium Salomon in Prouerb. cap. 30. deprecatur. *Tribue mihi neceſſaria, & quæ ſufficiant, ne ſaturatus mendax fiam, & dicam, quis me videbit? &c.*

Ezech. 16. n. 49.

Luc. 16. n. 19.

Deut. 8.

Magis autem conſtabit origo iniquitatis Sodomæ, ſi aduertamus id, quod ait Ioſephus 1. Antiquit. cap. 12.

Sodomitæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sodomitæ diuitijs, & abundantia pecuniarum elati, tam in homines cõ tumelioſi erant, quam erga Deũ impij: quippe, qui neque beneficiorum eius meminerant, & hoſpites auerſabantur. Philo vero in lib de Abraham paulo vltra med. ita habet. Sodomitarum regio, pars Chananææ terræ, quam nunc Syri Palæſtinam vocant, infinitis iniquitatibus referta, præcipue propter ventris, libidinum, cæterarumque voluptatũ ſtudia iam diuino calculo iudicata fuerat. Immodicus autem ciuium luxus è ſuperflua rerum copia habuerat originem, accedente enim ad bonitatem agri, a quarum commoditate, omnis generis fructuũ, quotannis prouentus erat maximus. Eſt autem ingens malorũ initium (vt quidam non male coniectans dixit) nimia bonarum rerũ copia, quarum ſatietatem quidam non ferentes, tanquã iumenta laſciuiunt, à ceruice excuſsis naturæ legibus, verſi ad meracas potationes, cibos opiparos, & nefarios concubitus, &c. Et poſt multa tandem ait. Sola Sodomitarum ditio priuſquam conflagraret, cæpit pacem turbare, defectionẽ dudũ meditans. Cum enim eſſet fortunatiſsima tenebatur à quinq; regibus, qui ciuitates, agroſque inter ſe diuiſerant, amplos admodum, & frugum, arbuſtorumque feraciſsimos: Nam Sodomitici agri nõ magna portio fertilitate cum aliorũ latifundijs certare poterat, ideo complures Principes amatores habuit miratos eius pulchritudine. Hi temporibus ſuperioribus per exactores tributorum optimates ſuos pendere ſoliti, debitam pecuniã prouinciæ rectoribus, metu ſimul, & reuerentia. Vbi bonis ſatiati ſunt, vt lolet è ſaturitate naſci petulantia, ſumpto maiore quam pro viribus animo, primo excuſſerunt iugũ, deinde more nequã ſeruorum in Dominos cohorti ſunt, &c. Ex adipe itaque, pinguedine, & ſaturitate iniquitas illius gentis ſumpſit initium, vnde Geneſ. 13. dicitur: *Homines Sodomitæ erant peſsimi & peccatores coram Domino.* Chaldaica Paraphraſis ait. *Viri autem Sodomitæ iniqui erant cũ ſuo mammona, & peſsimi in corporibus ſuis*, id eſt, iniquitas ipſorum prodijt ex mammona ſuo, abundantia ſcilicet, & diuitijs, quibus incraſſati, & ratione veluti priuati in nefanda peccata corruerũt. Similis item locus eſt ille Oſeæ 7. vbi dicitur: *Super triticum, & vinum ruminabant, & receſſerunt à me*: Quæ verba ſic explicat Hierony. Propter abundantiam rerum omnium corruerunt, quod etiam Ezechiel in Sodomis, & Gomorrhis factum eſſe cõmemorat cap. 16. vt nihil aliud, niſi cibos, & luxuriam ruminarent, quod 70 tranſtulerunt: *Super frumento, & vino diſſe cabantur*; in exẽplum Prephetarũ Baal, qui præſente Elia conciſione membrorum pluuias precabantur 3. Reg. 18. Simulque vt oſtenderet eos iumẽtorum ſimiles, non dixit commedebant, ſed ruminabant, & ideo receſſerũt à Domino, qui dicit; *Ego eos erudiui, ego fortitudinem præbui, & contra me ſuas erexerunt ceruices.* Similia habet idem Hierony. in cap. 32. Hierem. videndusque eſt D. Fulgent. epiſt. ad Probum, & D. Chryſoſt. homil 39. in 1. ad Corinth. vbi eundem locum citatum ex Ezechiel. cap. 16. in hoc ſenſu verſant. Similis item huic eſt ille locus Iſai. 26. vbi dicitur: *Indulſiſti genti Domine, indulſiſti genti: Nunquid glorificatus es?* Vbi Iſai. ab effectu probat magis opportunam eſſe improborum ſaluti ſeueritatem pœnæ, quam clementiæ lenitatẽ. Licet autẽ hic Iſaiæ locꝰ cõmuniter interpretatur de impijs nondũ ad Deũ conuerſis; Verior tamen, & accommodatior ſenſus eſt, vt accipiatur de Iudæis. Quandiu enim Iudaicæ genti Deus indulſit, non abiecit alienos Deos, quin potius ſicut eodẽ pene

Geneſ. 13. n. 13.

Oſe. 7. n. 14.

3. Reg. 18 n. 28.

Iſai. 26. n. 45.

tempore

Oſe. 1. n. 1.

tempore atteſtatur Oſeas in cap. 10. *Secundum multitudinem fructus ſui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ ſuæ exuberauit ſimulachris*: Vbi in Hebræo eſt iucunda quædam vocum alluſio, quã Pagnin. & alij ita putant melius explicari; Secundum bonitatem terræ ſuæ benefecerunt ſimulachra, quod bene explicat Riber. ibi dicens. Quãto ex terræ fructibus opulentiores fiebant, tanto plura idola faciebant; adhibitoque noſtro textu; *Incraſſatus eſt dilectus, &c.* illum exponit; Et vt ad locum Iſaiæ reuertamur, oſtendit ſtatim Propheta quid tandẽ conſequens fuerit ex benignitate, & indulgentia, qua vſus eſt erga Iſraelitas dicens: *Elongaſti omnes terminos terræ*; quod licet varie exponatur, inſeruit maxime Hierony. quem alij ſequuntur, dicit enim eſſe ſenſum, quod ex hac Dei indulgentia ingratus populus à Deo receſſerit vſque ad vltimos terræ terminos, id eſt, quam longiſsime. Vnde & ſtatim dicitur: *Domine in angustia requiſierunt te*, id eſt, ille populus, qui ditatus, & impinguatus receſſit á Deo ſalutari ſuo, preſſus tandem afflictione ad eum conuertẽtur, á quo ſe auerterat: frequens namque eſt hæc ſententia in Scriptura. Nam Oſe. 6. dicitur: *In tribulatione ſua mane conſurgent ad me*: Et Ierem. 2. *In tempore afflictionis dicent; Surge, & libera nos*; Et Pſal 82. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.* Similis etiam huic noſtro eſt ille locus Ierem. 5. *Magnificati ſunt, & ditati, & incraſſati, & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſime*: Quem locum explicat Gloſſa ex hoc quem præ manibus habemus. Similis etiam locus eſt ille Iob. 15. *Contra Omnipotentem roboratus eſt*: vbi Gregor. lib. 12. Moral. cap. 22 ſic explicat: Cõtra Deum armatur, quia rebus tẽporalibus tumens contra præſcripta veritatis, quaſi de magnitudine carnis erigitur. Incraſſatus itaque, & impingua-

Oſe. 6. n. 1.

Ierem. 2. n. 27.

Pſal. 82. n. 17.

Ierem. 5. n. 28.

Iob. 15. n. 25.

tus Iſrael cõtra Deum inſurrexit etiã poſt admonitionem Dei, qui Deut. 8. illi dixit: *Obſerua, & caue nequando obliuiſcaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius, atque iudicia, & cæremonias, quas ego præcipio tibi hodie; Ne poſtquam comederis, & ſaturatus fueris, habueriſque armenta boum, & ouium greges, argenti, & auri, cunctarumque rerum copiam eleuetur cor tuum, & non reminiſcaris Domini Dei tui*: Vbi Oleaſt. ait: Ecce ad quid ò homo tibi Dominus dat ſaturitatẽ, vt ſcilicet ſaturatus illi benedicas; Tu vero è contrario cum diues fueris nihil de eo cogitas, neque cognoſcis illum: Vnde ſequitur: *Et eleuetur cor tuũ, & obliuiſcaris Domini Dei tui*: hoc enim eſt vitium, quod diuites maxime inſequitur, ſcilicet, obliuio Dei. Hunc etiam locum explicat Hieronym. ex illo alio Oſeæ 13. vbi dicitur. *Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti; Ego cognoui te in deſerto, in terra ſolitudinis; iuxta paſcua ſua, adimpleti ſunt, & ſaturari ſunt, & eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei.* Ait ergo Hieronym. Iuxta illud, quod alibi ſcriptum eſt; *Incraſſatus eſt, & impinguatus, dilatatus, & recalcitrauit dilectus*, nunc quoque comederunt, & ſaturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt eius, cuius beneficiorum memores eſſe debebant.

Oſe. 13. n. 5.

Dilectus: Vox Hebræa hoc in loco, *Ieſurum*, magnam ingerit difficultatẽ, eſtque diminutiuum á recto, quanquã nonnulli deducunt à *ſur*, quod eſt aſpicere: Sed prius eſt rectum, inquit R. Abrahã & Aben-Hezra in cõmẽtarijs. Vnde Oleaſter ſequutus Pagninum vertit. Oleo vnctus eſt rectus. Vocatur autem Iſraeliticus populus rectus, eo quod Iſrael cum Angelo luctatus erectus manſit, ſicut exponunt R. Abraham, & Aben-Ezra, qui etiam vertũt, vnctus eſt rectus. Senſuſque eſt: Qui antea in captiuitate contractus incedebat, poſtea vnctus pinguedine, ex-

tendit

Universidad de Deusto
Biblioteca

tendit manus suas contra Dominum vt eum offenderet; metaphoricus loquendi modus est sumptus à rebus, quæ contractæ cum antea essent, oleo pinguedineque perfusæ distenduntur. Quidam vero à *sor*, id est, boue, deflectunt, cui populus Israeliticus tauri more in vnum corpus compactus cõpararetur, & ita fit allusio hoc in loco ad id quod vitulus saginatus cõsueuit facere, nempe calcitrare, & iugum recusare, similemque putant allusionem Deut. 33. cum Ioseph tauro pulcherrimo comparatur. Et Isai. 1. cum dicitur: *Cognouit bos possessorem suum; Israel autem me non cognouit.* Cæterum hæc ad rem non tam videntur pertinere; Nam rectus hoc in loco, & rectulus videntur pertinere ad Israelẽ, qui luctatus cum Angelo in fortitudine sua directus est cum illo Et ideo diminutiuus rectulus blanditiæ causa, & amoris nota, ac summæ dilectionis indicio appellatus est ille populus, hocque magnam habet conuenientiã cum nostra versione quæ habet: *Incrassatus est dilectus*: Vbi Tygurina habet: *Et pinguis factus rectus recalcitrauit.*

Deut.33. n.17.
Isai.1.n.3.
Ose.12. n.13.

Dilectus in Scriptura idẽ est multoties atque vnigenitus, vt Ierem. 6. *Luctum vnigeniti.* 70. *dilecti.* Et D. Athanas Orat. cõtra Arrianos annotauit non solum in sacris literis, sed apud prophanos etiam Poetas idem valere dilectum, atque vnigenitum, quadrat autem congruenti ratione in hunc populum, quem Deus ex cæteris sibi elegit tanquã vnigenitum, vniceque dilectum. In maiorem vero exaggerationem sceleris Iudæorum dilectũ vocat eum populum, vt scilicet inde cõstet grauissime deliquisse eum, qui cum singulari amore à Deo diligeretur, in eundem calces impegit per summam impudentiam. Similisque est ille locus apud Ierem 11. vbi dicitur: *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa?* Vbi 70. in fœminino vertunt, vt intelligatur locus de ciuitate, sicut intelligenda sunt in nostra vulgata ea, quæ in fœminino ponuntur: Theodoret. ergo sicad dicta verba ait: Vtrũque declarat grauitatem impietatis, tum hoc, quod vocata est dilecta: tum illud, quod interius in templo Dei collocauerit statuas eorum, qui non sunt Dij. Similia habet ibi Hierony. dicens: Dilectum, & amantissimum vocat populũ Iuda, qui in templo eius posuit, & venera tus est idola; quasi velit, vt magis eluceſcat ingratitudo adorantis idola ex amore diligentis Dei, Hebræa verba si legas, hunc sensũ videntur habere; *Quid dilecto meo in domo mea?* Quasi maritus comprehensa vxore in adulterio, dicat. Videsne quod in domo mea, & in thoro meo, in quo meam sensit toties, & experta est beneuolentiam, mea hucusque vxor ausa est adulterium rependere pro amore. Ipsa enim dilectio, & maritales amplexus videbantur constringere, & concatenare vxorem, ne posset contra maritũ delinquere. Vincula ipsa charitatis, quibus ad se traxerat Deus populum illum, eundem videbantur constringere, ne in Deum recalcitraret. Efferatus sane equus, qui in officio non continetur, dum aureis amoris vinculis detinetur, ideoque dilectus dicitur, cum ferrea vincula constringant irrationales, & lasciuientes equos, ne recalcitrent.

Ierem.6. n.26.
Ierem.11. n.15.

Similis querela est illa apud Malach. cap. 1. *Dilexi vos*: quæ verba plerique per appositopesim, siue reticentiam dicta esse existimant, vt indicetur quædam tacita Dei querimonia, hoc sensu: Semper dilexi vos & vsque adeo dilexi, tamen vos, pro tali dilectione nihil aliud, quam peccata rependitis: quod enim querimoniam contineant verba ista perspicuum est ex ijs, quæ statim subijciuntur: *Et*

Malach.1. n.2.

dixisti,

dixisti, in quo dilexisti nos? Vt sit sensus: Tam ingrati estis, vt amorem meũ, beneficiaque ex eo profecta non agnoueritis quin potius dixeritis, *in quo dilexisti nos?* Vt liberius delinqueretis. Aduertit autem optimé Hieronymus in cap 44. Isai ad illa verba: *Noli timere serue meus Iacob, & rectissime, quem elegi.* Vbi accusatur populus, aut durius aliquid audit, addi quædam priuilegia; quod etiam aduertit Cyrillus. Ideoque ibi rectissimus appellatur populus; Hebraicè, *Ieſurun*, quod Sanctius ibi aduertit, & confert cum nostro dilecto, redditque dilectulum. Vt ergo maiorem energiam, & efficaciam habeat reprehensio hoc in loco, appellatur populus dilectus, vt grauior sit ingratitudo, qua tantam dilectionem pessimè rependit.

Isai. 44. n.2.

Incrassatus. Hieronym. 2 contra Iouinian. sic explicat vim huius nominis. Manducauit populus, & incrassatum est cor eius, ne videret oculis, & audiret auribus, & corde conijceret: nisi fortè tacita etiam hic lateat obiurgatio, quod cum dilecti essent à Deo, & quasi nobiles, & intelligentes, incrassati tamen sunt, & ingurgitati terrenis delitijs, quasi bruta animantia essent, quod videtur reprehẽdisse Dauid Psal 4 cum ait. *Filij hominum vsquequo graui corde?* Vbi Hebr. habetur, *beneis, viri præstantes, & clari.* Nam bene Adam, obscuri, & plebei vocãtur. Hos igitur accusat, ait Agell. cur ipsi cum nobiles sint, quos cæteris sapientiores, & perspiciores esse decet, adeò obtusum, & rude cor gerant, vt non intelligant se Dei munere ad dignitatum culmina, & magnarum facultatum possessionem esse euectos; elegantissimè verò dixit, *graui corde*, non moribus, ac virtute graues, sed corde, id est, stulti, & perfracto animo. Simili quidem metaphora de Pharaone dicitur Exod. 7. & 9. *Ingrauatum est cor Pharaonis*, id est, durũm euasit, & ad intelligendum ineptum, quod incrassare dixit Isai. 6. & Matth. 13. *Incrassatum est cor populi huius, & auribus suis grauiter audierunt.* Sic enim eum locum Septuaginta transtulerunt; & in hoc sensu bene hoc in loco intelligitur, *incrassatus dilectus.* Qua de re videndus Hieronymus in cap. 3. Ionæ post med. vbi ostendit diuitum mentes, & potentias, intellectusq; diuitijs, & opib⁹ incrassari, ne superiori ratione intelligant ea, quæ Dei sunt, cum toti sint homines animales.

Psal. 4. n.2.

Sed adhuc dictus loc⁹ Psalmi, quid amplius pro re nostra habet secundũ Hebræum codicem, cum quo sic cohæret. *Filij hominum vsquequo gloria mea ad ignominiam?* Id est, vsque quo vos abutimini gloria, & honore à me accepto, vt vos ad ignominiam, veluti bruta conferatis; vel vsquequò vos, qui estis gloria mea, quos pro gloria duco diligere, & bonis omnibus cumulare, ad ignominiam properatis, & descenditis prægrauati corde.

Vel incrassati dicuntur tacita adhuc obiurgatione, vt innuatur eorum contra Deum delictum, qui Dei obsequio omnino dicati, non aliter atque adeps, & pinguedo proindeque isti, qui toti impinguati, & incrassati debebant se Deo dicare, & mancipare, maiorem vtique offensam contrahebant, dum recalcitrabant, & in Deum insurgebant. Hoc vt clarius fiat, aduertendum est adipem, & pinguedinem Deo peculiari ratione reseruari, deinde etiam, & pios, ac iustos viros adipis nomine, veluti Deo consecratos, censeri. Etenim vt cõstat ex Leuitic. 3. *Omnis adeps erit Domini iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis vestris, nec sanguinem, nec adipem omnino comedetis*, & de pinguedine dixerat n. 3. *Et offeret de hostia pacificorum in oblationem Do-*

Leuit.3. n.17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mino adipem, qui operit vitalia, & quidquid pinguedinis est intrinsecus. Ex quibus constat adipem & pinguedinem ad Dominum spectare. & singulari edicto illi attribui. Vnde iam intelligetur ille locus Dauid Psalm. 62. *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea*; vt scilicet ad Deum tota spectet iure perpetuo, & nihil terrenum in ea dominetur: quod clarius fiet, si adiungamus locum alium Ecclesiast. 47. vbi dicitur: *Quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filijs Israel*, id est, sicut adeps à carne separabatur, totaque in sacrificium Deo incendebatur, cum tamen hostiæ diuiderentur, & ex illis pars cederet Sacerdoti, pars etiam offerenti Sic cum alij veluti ad diuersas curas diuertant, & diuidantur, Dauid totum Deo se offerebat, veluti adipem. Incrassatus igitur Israel, & impinguatus perinde totus Deo debitus iure legis & æquitatis ratione, ab illo veluti brutus recessit, &c.

Psal. 62. n. 6.

Eccl. 47. n. 2.

Recalcitrauit. Ostendit Moyses quid contigerit Israelitico populo, assumpta similitudine equi, qui quãdiu macilentus est sessorem sustinet. & portat; at impinguatus & incrassatus nec patitur, nec calcaribus, lupatisue paret; Describit igitur hoc in loco irrationalem motum, quo impinguatus equus se cõtra Dominum erexit, pro qua re videndus est Ambros. lib. de Isaac cap. 8. vbi per equos malos passiones intelligit. Bonus rector ait, malos equos reuocat, bonos incitat. Boni sunt prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia: Mali iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas, &c. Similia sunt, quæ habet Origenes homil. 15. in Iosue, vbi ait Equus lasciui motus, & superbæ ceruicis est animal, quare si passiones corporis, id est, libidinem, & superbiam, quibus anima, velut equitans vectatur, & fertur ad præcipitia, equos intelligam°, non erit rationi nostræ contraria intelligentia. Hos igitur equos iubet Dominus subneruari; subneruatur autẽ equus cum corpus ieiunijs, vigilijs & omni abstinentiæ afflictione macerat ur ideo enim & fallax equus dicitur ad salutem Psalm 32. Si motus nostri corporis fieri permittamus infrænes, nec abstinentiæ iugo lasciuiam carnis, & superba colla subdamus. Currus etiam iubemur incendere, id est, omnem arrogantiæ speciem resecare, &c Nõ potuit igitur melius Moyses explicare effrænem impetũ, quo Israel aduersus Dominum insurrexit, illius iugũ abijciens eiusque honorem Idolis tribuens & se totũ passionibus tradens, calcesque Domino impudẽter impingens, quã assumpta metaphora impinguati equi, frænum, & dominium omnino reijcientis præabundantia, & pinguedine, hoc enim solẽt homines efferare similesq; brutis reddere, sicut prosequitur Chrysost. tom. 1. in cap. 2. Isaiæ ad illa verba: *Impleta est regio eorũ argento, & auro, & non erat numerus thesaurorum eorum, & impleta est terra eorum equis; & non erat numerus curruum eorum* Vbi ita habet. Forte dicat quis, quænam culpa est hæc, facultates habere, & possidere equos, ea potissimæ tate ac generatione, quã do philosophia nõ admodũ sunceriter, & exacta diligentia excolebatur? Ad hoc igitur quid respõdemus? Nimirũ, quia nõ vsum ipsũ traducebat sed immodicã animi affectionẽ qua ipsis indecore abutebantur. Quemadmodũ enim quando dixit: *Væ qui potentes estis*, non vtique potestatem ipsam damnat, sed eos incusat, qui indulta sibi authoritate abusi sunt in malũ; sic sanè etiam hic, non quod possederint facultates damnat, sed quia cum immodica opulentia affluerent, præterea etiam necessariũ vsum opes cumulatim cõgerebant. Nõ erat, ait numerus thesaurorũ corũ, atqui nec ubi quidẽ solum, sed quia, exuberantia opum,

equorumque viribus freti, ac turgẽtes sensim transfuerũt abibant, & auocabãtur ab spe, qua in Deum tendimus, &c. Quibus ostendit homines statim atque opibus abundant, à Deo recedere, illius penitus oblitos. Vnde Chrysost. homil. 22 ad populum longe ante fin. versans nostrum textum ait. Nisi comedisset Israel, & impinguatus fuisset, non recalcitrasset, &c. Similia habet Tertull. lib. contra Psychicos cap. 6. afferens etiam nostrum textum, ait. Omnem disciplinam victus, aut occidit, aut vulnerat. Mentior si non Dominus ipse obliuionem sui exprobrans Israeli causam plenitudini reputat.: *Incrassatus est dilectus, & pinguefactus, & dilatatus est, & dereliquit Deum, qui fecit eum, & abscessit à Domino salutifica tore suo.* Denique in eodem Deut. eandem causam præcaueri iubens. *Ne*, inquit, *cum manducaueris, & biberis, & domos optimas ædificaueris, ouibus, & bouus tuis multiplicatis, & argento, & auro, extollatur cor tuum, & obliuiscaris Dominimini Dei tui.* Præposuit corruptelæ diuitiarum edacitatis enormitatem, cui ipsæ diuitiæ procurant. Per illas scilicet, incrassatum erat cor populi, ne oculis videret, & auribus audiret, & corde conijceret, dapibus obstructo, quas nominatim esui abstulit, dedocens hominem saginæ studere. Et Procopius hoc in loco explicat adductis duobus locis Sctipturæ. Iuxta Salomonem inquit, *Anima repleta fauos conculcat*, & alibi. *Mel si repereris, comede de illo quantum satis est, ne forte satiatus euomas illud.* Quibus diuitum resupina fastidia de Diuinis exprimũtur. Idcirco Dominus vbi multa disseruit de affluentia terræ promissionis ad populum in deserto, adiungit; obserua, & caue, ne quando obliuiscaris Domini tui. Adeó propriũ, & solitum est rerum humanarũ affluentiæ, vt mentem hominis totam occupet, ac stupidam reddat, vt neque Deum, neque ipsum hominem sinat contẽplari, & agnoscere. Ideoque Ambros. lib. 1. de Cain, & Abel cap. 7. in med. afferens citatum locum ex c. 8. Deut. *Attende tibi ne obliuiscaris Domini Dei tui, & non custodias mandata, & iudicia, & iustitias illius, quæ ego præcipio tibi hodie; vt cum manducaueris, & repletus fueris, & cum domos bonas ædificaueris, & habitare ceperis in eis, & cum ære, argento, & auro completus fueris, & omnia possidere ceperis, & plena fuerint horrea tua, exaltes cor tuum, & obliuiscaris Dominum Deum tuum.* Tunc ergo (addit Ambrosius) obliuiscetis Dominum cum oblitus fueris tui. &c. Obesæ namque, & saginatæ mentes abundantia rerum temporalium sui penitus obliuiscuntur, qui antea se agnoscentes coram Domino toti prouoluti ipsum venerãtur, & reuerẽtur. Qua de re videndus Hieron. in cap. 3. Habac. ibi. *Pro iniquitate vidi tentoria Æthyopiæ*; vbi ostendit quanta humilitate, & submissione homines in paupertate degẽtes se cõculcandos obijciant, comparatis verò diuitijs, in superbiam extollantur. Vide homines, inquit, maria trãsire, ante potentum excubare fores, pati omnia, quæ seruorum conditio vix patitur, vt diuitias congregent, vt aliquam accipiant dignitatem, & post quam hoc fuerint consequuti, tradere se luxuriæ & voluptatibus, & omni iniquitati; vt quod auaritia congregauit, luxuria consumat, &c. Vt mirum non sit si populus Israeliticus præ affluentia bonorum omnium in Datorem, & Creatorem erecto collo insurrexerint, & per summam ingratitudinem calces impegerint. Vnde Esdras. lib. 1. cap. 9. n. 15. ait. Cumulatum beneficijs à Deo populum intumuisse, & superbisse, hoc enim illius gentis ingenium. *Cæperunt*, inquit, *vrbes munitas, humum pinguem, & possederunt domos plenas cunctis bonis. Cisternas ab alijs fabricatas, vineas, & olueta, & lig-*

Deut. 8. n. 11.

Prou. 27. n. 7.

Prou. 25. n. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

na pomifera multa. Et comederunt, & saturati sunt, impinguati sunt, & abundauerunt delitijs in bonitate tua magna, prouocauerunt autem te ad iracundiam, &c.

Recessit à Deo. Hoc debemus explicare per ambulare cum Deo, quod est amicè illi adhærere, & placere. Vnde Amos 3. dicitur: *Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis.* Et Paulus Hebr. 12. vbi de Enoch ait: *Ante translationem autem testimonium habuit placuisse Deo.* Nihil autem de hoc Scriptura dicit, nec vllum eiusmodi testimonium legimus, sed Scriptura tantum Genes. 5. ait: *Ambulauit Enoch cum Deo.* Paulus autem interpretatus est illud, ambulauit cum Deo, idem esse ac placuit Deo. Simul interpretatus est Ecclesiastic. c. 44. *Enoch placuit Deo.* Cum ergo Genes. 6. audimus, *Ambulauit Enoch cum Deo*, intelligimus illũ placuisse Deo. Si ergo ambulare cum Deo, idem est atque illi placere, recedere à Deo, idem est atque displicuisse, eumque offendere. Deinde etiam hic recessus explicandus est per aliquam allusionem ad illud Deuter. 10. vbi dicitur: *En Domini Dei tui cælum est, & cælum cæli, terra, & omnia, quæ in ea sunt. Et tamen Patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amauit eos, elegitque semen eorum post eos.* Vbi verbum conglutinatus significat vehementiam amoris Diuini quod per eam arctissimè Deus vnitus fuerit genti illi. Est siquidè summus amoris affectus, atque indicium huiusmodi vnio, vnde anima Sichem dicitur cõglutinata cũ Dina, & anima Iacob dicitur dependere ex anima Benjamin: vel vt in Hebræo habetur, illi colligata esse. Et anima Ionathæ conglutinata dicitur animæ Dauidis.

Deut. 10. n.15.

Cen. 34. n.3. Gen. 44. n.39. 1.Reg.18. n.1.

His positis iam constat quomodo hic recessus intelligendus sit, à Deo scilicet, cũ quo debebant ambulare, & quia ante eos ambulabat, quia solus Dux eius populi fuit, & nõ erat cũ eo Deus alienus. Recessit à Deo, à quo impinguatus fuerat, & bonis omnib⁹ ditatus, & cumulatus. Qua de re videtur conqueri Ierem. 2. cũ ait: *Nunquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? Quare ergo dicit populus meus: Recessimus, non veniemus vltra ad te.* Vbi Deus remouet omnem prorsus excusationem, quam prætendere possent Israelitæ; nam vt est hominum genus vtilitatis appetens, ægreque ferẽs laborẽ suum perire, non tam mirũ videretur si à Deo recederẽt, videntes eũ parcũ in recompensatione laborum, aut in præmio conferendo, proinde dicit se nõ esse similem deserto, quem arator, & cultor deserit, sciens nullum inde eliciendum fructum, neque præterea esse terram serotinam, quæ licet fructum reddat agricolæ, reddit tamẽ serò, proindeque notam ingratitudinis minimè fugit. Vbi Septuaginta habẽt pro terra serotina, *regionem spinis obsitam*: Hebraica verò vox, caliginosam, & horridam denotat, sicut fermè omnes Interpretes vertunt, præter nostrum Vulgatum. Cum igitur Deus similis nõ sit infructuosæ terræ, cõqueritur maximè quod Hebræi dicant, recessimus, quod indicat animũ in sententia pertinaciter obstinatũ, qui iam omnino constituit abilla non esse recedendum, similem profecto illi, qua Pilatus dixit, *quod scripsi, scripsi.* Et qua senex apud Latinum Comicum, vt ostenderet de eo quod semel insedisset animo, nihil esse remittendum, protulit hanc vocẽ, *dixi.* Cum ergo grauior reddatur culpa populi Iudæorum, quod à Deo recesserit, qui nullatenus erat terra infrugifera, & horrida; grauissima vtique censenda est culpa dilecti á Deo populi, qui Deum deserit, à quo constitutus est super excelsam terram, vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo, &c.

Ierem. 2. n.31.

Recessit igitur à Deo per idolatriã,

quod

quod peccatorum omnium est maximum, de quo proinde est illud Sapient. 14. *Idolorum cultura omnis mali initium, & finis*, id est, omnium peccatorum fons: finis verò, quia vltra non potest quis deterius peccando progredi. Vnde est illud graue exordium apud Tertull. in lib. de Idolatria, cum ita incipit. Principale crimẽ generis humani, summus sæculi reatus, tota causa iudicij, idolatria. Nam etsi suam speciem teneat vnumquodque delictum, etsi suo quoque nomine iudicio destinetur, in idolatriæ tamen crimine expungitur. Omitte titulos, operas recognosce, Idolatres, idem homicida est. Quæris quẽ occiderit? Si quid ad elogij ambitionẽ facit, non extraneum, nec inimicum, sed seipsum. Quibus insidijs? Erroris sui. Quo telo? Offensa Dei. Quot plagis? Quotquot idolatrijs. Proinde adulteriũ, & stuprũ in eodẽ recognoscas; Nã qui falsis Dijs seruit, sine dubio adulter est veritatis, quia omne falsum adulterum est. Sic & in stupro mergitur. Quis enim immundis spiritibus operatus, non conspurcatus, & cõstupratus incedit? Atque adeo Scripturæ Sanctæ stupri vocabulo vtuntur in Idolatriæ exprobratione. Fraudis conditio ea est, opinor, si quis alienum rapiat, aut alij debitum deneget, & vtique erga hominẽ admissa fraus maximi criminis nomen est. At enim Idolatria Deo fraudem facit, honores illi suos denegans, & conferens alijs, vt fraudi etiam contumeliam coniungat. Et paulo inferius ita concludit. Sed cum vniuersa delicta aduersus Dominum sapiant, nihil autem quod auersus Dominum sapiat, non dæmonijs, & immundis spiritibus deputetur, quibus idola mancipantur. Sine dubio idolatriã admittit quicũque delinquit, id enim facit, quod ad idolorum mancipes pertinet. Vbi Tertull. ostendit idolatriam grauissimum esse omnium criminũ, eo quod in ea potissimum reperiatur id, quod in alijs peccatis grauissimum est, nempe recessus á Deo. Nam cũ quilibet peccator á Deo recedat, id quidem non semper facit denegando, & auferẽdo à Deo adorationem glotiam, & Diuinitatem. At idolatra recedit à Deo, auferendo, & negãdo hæc omnia, quę Idolis falso tribuit, vnde peculiari ratione de Idolatra dicitur, quod recedat à Deo, ratione cuiꝰ recessus pluri ma incurrit mala, & peccata, quod dixit Paul. Rom. 1. *Cũ cognouissent Deũ, non sicut Deum glorificauerunt: Idcirco tradidit illos Deus in desideria cordis, in immunditiam, &c.* Vbi Hieronymus ait. Omnia peruerterunt in Deum per uersi, nec ordinem potuere seruare naturæ, qui naturæ dereliquerunt Authorem.

Sap: 14. n.27.

Rom. 1. n.11.

Grauius autem hac in re deliquerunt Hebræi recedentes à Deo, quam cæteri populi, sicut habetur Thren. 4. vbi dicitur: *Maior facta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento.* Vbi Diuus Hieronymus ait. Maior effecta est iniquitas populi Iudæorum peccato Sodomorum, quia illi tantummodo legem naturalem. Isti autem & naturalem, & scriptam transgressi sunt, videntes mirabilia Dei, & cibo Cælesti pasti, ingrati semper eius beneficijs extiterunt. Quomodo autem iniquitas Iudæorum maior extiterit peccato Sodomorum, ostendit Matth. in cap. 11. cum ait: *Tunc cæpit Iesus exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ fuerãt plurimæ virtutes, quia non egissent pœnitentiã: Væ tibi Corozaim, væ tibi Betzaida, quia si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent.* Cum ergo maior fuerit iniquitas, quam maiora beneficia, & signa præcesserunt, fit consequens vt grauior fuerit culpa Iudæorum post tanta beneficia á Deo collata,

Thren. 4. n.6.

Mat. 11. n.21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

collata, tot mirabilia patrata, legemque singulari prouidentia à Deo editam. Notandum autem est, quod in huiusmodi recessu à Deo duo crimina inculcantur, & obijciuntur, scilicet termini à quo, & ad quem, quo pacto bene intelligitur locus ille Oseę cap 10. *Congregabuntur super eos populi, cum corripientur propter duas iniquitates suas.* Vbi Hierouymus. Possumus duas iniquitates appellare, de quibus & Ierem. loquitur cap. 2. Duo pessima fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui non possint aquas continere. Hæ duæ iniquitates contra duo decalogi erupere præcepta. In quibus dicitur: *Ego Dominus Deus tuus: Non erunt tibi Dij alij absque me.* Ita Hieronymus, cui suffragantur Cyrillus, Theodoretus, Theophylactus, Rupertus. Addit vero maioris explicationis gratia Rupertus. Hoc in quauis alia gente quæ Deum non nosset, vnum peccatum erat, cum videlicet malum per ignorantiam eligitur pro bono; at in populo, in quo notus erat Deus, duplex peccatum est, alterum Deum non colere, alterum pro eo, siue potius contra eum, colere Deos falsos: & de auersione à Deo videndus Chrysostomus homil. 22. in Matth. vbi captiuis infæliciores dicit eos, qui cum Dominum habeant Deũ, ab illo Rege mitissimo recedentes, tyranno se sæuissimo dediderunt, nempe diabolo, ac peccato. Qua de re videndus Hieron. in cap. 50. Isai. vbi ostendit quomodo peccatum dominetur peccatoribus. Augustinus lib. 10. de Trinitate cap. 10. & lib. 83. quæst. q. 30. Chrysostomus homil. 3. in Epist. ad Philippenses.

Ose. 10. n. 10.

Illud etiam aduertẽdum est, quod auersio à Deo non differt naturaliter à priuatione gratiæ, & charitatis, & qui sic auertitur à Deo tanquam ab vltimo fine, conuertit se ad creaturã aliquã, tanquam in vltimum finem; qua de re videndus D. Thom. 1. 2. q. 1. art. 5. & q. 86 art. 1 & 2. Ostendit autem hic locus prius homines peccando recedere á Deo, quam Deus se subtrahendo ab eis recedat, quod deducit Theodoretus ex Ezechiel. cap. 8. ad illa verba: *Fili hominis putasnè, vides tu, quid isti faciunt abominationes magnas, quas domus Israel facit hic, vt procul recedam à sanctuario meo.* Vbi Theodoretus vult Deum recedere à sanctuario, quia ipsi prius recesserant. Nam vt docet D. Ambros. in Psal. 72. Deus approprians, nõ repulsor appropriantium est, denique neminem repellit, nisi qui ab eius conspectu se putauerit sequestrandum, vnusquisque enim operibus suis pietati Diuinæ se aut iũgit, aut separat: Quod dixit Augustinus. Deus neminem deserit, nisi prius deseratur ab eo, vt videre est lib de Natura, & gratia cap. 26. & lib. 13. de Ciuit. Dei cap. 15. & lib. de Bono perseuerãt. cap 6 & lib. Responsionum ad articulos sibi falso impositos art. 7. & 14 & 15. & in lib. Soliloquior. cap. 14. & sæpe alibi; quod quidem dictum Augustini comprobatum est in Conc. Trident. sess. 6. cap. 11. hisce verbis: Deus sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi prius deseratur ab ipsis. Videndusque est D. Thom. 3. Contra gentes cap. 159. & Thomas Stapletonus in antidotis Apostolicis ad Epist. Pauli ad Romanos cap. 11. Optimusque est hac in re locus ille 2. Paralipom. cap. 12. vbi ait Diuinum Oraculum: *Vos reliquistis me, & ego reliqui vos.* Et c. 28. *Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo. Si quæsieritis eum, inuenietis, si autem dereliqueritis, derelinquet vos.* Pro qua re facit Philo lib. de Confusione linguar. vbi rectè ponderat illud dictum ad Iosue cap. 1. relatum à Paulo in Epist. ad Hebr. cap. 13. *Non te deseram, neque derelinquam.* Oraculum hoc, inquit Philo, propitij Dei plenum bonitate, egre

2. Paral. 12. n 4. & c. 28. n. 9.

Iosue. 1. n. 1. Hebr. 13. n. 5.

giam

giam speciem ostentat, disciplinæ amatoribus, &c. Vbi ostendit nos prius Deum deserere, ab ipso recedere, quã Deus à nobis discedat.

Neque est quod quis nobis obijciat recessum ab Sponsa, quæ ipsi aperuerat ostium Cant. 5. Nam respõdere possumus prius ipsam distulisse, & noluisse aperire. Deinde etiam & aliquando Deus videtur recedere, seque abscondere subtrahendo consolationes, & interna gaudia, ne nimia affiduitate fastidiatur, & vilescat, sed potius discedens, nimia anxietate, & desiderio quæratur, & postuletur. Habet quippe hoc humana conditio, vt celerius adepta fastidio sint, dum omne pretiosum vilescit oblatum: & cõtra, dulcius accipitur, quod sub aliqua dilatione præstatur, vt eleganter ait Cassiodor lib. 9. variar. epist. 24 quod bene prosequitur Augustinus lib. de scala paradisi cap. 8. tom. 9. vbi ait Ne timeas ó Sponsa, ne desperes, ne existimes te contemni, si paulisper tibi subtrahit Sponsus faciem suã. Omnia ista cooperantur tibi in bonum, & de accessu, & recessu lucrũ acquiris: Tibi venit, tibi & recedit. Venit ad consolationem, recedit ad cautelã, ne magnitudo consolationis extollat te: ne, si semper apud te sit Sponsus, incipias contemnere sodales, & hanc continuam visitationem non iam gratiæ attribuas, sed naturæ. Hanc autẽ gratiam quibus, & quando vult, tribuit, nõ iure hæreditario possidetur. Vulgare prouerbiũ est, nimia familiaritas parit cõtemptũ. Recedit ergo, ne fortè nimis assiduo cõtẽnatur, & absẽs magis desideretur, desideratus auidiõ quæratur, diu quæsitus tandem gratius inueniatur. Sic Augustinus. Quibus similia habet Bern ser. 17. in Cant. vbi differit de accessu, & recessu Diuini Sponsi, & Nazianz Orat. in Christi natiuit. & Clemens Alex Or. it. ad gẽtes, vbi ait: Nescio quomodo ea quidem, quæ sunt præsentia despici propter consuetudinem, &c. Ambros. lib 3 de Virginib. optimaque sunt apud Nazianz. Orat. in laudem Cypriani, vbi docet verum amorem ex locorum interuallo atque distantia maxime probari, quemadmodum & pictores ex locorum interuallo tabulas explorare solent. Et Orat Apologet. ad eos, qui cathedrã Constantinopolitanam ipsũ affectare calumniabantur, ait expertum se esse quosdã latebras quærere, vt sic magis quærantur. Quemadmodum, inquit, eximias quasdã formas, seu imagines paululum ostensas, statim ex oculis subducunt artifices, vt sic magis desiderentur & expetantur. Facit etiam huic argumento Plato lib 9. de Republ. ante fin. vbi ait: Ægrotantium, dum morbo laborant, huiusmodi esse sententiã: Nihil esse dulcius sanitate, sed eos latuisse aiunt quam dulce id sit, antequam ægrotarent. Hoc etiam sensu Horat. lib. 3. Ode 24. dixit.

Cant. 5.

Virtutem incolumem odimus:
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

De amantibus vero etiam dixit Propert lib. 2. Elegiar. Eleg. cuius initium est tristitia, &c.

Semper in absentes felicior æstus amantes.

Quod Ambros. dixit ser. 29. Amor inter præsentes gratus, inter absentes molestus, &c. Propter anxietatem scilicet, qua desideratur, & quæritur id, quod amatur, si adest. Hac igitur ratione se aliquando abscondit, & occultat nobis Deus, quò magis á nobis desideretur, & quæratur, & iterum maiora bona cõferendo accedat iuxta illud Isai. 54. *Ad punctum immodico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna miserius sum tui, dixit redemptor tuus Dominus.* Quæ verba ponderans Nazianz. Orat ad Episcopos inter alia ait: Maior est mensura humani

Isai. 54. n. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra humanitatis, & misericordiæ, quā mensura correctionis, &c. Quod latius ostendit Gregor. Papa lib. 20 Moral. cap. 19. Optimaque habet lib. 3. Moral. cap. 5. & lib. 5 Moral. cap. 9. & lib. 9. Moral. cap. 35. & lib. 26. Moral. cap. 17. & homil. 17 in Euangelia. Pulchraque similitudine vtitur Augustl. lib. de Verbis Domini secundū Matth. serm. 16. vbi inter alia sic ait. Filijs nostris quandoque irascimur, odisse vero filios quis inuenitur? In ipsis quoque pecoribus mater aliquando bucula sugentem vitulum tædio quodam auertit irascens, sed viscera bus amplectitur matris, quasi tædium facit, cum impingit, quæritur tamen si deest &c. Hic igitur discessus Dei ad tempus cum maiori regressu, ac progressu animarum statim compensetur, potius quidem dicendus est beneficiū, quā suppliciū, neq; enim Deus à nobis discedit, nosue deserit, nisi prius à nobis deseratur. Neque vero intelligendus est hic discessus Dei quasi loco separetur, qui omnia loca replet, & vbique adest. Pro qua re videndus est August. Epist. 57. ad Dardanum, vbi inter cætera ait. Cum Deus sit natura incorporea, & incommutabiliter viua, æterna stabilitate in se ipso manens, totus adest rebus omnibus, & singulis totus. Sed in quibus habitat, habēt eum pro suæ capacitatis diuersitate alij amplius, alij minus, quos ipse sibi dilectissimum templum gratia suæ bonitatis ædificat. Quemadmodum enim anima per omnes particulas corporis tota adest simul, nec minor in minoribus, nec maior in maioribus, sed tamen in alijs intentius in alijs remissius operatur, cum in singulis particulis corporis essentialiter sita sit; Ita & Deus cum sit in omnibus essentialiter, ac totus in illis, tamē plenius esse dicitur in his, quos inhabitat, id est, in quibus ita est, vt faciat eos templum suum. Et hi tales cū eo sunt iam ex parte, sed in beatitudine perfecte. Mali vero etsi ita sint vbi ipse est, qui nusquam deest, non tamen sunt cum eo; vt cæci in luce non sunt cum luce, sicut ait idem August. Epist. ad Hierony. de origine animæ. Illud tandē aduertendum, quod idolatræ apud Daniel. in cap 5 dum lautissime conuiuantur, & potationi largissime indulgent, tunc potissimum Deos suos venerantur, & coram se habent, ne vel oculos ab ipsis auertant; at impij Israelitæ à vero Deo impinguati, & lautissima mensa promissæ terræ excepti, ab ipso recedunt terga vertentes, calcesque inferentes.

Salutari suo. Id est vita, qua viuunt. Prouerb. 3. *Erit vita animæ tuæ.* 70. *Vt viuat anima tua*: Quod Hieronym. explicat Anima tua habet vitam cum Deo, si eius decreta custodieris, quālibet caro, disciplina correctioni, aut etiā mortis prematur, &c. Vnde Ose. 7. dicitur: *Væ eis, quia recesserunt à me, vastabuntur, &c.* Id est, in quot calamitates incurrent, qui tantum bonum reliquerunt. Hebraice habetur; *Vastatio eis*: Symmach *interitus*: Theodotion, *miseria*: Deinde n. 15. additur: *Recesserunt à me, reuersi sunt, vt essent absque iugo.* 70. *Conuersi sunt in nihilum*: Non quod desierint esse, inquit Hieronym. sed quoad comparationem eius, qui loquitur ad Moysen Exod. 3. *Qui est, misit me.* Omnes, qui contra Dominū sapiunt, non esse dicuntur. Etenim recedentes ab eo, qui vere est, in nihilum abeunt: Addit deinde Propheta: *Conuersi sunt in arcum prauum*: Vbi Hierony. Dolosus arcus, atque præuersus est, qui percutit dirigentem, & vulnerat Dominū suum, quasi dicat Hierony. sibimetipsis nocumentum, & interitum intulerunt recedentes à Deo, cum enim salus, & vita sit hominū, qui ab eo recedit omnibus bonis spoliatus remanet, quæ est ratio cur

Prou. 3. n. 22.

Ose. 7. n. 13.

Paulus

Paulus Ephes. 3. moneat, vt in charitate radicati, & fundati simus: Et Christus Ioan. 15. ait: *Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic vos nisi in me manseritis. Egressus Cain à facie Domini profugus habitauit in terra* Genes. 4. Is enim, qui à facie Domini discedit, tergaque ei vertit, fieri non potest, vt non sit profugus, & vagus, & circumferatur omni vento concupiscentiæ, semperque vetera mutet nouis, & á vitio peregrinetur in vitium, sed tamen velut ramus excisus nullibi proficit, aut radices iacit. Oseæ 10. de recessu Israelitici regni á Deo dicitur: *Transire fecit Samaria Regem suum*: Quorum verborum sensus est: Consentiendo Samaria idolatriæ Regis sui, id effecit, vt regnum decem tribuum cito dissiparetur, sicut spuma aquæ. Pro transire Hebraice habetur: *Excisus est, succisus est*, vt sit sensus; Excisus est in Samaria Rex eius. 70. *Abiecit Samaria Regem suum*, id est, Samaria perire fecit Regem suum: Perit enim, qui à Deo separatur, qui est radix, cui adhærere debet & Rex, & populus, vt viuat, & salutem hauriat, qui enim recedit á Salutari suo, consequens profecto est, vt vtramque mortē incurrat. Thren 4. dicitur: *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est, cui diximus, in vmbra tua viuemus in gente*: Qui locus intelligitur ibi à Bonauent. Cyprian. in symbolum, August. 18. de Ciuit. cap. 33. Origen homil. 8 in Iosue, & lib. 2. Periarchon cap. 6. & homil. 3. in Cant. Euseb. lib. 4. Demonstrationis, Bernard. ser. 1. de Aduentu, & ser. 3. de Ascens. Irenæo 3. aduersus hæreses cap. 11. Ab his, inquam, omnibus locus intelligitur de Christo Domino. & D. August. lib. 4. tom. 2. de Incarnat. Verbi, cum legit in hunc modum: *Spiritus oris nostri, cui diximus, quod in vmbra eius viuemus in gentibus*: Pro eo enim, quod vmbra corporis nostri inseparabilis est à corpore, & inclinati corporis motus, ac gestus suscipit, & gerit, &cæt. Quibus in verbis August. ostēdit vmbram esse inseparabilem à corpore, à quo si per impossibile separetur, in nihilum prorsus desinet. Si igitur nos in vmbra Dei viuimus, ab illo separati omnino deficiemus, quod si spiritus oris nostri dicitur, quia, *In ipso viuimus*, Act. 17. Et quia ipse *Inspirauit in faciem hominis spiraculum vitæ* Genes. 2. Et insufflauit, ac dedit spiritum Sanctum Apostolis Ioan. 20 qui à Deo recedit, mortem corporis & animæ proculdubio incurret. Quod si vmbra idē est ac protectio, vnde Loth. Genes. 19. dicebat: *Ingressi sunt sub vmbra culminis mei*, id est, sub protectione mea: Et Isaiæ 49. *In vmbra manus suæ protexit me.* Et Num. 14. *Recessit præsidium ab eis*: Hebraice; *Recessit vmbra eorum*; Profecto, qui ab vmbra Dei recedit, omni præsidio, & protectione destitutus, omnium hostium incursibus quam facillimo negotio delendus patebit. Vnde August. in Psal. 70 ad illa verba: *Deus, quis similis tibi?* ad fin. ait de primo parēte. Male vagus, male præsumens, futurus mortuus, recedendo à vita iustitiæ: Ecce soluit præceptum, excussit à ceruice iugum disciplinæ, habenas reginiinis exaltante animositate disrupit; vbi est nunc? Certe captiuus clamat; Domine quis similis tibi? Bene tibi velles, vt esset, recedenti ab illo bono? Prorsus dicit tibi Deus: Si recedis à me, & bene tibi est, ego non sum bonū tuum. Proinde si ille bonus, & summe bonus, & de se sibi bonus, & nullo alieno bonus, & ipse nostrum summū bonum; recedendo inde, quid eris, nisi malus? Itē si ipse est beatitudo nostra, quid erit recedenti, nisi miseria? Redi ergo post miseriam, & dic; *Domine quis similis tibi?* Quantas ostendisti mihi tribulationes, multas, & malas? Sed disciplina fuit, admonitio, non desertio. Sic ille.

Ose. 10. n. 7.

Dereliquit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dereliquit Deum factorem suum: loco illius verbi, dereliquit, in Hebræo habetur, vaitos, a radice natas quod nō tantum simplici, sed multiplici gaudet significatione; Significat enim dereliquit, ac etiam extendit, & vbi nos habemus recessit, in Hebræo est. *Vainabel*, quod etiam significat, deiecit, & morticinum fecit: Vnde Raymund. in suo pugione cap. 14. 3. distinct. 3. p. sic refert istum locum. *Dereliquit, vel extendit Deum factorem suum, & deiecit, vel morticinum fecit Deum salutare suum.* Quibus verbis indicat Moyses, quomodo populus Israeliticus esset derelicturus Dominum, scilicet, extendendo illum in Cruce, & faciendo ipsum Christum Dominum cadauer, siue morticinum. Verti etiam posset; *Deiecit Deum salutem suam*, quia vero cadentes, aut deijcientes, puluere, & luto aut deturpantur, aut deturpant; Sumitur interdum pro fædare; Deiecit quidem, ac deturpauit Deum populus Hebræus, cum Diuina post habuit, terrenaque est amplexatus, cum obtrito Dei sui Cultu, ad sordes Idolorū se contulit, quod Glossa interlinealis vnico concludit verbo, dicens: Ingratus Deo, & contumeliosus. R. Dauid lib. radicum exponit; *Et descendere fecit, aut deposuit eum à magnitudine sua*, secundum, scilicet, cogitationes suas, & opera. R. Selomoh in cōment. *Vituperauit, spreuitque.* Idem habet R. Abrahā, & Aben-Hezra, in comment. *Hoc et fecit cogitatione, & ore.* Vnde aliqui iuxta significationem verbi Hebræi legunt teste Agell. *Contumelia affecit Deum Saluatorem suum, aduersus Deū insurrexit*; id enim 70. significarunt verbo Græco, quod idem est, ac desciuit, aduersus Deum arma sumpsit, à quo sæpe salutem acceperat, vbi peccatū superbiæ innui videtur, cui propterea Deus resistit, quia extollitur, & aduersatur omni illi, quod Deus dicitur, aut colitur: Maxime autem attenditur huiusmodi insurrectio aduersus Deum, quod homo derelinquat Deum factorem suum, vel despiciat (sic enim potest verti) & Ariasmont. vertit: *Vilipendit petram salutis suæ*, aut petram, qua saluabatur. Pro cuius maiore intelligentia notandū est ex D. Thom. q. 162. art. 2. quod superbia est appetitus propriæ excellentiæ, & consistit in contemptu Dei, iuxta illud Ecclesiast. 10. *Initium superbiæ hominis apostatare à Deo*, & ideo illū deserit, & ab eo recepit, qui superbiendo peccat, quo quidem recessu ex eodē Doctore ibi q. 6. maximam grauitatem contrahit superbia, quæ hoc in loco exprobratur à Propheta, dum ait: Dereliquit, seu despexit Deum factorem suum, &c. Etenim cum Sanctus Doctor eo loco inquirat, vtrum superbia sit grauissimū peccatorum, respondet dicendo, quod in peccato duo attenduntur, scilicet conuersionem ad cō mutabile bonum, quæ materialiter se habet in peccato, & auersio à bono incommutabili, quæ est formalis, & cō pleta ratio peccati. Ex parte quidem conuersionis nō habet superbia quod sit maxima peccatorum, quia celsitudo, quam superbus inordinate appetit secundum suam rationem non habet maximam repugnantiam ad bonum virtutis; Sed ex parte auersionis superbia habet maximam grauitatem; quia in alijs peccatis homo à Deo auertitur propter ignorantiam, vel infirmitatem, vel desiderium cuiuscumque alterius boni; At superbia habet auersionem à Deo ex hoc ipso, quod non vult Deo, & eius regulæ subijci, & ideo auerti à Deo, quod est quasi consequens in alijs peccatis, per se ad superbiam pertinet, cuius actus est Dei contemptus, & quia id, quod est per se potius est eo, quod est per aliud, consequens est quod superbia sit grauissimum peccatorum secundum suū genus; quia excedit in auersione, quæ

formaliter

formaliter complet peccatum: Ita D. Thom. nobis tradidit superbiæ rationem, quam in nostro textu possumus aperte intueri, in quo cōtemptus Dei proponitur per hoc, quod dicitur: *Recalcitrauit*, quod sit terga vertendo, vel per hoc quod dicitur, despexit Deum; Auersio autem à Deo proponitur, dum dicitur: *Dereliquit Deum factorem suum, recessit à Deo salutari suo*, vt multo plus abominandus sit hic recessus quando ex abundātia, & affluentia bonorū à Deo concessorum processit. Quoniam vero in annotationibus ea, quæ ad literam etiā pertinent latius explicabimus, modo ad mores digredimur.

ANNOTAT. I.

Immoderata cibi, potusque sumptio non est hominis, sed brutorum, cum mentem auferat, peccata inducat, ideoque à iustis merito fugienda.

CVm cibi, potusque sumptio pro alimento, & vitæ sustentatione sit ordinata, sicut aduertit Clemens Alex. 2. pædagog. c. 1. post principium cum ait. Alij quidem homines viuunt, vt comedant, quod certe etiam rationis expertibus euenit animantibus, quibus nihil aliud quam venter vita: nobis autem Pædagogus præcipit comesse, vt viuamus, neque enim nostrum munus est nutritio, neque institutū, scopusue noster voluptas: Sed ea nutritio est propter nostram hic mansionem, quā ad incorruptionem ratio instituit, & in eodem Cap. paulo ante finem iterum ait: Facti sumus non vt comedamus, & bibamus, sed facti sumus vt essemus ad agnitionem: iustus enim inquit Prouerb. 13. *Comedens impletur animo: ventres autem impiorum egent*: Vnde Augustl lib. 10 Confessionum ait: hoc me docuisti Domine, vt quemadmodum medicamenta, ita & alimenta sumpturus accedam, &c. Sumuntur enim medicamenta pro necessitate, non pro voluptate, & prout oportet ad salutem: at superflua sibi sumptio, nō est esus, sed saturitas sicut dixit Isidor. Pelusiota lib. 1. Epist. 282. imo nō saturitas, sed edacitas, seu voracitas sicut dixit citatus Clemens Alex. post princip. cum de huiusmodi hominibus mensis iugiter assidentibus ita ait: Videntur reuera isti insatiabiles, solliciti, ac anxij ciborum indagatores, ad delitias, ac voluptates suas mundum irretire, sibilantibus fartaginibus vndique, circum strepentes, & circa cochlear & mortarium totam suam vitā consumentes, edaces, atque omniuori homines, materiam ignis instar apprehendentes. Quin etiam facilem cibum, nempe panem effæminant, quod frumenti est nutriens excrībātes, vt quod est alimenti necessarium, sit probrum voluptatis. Nullum autē habet apud homines terminum delicata ingluuies. In liba enim, placentas, & bellaria est prouecta, mensarū secundarū multitudinem inueniens, omnes qualitates aucupans. Mihi autem videtur homo, qui est eiusmodi, nihil aliud esse quam bucca; & post multa iterū ait. Licet videre qui sunt eiusmodi, suibus, vel canibus propter voracitatem assimilari, potius quam hominibus: Qui adeo festinant vt saturentur, vt ambæ buccæ simul inflentur, elatis vasis, quæ sunt in facie: quin etiam sudorem præterea diffundi dum arcte comprimuntur propter insatiabilitatem, & anhelant propter intemperantiam, festinatione indecora, & ab honesta consuetudine aliena, abstruso, in ventrē nutrimento,

tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam ad viaticum, non ad digestionem, reponunt edulia, &c Optima quidem sunt, quæ in hanc sentẽtiam habet Hierony ad illud Amos in cap. 6. *Qui separati estis in diem malum: qui comeditis agnum de grege, & vitulos, & vitulum de medio armenti, &c.* Qui comeditis (inquit Hieronym) non ad repellendam famem, & ad sustentandum corpus humanum: sed ad delitias, atque luxuriam, vt quidquid in gregibus & armentis tenerum, atque pingue est vestræ gulæ paretis: quibus non sufficit libido penis, & gutturis, & æstuantis cibis aqualiculi, nisi & tibiarum & psalterij, & lyræ canticis aures vestras mulceatis: vt quod Dauid fecit in Cultum Dei, Leuitarũ ordines & organorum reperiens varietates: vos ad voluptatem, & luxuriã conferatis. & bibitis in phialis vinum non ad sitiandam sitim, sed ad opprimendum animum, & vngimini non ad labores corporis mitigandos oleo purissimo, sed vnguentis pretiosissimis, & cætera, quæ prosequitur in eãdem sententiam. Vbi statim occurrit Seneca de Cõsolat ad Heluia. & Suet. Tranq in vita Caligulæ. cap. 56. & 58. vbi dicunt dictum Imperat. centies sestertio .i. quinquaginta millibus ducatorum cænauisse vno die: & cuius tandem gulæ fuerit ait cap. 37. cõmentus portentissima genera ciborum, atque cænarum: vnguentis calidis frigidisque lauabatur; pretiosissimas margaritas aceto liquefactas sorbebat: conuiuis ex auro panes & obsonia apponebat. Vt mirum non sit si triennij spatio vicies ter millies sestertium consumpserit, posteaque ad incredibiles rapinas animum conuerterit, teste Dione lib 59 Proximus huic adest Vitellius; qui cum fratris conuiuio interfuisset (sicut refert Suet in eius vita cap 13.) in quo duo millia lectissimorum piscium, septem auiũ apposita erant; quo eam cænam superaret, immensæ magnitudinis patinam dedicauit; in qua scarorum iecinora phasianorum, & pauonum cerebella, linguas phænicoprerum, murenarum lactes a Carpathio vsque, fretaque Hispaniæ per nauarchos, ac triremes petitarum commiscuit. Nec satis illi fuit ad explendam gulam, nisi & alijs eundem luxum imperaret. Indicebat enim alijs, ait Tranquill. eadem die ientacula prandia, cænas, cõmessationes, ipse omnibus sufficiens vomitandi consuetudine, nec cuiquã minus singuli apparatus quadringẽtis millibus nummum constituit, &c. His iungendus Fabius quidam apud Romanos á deuorato patrimonio gurges cognominatus, vt interitu omittã Æmilianos, Lepidos, Africanos, Numantinos, qui ventris causa inopes, ac miseri redditi sunt, de quibus recte dici potest illud Iuuenal. Satyr. 11.

Et quibus in solo viuendi causa palato est.

Nocet autem inprimis huiusmodi immoderantia vitæ corporis, ac saluti, sicut prosequitur Clemens Alexan. 2. pædag. c. 1. post princip. dicens: ipsũ viuere ex duobus, sanitate s. & viribus constituitur, quibus maxime conuenit alimenti facilitas, vt quod & ad digestionem & corporis leuitatem sit vtile, ex quibus incrementum, sanitas, & iustæ vires. Antiphanes Delius Medicus, vel vnam hanc dicit esse morborum causam, ciborum varietatem, &c. Et post multa addit: Victus qui inundat, & obruit sufficientiam, homini multum officit, animam quidem ignauam reddit, & inertem, corpus vero valetudinarium, & quod in morbos facile prolabitur efficiet. Vbi Gentianus in comment. litera C, ait: Bona concoctio non procreat crudos & noxios humores, qui morbos generant: & bene concoctorum ciborum distributio corpus reddit leue, & agile, vt quod nec in coctorum humorum nimio grauetur pondere, nec ab ascẽ-

dentibus

dentibus oppressum, & suffocatum torpescat vaporibus, & ea fit nutrimenti distributi aggregatio, & cuilibet parti assimilatio. Id præstat cibus simplex, & concoctu facilis, nam vt præclare dicit Hippocrates in lib. de flatibus, cibos varios, & dissimiles inter se simul assumere, ad prauam victus rationem pertinet. Seditionem enim mouent quæ sunt inæqualia, aliquaque citius, alia difficilius concoquũtur, &c. Addit vero idem Clemens: qui cibis vtuntur vilissimis sunt robustiores, saniores, & generosiores: vt famuli Dominis, & agricolæ possessoribus, & non solum fortiores, sed etiã prudentiores, vt Philosophi diuitibus, non enim mentem alimẽtis oberuerunt, neque ipsam voluptatibus decipiunt. Sic ille.

Neque vero tantum corpori, ac saluti obest nimius cibus, potusque, dum vires aufert, noxios gignit humores, & morborum materiam congerit, sed animæ insuper maxime officit; etenim cibo, & potu prægrauatum corpus vitijs omnibus pronum redditur, & veluti ex adipe omnis prodit iniquitas, superfluusque corporis cibus, adimit animæ cibum, salutem, & vitã; nempe Diuinam gratiam, & charitatem, quod optime prosequitur Basil. homil. in illud: *Attende tibi*, ante medium cum ita habet. Attende non carni, at neque immodico studio concessoris eius commoditatem, puta sanitatem, multiuariam voluptatũ delectationem. Caue corpus pinguiore opimes sagina, neu studium impenderis comparandæ corpori carnulentiæ. Cum enim concupiscat caro aduersus spiritum, spiritus vero aduersus carnem, hæc porro inter se pugnãt, & aduersantur: Prouideto, ne forte dum plus æquo indulges carni, peiori vires suggeras, quibus inualescat. Nam quemadmodum in statera momentis contingit, vnam si degrauaris lancem velis, nolis illi oppositam tanto reddes leuiorem: consimilem in modum assolet in corpore, & anima contingere. Vnius exuberans copia necesse est, vt alterum imminuat, & illi addat inopiam. Corpore enim cupedijs, ac lautitijs meliuscule habito, & carnulenta obesitate degrauato necesse est mentem ad cognatas sibi actiones tanto reddi minus strenuam, atque eneruẽ prorsus. E diuerso anima si cõmode habet, perq; cõtinẽtẽ bonarũ rerũ meditationẽ ad magnitudinem surrigitur castã, ac se decentẽ, cõsequi videtur per hoc intabescere & eliquari ei⁹ corporis habitudinẽ Hoc ipsum proinde præceptũ cũ infirmis est vtile, tũ maxime cõuenit valẽtibus robore. Infirmitate enim laborãtes adhortãtur medici, sibi ipsis vt attẽdant, neu quiduis negligãt concernentiũ medelã, ac sospitatem, &c. nam qui saluti animæ inuigilat, & incũbit, hoc maxime curare debet, ne vires corpori addat, ne mentẽ pinguedine, edulijs, & potationibus opprimat. In quã sentẽtiã videda sunt quæ habet Orig hom. 15. in Iosue, vbi põderat pręceptũ illud Iosue 11. vbi Dominus præcepit Iosue vt equos Regis Iabin subneruaret, per quos ille appetitus nostros intelligit, qui cibi, potusq; parcitate subneruatur ne aduersus animã insurgãt eamque bonis omnibus spoliatã relinquãt. Vidẽda itẽ sunt, quæ habet Aug ad illud Psalm. 72. *Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum*; vbi docet quosdam peccare ex macie i. ex necessitate, quosdã vero ex pinguedine, hos tamẽ graui⁹ delinquere, maiusq; nocumentu spirituali saluti inferre. Vidẽdus itẽ Greg. 1. moral c. 5. vbi ait celebrari conuiuia sine culpa vix posse &c & Chrysost homil. 71. in cap. 22. Matth. vbi inter alia ait. Quẽadmodum Scylla, & Hydra apud Poetas, sic & ebrietas multis capitibus armatur; hinc enim fornicatio, hinc ira, hinc mollities, hinc turpes amores

 oriuntur,

oriũtur,&c. Basil. vero homil de Paradiso post med loquens de paradiso ait. Proditũ est memoria quo sit loco plãtata; In Eden inquit plãtauit, cur? Est in delitijs nã Eden delitias significat. Nũ vocat delitias eas, quæ per os ingrediũtur, & vẽtri traditæ sunt &quarũ finis secessus est? An eas quę pereũt delitias tradidit? Aut hoc vel dicere quidẽ piũ est: Corpꝰ bene saginatũ, & anima illi immersa, ad pecc. dũ procliuis facta, compendiũ quoddãm est ad lasciuiam, & procacitatem, ac simul omnia, quæ vetita sunt &c.

Hinc est quod pueri Hebræi, cũ illis cõstituta esset annona per singulos dies, dicũt: *Dentur nobis legumina ad vescendũ & aqua ad bibendum*: Et subditur statim ratio, cur illud deposcãt, *ne polluerentur de manu Regis* Huic pollutioni, quã verẽtur, respõdere nitũtur plerique, eo quod difficultatem ingerat prædicta ratio Theodoret. & Lyra asserunt id in causa fuisse, quod aliquæ epulæ, quæ Regi apponebantur, Diis priꝰ oblatæ fuissent; nõ videtur tamẽ sufficiẽs ratio eo quod multas, præter Dijs oblatas, epulas credendũ est affuisse. Ac vero illi de omnibꝰ absolutè timẽt. Alij apud Perer. dicũt propterea illos timuisse ne polluerẽtur, quia pleræque dapes in lege prohibitæ adhibebãtur Regis cõuiuio; sed eandem patitur replica hæc solutio, eo quod nõ omnes præcepto Dei cautas fuisse credendũ videtur. Ideoq; placet potiꝰ ratio, quã ipse Perer affert. Quia, inquit, delicatorũ, ac suauiũ ciborũ vsus officere poterat integritati mẽtis, & cordis mũditiei, quia, vt ex Basilio retulimus, corpus abũdè saginatũ promptiue est ad peccandũ, & omnẽ malitiam facile contrahit, quod adhuc cõstat ex Isai. 5. vbi Hierony magnã cognoscit allusionẽ ad nostrũ textũ, loquitur autẽ de vsurarijs, & litigatoribus in hũc modũ: *Incrassati sunt, & impinguati, & præterierunt sermones meos pessime.* Quæ verba sic explicat Maldonat. Violauerunt mandata mea sceleratissimis moribus. Qui enim suffarcinãtur multo cibo, potuq; per omne vitiorũ genus diuagati delinquunt; dicẽtes animabus suis, sicut ibi aduertit Hieron. illud stulti diuitis: *Anima mea habes multa bona posita in annos multos* Et maiorẽ vim faciẽs in verbo prætereuntis, ait. Præterierunt in malũ suũ, cũctos homines despicientes, & non posuerunt Dei iudiciũ ante oculos suos &c. Instar enim Iudæorũ, qui incrassati recalcitrarunt, dũ multo cibo indulgẽt, & multa ebrietate se ingurgitãt, omnia prætereunt, & post se relinquunt, Deoque, & hominibus terga vertentes, nullũ peccatũ nõ admittunt. Maximè vero hæc immoderantia superbiam contrahit iuxta illud Iob in c. 15 *Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui cernice armatus est, operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius uruina dependet.* Vbi Hieron. in erecto collo superbiã agnoscit, dicens: Pinguedinem nominando ceruicis superabundantẽ & affluentẽ superbiã indicauit, quemadmodũ Propheta ait: *Prodijt ex ádipe iniquitas eorum.* Quibus similia habet idem Hieron in cap. 2. Habac. n. 5. Deinde etiam & maximum incitamentum præbet luxuriæ nimietas cibi & potus sicut prosequitur Nilus in Ascetico post med cum ponderat præceptum illud Leuit in cap. 8. vbi pectusculum victimæ consecrationis eleuatur coram Domino: Pectusculũ, inquit, cum brachio auferunt, brachium enim est laboris, actionisque nota. Ex ventre similiter libidinẽ proficisci verissimum est. Est enim ferè libidinis causa, nã expleto vẽtre statim aliarũ voluptatũ cupiditates excitantur, quæ illo esuriente quiescũt, & iacent. Illud præterea maximè obseruandum, quod cũ pectusculum totum auferat, ventrem non aufert, sed lauat. Sapiens enim totam potest iracundiam

Daniel. 1. n. 12.

Iob. 15. n. 26.

Isai 5. n. 28.

Leuit. 8. n. 29.

cundiam vincere, & amputare, ventrem non potest exscindere. Cibis enim vesci natura cogit necessarijs, vel homines temperatissimos. Qui verò rectæ, firmæque rationi non acquiescit, luxuria, atque libidine corrumpitur. Idcirco venter comburitur. Cum enim nimium expletus fuerit, libidinis cupiditas exardescit. Ventre cõbusto sequitur, vt fæmur concidat. Mens enim debilis fit ad ea, quæ honesta sunt, facienda, quoniam ventre ciborum copia libidinis incendium excitante, spiritus nerui dissoluuntur, os enim in lege fæmur significat. Homo voluptarius super ventrem ingreditur, serpens ad voluptates profluendas; qui viam virtutis capessit, ventris adipem circumcidit, dum epulas subtrahit, quibus corpus pingueſcit. Valde autem pectori, vẽtrique conuenit illud: gradieris. Voluptas enim non est ex eorum numero, quæ stant, & quiescunt, sed ex eorum, quæ mouentur, & perturbatione sunt plena. Ideoque gulæ, & ventri rerum venerearum commotio est coniunctissima, quam quidem coniunctionem natura cum vellet ostendere, generationis instrumenta sub ventre collocauit, vt ex propinquitate necessitudinem daclararet, ac libidinis quidem vitium ex ventris imbecillitate fit infirmum, & debile, cõtra viget, ac feruet, cum illi robur, & vires venter sufficit. Neque vero gula, & ventris ingluuies istorum vitiorum tantum est mater, ac nutrix, verum omnes aufert virtutes; ea enim superante, & dominatum obtinente, temperantia, modestia, fortitudo, constantia, & reliquæ virtutes concidant, necesse est, quod ænygmate Hierem. ostendit cap. 42. *Euertit*, inquiẽs, *muros Hierusalem per circuitum Princeps cocorum Babylonis.* Gulæ vitium appellat cocorum principem, sicut enim ille omnem adhibet diligentiam, vt gulæ, ventrique satisfaciat, & innumerabiles voluptatum artes excogitet; Sic vitiũ gulæ omni studio quærit gutturis voluptatem explere, & ciborũ varietas euertit, ac diruit virtutum propugnaculum; Suauitas enim condimentorum, tanquã machina bellica prosternit monimenta iam à virtute constructa, & firmum, solidum robur ipsius affigit humi. Iam sicut luxus virtutes opprimit, ita frugalitas malitiæ deijcit munitiones. Sic ille ostẽdit quomodo nimietas cibi, potusq; omnes virtutes obtruat, vt omnia inducat vitia, præcipue vero luxuriam, cui proxime vel ex ipsa coniunctione, & positione instrumentorum aduersatur. Quod ad huc probatur ex eo loco, quem Benedictus Iustinianus simílem esse dicit nostro textui. Habeturque 1. Timoth. 5. vbi dicitur: *Adolescentiores viduas deuita, cum enim luxuriatæ fuerint in Christo nubere volũt.* Vbi vox Græca, *lasciuientis*, & quodammodo ferocientis naturæ impetum, vel impotentiã significat, & ita intelligit Chrysost. Nec obscurè significat Ambrosius, explicat autẽ omnium optimè Theodoret. Noli, inquit, recipere viduas iuniores, postquam enim Ecclesiæ subsidium acceperint, absque vlla solicitudine otio indulgẽt, otium introducit nequitiã; ideoque nubere volũt. Clarius autem explicat Cornel. ibi ex nostro textu dicens: Sumpta est metaphora à iumentis, quæ dum pabulo bene saginata sunt, ferociunt, auellunt habenas, & suopte arbitrio ferũtur Sẽsus ergo est. Viduæ hæ iuniores cum in domo Dei ab Ecclesia bene alitæ, & pastæ fuerint, quasi vituli saginati recalcitrant, & Christi iugum, ac professionem castitatis excutiunt, ac ruptis votis, quasi vinculis nubere volunt. Idq; in Christo, id est, in Christi iniuriã. Vox ergo, *luxuriatæ*, non libidinem, sed luxum delitiarũ significat. Vnde

1. Tim. 5. n. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cypr. lib 3.testimon 74.ad Quirinũ legit: *Cũ enim deliciatæ fuerint in Christo*: alludit enim Apostolus ad Deut. vbi dicitur: *Incrassatus est dilectus, &c.* Videmus igitur impinguatas viduas luxuriæ statim deditas; Est enim saturitas incitamentum Veneris. Vnde Orpheus in hymnis Veneris dixit Venerem sociam esse Bacchi, & dapibus gaudentem. Et Apuleus lib. 2. de transformat. Bacchum appellat Veneris hortatorem, & armigerum; cuius rei philosophiam ostẽdit August. in Psal. 103. explicans ea verba: *Educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis*: vbi ita ait: Inedia frigus introducit in sanguinem, & spiritus vitales diminuit; Abundantia autem cibi. & potus nouos generat spiritus vitales, & in sanguinem introducit calorem, vnde lætitia resultat in corde, & inde diffunditur in cætera membra, quæ ea ratione habiliora reddunturad suas actiones, &c. Inde igitur est, quod Venerem excitet cibus, ac potus, ideoque Salomon Prouerb. 23. ait: *Noli esse in conuiuijs potatorum, neque in comessationibus eorum, qui cãnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur.* Et Paul. Rom. 14. ait: *Carnis curam ne feceritis in desiderijs*, id est, pro cupiditatibus. Et 1. Corinth. 6. ait. *Esca ventri, & venter escis, Deus autem, & hunc, & has destruet.* Vbi Apostolus ex composito ad gulam transit, quia gula est mater libidinis, quam deinceps insectatur, ita Theophylact. Vnde Athanas vel quisquis est Author. (Nam non esse Athanasium Alexandrinum constat ex eo, quod q. 23. citet ipsum Athanasium, & ab eo diuersam sequatur sententiam, & quod citet Epiphanium, & Gregor. Nyssen. qui Athanasio posteriores fuere) Ille igitur q. 133. ad Antiochum per ventrem intelligit ingluuiem, & crapulam. q.d. Esca ventri, & venter escis, id est, ad crapulam venter habet desiderium, & hæc ad illũ: Verum qui crapulæ, ventrique deditus est, nõ potest seruire Deo, sed sui ipsius ventris seruus est, ideo abolcuit illum Deus; Nam qui ventri seruit, derelinquit Deum, impinguatus dilatatur ad luxuriam, & Dei iugũ excutit. Photius vero exponit per escas alimentum, & per ventrem receptaculum ciborum, quæ otiosa, & inutilia erunt post resurrectionẽ Deo nos ad incorruptionẽ transferente, vt neque cibo opus sit, neque ad ciborũ receptionem venter præparetur. Vnde infert non oportere nos de his, quæ futura sunt inutilia, sollicitos esse. Quod si neque escas, neque ventrem curare debemus, quia necessaria non sunt futura, sed inutilia, sanè cum admodum noxia nobis sint, & multam nequitiam cõtrahant, ratione cuius grauissimas patiemur pœnas, non solum non sunt curanda, sed fugienda, sicut feciſſe legitur Dauid Psal. 140. dũ ait. *Cum hominibus operantibus iniquitatem non communicabo cum electis eorum.* Græci, & Hebræi, teste Agellio, sic explicant hunc locũ: Ne me sinas electas eorũ, & pingues escas, delicatosque cibos expetere, vt illis, quibus lauta sunt conuiuia, socius fiam. Symmach. *Neque simul vescar suauibus eorum cibis.* D. Hieron. *Neque comedere in delitijs eorum.* Pagnin. *Nõ comedam cibum voluptatum eorum.* Quinimo addit Dauid: *Adhuc oratio mea in beneplacitis eorum*, id est, orabo Deũ, vt ne eruat ab escis, in quibus ipsi beneplacẽt sibi. Nouerat vtique quantam perniciem animæ inferãt numerosæ epulæ, & multiplicata pocula, qui non solum protestatur se minimè cõmunicaturum ipsorum escis, & poculis, sed peculiari adhuc oratione Deũ precatur, ne ipsum sineret cum eis amicitiam contrahere, sed potius sobrietati, & temperantiæ studere, qua vitia expugnantur, sicut gula, & ebrie

Prou. 23. n. 20.

Rom. 14. n. 14.
1. Cor. 6. n. 13.

Psal. 140. n. 4.

tate

tate virtutes destruuntur, quod elegãter ostendit Nilus Abbas lib. Ascetici post med vbi duobus allatis locis ex Scriptura rẽ demonstrat. Sicut enim per principem cocorum Hierosolymam expugnantem intelligit gulam, sic & per panem hordeaceum Madianitas expugnantem, sobrietatem intelligit. Nam sicut habetur Iudic. 7. *Narrabat aliquis somnium proximo suo, & in hunc modum referebat. Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere: Cumque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud, atque subuertit, & terræ funditus coæquauit. Respondit is, cui loquebatur, non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis filij Ioas viri Israelitæ Tradidit enim Dominus in manibus eius Madian, & omnia castra eius*; & ita de facto contigit, sicut eodem loco narratur. Ex hoc igitur loco, & ex illo Hierem. 52. vbi Princeps cocorum venit in Hierusalem, & incendit domum Domini & domũ Regis, & omnes domos Hierusalem, & totũ murũ Hierusalem per circuitum destruxit; Sic igitur pro re præsenti ait. Ciborum varietas euertit, ac diruit virtutum propugnaculum, suauitas enim condimentorum, tanquam machina bellica prosternit monimẽta iã à virtute constructa, & firmũ, ac solidũ robur ipsius affigit humi. Iam sicut luxus virtutes opprimit, ita frugalitas malitiæ deijcit munitiones. Quemadmodum enim muros Hierusalem, id est, animæ pacificæ Princeps cocorum Babylonis destruxit, ventris voluptates obsoniorum condimẽtis imitans. Sic Israelitarum panis hordeaceus voluitur, & Madianitarum tabernaculum subuertit. Frugalis enim victus voluendo proficit, & libidinis vitium prosternit. Madianitæ libidinis symbolum gerunt, hi sunt enim, qui ad fornicationem pellexerunt Israelem. Aptè autem dixit Scriptura Madianitas habere taberuacula, muros verò Hierusalem, omnia enim, quæ virtute circundata sunt, firma sunt, ac munita, quæ autem vitijs sunt circumsepta tabernaculi speciem habent. Sic ille, qui multorum Sanctorum exempla affert, sectantium frugalitatem, eo quod nouerant multam impietatem oriri ex multo cibo, & potu. Vbi statim occurrit Chrysost. homil. 1. de Lazaro post med. deducens ex nostro textu hanc doctrinam, quam prosequimur. Nihil est, inquit, delitijs perniciosius, audi quod de illis dicat Moyses, *Impinguatus est, incrassatus est, dilatatus est, & recalcitrauit dilectus.* Nec ait, recessit, sed recalcitrauit dilectus, illius intractabilitatem nobis significans. Atque alio rursus loco Deuteron. 6. *Vbi comederis, ac biberis, caue ibi ne quando obliuiscaris Domini Dei tui.* Adeo delitiæ solent ad Numinis obliuionem adducere. Proinde tu quoque cum sederis ad mensam, memẽto quod post conuiuium orandum est tibi, ita moderatè ventrem exple, ne grauatus non queas genua flectere, ac Deum inuocare. An non vides quod iumẽta iugum ferentia, posteaquã ad præsepe pasta sunt, iter agunt, onera gestant, suumque explent ministeriũ? Tu vero, qui sublata mensa, ad omne opus inutilis es, & inidoneus, num vitare poteris quomodo videaris asinis deterior? Quãobrem? Quia tunc maximè cõuenit esse sobrium, ac vigilantem, nam tempus post mensam, agendi gratias tempus est, non decet autem agẽtem gratias ebrium esse, sed sobriũ. A mensa non ad lectum, sed ad precationem vertamur, ne brutis animalibus simus magis bruti. Christus cum immensam multitudinem accepisset conuiuio in deserto, non remisit illos ad lectũ, aut somnum, sed ad audiendos sermones diuinos inuitauit: Non enim distenderat illorum ven-

Iud. 7. n. 13.

Hiere. 52 n. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tres, neque ad ebrietatem impulerat, verum vbi saturasset illos, quantum exigebat necessitas, ad spiritualem adduxit alimoniam. Itidem nos quoq; faciamus, eoque modo cõquiescamus capere cibum, vt ad vitam tuendam dumtaxat faciat, nõ vt nos valeat grauare. Non enim in hoc nati sumus, & viuimus, vt edamus, & bibamus, sed ideo edimus, ac bibimus, vt viuamus. Ab initio non erat cibi causa data vita, sed vitæ causa datus est cibus, &c. Et tom. 3. homil. 27. in Act. Apostol. post med. Ex nostro textu pro eadem re multa affert, inter quæ sic habet. Multis pasci leonis, ac vrsi est, ideo nobis Deus angustum ventrem dedit, vt erudiat animæ curam gerere diligentiorem. Consideremus nostram constitutionem, & videbimus vnam particulam in nobis hanc habere operationem, os enim nostrum, & linguam ad hymnos deputatæ sunt, faux ad vocem, vnde & naturæ necessitas nos intus ligauit, vt neque inuoluntarij in multam difficultatem incidamus, quod si quidem voluptas labores, morbos, & ægritudines non haberet, horrendum foret. Nunc autem terminos tibi præscribit natura, vt neque volens transgrediaris. Nunquid voluptatem quæris amice? Hanc â frugalitate parabis. Num sanitatem? Etiã hanc inde. Num securitatem, & sollicitudinis immunitatem? Etiam hanc. Num libertatem? Num valetudinẽ, ac robur corporis? Num bonam constitutionem? Num animæ sobrietatẽ? Num alacritatem? Ita bona omnia hic, in crapula autem contraria, insuauitas, mala valetudo, infirmitas, illiberalitas, sumptus. Quot vis tibi enumerem mala passos â voluptate? Noe inebriatus est, ac nudatus, & vide quanta hinc mala. Esau primogenitum per gulam amisit, & ad fratris cædem festinauit. *Populus Israel sedit vt manducaret, & biberet, & surrexerunt ad ludendum.* Et iterum. *Incrassatus est, impinguatus est, & recalcitrauit dilectus.* Vis esse in delitijs? Ale animam, communica ei cibos, quibus assuecuit, ne occidas illam fame. Tempus belli, tempus certaminis est, tu autem sedes in delitijs? Non vides etiam Reges, qui sceptra ferunt, in externis militijs frugaliter viuere? *Non est vobis certamen cõtra carnem, & sanguinem*, Ephes. 6. Tu impinguas te ipsum certaturus. Stat aduersarius stridens dentibus suis in te, tu autem effusus es, & mensæ addictus es. Nunquid sacrificandi sumus, quod impinguamus nos ipsos? Quid suppeditas vermibus tam splendidam mensam? Quid amplius facis, quam saniem, &c Similia item habet ex nostro etiam textu homil. 1. in Genes.

Ex quibus iã aperte cõstat quãtum nocumentũ saluti nostrę inferat multus cibus, ac potus, abundantiaque terrenorum, quæ si etiam spiritibus valde nocet, amplius vtique nobis nocebit, dum multiplicantes epulas internum hostem, nempe carnem, robustiorem reddimus, & in nostram perniciem armamus. Quasi præ satietate luxurians, diabolus malus factus est, sicut prosequitur Basil. homil. 9. Diabolo similes redduntur homines, dum præ abundantia incrassati, & impinguati luxuriantur. Proinde impinguanda est anima, & replenda gratia, & virtutibus, vt caro in officio contineatur, & rationi subiecta sit; Quod videre licet in Seruatore, & Magistro nostro Christo, de quo dicitur Psal. 44. *Vnxit te Deus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis.* Vbi non tam de gratia Vnionis videtur loqui Propheta, quã de habituali gratia, & donis, quæ olei nomine recte intelliguntur, sicut prosequitur August. in Psalm. 22. ad illa verba: *Impinguasti in oleo caput meũ*: Et rationem reddens, subdit August. Vt enim oleum caput, sic Spiritus Sãctus mentẽ reficit, ac saginat. Quid

vero

vero ab hac refectione, & saginatione sequatur, statim additur: *Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis*: D. Bernard. ser. 43. in Cant. ait: Myrrha amara res, dura, & aspera tribulationum significat, &c. Quasi velit ostẽdere Dauid quod ex interna vnctione, qua iusti à Deo impinguantur, mortificationis odor, & suauitas efflatur, sicut contigit in Christo Domino, quem iusti sibi imitandum proponunt, & in omnibus prosequendũ, ducunt. Quod si impij incrassati, & impinguati, lasciuientes recalcitrant, & à Deo recedunt, iusti quidem afflicti, & oppressi amplius illi subduntur, & obtemperant. Vnde Dauid dicebat: *Saluasti de necessitatibus animã mea.* Hebr. habetur: *Cognouisti à necessitatibus animam meam*; Quomodo scilicet, non defuerim obsequio, laudi, & præceptis tuis adimplendis. Et Psal. 43. post enumer. im multas ærumnas, & afflictiones, addit: *Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te, & non recessit cor nostrum, & declinasti semitas nostras à via tua* Hebræi quoniam verbum declinare eiusmodi est, vt possit etiã intelligi: *Declinauit semita nostra â vijs tuis*; Sic explicant: vestigia nostra á vijs, præceptisq; tuis nõ recesserunt; & hoc magis confirmant quæ sequuntur: Et Psal. 29. in eodem sensu ait. *Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me.* Hebræi explicant: *Quoniam attenuasti me.* Nam verbum Hebræum, *Dalal*, attenuandi quoque significationem habet. Tantũ enim abest, vt iusti attenuati à Deo recedant, quem impij incrassati deserunt, vt potius ob illud eum laudent, gratiasque reddant, agnoscunt quippe quantum malum sit saturatio, & repletio, proinde laudes Deo decantant, dum opprimuntur, qui nullatenus ab eo deficiunt, dum saturantur.

Psal. 30. n. 9.

Psal. 43. n. 17.

Psal. 29. n. 11.

ANNOTAT. II.

Bruteſcit impiorum animus, dum terrenis adhærens, Deum deſerit.

SAtis tritum in Scriptura est, satis item iustum, vt qui Deum deserunt, brutorum nomine nuncupentur, sicuti hoc in loco equi, vituliue nomẽ inuolute ponitur Israelitis: Alibi vero impij, mulorum, & equorum nomenclatura describuntur, vt Psal. 31 Ideo Clemens Alexand. Orat ad gentes post med. ait: Nunquam esset odio habitum, vel prohibitum tantum bonum, quo humano generi nullum a Deo datũ est præstantius, nisi abrepti à consuetudine, deinde nobis occlusis auribus, vt equi duræ ceruicis habenas detrectantes, & ore frænum mordentes, fugeretis rationes, vestræ quidem vitæ aurigas nos excutere cupientes: sed vos ipsos præ insciitia præcipites dãtes in exitium, &c. Iterum verò iumentorum, vt Isai. 30. *Onus iumentorum Austri.* 70. habent: *Visio quadrupedum*: vbi intelligitur tribus Iuda, quæ in Australi parte sita eremo confinis erat: super quæ verba Hierony. ait. Appellantur iumenta Austri, siue quadrupedes in deserto, quia respuerunt notitiã Dei. De istiusmodi iumẽtis, & filijs Chore loquebantur in Psal. 48. *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Nos iuxta tropologiam dicimus: Omnes, qui Creatore deserto, sæculi erroribus se dederunt, esse quadrupedes in deserto istius sæculi, &c. Et in cap. 50. Isaiæ ad illa verba: *Veni, & non erat vir, vocaui eos, & non erat, qui audiret*; ostendit omnes impios, qui Deũ deserunt terrenis immersi; ho-

minum

Universidad de Deusto
Biblioteca

minum mentes,& rationem amisisse, brutorũque sensum induisse. Omnes, inquit, viri,& hominis imaginem relinquentes, bestiarum, & serpentium sumpserunt imagines. Vnde & ad Herodem propter malitiam dicitur Luc. 13. *Ite, dicite vulpi huic.* Et ad Pharisæos Matth. 23. *Genimina viperarum* : Et ad libidinosos Hierem. 5. *Equi insanientes in fœminas facti sunt.* Et de voluptuosis Matth. 7. *Nolite mittere margaritas vestras ante porcos*; Et de impudẽtib⁹: *Neque sanctum detis canibus*; Et in communi de omnibus Isai. 30. *Visio quadrupedum, quæ erant in serto.* Venit itaque Dominus,& non inuenit hominem: *Homo* enim *cum in honore esset nõ intellexit, comparatus est iumentis, & similis factus illis, &c.* Cum enim homines dediti essent commessationibus, & ebrietatibus,ab humano vtique desciuerant intellectu, & in bestiarum conditionem transierant. Quo sensu Oseas in cap. 4.dixit: *Fornicatio, vinũ, & ebrietas auferunt cor.* Vbi Hierony. recte aduertit voluptates sæculi,& vitiorum immoderantiam ita se habere respectu animæ, & rationis naturalis, sicut se habet vinum,& ebrietas:Sicut enim vinum, inquit ille, eum,qui biberit, menti suæ impotem facit,ita & voluptas peruertit sensum, animamque debilitat,& de rationabili homine brutũ efficit animal, cumque itaque cor loco suo motũ fuerit, ligna,& lapides Deos putat,&c. Vnde mirum non est si recalcitret, Deumque deserat, quæ fuit ratio, cur Moyses indignos reputauerit Israelitas lege à Deo lata: postquam enim vidit eos cibo, potuque repletos, quasi iam à conditione hominũ deficientes, tabulas legis confregit;Neque enim erant præceptorum capaces, qui iumentis, & brutis similes erant redditi: Sic enim censet Hierony. 2. contra Iouinian. vbi ita ait. Moyses quadraginta diebus, & noctibus ieiunus in monte Sina etiã tunc probans non in solo pane viuere hominem, sed in omni verbo Dei, cum Domino loquitur, populus autem fatur idola fabricatur. Ille vacuo ventre legẽ accipit scriptam digito Dei; Iste manducans, & bibens, consurgensque ludere,aurum conflat in vitulum, & Ægyptiũ bouem præfert Domini Maiestati,tot dierum labor vnius horæ saturitate perit. Frangit audacter Moyses tabulas, sciebat enim sermonem Dei non posse audire temulentos, incrassatus est, & pinguefactus, & dilatatus, & dereliquit Dominum,qui fecerat eum. Denique manducauit populus,& incrassatũ est cor eius, ne videret oculis, & audiret auribus, & cor conijceret; & vultum ieiunantis Moysis, & iuxta Hebraicam veritatem Dei confabulatione cornutum, pastus, & pinguior factus sustinere non potuit.Sic nobis Hieronymus describit brutalum [illegible]itum populum, cui iam non lex [illegible]pta cõ petebat, sed chamus potius, & virga, quibus,vt brutum, & deduceretur, & cæderetur, qui & fidelis populi,atque etiam humani intellectus cognitionẽ amiserat, dũ beneficia à Deo accepta vitulo reddit, dum sibi satis notum Moysen nõ agnoscit,amiserat quippe totum,quod erat hominis, totũ quod erat fidelis.Quod ponderans Rupert. lib. 4.in Exod. cap. 24. post princip. ait. Comederunt, ac biberunt, & id circo lusibus obscænis cõtinuo semetipsos conuomuerũt, traditi in reprobum sensum, vt facerent ea, quæ non conueniunt, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis receperunt.Ergo,& Apostolo teste, Iudæorum gloriatio excussa est, vt non insultet Græco, quod seruierit creaturæ; Nã quod grauius est, & ipse seruiuit in præuaricatione : lex enim huic erat, & adhuc quasi aurum sermo Dei recens ab igne calebat. Paulo ante lectũ fuerat volumen fœderis à Moyse

audiente

audiente populo,qui & dixerũt:*Omnia, quæ loquutus est Dominus,faciemus, & erimus obedientes.* Hoc facto vtique inaures aureas suis auribus internis appendebãt Itaq; vni viro Deo, quasi cõiugalem iurauerant copulam, & inauribus mandatorum eius ornatã faciẽ habebant. At nunc tulerunt inaures aureas de vxorum, filiorum, & filiarũ suarũ auribus, formaueruntque opere fusorio, & fecerunt ex eis vitulũ conflatilem, & eisdem pedibus, quibus mare transierãt,coram tali figura saltauerunt,& veritatem, quam cecinerant,dicentes;*Cantemus Domino,gloriose magnificatus est, equum, & ascensorem proiecit in mare*: in mendacium commutauerunt, cantando:*Hi sunt Dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti.* Igitur inexcusabilis est Iudæus, qui Græcum ad gratiam Dei confugientem propter antiqua peccata iudicat eadẽ enim egit, quæ iudicat. Et quoties ab illo paululũ cessauit pædagogi virga,stultus puer ad eadem,vel similia se conuertit idolatriæ flagitia. Sic Rupertus stultum describit populum, quem puerum appellat, melius tamen appellaret, cum Moyse recalcitrantem equum, vitulum, vel iumentum, oblitum Dei reuerentiæ,nec recolentem recentia adhuc beneficia, tot mirabiliũ patratione collata. Quod bene prosequitur Chrysost. homil.4.de Pœnitent. post princip. vbi ex nostro textu ostendit proprium esse hominum,postquam cibo, potuique indulgent, Dei obliuisci, hominisque mentem exuere, & á se veluti recedere, ac brutorum sensum assumere.Quod bene prosequitur Ambrof. in perdito filio, qui dum substãtiam suam in voluptatibus,& luxurijs consumit, à se dicitur exijsse, extra se enim fertur, qui comessationibus, & ebrietatibus se committit. Sic ergo habet Ambrof. lib. 7. in Luc. ad illud Luc.15. *Abijt in regionem longinquam.* Quid longinquius quam à se recedere, nec regionibus, sed moribus separari, studijs discretum esse, non terris,& quasi interfuso luxuriæ sæcularis æstu,diuortio habere Factorem? Et ad illud: *In se reuersus,* ait. Bene in se reuertitur qui à se recessit etenim qui ad Dominũ regreditur se sibi reddit, & qui recedit à Christo, se sibi abdicat,&c Dũ igitur hic populus recessit à Deo Salutari suo,á se quidẽ recessit, idque impinguatus & incrassatus, vt non iam populus intelligens, sed brutorum similis præ saturitate,iure dici possit.

ANNOTAT. III.

Qua ratione recalcitrasse Hebræorum populum dicat Moyses.

VT ex literali expositione cõstat sæpe in Scriptura Iudæorũ populus equus appellatur, diximusque hoc in loco metaphoram esse sumptam á nutritoribus equorũ, qui mira cura,& diligentia in illis incrassandis, & impinguandis incumbunt, à quibus multoties pro cura, & nutritione mortales calces accipiunt. Quia igitur & populus Hæbræus pro tot,tantisque beneficijs à Deo acceptis indicibilem soluit ingratitudinẽ, instar equi incrassati, & impinguati dicitur recalcitrasse,tergaque vertisse Deo Parenti, & Creatori Proinde & ex occasione textus & ex maxima illius congruentia prosequimur hoc in loco, quanam ratione equus ditatur in Scriptura hic populus. Id imprimis deducimus, quod Dauid equum sine intellectu asserit,dum ad eundem populum monens, ait. *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus:* Proindẽ cum equo assimilatur hoc in

loco

Universidad de Deusto
Biblioteca

loco Hebræa gens, quasi sine intellectu asseritur, vnde & honestiori vocabulo puer dicitur, & recentis adhuc ætatis, minime curans ea, quæ sunt hominis, & superioris rationis, sicut videre est apud Theoderet. præfat. in Cant. post med. vbi versat locum Ezechiel. 16. cum Synagoga sub typo recenter natæ puellæ proponitur. Quoniam, inquit, populus Iudæorũ quãdiu Ægyptum incoluit, nullã habuit vitæ disciplinam, nec virtutis partes excoluit, merito ait. *In die, qua genita est, non vinxerunt vbera tua*, hoc est, partem, qua animus alitur, vnde lac, quod nutriendi vim habet, gignitur. Et in ea trãslatione persistens: *In aqua*, inquit, *non es lota*, id est, ab Ægyptiæ idolatriæ sordibus nõ es mundata, sed ex seruitute exeundo, tanquam in lucem edita, adhuc partus signa retines, cũ abluta non sis, sed maternas sordes circumferas. Neque sale salita es, quod obstetrices solent infantibus adhibere: hoc item ex allegoriæ legibus intelligemus, vt sal spiritualem prudentiam significet, & Diuinam doctrinam, qua ea, quæ corrumpi possent, à putredine integra conseruantur. Quamobrẽ, & Dominꝰ dicebat discipulis: *Habete sal.* Et rursum: *Vos estis sal terræ*, Et in veteri testamento reperimus nullũ sine sale sacrificium fieri. Sic illud itẽ intelligendum est: *Non est præcisus vmbilicus.* Etenim, quoniam vmbilicus (vt tradunt 1), qui hæc profitentur) est velut radix quædam embrionis: per ipsum enim fœtus nutritur, augetur, atque perficitur: Idcirco Hierusalem non esse præcisam ait, quippe quæ, cũ ex Ægypto esset genita, adhuc Ægyptiacam idolatriam hauriret, & ex materno vtero fædũ illũ cibũ, & turpẽ alimoniã attraheret. *Et transiẽs*, inquit, *per te vidi te conculcari in sanguine tuo.* Iudæis enim concesit, vt immolarẽt, sed sibi, cum ipse tamen sacrificijs eorum minime egeret, sed infirmitati ipsorum indulgeret, &c. Quibus ostẽdit se Deum habuisse cum illo populo; veluti cum puero incapaci adhuc superioris doctrinæ. Qua de re videndus Euseb. Casarienſ lib. 1. demonstrationis Euangelicæ, vbi ait. Lex Moysi ingressa est, aut quasi gubernatrix puerorum, & animarum imperfectarum, aut curatrix morborum gentis Iudaicæ Idem habet Epiphan. lib 1. & Tertull. toto lib. contra Iudæos. Neque omittẽdus Nyssen. de vita Moysis ante med. dum ait. Cum quadraginta diebus, ac noctibus nullius indigens rei, quibus hoc corpus sustentatur, immortalivita sub illa caligine, Moyses viueret; quasi pueri cum pædagogi non adsunt, sic populus aduersus Aaron concitatus impulit eum, vt ad simulachrum adorandũ dux eis fieret: Simulachrum autẽ vitulus erat, quare offensus Moyses disrupit tabulas, ne tanta res in homines indignos deueniret, &c.

Constat igitur ex dictis populũ illũ præ ingnorantia sua puerum fuisse reputatum, & instar pueri ratione carentis se habuisse, sed adhuc à lactentibus pueris intelligentia superantur, dum infantes pro Christo occisi illũ agnoscunt, & profitentur, quẽ adulti ætate, & in Scripturis enutriti Iudæi præ crassitudine sua minime percipiunt, sicut bene prosequitur Augustſer. 6. de Epiphan. qui est 34. de tempore post med. vbi conferens infantes, quos Herodes occidit in odiũ Christi, cũ Iudæis, quos consuluit pro Natiuitate Christi, ait. Fælix potius infantium ignorantia, quos Herodes persecutus est territus, quam istorum scientia, quos consuluit perturbatus. Illi pro Christo potuerunt pati, quem nondũ poterant confiteri. Isti docentes non sequuti sunt veritatem, cuius nascẽtis potuerunt nosse ciuitatem. Hic iam

erubescat

erubescat stulta sacrilega, & quædam, vt sic dicam, indocta doctrina, &c. Et cum Iudæi stultos, & prorsus ignaros appellarent gentiles, rudiores adhuc deprehensi sunt Iudæi gentilibus, dum isti quærunt è longinquo, & venerantur, ac adorant, quem illi inter se natum, neque agnoscunt, cũ gentibus agnoscendũ inculcent. Quod bene prosequitur Augustſer. 2. de Epiphan ad med. vbi confert gentiles Magos cum Iudæis in hunc modum. Quod prætereundũ nõ est hæc Magorum illuminatio, magnum testimonium cæcitatis extitit Iudæorum, in terra eorum iusti requirebant, quod illi in sua non agnoscebant. Apud eos isti infantem inuenerunt, quem illi apud se negauerunt. In his terris de longinquo isti peregrini puerum Christum nondum verba promentem adorauerunt, vbi ciues illi iuuenem, miracula facientem crucifixerunt. Isti in membris paruis Deum adorauerunt; Illi in magnis factis, nec tanquam homini pepercerunt; quasi plus fuerit videre nouam stellam in eius Natiuitate fulgentem, quam solem eius in morte lugentem. Iam vero quod eadem stella, quæ Magos perduxit ad locum, vbi erat cum matre Virgine Deus infans, quæ vtique poterat eos, & ad ipsam perducere ciuitatem, sed tamen substraxit, nec eis prorsus apparuit, donec de ciuitate, in qua Christus nasceretur idem ipsi interrogentur Iudæi, vt ipsi eam secundum diuinæ Scripturæ testimonium nominarent: Ipsi dicerent: *Bethlehem non es minima, &cæt.* Mich. 5. quid aliud hic significat diuina prouidentia, nisi apud Iudæos solas diuinas literas remansuras, quibus gentes instruerentur, illi excæcarentur, quas portarent non ad adiutoriũ salutis suæ, sed ad testimonium salutis nostræ? Et cætera in hanc sententiã. Et ser. 3. in eodem festo post princip. Ipse nouam stellam declarauit natus, qui antiquum solem obscurauit occisus. Illa luce inchoata est fides gentium. Illis tenebris accusata est perfidia Iudæorum. Quid denique Magi venientes dixerunt: *Vbi est, qui natus est, Rex Iudæorum?* Nonne multi ante Reges erant Iudæorum? Quid tantopere alienæ gentis Regem nosse, & adorare cupierunt? Nunquam hoc tanta deuotione requirerent, tãto pietatis affectu desiderarent, nisi eum agnoscerent Regem Iudæorum, qui Rex est etiam seculorum. Hinc Pilatus nonnulla vtique aura veritatis afflatus est, cum in eius Passione titulum scripsit, *Rex Iudæorum* Ioan. 19. quem Iudæi conati sunt mendosi emendare, quibus ille respondit, *Quod scripsi, scripsi*, quia prædictum erat in Psalmo: *Tituli inscriptionem ne corrumpas.* Aduertamus itaque magnum hoc, & mirabile sacramentum. Magi ex gentibus erant, ipse etiam Pilatus ex gentibus; Illi stellam viderunt in cælo, ille titulum fixit in ligno, vtrique tamen non Regem gentium, sed Iudæorum vel quærebant, vel agnoscebant. Iudæi vero ipsi nec stellam sequuti sunt, nec titulo consenserunt. Iam, igitur præsignabatur, quod postea ipse Dominus dixit Matth. 8. *Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in Regno cælorum*; Nam Magi ab Oriente, Pilatus ab Occidente venerat. Vnde illi Orienti, hoc est, nascenti, ille autem Occidenti, hoc est morienti, attestebantur. Regi Iudæorum, vt cum Abraham, Isaac, & Iacob, ex quibus Iudæi ducebant originem recumberent in Regno cælorum. Ad hoc sunt interrogati Iudæi, vt demonstraretur eos non ad suam, sed ad gentium salutem, & agnitionem testimonia diuina portare, & cætera,

quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus similia habet ser. 7. in fin. Quæ maior itaque ignorantia potuit esse, quam testimonia diuina, & Scriptura portare in aliorum profectum, & doctrinam, hunc autem populum in ignarum prorsus, & indoctum in propria stultitia deuolutũ remanere. Pro qua etiã re videndus erit Clemens Alex. 2. pædagog. cap. 8. post princip. vbi ait Reges Iudæorũ auro, & gemmis composita ac varia corona vtentes, Christum in capite symbolice gestantes, imprudentes capite Domini ornabantur lapis quidem pretiosus, vel margarita, vel smaragd⁹ ipsum verbũ significant, aurum autem rursus est ipsum verbum ab interitu alienum. Similia habet August. lib. quæstion. super Exod. q. 105. tom. 4. vbi per arcã intelligit secretum Dei. In arca autem erat lex, qua apud Iudæos in secreto continebantur præcepta legis, cũ ipsi legem minime agnoscerent, neque interiora penetrarẽt, quæ sub cortice continebantur, sed veluti infantes manu ducebantur cæremonialibus præceptis, quo tamen illa tenderent minime percipientes. Si igitur equus ille est, cui intelligentia nõ adest, sane hic populus equus merito dicitur, cũ admodum stultus fuerit, & sine intellectu.

Sunt quidem equi salacissimi, teste Arist. li. 8. de natura animal. c. 22. vbi ait Salacissimum omnium animalũ, tum fæminarum, tum marium equus est, excepto homine, & cũ natura tempus coitus præscripserit irrationalib⁹, equus omnibus tẽporibus inhit, nec cessat à libidine quandiu viuit, nec vllum tempus certum libidinem aufert: sed ingenium hominis arcet à libidine, aut pudor, aut modestia, aut alia ratio, nihil horum furorem retardat equi. Hinc igitur est, quod plerique interpretes illud Psalm. 31. *Nolite fieri sicut equus, & mulus*, sic intelligunt, vt sit sensus: Nolite amore mulierum furere, sicut effrænes equi, & quod id velit Dauid patet ex eo, quod dixit Raphael Tobiæ in cap. 8. Hi namque, qui coniugium ita suscipiunt, vt Deũ à se, & ex sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonius super eos. Quoniam verò equi salacissimi sunt, breuioris item vitæ habentur. Nam, qui vsque ad trigesimum quintum annũ vitam protrahit, rarissimus est, licet Aristot. lib. 6. de natur. animal. afirmet aliquos duasse vsque ad quinquagesimum, quod etiam cõfirmat Plin. lib. 8. cap. 42. quod autem propter luxuriam breuior sit vita ostendit Valesius lib. 2. cõtrouersiar. cap. 7. Quod igitur Hebræorum populus equorum naturam sectatus sit, tum corporali luxuria, tum spirituali, quæ consistit in derelinquendo Deo vero, & adhærendo falsis; Est siquidem Deus sponsus animarum nostrarum, quibus per fidem desponsatur; Constat quidem ex Hierem. cap. 5. vbi dicitur: *Super quo propitius esse potero? filij tui dereliquerunt me, & iurant in his, qui non sunt Dij: Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domũ meretricis luxuriabantur, equi amatores, & emissarij facti sunt: vnusquisque ad vxorem proximi sui inhiebat.* Vbi in primis verbis, *Dereliquerunt me, & iurant in his, qui non sunt Dij*, indicatur fornicatio spiritualis, nempe, idolatria: In secundo vero loco, *Mœchati sunt*, &c. Mœchia, & luxuriæ sordes proprie intelliguntur, figurate vero de idolorũ cultu, quam sententiam tenent cum Hieronymo, Theodoretus, D. Thom. Rabban. & Maldonat. Neque melius potuit describi inhonestum ingenium illius gentis, quam assumpta similitudine equi emissarij, qui ad nihil aliud inseruit & magna cura saginatur, & incrassatur, nisi ad coitũ. Hinc est, quod cũ Prophetæ loquerentur iuxta gentis, & temporis consuetudinem, *Ierem. 5. n. 7.*

quia

quia gens illa inhonestissima erat, toties fornicaria, luxuriæ dedita, & adultera appellatur; ex eo enim vitio, quod maximè apud illos in vsu erat, facilè possent venire in agnitionem, & confessionem criminis de quo arguebantur. Et quod attinet ad fornicationem spiritualem in primis constare poterit ex eo, quod aduertit Chrysost. hom. in Psal. 95. tom. 1. vbi reddit rationem, cur in loco certo voluerit Deus synagogam collocare, & in templo certo sacrificia peragere, aitq; id facere frequenter maritum, quoties vxorẽ suspectam habet, circũscribit enim vno loco, thalamisque concludit; at qui pudicam habet vxorem à nulla eã progressione prohibet libereque, & confidenter vagari permittit. Suspectã vtique habebat Deus Synagogam, proindeque certo loco concludit, neque in de egredi permittit, aut cum habitatoribus circumuicinis amicitias contrahere, sicut aduertit Augustinus lib. 2. quæst. in Exod. quæst. 158. ponderans verba illa Exod. 34. *Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, sed aras eorum destrue, confringe statuas, noli adorare Deum alienum, Dominus zelotes nomen eius, Deus æmulator.* Quo in loco docet August. Deum loqui quasi zelo maritali. Nouerat enim naturam Iudæorum pronam ad fornicationẽ idolatriæ, proindeque omnes amputare vult occasiones quibus pertrahi posset in effectum concupiscentiæ suæ. Similia sunt, quæ habet Orig. homil. 8. in Exodi ad illa verba: *Non erunt tibi Dij alij præter me &c.* Vide, inquit Origenes, benignitatem Dei, quomodo fragilitatem humanorum non recusat affectuum; pluraq; hac de re habet Hieronym. in cap. 5. Ezechiel. Sed iam inhonestam videamus Synagogam apud Ezechiel. 16. vbi post multa tandem dicitur: *Ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis, ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ: & abominabilem fecisti decorem tuum: & diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas, & fornicata es cum filijs Ægypti vicinis tuis.* Quæ verba ponderans Theodoretus Præfat. in Cantic. post med. ait. His verbis exprimit vim libidinis incredibilem. Non cum familiaribus solis habebas cõsuetudinem, sed ardore libidinis furens cum omnibus adeũtibus impudicè cõmiscebaris; mixtionem figuratè nominat cultũ idolorũ &c. Neq. vero fornicaria tantũ reperta est Synagoga, sed adultera etiam, vt omne luxuriæ complementũ haberet, sicut aduertit Hieron. ad illa verba Oseæ c. 2. *Auferet fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorum.* Fornicaria, inquit Hieronymus est quæ cum pluribus copulatur, adultera, quæ vnum virum deserens alteri iungitur. Synagoga vtrãque malitiã copulauit, quoniam & virum suum deseruit per idolatriam, thorique fidem violauit, & multos Deos colebat more fornicariæ, quæ omniũ libidini exposita est. Quoties autẽ à fide viri, ac Dei sui defecit, importunũ, longumq; esset recensere. Cũ ergo in omne luxuriæ genus prolapsus sit hic populus, congruẽter admodum ei quadrat salacissimi animalis, nempe equi, comparatio.

Exod. 34. n. 12.

Ezec. 16. n. 24.

Nec abs re erit colorem huius recalcitrantis equi depingere, vel etiam à Propheta depictum ob oculos proponere, accedat igitur Zachar. cap. 1. vbi ait: *Ecce vir ascendens super equum rufum.* Rufus autem equus, qui nostro vulgari, & Lusitano sermone dicitur, alazão, dicitur duritie pollere in vnguibus, ac propterea per quamcumque viã incitatissimo cursu ferri potest, & agitari, siue via sit strata lapidibus, siue arenosa, siue profundo cæno obsita, quam proprietatem rufi equi probo, quia equi Babylonici Za-

Zach. 1. n. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

char. 6. rufi dicuntur,& de equis Babylonicis dicitur Isaiæ. 5. *Vngulæ equorum eius vt silex.* Ratio verò naturalis huius rei est, quia equus rufus plus participat elementi ignis, quam alterius; est enim elementum prædominans, cuius index est color ille rufus,ignis autem durissimas reddit vngulas equi. Scio quidēquod temperies rerū & primæ qualitates ex coloribus certo colligi non possunt, neque enim res alba semper est frigida; nam nix, & calx sunt albæ, & tamē calx calidissima est,& nix frigidissima,& lapides vstione denigrantur primo, & deinde dealbātur,& alia modo calore, modo frigore nigra fiūt,vt habet Valess. lib. 9.cōtrouers. c. 3. Totum ergo iudiciū hac in re est empiricū,& experimētale, in quo falli possumus Commune igitur est equum rufum calidum appellari,album frigidum, nigrum siccum, & frigidum, vt terra est, castaneum aereum,calidum, & humidum, cuius rei rationem reddere multi cōtēdunt, cū tamen sæpe fallātur. Sicut igitur albus equus, quia frigidus est, per viam lapidibus stratam currere illæsus non potest, sic & quia rufus duros habet vngues,calidus comprobatur. Rufus itaque est hic equus, populus scilicet Hebræorum, durosque habere vngues cōprobatur, quia per omnes mūdi partes ducēdus erat. Nam cum Hierusalem per Titum expugnata fuerit, & auxiliares copiæ ex vniuerso venerint,quæ subiectæ erant Romano Imperio,in illa infelici strage nulla propemodum fuit natio,quę in suam Prouinciam victos non asportauerit Iudæos, quod & Amos dixit in cap. 9. sub similitudine cribri, & muri male cohærentis. *Ecce ego mūdabo,& concutiam in omnibus gentibus domum Israel,sicut concutitur in cribro, &c.* Et apud Hieremiam scriptum est: *Factus es mihi populus meus sicut leo in sylua, dedit contra me vocem suam, venite omnes bestiæ agri ad deuorandum, &c.* Qui igitur abducendi erant per omnes vias,& in omnes plagas, duris debebant pollere pedibus, & vnguibus, ne deficerent in vijs, etenim dispergendi erant in virtute Dei, & deponendi in vniuersas regiones terræ, sicut bene prosequitur August. ad illud Psal 58. *Disperge illos in virtute tua, & depone eos.* Quod etiam notauit Bernardus Epist. 322.ad eadem verba Psalmi,& Nazianz.Orat.12.& 14. vbi inter alia ait: Eo redacti sunt (scilicet Iudæi) vt per totum orbem hospites sint, & peregrini. Nisi fortè, & ideo tales illis dati sunt vngues, quia omnem orbem comparandarum diuitiarum causa peragraturierant,& qui ad auaritiam, & rapacitatem admodum proni sunt,duris etiam manuum vnguibus indigebant. Nec abs re erit si quis dixerit imbecilli, & pauido populo duros,ad fugam arripiendam,pedes esse concessos. Neque omittendū censeo id. quod adhuc rufus color denotare videtur; est enim sanguinis index,iuxta Aristot. doctrinam in prædicamēto qualitatis,vbi agēs de rubedine,vt indagaret ex qua tandē causa proueniret rubedo naturalis,& permanens,comparauit rubescentes cum erubescētibus,in quibus rubor est,quia sanguis ad faciem confugit,inde ergo ad hanc gentem rem deducendo, rubedo in eis reperta sāguini tribuetur, non quidem pudorem denotando cum nullatenus erubuerint calces impingere,manusque injcere in Filium Dei,& propter ipsorum impudētiam dona Spiritus sancti opprobrium patiebantur,& veluti rubore contracta, & pudefacta apud Iudæos delitescebant. Vnde post aduentum Christi ei dicebant: *Auser opprobrium nostrum,* sicut acutè uotauit Origen. homil.3. in Isai. ad illa verba cap. 11. vbi septem mulieres apprehenderunt virum vnum,dicētes: *Auser opprobrium nostrū.*

Amos. 9. n. 11.

Isai. 4. n. 1.

Intelligit

Intelligit enim per septem dona Spiritus sancti, quæ ante aduentū Christi opprobrium patiebantur. Sapientia enim patiebatur opprobrium, & pudore afficiebatur à vana sapientia Iudæorum, intellectus á falsa intelligentia Scripturarum, consilium ab improbis consilijs congregatis aduersus Dominum Christum, virtus á simulata iustitia Iudæorum, penes verba tantum consistente, scientia á falso nomine scientiæ, pietas ab impietate, denique timor à falso timore omittendi locum,& gentem. Qui igitur fieri potuit, vt rubore, ac pudore afficerentur,qui potius opprobrio afficiebāt ipsa Dei dona. Proinde rufus color huius equi,cum non verecundū sanguinem indicet,sed innatam sæuitiam,& immanitatem,sicut videre est Apoc. in c. 6. vbi dicitur: *Exiuit alius equus rufus, & qui sedebat super illum datum est ei, vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficerent.* Rufus igitur apparet Israeliticus equus,inficiēdus profectò immaculati agni sanguine, & morte, quem postea supra se deprecatus est,dum dixit: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Quam auidus vero sanguinis fuerit hic populus satis à nobis probatum est ad cap 1. Iacobi n. 1 §. 1. Vnde & Christus Dominus dixit Matth. 23 venturum super illos omnem sanguinem iustorū effusum ab Abele iusto vsque ad sanguinem Zachariæ ab ipsis occisi. Huius coloris erat equus ille Seianus, cuius meminit Gell.lib. 3 noct. Atticar. c. 9. cui nomen inditum est à Cneio Seio domino Is ex Diomedis equis pronatus fuisse creditur,fuit insignis specie, verū eiusmodi quodā fato,vt quisquis eius equi possessor esset, is cum omni domo ad internitionem vsque periret. Cneius Seius capite dānatus est,ac miserando affectus supplicio, deinde & Dolabella bello interfectus est,post hūc Cassius ab hostibus occisus,deinceps Antonius detestabili exitio perditus. Hunc equum Caius Bassus Argis se vidisse refert haud incredibili pulchritudine, vigoreque, & colore exuperantissimum. Non fæliciore cōditione rufus hic equus necem crudelissimam Domino suo intulit, calcesque impegit durissimos. Vbi recolendū est id,quod superius diximus de duritie vnguium ruforum equorum Cum vero per pedes significentur affectus animi vt iam ostēdimus, rufus iste equus duros pedes habens, durus item corde proponitur Ezech. 2. dura etiam facie, id est, perfricatæ frontis,& cum cæteri dómini ferreos calceos equis adhibere soleant, hunc equum hyacinthis calceatū legimus apud Ezechiel cap. 16 Ferreis tamen clauis manus,& pedes Domini transfixit, vt duritiem suam testaretur, & impudentiam. Neque tantum pedibus insurrexit in Dominum, recalcitrando, sed manus etiam extendit, sicut dicitur Mich. 2. *Contra Dominum est manus eius.* Vbi Septuaginta habent: *Non leuauerunt ad Deum manus suas,* id est, noluerunt Deo subijci;supplicium siquidem, & superioritatem agnoscentium est manus leuare ad eum,cui se supplices tradunt; vnde orantes manus ad Deum tollimus; quia vero hic populus non tantum hac ratione deliquit,quod manus non leuauit supplex ad Deum, sed contra ipsum, sæuiens leuauit; ideo Hieron. reddidit. *Manus eorum contra Deum est,* quasi parum fuerit si Iudæorum gens calces immitteret contra Dominum, nisi etiam cædendo manus eleuare ausus esset, vnde statim addit Propheta: *Ideirco hæc dicit Dominus: Ecce ego cogito super familiam istam malum, vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbè.* Vbi Hieronymus. Quia ista feciſtis: Ego Dominus cogitabo super familiam istam malum, non quod malum sit, quod ego cogi-

Mich. 2. n. 1.

to, sed quod patientibus malum videatur, quod irrogo, quod ita vos premet, vt colla vestra non possitis leuare: Nam qui incrassatus superbierat, & recalcitrauerat, durissimo iugo debuit premi, & humiliari. Duobus quidem indiget incrassatus, ac lasciuiens equus, qui calces Domino suo emittit, virga quidem, vt cædatur & verberetur. Vnde Origenes in Psal. 2. ait: Indigēt virga quotquot pecudū more viuunt, &c. quanto magis qui recalcitrant? Indiget item vinculis, funibusue, vt constringatur, vtrumque adhibuit Dominus superbienti & recalcitranti equo, vt videre est apud Ezechiel cap. 7. *Ecce dies venit, egressa est contractio.* Septuaginta. *Complexio, iniquitas surrexit in virga impietatis*, id est ex impietate, seu vt Hugo Cardinal. exponit, in virga impietatis, id est, in sceptro, & potentia impij Sedeciæ orta est iniquitas, ratione cuius à Domino verberatur. Vel vt exponit Hieron. potest referri ad ipsos Iudæos, vt sit sensus. Iniquitas Iudæorum surrexit in virgā impij Nabuchodonosor, id est, scelera Iudæorū fecerūt, vt Nabuchodonosor crudeliter in eos desæuiret, ideoq; Hebr. potius legitur: *Iniquitas surrexit in virgā malā.* Elegansque habetur metaphora, qua iniquitas cōparatur radici, & pœna virgæ prodeūti ex radice culpæ. Vnde R. Selomoh, & R. Dauid explicāt: *Iniquitas excreuit in virgā, qua verberētur*; sed ad rē nostrā D. Hieron. sic ait: Floruit virga, quæ multo vobis tempore minabatur, & de flore fructuum plagarū parturijt, superbia vestra germinauit, quod merebamini: Ecce dies parit, quod multo ante tēpore cōceperat. Venit finis, & egressa est cōplexio, quę mala vestra omnia cōplectatur, & teneat. Sic ille ostēdit superbientē equū, & flagellationis virgā, qua Deo solet visitare iniquitates hominū, insuper & constrictionē qua recalcitrās equo ligatur, & cōstringitur, ne calces emittat. Nōne flagellatus hac virga nomine totius populi Hebræi lamētatur, dicēs: *Ego vir videns paupertatē meā in virga indignationis eius?* Vbi notādū est ex Clem. Alex. 1 pædag. cap. 5. scripturam vocare virū eū qui aliqua in re perfectus est; etenim Apostol. 1. Corinth. 13. ait. *Postquā factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli*; hoc igitur in loco, vir, emphasim habet, quam Hebræus Codex agnouit, dum habet: *Ego sum ille vir*, qui scilicet, instar equi recalcitraueram; paupertas vero afflictionē denotat, sicque legit Pagnin. Isai. 48. *Elegi te in camino paupertatis.* Et Psal. 68. *Ego sum pauper, & dolens.* Afflictum igitur deplorat populum suum in virga indignationis Dei, audierat enim dicentem Deum Psalm. 88. *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum*, sic enim ferocientes solet verberare equos. Vnde sicut notauit Bruno Exodi 7. volens Deus flagellare Pharaonem, dedit in manu Moysis virgam, qua cæderetur Pharao, qui velut equus, cui non est intellectus, Deum nesciebat, & aduersus populū eius superbiens insurrexerat. Et sane hoc in loco cernitur effectus huius virgæ, nēpe videre propriam afflictionem, vt de illius remedio, & amotione agatur; virgæ enim inflictio & constrictio, ac vexatio dat intellectum eis, qui velut equi sine intellectu lasciuientes recalcitrarant, vnde Dauid dixit Psalm. 41. *In die mandauit Dominus misericordiam suam.* Vbi Alcuinus exponit nihil aliud esse mandare nobis misericordiam suam in die huius vitæ, quam Deum supplicia, & verbera infligere, vt ad eum conuertamur. Hoc ipsum etiam sub alia metaphora docuit Diuinum Oraculū Ose. 10. vbi dicitur: *Ephraim vitula docta diligere triturā, & ego transiui super pulchritudinē colli eius.* Vbi D. Hieronymus aduertit verbum illud transire, maximè quādo à

Ezec. 7. n. 11.

Thren. 3. n. 1.

1. Cor. 13. n. 11.

Ose. 10. n. 11.

Deo dicitur in Scriptura, semper verbera, & flagella significare. Vnde Exterminator in Ægypto transisse dicitur Exod. 12. Quia ergo Ephraim, id est Israel impinguata, & incrassata vitula diligit aream terere, vbi præsto cibus adest, quo perpetuo saginetur. *Ego*, inquit, *transiui super pulchritudinē colli eius*, & tumentes ceruicum toros, iugo imposito, edomui. Sensus est, ait Hieronymus, quia Ephraim non vult legis recipere iugum, ego transibo, & ascendam super pulchritudinem colli eius, vt discat contentiosa vacca, atque lasciuiens laborare, quod non vult; Ephraim qui contentiosus est, & non vult legis onera portare, imponam captiuitatem. Sic Hieronymus, cui suffragatur Theodoretus dicens: Ego collum superbum, & contumax domabo, & mansuefaciam, loquitur enim cum Septuaginta in futuro, & ita de facto edomuit Deus, & māsuefecit vinculis, ac plagis, quas per manus Assyriorum inflixit tempore Zachariæ Regis, de quibus 4. Reg. 15. & 16. & 2. Paralipom. 30. sic enim domatur lasciuiens, & recalcitrans, iugumque reijciens iuuencula. Vnde addit Oseas, *Ascendam super Ephraim*: quod Hieronymus explicat dicens: Eleuatam ceruicem, & sibi sublimia promittentem, vel iugo premet, vel ipse transiens calcabit pedibus suis, & ascendet super eum, vt sciat se habere Dominum. Isidor. Clarius vertit: *Currum trahere docebo Ephraim.* Theodoretus *Eo vectabor*, quæ omnia mansuefactum denotant Ephraim; sic enim solet Deus lasciuiētem, & recalcitrantem equum verberare, vinculisque constringere, ne cōtra Dominum recalcitret. Quia vero aliquando cibi, potusque affluentia in causa est, vt equus recalcitret, & in Dominum lasciuiens insurgat, oportet cibū subtrahere, ne præ pinguedine superbiat, quod remediū inuenisse videtur Deus pinguibus illis animalibus, quæ calumniā faciebāt egenis, & cōfringebāt pauperes, & dicebāt dominis suis; *Afferte, & bibemus*; Ijs ergo, ait Deus per Amos: *Ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris.* Vbi Hieron. ait. In stuporem dentiū, siue munditiā dentiū, vt interpretati sunt Aquila, & Symmach. vt per mūdos dentes famis magnitudinē demōstrarent, &c. Efficax enim remedium est lasciuientibus animalibus, impinguatis, ac incrassatis, & recalcitrantibus equis, vt alimentum minuatur, ne cibo, potuque abundans, iugum excutiat, & pedibus recalcitret, vnde August. lib. de Vtilit. ieiunij ait. Si equo vteris, qui te gestiendo possit præcipitare, nonne vt securus iter ageres, cibaria ferocientis subtraheres? Et fame domares, quē fræno non posses? Caro mea iumentū est, iter ago in Hierusalem, & plerumque me rapit, & de via conatur excludere; hunc ego non cohibebo ieiunio? &c. Impinguatus quidem, & incrassatꝰ Israel recalcitrarat, quod Oseæ in c. 4. dicitur. *Quoniam sicut vacca lasciuiens declinauit Israel.* Hebr. *Sorerah*, id est, quæ iugum excutit, & libera esse vult, neque vlli parere, sed declinare quó voluerit, & libuerit, & hanc esse prędicti nominis vim, constat ex Deut. 21. *Filius noster iste proteruus.* Ibi enim eadē habetur vox, cōmessationibus vacat, luxuriæ, ac cōuiuijs. Et Prouer. 7. duobus vocabulis expressit Hieron. significatū dictę vocis Hebręæ: *Vaga, & quietis impatiens.* Chaldęꝰ igitur vertit: *Quoniā sicut bos, qui saginatur, & recalcitrat*, sicꝰ rebellat propter multitudinē bonorum Israel. Vbi Ribera allusionē agnoscit ad nostrū textū, in quo recalcitrans præ pinguedine, & saturitate proponitur Israel.

Cæterū videamꝰ quomodo bos iste qui saginatur, & recalcitrat propter multitudinem bonorum, redditus

Exod. 12. n. 12. 13. 23. 27.

Amos 4. n. 6.

Ose. 4. n. 16.

Deut. 21. n. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen fit manſuetus á Deo; ſtatim enim addit Propheta: *Nunc paſcet eos Dominus quaſi agnum in latitudine*: quo in loco ſimilitudo agni oſtendit ſupplicium quo Deus ſolet ferocientes equos & laſciuientes tauros domare, miteſque velut agnos reddere. Deducet eos, inquit Hieronymus, in Aſſyrios & in latiſsimam Medorum terram diſpergentur, quaſi in campo latiſsimo & in ſpatioſa terra gregis, & agnorum. Sic ille oſtendit cum Propheta deducendos fore Iſraelitas, non vt vaccas laſciuientes, ſed vt manſuetos agnos, qui nec reluctantur, neque fugiunt, ſed quocumque minentur illico vadunt, quæ eſt etiam expoſitio Theophylacti; at (pace dixerim) non omnino ſatisfacit, videtur enim alluſio cõtineri eo in loco ad agnos auulſos ab vberibus, & tranſlatos in alienum ſolum, qui ſtatim macilentiores redduntur, & á pingui lacte ſeparati non tam libenter veſcuntur herbis, proindeque macie quamcitiſsimè cõficiuntur? In hoc ergo conſiſtit ſimilitudo, quod ſicut impinguatus equus ne præ craſsitudine recalcitret, herũque ſedentem præcipitet, hordeum, cibuſque illi ſubtrahitur, vt debilior reddatur, & manſuetus factus quocũque Dominus voluerit deducatur; ſic & Deus quia equum iſtum Iſrael præ abundantia frumenti, vini, & olei recalcitrauerat, quo in meliorem frugẽ reduceret, & tanquam equus in officio contineretur, multoties illi ſubtraxit cibum, fame, macieque mãſuefecit. Nam ſicut Chryſolog ait ſer. 2. de filio Prodigo: fames reuocat, quẽ ſaturitas exularat, fames illi patrem dedit ſapere, cui copia tulerat ſentire genitorem, oneratus ventre ad vitia cor deponit, premit mentem, ne ſuper nam valeat ſentire pietatem, vnde & Dominus: *Attendite ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate.* Vacuandus eſt ergo venter moderatione ieiunij, vt exoneratus animus poſsit ad alta pertendere, conſcendere ad virtutes, poſsit ad ipſum pietatis Authorẽ tot⁹ aliger peruolare. Hoc Elias probat, qui Dominici continuatione ieiunij defæcatus à carnali pondere, mortis victor euolauit ad cælum. In ſe reuerſus eſt, vt rediret ad parrem, qui à ſe ante receſſerat, cum receſsit à patre. A ſe migrat, & ab homine totus tranſit in beſtiam paternæ pietatis immemor, gratia genitoris oblitus.

In equum deſciuerat, qui diſceſſerat à Deo ſalutari ſuo; & ab eodẽ Domino impinguatus, & dilatatus, toties in ipſum recalcitrarat, proinde etiam paſsim, & vbique cibus ſubtrahitur, fame percutitur, ſterilitate premitur, vt famelicus ſaltem, & macilentus ad Dominum reducatur. Videndus in hanc ſententiam Hierony. in cap. 7. Mich ad illa verba: *Paſce populum tuum in virga tua*: vbi aſsignat rationem cur Dominus diſcipulis ſuis prohibuerit virgã deferre, Matth. 10. At vero Moyſi ductori populi Hebræi virgam conceſſerit, & ipſemet Deus in virga ferrea regere populum dicatur, idque propterea á Deo factum eſſe aſſerit, quod populus ille duræ ceruicis eſſet, proindeque verberante virga indigeret, deinde quod virga arcendus eſſet abollis carnium Ægypti, ad quas iugiter pro ſaturitate anhelabat. Ob hãc, inquit ille, puto cauſam, quia populus Iſrael duræ ceruicis erat, & ſemper carnes Ægyptias ſuſpirabat, vſum eſſe Moyſe nõ ſolũ aduers⁹ Ægyptios, quos percuſsit decẽ plagis, ſed etiã aduerſus populũ in ſolitudine virga legali, virga percutiẽte & omnia vaſa teſtea & fragilia confringente. Apoſtolis autẽ Domini Saluatoris, qui ſapientiam loquebantur inter perfectos, virgam excuſſam eſſe de manibus, quia perfecta dilectio foras mittit timorem. Quod ſi quis nobis oppoſuerit quomodo nunc dicatur ad Chriſtum, hoc

Mich 7. n. 14.

Matt. 10. n. 10.

1 Cor. 2.

eſt,

eſt, ad bonum Paſtorem, qui vtique maior Apoſtolis, & melior eſt, vt vtatur virga, cum maioris profectus ſit virgam non habere, quam virga populos, oueſque corripere. Reſpondebimus ei ſecundũ illud, quod Dominus pollicetur Apoſtolis ſuis Ioan. 14. maiora eos in populis ſigna eſſe facturos, quam ipſe fecerit: Et quia adhuc Dominus loquebatur ad carneũ Iſrael, & nec dum ad eũ, qui perfecte poterat noſſe myſteria: Idcirco dictũ eſſe de eo, vt paſcat in virga populũ & gregem ſuum, Apoſtolis autem virgã excuſſam eſſe de manibus: & ſeueritatem legis Euangelij clementia temperatam, ſed tamen bonus paſtor, & virga eius ab hoc percutit, vt emẽdet, & qui ſuperbiat, & habitet in ſaltu vitiorum virga corripiendus ſit. Sic Hierony. Ex cuius doctrina conſtat propterea Moyſem virgam geſtaſſe, quia & ſtultus populus, & duræ ceruicis equus virga cædendus erat, non

Prou. 29 n. 19. verbis monendus: Nam ſi Prouerb. 29. *Seruus verbis non poteſt erudiri, quia quod dicis intelligit, & reſpondere contemnit.* Hebr. habetur: *Verbis non erudietur ſeruus; quia intelliget, & non reſponſio*: Vbi Caietan. ſic explicat: Ratio, quare verba non ſufficiunt ad erudiendum ſeruũ, ſed oportet addere verbera, reditur, quia quamuis intelligat eruditionẽ, non tamen correſpondet ſeruilis animus eruditioni; leuior ſiquidẽ eſt medicina. Valentiorem expoſcit ſeruilis morbus medicinam, & propterea deſcribitur non reſpondens, &c. Si igitur ſeruilis animus non verbis, ſed verberibus eruditur, inde poſſumus inferre quanto magis virga indigeret populus, qui inſtar equi incraſſati reſiliebat; Virga enim opus erat, vt cæderetur, virga item, vt arceretur ab vberrimis paſcuis, & in exilium minaretur, ac mitteretur, vbi macie confectus, fameque pene enectus, in mentem rediret, qui præ abũdantia dereliquerat Deum factorem ſuum, & receſſerat à Deo ſalutari ſuo: Nam ſicut notauit Hierony. in cap. 2. Eccleſiaſt. in princip. Is, qui rerum abundantia, & affluentia fruitur, indiget vtique Angelo Sathanæ, qui ipſum collaphizet. Vbi probabiliter ſatis cenſent plerique Sathanam ſæpe pugnis, ac verberibus Paulũ impetuiſſe (vti aliquando S. Antonium, & alios) ita vt dolor remaneret in corpore, quaſi ſtimulus ex colaphis, & plagis á dæmone acceptis, hoc enim plane, & proprie verba ſignificãt: Neque abs re noſtra Anſelmus, Beda, Hieronymus in cap. 4. ad Galat. n. 13. Baſil. in regul. fuſius diſputat. cap vlt. & Auguſt. in Pſal. 130 hoc ad morbum deducunt, quo iugiter Apoſtolus afflictaretur. Hierony. autem epiſt. 25. ad Paulam de obitu Bleſillæ ait: Hic monitor Paulo datus eſt ad premendam ſuperbiam, vti in curru triumphali triumphanti datur monitor ſuggerens, hominem te eſſe memento, &c. Addit autem idem Hieron. in loco ſuperius citato id, quod Salomon ait Prouerb. 30. *Diuitias, & paupertatem ne dederis mihi*; ſtatimque ſubdidit; *Ne forte ſaturatus mendax fiam, & dicam, quis me conſpicit?* Siquidem & diabolus per bonorum abundantiam concidit. Vnde & in Apoſtolo ſcriptum eſt 1. Timoth. 3. *Ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat diaboli*, id eſt, in tale iudicium, in quo etiam diabolus incidit. Ita Hierony. oſtendit vrgentiſsimam eſſe tẽtationem, quæ ex abundantia prouenit, quam Paulus diabolicam vocat, proindeque oportere, vt qui præ abũdantia delinquunt, eſuriem, & egeſtatem experiantur, vel in correctionem, vel in caſtigationem, quod bene proſequitur Hieronym. in cap. 1. Ioel. cum ait: Sæpe fit Dei prouidentia, vt qui non cognouerunt Deum in proſperis, cognoſcant in aduerſis, & qui diuitijs male abuſi ſunt, ad virtutes

2. Cor. 15. n. 7.

penuria

Universidad de Deusto
Biblioteca

penuria corrigantur, & gaudeat se ebrietatis materiam non habere, quæ eum per abundantiam ebriũ fecerat, & vesanum. Sic enim ibi interpretatur illud Ioel. *Expergiscimini ebrij, & flete.* Similia habet eodem cap ad illa verba: *Clamabo ad te, quia ignis comedit pretiosa deserti.* Consideremus, inquit, quod nisi propter angustiam, & delitiarum ablationem ad Dominum nõ clamassent, aut respexissent, &cæt. Proinde cum etiam homines præ abundantia in superbiam elatos ablatio bonorum, famesque, & afflictio in mentem reducat, lasciuientem, & recalcitrantẽ præ pinguedine equum alimenti ablatio mansuefacit, frænique, & sessoris patientem, ac quietum reddit. Quo remedio vsus Deus, sæpe Israelitas fame oppressit, & alimenti inopia afflixit, vt ipsum pro necessaria alimonia conquirenda adirent, qui ab ipso incrassati, impinguati, & dilatati recesserant.

Solent etiam homines recalcitrantes, ac resilientes equos, fræno in os immisso, reducere, quod Iacobus in sua epist. dixit: *Si equis fræna in ora mittimus ad consentiendum nobis, etiam omne corpus illorum circumferimus.* Quod etiã prosequitur Philo lib. de Agricul. post princip. vbi discrimen assignat inter equitem, & insessorem. Ergo, inquit ille, qui sine equestri arte ascendit, dici debet insessor, qui se commisit iumento lasciuo, à quo abripiatur quocumque ipsum detulerit impetus, & non præcauendo voraginosos terræ hiatus, aut fossam aliquam profundiorem, violento cursu, vna cum equo præcipitetur, submergaturque. E diuerso eques ante omnia frænum in os indit, deinde in tergum insilit, & quamuis ferri videatur, re vera tamen circumagit eum, à quo gestatur tanquam gubernator, nam & ille videtur ferri à naue, quam gubernat, sed si vere pronunties, ipse deducet eam ad portus optatos. Cæterum quando sonipes bene iter carpit, habenis obtemperans, palpum, & laudem refert ab equite; quando autem fertur iusto cõcitatius, cohibetur quominus properet: quod si pergat contumacius, reducto fræno cogitur ceruicem reflectere, atque gradum sistere: Scuticis quoque, ac calcaribus continetur in officio, ne subsultet lasciuiens, & aliis modis, quibus domitores vtuntur cõtra ferociã. Ascendente enim equite, simulars equestris ascendit: vt iã duo periti insideant, atque ita vnũ subiectum imperitum animal facile moderentur. Iam omisso hinnitore, vectoreque tuam, si libet, animã considera: Inuenies enim inter partes eius, & equos, & aurigam, ascensorem, sicut & extra te. Equi sunt furor, & concupiscentia, ille mas, hæc fæmina: Ideoque ille vt mas, gestit elata ceruice, libertatem repetens: hæc vero seruilior, & callidior domũ depascit, ac deuorat, vt fæmina. Insessor autem, & auriga vnus est, nempe intellectus: sed auriga tunc, quando ascendit cũ prudentia: quando autem cum imprudentia, insessor est. Imprudens igitur præ imperitia non potest habenas retinere, sed patitur elabi á manibus; At iumenta habenis libera temere discurrũt nullo ordine; Sessor vero præ imbecillitate sustinere se non valens, decidit, & laceris genibus, manibus, facieque male mulctatus, miser deflet suum infortunium. Nonnunquam autem pedibus in curru hærens rapratur supinus, & tractum in orbita caput ceruicem, humerosque ambos cõsauciatur; Deinde huc, illucque distractus & illisus omnibus passim obiacentibus miserrimo genere mortis extinguitur, &c.

Iacob. 3. n. 3.

Cum igitur homines instar equorum aliquando ferantur à passionibus suis in prærupta, fræno quidem opus est, iuxta illud Prouerb. 26. *Flagellum equo, & chamus asino, & virgæ dorso*

Prou. 26. n. 3.

dorso imprudentium: vbi Caiet. Quemadmodum equus indomitus flagello domatur, & asinus chamo cohibetur; Ita imprudens virgæ percussione mutatur, & afferentur duæ similitudines ad insinuandum quod percussio stulti habet vtramque vim, & chami refrænantis os, & flagelli corrigentis metus, &c. Ex qua doctrina afflictiones omnes, & tribulationes dici possunt fræna, & chami, vel capistra, aut retinacula, quibus lasciuientes equi nostrarum passionum cohibentur; Vnde Plaut. in Casin. scæ 7. Cammam, aut potius cammum nominat funem, quo damnati alligantur furcæ: Melius tamen id habemus apud August. lib. de Salutarib, monitis cap. 10. vbi habetur: Si equis fræna sunt imponenda, corpora nostra ieiunijs, vigilijs, & orationibus sunt frænanda: Nam sicut aurigæ, si fræna laxauerint, per præcipitia ducuntur: Ita anima nostra cum ipso corpore, si ei fræna nõ imposueris, ad inferni præcipitia dilabitur. Quod vero Deus impijs fræna soleat injcere ne superbiant, aperte constat ex 4. Reg. 19. Vbi Deus ad Sennacherib. ait. *Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas: Ponam itaque circulum in auribus tuis, & chamum* (apud Isaiam frænum) *in labijs tuis, & reducam te in viam, per quam venisti.* Et apud Ezechiel. Pharaoni dicitur: *Ponam frænum in maxillis tuis*: Et principi Gog apud eundem Prophetam: *Circumagã te, & ponam frænum in maxillis tuis, & educam te.* Quinimo & Dauid Psal. 31. postquam dixit: *Nolite fieri sicut equus, & mulus*, addit hos vel iniecto chamo, fræno, capistroue tribulationum, cõstringendos esse ad pænitentiam, sicut obseruat Isidor. 2. sentent. cap. 7. dicens: *In chamo, & fræno maxillas eorũ cõstringe, qui non approximant ad te*: Vbi Theodoret. explicat, dicens. Ego quidem vos commonefacio, ne istorum rationis defectum æmulemini: si vero non obtemperatis, accipietis frænum, & chamum, illorum more. Porro per hæc animadversiones demonstrat; Propterea subdit: *Multa flagella peccatoris.* Nycephor. explicat: Vrgeas, domesque, ac premas, qui per virtutum semitas ad te propius non accedunt. Athanas. Nollentes pænitere, &c. Cũ ergo afflictiones, & ærumnæ, quibus Deus homines premit, & torquet, fræna dicantur ad eos cohibendos, & retinendos in officio, facile iam patet, cur toties afflictauerit Israeliticum populum non solum siccitate, fame, & egestate, sed externos etiam hostes in illos immittendo, vt ciuitates diruerent, templum incenderent, & captiuos in longinquas terras abigerent: Nam cũ eos constituisset super excelsam terram, vt suggerent mel de petra, oleũque de saxo durissimo, butyrum de armento, &c. Ipsi vero incrassati, & impinguati recalcitrauerint, & recessserint à Deo Salutari suo, oportebat adhibere cohibentẽ frænum, quo ab excessibus suis retraherentur, & maxillas eorum constringeret.

4. Reg. 19. n. 28.

& Isai. 37. n. 29.

Ezec. 29. n. 4.

Et Ezec. 38. n. 14.

Quod si expresso nomine frænirem inculcatam desideres, compertũ aderit. 2. Regũ cap. 8. vbi à Philistæis Israelitico populo tributum impositum, frænum à sacro Textu asseritur: sic enim dicitur: *Factum est post hæc percussit Dauid Philistijm, & humiliauit eos; Et tulit Dauid frænum tributi de manu Philistijm*: vbi Abulens. q 3 post princip. ait: Est sensus, quod Israelitæ ante hoc præstabant tributa Philistinis: Dauid autem abstulit istam seruitutẽ, quæ erat quasi quoddam frænum, quo tenebantur Israelitæ, & post hoc nunquam soluerunt tributum, sed potius soluebant tributum Regibus Israel. Fuerunt autem á principio Iudæi sub potestate Philistinorum, scilicet ex tempore Samsonis: Nam dicitur Iudicum 13. quod Deus tradidit Israel in manu Philistinorum quadraginta

2. Reg. 8. n. 1.

annis, & fuerunt postea in ista seruitute toto tempore Samsonis: Nã dicitur Iudic 14 quod eo tẽpore dominabantur Philistijm in Israel: Tempore etiã Heli Summi Sacerdotis erant in seruitute sub Philistinis, quanquam aliquando insurgerent contra eos, vt patet præced lib cap 4. Manserunt etiã postea tempore Samuelis subseruitute Philistinorum quia licet dicatur eod lib cap 7. quod liberauit Samuel de manibus Philistinorum Israelitas, tamen non fuit ista liberatio plena, quia adhuc mansit quædam seruitus: Nam Philistini habebant in Israel sẽper magnam turmam de seipsis vt cogerent Israelitas ad seruandum statuta Philistinorum, & vt colligerent tributa, & vt nõ insurgerent contra Philistinos, & ista turba vocabatur statio Philistinorum, de qua patet præcedenti lib cap. 10 & 13. Tempore autem Saulis, viuente tunc Samuele, fuit tanta seruitus Israelitarum, quod non haberent in tota terra Israel saltem vnum fabrum ferrarium, vt non possent facere aliqua arma, & quando debebãt parare vomeres & ligones, & alia instrumenta agriculturæ, descendebant in terrã Philistinorũ, & ibi parabant, vt patet præced lib. cap. 13. in tantum, quod in die belli quando pugnare debuit Saul cõtra Philistinos, non est inuenta lancea aut gladius in manu totius populi, nisi in manu Saulis, & Ionathæ: eod. cap. Postea autem fecit Saul duo bella magna contra Philistinos eod. lib c. 14. & 17. & postea fecit multoties alia bella particularia, in quibus alliuiabat iugum Israelitarum sed nunquam penitus ablatum est, quousque nunc Dauid pugnauit contra Philistinos, & abstulit frænum tributi de manu eorum. Sic cõpescuit Deus lasciuientẽ equum captiuitatis, & tributi soluendi fræno.

Quemadmodum autẽ & qui fræno retrahere vult ferocientẽ equum, manum contrahit, sic & Deus largã suæ benignitatis manum pro refrænando Israelitide equo multoties retrahebat, vt scilicet esurie, & fame laboraret gens Hebræa, & feracissima terra sterilitate laboraret, iuxta illud Isai. 33. *Luxit, & elanguit terra, confusus est Libanus, & obsurduit, & factus est Saron, sicut desertũ, & concussa est Basan, & Carmelus:* Vbi artificiose Propheta describit omnia, quæ in terra promissa optima erant, & vberrima in sterilitatẽ cõuersa, hoc enim significant verbũ lugere, & languere, vsitatissima Hebræorũ phrasi, qua sterilis, & deserta terra significatur, vt cum Threno. 1. dicitur: *Viæ Sion lugent.* Et Isai 3. *Mærebunt, atque lugebunt porta eius: & desolata in terra sedebit.* Et Psalm. 67. *Infirmata est, tu vero perfecisti eam* Vtrumque loquendi modum iungens Isaias cap. 24. ait *Luxit, & efluxit terra:* Proindeque sensus dicti loci est: Terra illa excelsa, super quam Dominus constituit populum suum, languet, & mæret. Libanus, speciosus quondam saltus, & amœnitatis eximiæ, sic inducta vastitate totus inhorruit, vt siquis illi sensus inesset, confundi debuerit. Certe habitatoribus, & cultoribus nudus triste seruat silentium. Saron in Syluam, & solitudinẽ versus; Basan, & Carmelus concussi sunt, & á sua specie, & pulchritudine nudi delitescunt. Aduertit autẽ Hierony. ibi enumerari à Propheta fertilissima loca promissæ terræ. imo & Basan quæ citra Iordanẽ erat vberrima, vt superiori versu annotauimus, quo magis eluceseceret magna terræ sterilitas, quam Deus inducturus erat. Ostenditur, inquit Hieronym. omnis opulentia Iudæorum egestate, & penuria esse commutanda, &c. Nam idemmet Deus, qui larga manu tantam vbertatem contulerat, & vberrimã eam regionẽ reddiderat, dum lasciuientem præcrassitudine, & pinguedine equũ voluit refrænare, & cohibere, manum contraxit, sterilem, desertam, & lugẽtem reddendo eam terram, in qua antea mel de petra, oleumque de saxo durissimo prodibat, vt notum fieret ingratissimo populo ab eadem manu beneficia & verba, largitatem, & sterilitatem, pinguedinem, & refrænationem prodire, sic enim fieri multories oportet, quod bene aduertit Theodoret in cap. 12. Ezechiel. ad illa verba: *Dices ad populum terræ, hæc dixit Dominus Deus ad eos, qui habitant in Hierusalem, in terra Israel. Panem suum in solicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent, vt desoletur terra à multitudine sua propter iniquitates eorum, qui habitant in ea, & ciuitates, quæ nunc habitantur, desolatæ erunt, terraque deserta, & scietis, quia ego Dominus.* Quæ verba sic explicat Theodoret Cum enim fruẽtes ijs bonis, quæ à me accepistis, & fructibus terræ delicatæ vescentes ignorauerit is Largitorem, & erga eum qui bene de vobis meritus est, ingrati fueritis, ipsa priuatione bonorum, & vrbium solitudine, meam dominationem intelligetis, &c. Ecce igitur & manus Domini bona elargiens & ingratis etiam subtrahens, & quasi refrænans lasciuientem, & recalcitrantem equum, ne aduersus Dominum impudenter insurgeret. Quod si aliquando etiam calcaribus adhibitis, & stimulis adactis effrænis reducitur equus, hoc quidem etiã remedio vsus est Deus, vt gentem hanc cohiberet à præcipitijs, & celeriori cursu viam iustitiæ conficere vrgeret, sicut patet ex Isai. cap. 26. vbi dicitur: *Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis*, quorum verborum sensus est: Populus ille, qui incrassatus, & impinguat⁹ recalcitrauit, & à te recessit, durius eruditus in sua tribulatione te requisiuit: Neq, enim illi doctrina vlla magis opportuna, quam quæ præ nimio dolore gemere, ac murmurare facit. Sic ergo populus faciet alienus, si illum dura percusseris virga, stimulisque adactis murmurare compellas. Vbi Sanctius sic adrẽ nostrã explicat. Fuit itaque doctrina, qua Dominus vtiliter, atque efficaciter erudiuit populum suum, tribulatio, quia illa edoctus reuocauit cursum, quo ad vitia ferebatur effrænatus, &c. Vbi notanda venit vox, *mal mad*, quæ stimulum, & doctrinam significat, apud Hebræos, quos quidem equorum more stimulis, & calcaribus adhibitis erudiebat, iustum namque erat, vt qui incrassati recalcitrabant compuncti, stimulati, & lacerati à Deo edocerentur, sicut edoceri solent superbientes, & recalcitrantes equi.

Isai. 33. n. 9.

Thren. 1. n. 4.
Isai. 3. n. 16.
Psal. 67. n. 10.
Isai. 24. n. 4

Ezec. 12. n. 19.

Isai 26. n. 17.

Sed quid est quod 70. hoc in loco pro murmure, paruam transferunt, dicentes. *In tribulatione parua doctrina tua nobis.* Suspicio quidem interpretationẽ Hieronymi dicentis: Si parua tribulatio docet, emendat, & corrigit, quanto magis magna, cum admonemur conditionis nostræ & Dei potentiæ recordamur? Sic ille. Adhuc tamen supereſt scrupulus in eo, quod parua dicatur tribulatio, quæ reapse grauis fuit, grauia enim passi sunt Iudæi sub Achaz, & in primis temporibus Ezechiæ, de quibus eo in loco Propheta agere videtur. Facili negotio dispungenda dubitatio, si dicamus adeo graue tribulationem à Deo promereri gentem illam, dum bonis omnibus affatim á Deo repleta, in eum insurgit & recalcitrat, vt quantumuis dura virga verberetur, & ferreis calcaribus scindatur, parua adhuc plaga sit, leuis afflictio, suauiterque toleranda vulnus. Ex dictis igitur constat quomodo populus hic erga Deum, quasi equus se habuerit, illius mores sectando, quomodo item Deus eum reputauerit equum verberando, vinculis constringendo, chamo, & fræno cohibendo, calcaribus, & stimulis pũ

luit

gendo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gendo, & lacerando, cibũ subtrahendo, macieque conficiendo, quod totũ satis meruisse comprobat noster textus, cum ait: Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, impinguatis recessit à Deo salutari suo.

ANNOTAT. IIII.

Quantum malum sibi inferat, qui à Deo recessit.

Deut. 10. n.15. CVm Deus conglutinatus dicatur Hebrææ genti Deuteron. 10. Mirum quidem est qua facilitate à Deo recessisse dicatur hoc in loco hic populus, & terga vertisse Deo, qui ab ipsorum dorso recedere fecit seruilia onera, quibus dure in Ægypto premebatur, vnde Psal. 80. dicitur: *Diuertit ab oneribus dorsum eius*: vbi Hierony. in prima persona transtulit, sicut in Hebræo habetur; *Amoui ab onere humerum eius*: Aliqui vero vt Caiet. & Campensis supplent (ait Deus) & sine dubio refertur ad onera Ægypti, de quibus in cap. 1. Exodi n. 11. & cap. 2. n. 23. cap. 3. n. 7. & cap. 5. n. 6. De quibus videndus Philo. lib. 1. de vita Moysis, & Iosephus lib. 1. antiquitatum, Lorin. Act. 7. n. 19. & Perer. in Exod. disput. 5. Optimusque est ille locus Leuit. 26. vbi habetur: *Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne seruiretis eis, & qui cõfregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti.* Cum igitur Deus maximum onus á ceruice huius gentis remouerit, cum seruilia opera à dorso abstulerit, cum manus á cophino recedere fecerit: Nam pro eo, quod nos habemus; *Manus eius in cophino seruierunt*; Hierony. contrario sensu legit: *A cophino recesserunt*: Alieni ab aheno, cacabo, olla; cophino enim in Ægypto populus gestabat pelleas, lutum, lateres, nec non, sicut clarè nominat Lyran. exportabat sordes, & stercora, quod etiam indicat August. & alia seruilia opera obibat; Denique cophinis, vel corbibus vilis quælibet seruitus exercetur, sicut ait Priscian. & Vegetius 2. de Re militari cap. 20. & 1. de Re veteri cap. 56 & lib. 2. cap. 33. & D. Isidor. 2. Ethymolog. cap. 9. cophinum esse dicunt corbem, qua terra portatur. Fatale quidem seruitium Iudæis videtur hoc, quod post excisã Hierosolymã exercuisse in vrbe testantur Iuuenal. Satyr. 3. & 6. vbi ait.

Leuit. 26 n.13.

Cum dedit ille locum: cophino, fœnoque relicto,
Arcanum Iudæa tremens mendicat in aurem,
Interpres legum Solymarum, & magna Sacerdos
Arboris, & summi fida internuntia cæli:
Implet & ille manum, sed parcius ære minuto:
Qualiacumque voles Iudæis somnia vendunt.

Et Martial. lib. 5. epigram. 17. de Iudæo homine ait.

Dum te posse negas, nisi lato Gellia clauo
Nubere, nupsisti Gellia cistifero

Miscuisse autem se illam Iudæo homini scribit lib. 7. idem Martial. qui etiam de Iudæis miserrimis ait.

Quorum cophinum, fœnumque supellex.

Ac rursus in eadem sententia

Cophino, fœnoque relicto.

Quod, scilicet, ea paupertate premerentur Iudæi, vt eorum supellex fœnum esset ad recumbendum, & cista, seu cophinus ad mendicandum. Nisi per cophinum velimus intelligere cistam illam, qua Iudæus institor mercis subfuratæ (sic enim eum nominat Martial.) ad vendenda illa, vel ad permutanda fracto vitro, sicut idẽ Martial. lib. 1. Epigram. ad Cæliũ affirmat gestare solitos Iudæos, quod eosdem paucis ante nos annis fecisse, euidente, testatur Baron. tom. 1. anno Christi

94. cap. 4. Liberati itaque à seruilibꝰ oneribus, quæ dorso ferebant, & à cophinis, quibus terram, & omnia immunda asportabant, dorsum Deo vertentes recalcitrant, & quos à cophinis recedere fecerat, ab ipso recedunt, qua in re & Deus suam bonitatẽ ostẽdit, & populus Israel suam impietatẽ, sicut dixit Tertullian. lib de testimonio animæ post princip. Deus bonus, inquit, Deus benefacit, tua vox est, sed homo malus, scilicet contraria propositione obliquè, & figuraliter exprobrans, ideo malum hominẽ, qui à Deo bono abscesserit &c. Bonitas siquidem Dei in conferendis nobis bonis consistit, nequitia autem hominis in deserendo Deo, & discedendo ab illius amicitia, quod prosequitur Nyssen. lib. de Orat. ad illa verba: *Dimitte nobis, &c.* ante med. vbi ait. Primum Deo supplicium homo debuit, quod ab eo desciuit, à quo factus erat, & ad aduersarium transijt naturalis Domini fugitiuus & desertor factus. Deinde quod libertatem, suique potestatẽ, ac propriã voluntatem cum graui, ac noxia seruitute peccati cõmutauit, & sub corrumpentis potestatis tyrannide, quã cũ Deo esse maluit, quin etiã quod nõ est intuitus pulchritudinẽ Factoris, sed ad turpitudinem peccati faciem conuertit, cui malo secundum iudicabitur? Diuinorum item bonorum despicientia, imaginis item abolitio, Diuinique signi corruptio. Ad hæc drachmæ amissio, & à mensa Patris recessus, & ad fætidam proponũt vitam accessus. Sic ille describit quãtum bonum amittat, & quanta mala incurrat ille, qui à Deo recedit, quod etiam docuit Petrus Damianus Epist. 4. cap. 4. vbi ait peccatorem videri potius non esse, & magis pertinere ad nihilum, quoniam recedit ab eo, qui verè est. Vnde Ose 6. dicitur, de amicitia, & obsequio Dei *Viuemus in cõspectu eius.* Vbi Hierony. ait. Viuemus in conspectu eius, qui illo absente mortui iacebamus, viuemus autem in conspectu eius, sciemus eũ, & omni studio sectabimur, &c. Quasi in hoc vera consistat vita, quod quis Deo adhæreat, vnde quod miser peccator nõ dolet, veluti lugens Deus apud Oseã cap. 9. ait: *Væ eis cum recessero ab eis*; quibus in verbis dolet Deus vltimum exitium illius gentis, á qua ipse tandẽ recederet prius tamen ab ea desertus, sicut superius annotauimus. Vbi Cyrillus subtili ratione interpretatur illud, quod alij codices habent, nempe 70. & Theodotion (de quibus magna est controuersia) *Væ eis, caro mea ex eis*: quia enim minabatur Deus se deleturum Israel, bene enim sequebatur, quod delendus esset populus, & omnino extinguendus per hoc, quod Deus ab illo recederet, ei ipsum proinde excipit Propheta, ne cum illis inuolutur in pœna à quibus dissidebat in culpa. Caro mea inquit, ex ipsis, id est, lõgé ab ipsis, extra illos, & quã longissimè ab illis; significat enim hoc interdum caro, vt Paul. Rom. 10. *Si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam.* Sic ille explicat quã longe fieri precatus sit Propheta ab illis, qui longe facti sunt á Deo, recedentes ab ipso, eodemque modo exposuit Theophylactus, licet aliam simul afferat expositionem. Itaque cum minatus fuerit Propheta pleraque mala, aliud maius, & acerbius addit Deus dicens: *Væ eis, cum recessero ab eis.* Quod si væ illis, cum Deus recesserit ab eis, multo magis væ illis, qui á Deo recesserint. Si verò legamus hunc locum Oseæ, & intelligamus, vt plerique magnæ authoritatis viri, & Ecclesiæ Patres, vt Dorotheus Martyr in sinopsi, Lyran. ibi, qui Raymundum citat, Paulus Burgens. addit. 2. ad dictum cap. Oseæ, Galatin. lib. 1. de arcan. cap. 8. Guilielmus Hamerus in illud Genes. 32. *Iacob transiuit vadum. Væ eis, caro mea*

Ose. 9. n. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex eis, quæ verba de Christo intelligũ tur, & faciunt hunc sensum : Væ eis, cum carnem ego sumpsero ex eorum gente, tunc enim quando à me Salutari suo recedent, nec recipientes, nec credentes, recedam ego tandẽ ab eis, vt ipsi omnino extinguantur, & pereant, non minora enim consequuntur mala eum, qui á Deo recedit. Vnde Baruc 1. *Recessimus ne audiremus vocem ipsius* (scilicet Dei) *& adhæserunt nobis multa mala, & maledictiones, quæ constituit Dominus Moysi seruo suo.* Vbi adhærere mala, Hebraismus est, & significat ita premere, ac persequi aliquem, vt non possit se ab illis explicare. Maledictiones autem de quibus hic est sermo, habentur Deuter. 8. n. 19 & cap. 27. n. 14. & 15. & cap. 28. n. 59. & 60.

Baruc. 1. n. 20.

Ose. 11. n. 7.

Facit in hanc sententiam locus ille Oseæ 11. vbi dicitur : *Populus meus pendebit ad reditum meum*; vbi per reditum intelligit Propheta Dei præsentiam opem ferentis. Hieron. verò explicat plebs miserabilis quę ad me reuerti noluit, sed potius à me recessit. Similia habet Theod. in cap. 8. Ezechiel. cum ponderat miseros peccatores sibi maxima contrahere mala, dũ à Deo recedũt. Et Hieron. in cap. 11. Ezechiel. ponderat duos illos Principes Iesoniam, & Pheltiam, quorum iste mortuus est, & ad illius mortẽ cecidit Propheta in faciem suam dicens: *Heu, heu, heu Domine Deus, consummationem tu facis reliquiarum Israel?* Expendit igitur Hieronymus, cur ex duobus illis Principibus vnus tantum mortuus fuerit. Ratio literalis est, quia non omnes ex populo erant periturí, occisio autem Principis est signum occisionis populi. Aliam rationem mystică affert Hieron. quæ cõtinetur in ipsis nominibus Principum. Phaltias interpretatur ruina declinans, & est filius Banaiæ, id est, structoris. At vero Iesonias sonat aures, & est filius Azur, id est, adiutorij. Moritur igitur Phaltias, qui cadendo á Domino declinauerat, & erat pessimæ ædificationis. At verò Iezonias non moritur, hoc est Deo obediens, sed Dei ipsius adiutorio fulcitur, hæc ratio est mystica. Ex qua doctrina intelligitur quod ille, qui Deo adhæret, & obsequitur, apud eũ vera vita fruitur, & Dei adiutorio munitur contra quæcũq; aduersa, qui verò à Deo declinat, & recedit, hic mortẽ incurrit, neque enim viuere diu poterit, qui á vita recesserit. Aliquando vero permittit Deus, vt miser peccator ab eo recedat, quo lõge factus à Deo, experimẽto discat, quantum malũ sit, huiusmodi recessus, quo citius ad Deũ accurrat, illique immobiliter adhęreat, quod bene expendit Chrysost homil. 10. de Pœnitent. ante fin. ad illa verba prodigi filij: *Reuertar ad patrem meum*, cum ita ait: Propterea hunc pater dimiserat, neque prohibuerat, quominus in patriam abiret alienam, quatenus experimento disceret accurate quantũ beneficium susceperit domi manens Sæpe enim Deus cum dicens minus suadet rerum experimentis, doctrinam permittit, quod & ad Iudæos dixit: quoniam quidẽ infinita per Prophetas verba impendens, non suasit neque illexit, omittẽs per flagella corrigere, dicit ad eos: *Corriget te correctio tua, & malitia tua corripiet te*, Hierem. 2. Oportuerat ipsum quidem merito fidelem esse, & ante ipsarum rerum euentum. Quoniam vero se tam adeo impudenter habuerunt, vt eo monẽte, & consulente, minus crederẽt, permisit eos rerum euentu corrigi, quo vel sic recuperet; quia concidens luxuriosus in alienam terram, rebus ipsis perdidicit quid mali sit paterna domo excidere, &c. Permittit itaque Deus malos ab ipso recedere, vt bonum amissum agnoscant, & malo in uento doleant, & resipiscãt, quod bene

Ezec. 11. n. 13.

in eodẽ prodigo expendit Chrysologus sermone 1. in medio cum ait. Est penes patrem dulcis conditio, libera seruitus, absoluta custodia, timor lætus, blanda vltio, paupertas diues, secura possessio; Namque ad patrẽ labor respicit, fructus redundat in filios, &c. Postquã verò expertus est malũ dominiũ, & seruitium libertatis suæ, quod quæsiuit cũ patrẽ deseruit, tunc iam qui neque filij conditione contentus apud patrem commorari voluit, iam mercenarij sortem expostulat dicens: *Fac me sicut vnũ de mercenarijs tuis*: Vbi Chrysologus ser. 2 post med. ait: Ecce potestatis suæ filius quo deuenit? Voluptas luxuriæ, adolescentiæ libertas, ecce filium quo promouit? *Fac me sicut vnum de mercenarijs*, sit sẽper venditor sui, nec vnquam negare suam valeat seruitutẽ. Et hoc petit, quia qui penes extraneum seruam sensérat libertatẽ, penes patrem credit sibi futuram liberam seruitutem.

Conducit etiam in hanc sententiã locus ille Deut. cap. 28 vbi recedentibus à Deo plura proponuntur mala, & inter alia dicitur: *Erit vita tua quasi pendens ante te.* Hebr. *Vitæ tuæ erunt anni*, seu *dies vitæ tuæ suspensæ*; *Laah*, dicunt Hebræi significare, ægrè ferre. Vnde Iob 4. *Nonne si tentauerit quispiam loqui ad te; tileh, ægrè feres, seu molestè accipies.* Vnde sensus istius loci est, imo sic posset locus transferri, sicut placet Oleastro : *Erunt vitæ tuæ molestæ tibi ab ante*, id est, venturæ. Ac si dicat: Dies vitæ tuæ, quos tibi futuros proposueris, molesti tibi erũt, etenim absente totius vitæ fonte, & vitalis radij sole, cui non displicebit vita? Imo quis non censebit mortem talem vitam agere? Nec longe abest aliorum interpretatio : *Erit vita tua quasi pendens ante te*, id est, erit vita tua in periculo posita, & quasi in dubio suspẽsa; imo non credes vitæ tuæ, id est, nõ fides vitæ tuæ, vel te posse viuere, sed de vita desperabis, & tædio tui ipsius grauaberis. Alij vero explicant: *Pendebit vita tua ante te*, omni hora ruinam minãs, cum scilicet vitæ Dator absit, & omnia tibi mortem intentare existimes, ita vt de te possis dicere, quod de se, cum offensum haberet Cæsarẽ, dixit Ouid. 2. de Tristibus.

Esse sed irato quis te mihi posset amicus?
Vix tunc ipse mihi non inimicus eram.

Aliter autem hæc verba accipit Augustinus lib. 16 contra Faustum cap. 22. Procop. ibi, & Leo Papa serm. 8. de Passione, & Tertullianus lib. contra Iudæos cap. 1. qui legit: *Erit vita tua pendens in ligno, ante oculos tuos, & non credes vitæ tuæ.* Vt sit sensus: Christus est vita tua ô Iudæe, qui à te visus est pendens in Cruce, & tamen tu illi non credidisti, neque adhæsisti, propterea que cum tuo populo interisti & animo & corpore, quia vitam deseruisti, consequens enim est, vt qui vitalem Deum deserit, mortẽ incurrat. Vnde iã intelligetur cur Psal. 33. mors peccatorũ dicatur pessima. Vbi Basil. mortẽ accipit pro tota vita, & Bernar ser. 82. in Cant. explicans hunc locum ait: Est mors dãnationis pessima qua moritur anima immortalis iam mortua per peccatum; mors sine morte, finis sine fine. Similiaque habet ser. 1 de Annunciat. & ser. de trãsitu Malachiæ Massoretæ, Hierony & Pagnin. ex Hebræo vertunt: *Interficiet impiũ malitia.* Ipsa enim malitia peccati, ad quam conuertuntur auersi á Deo, ipsos impios morte afficit, cũ à vita recedant. Vnde Hierem 2. dicitur: *Vide quantum malum, & amarum est dereliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem Dei apud te, arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te.* Hoc quidem nocumentum ex recessu à Deo gentes nouerant, quæ in tẽplis Deos concatenatos habebant, ne quando ab eis discederent, quos veros Deos putabant. Qua de re vidẽdus

Deut. 28. n. 66.

Psal. 33. n. 22.

Hierẽ. 2. n. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Auguſt. cum interpretatur illud Pſal. 26. *Ne declines in ira à ſeruo tuo.* Et Cyrillus Alexand. cum interpretatur illud Iſai cap. 42. vbi Diuinum Oraculum loquitur cum Abrahamo, & inter alia beneficia in eum collata, illud præcipuũ fuiſſe oſtendit. *Et confortauit eũ clauis, vt non moueretur,* vt ſit alluſio ad myſterium crucifixionis Chriſti, quo ſenſu Paulus dixit ad Galat. 2. *Chriſto confixus ſum.* Et cap. 6. *Per Chriſtum mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Singulare enim præſtat beneficium Deus ei quem apud ſe ita retinet, vt diſcedere minime permittat; & à ſe ipſis, atque à Deo miſerè exulare, quod bene proſequitur Auguſt. in Pſal. 57 cum ait. Homines appetentes ea, quæ foris ſunt, à ſe ipſis exules facti ſunt.

Iſai. 42. n. 7.

Quibus ſimilia habet Philo lib. de congreſſu quærendæ eruditionis gratia, & lib 2. leg. allegoriarũ, vbi põderat ea verba Geneſ. *Abſcondit ſe Adam à facie Domini.* Hic, inquit, introducitur dogma, quo docemur omne malum eſſe exulem; quo pacto Eſau, ſicut Scriptura notauit, erat gnarus venandi, & ruri degebat, è contra verò Iacob dicitur domo habitaſſe. Nã qui á ſe, & à Deo diſcedit, exul factus, multa mala perpetitur. Nam ea, quæ miſer peccator pro remedio quærit, in detrimentum ei cedunt, graueq; dãnum ingerunt, ſicut notauit Hieron. in Iona, quãdo fugit á facie Domini, & aſcẽdit in nauim: *Dominus autẽ miſit ventũ magnũ in mare, & facta eſt tẽpeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri.* Sic ergo habet Hieronym. Poteſt fuga Prophetæ ad hominis referri in communi perſonã, qui Dei præcepta contemnens, receſſit à facie eius & ſe mundo tradidit, vbi poſtea malorum tempeſtate & totius mundi contra ſe ſæuiẽte naufragio, cõpulſus eſt ſentire Deum, & reuerti ad eum, quẽ fugerat. Vnde intelligimus etiam ea, quæ ſibi homines æſtimant ſalutaria, Deo nolente, verti in perniciem, & nõ ſolum non proferre auxilium his, quib⁹ præbetur, ſed & ipſos, qui præbent, pariter cõteri, ſicut legimus victã ab Aſyrijs Ægyptũ, opitulabatur Iſraeli contra Domini voluntatem. Periclitatur nauis, quæ periclitantẽ ſuſceperat, vento maria concitantur, in tranquillitate tempeſtas oritur, nihil Deo aduerſante ſecurum eſt, &c.

Videnda ſunt in hanc ſententiam, quæ habet Gregor. Nyſſen. Orat. 10. in Cantic poſt princip. ad illa verba: *Surge Aquilo, veni Auſter,* vbi inquirit cur Sponſa tantopere curauerit á ſe abigere Aquilonarem ventum, & poſtulauerit aduentũ Auſtri, idque propterea factũ eſſe aſſerit, quod Aquilo ab Oriente ſeparet, & amoueat, & ad Occidentem, & noctis tenebras deducat, qua in re innuit perfectã, & iuſtã animã debere maxime ea omnia cauere, & fugere, quæ ipſam ab Oriente, & indeficiente luce Diuina ſeparare poſſint, ne tenebras peccati incurrat, quibus deuoluta perpetua morte exulet. Sic vero habet Nyſſen. Quæ tandẽ cauſa eſt quãobrẽ vẽtus hic abigatur? Aſper vẽtus eſt Aquilo, quod quidem alicubi in Prouerbijs dicitur, nomine tenus autem ſecundus appellatur, cum nemini ſecundus, ac proſper ſit, extra quam ſi quis Solem orientem á tergo habeat curſu ad Occaſum directo. Intelligis haud dubiẽ quid hiſce verbis obſcuriuſculè indicetur, nimirum qui Solem Orientẽ deſerit (hoc autem nomine quodam in vaticinio Chriſtus appellatur) ſeq; verſus Occaſum lucis abigit, vbi poteſtas eſt tenebrarum: is ſecundo Aquilone vtitur, proſperante ipſius inſtitutum prauis in occaſionibus, per quas ad caliginẽ curſu tenditur. Sic homo intemperans Aquilonem ſecundum inuenit, ignominioſæ ipſi⁹ affectioni quaſi afflantẽ; ſic auaro ventus hic ad malitiam ſecundus

eſt. Eam ob cauſam ſuo ex imperio Aquilonem abigit, ea, quæ ſibi aduerſus animi vitia imperium vſurpat, cum ait. *Surge Aquilo, & veni Auſter.* Sic ille oſtendit quomodo qui à Deo recedit tenebras peccati incurrat, & omne ſibi malum contrahat.

Oſe. 10. n. 9.

Quod bene oſtendit locus ille Oſeæ in cap. 10. vbi dicitur: *Ex diebus Gabaa peccauit Iſrael.* Vbi ex mente Hieronym. Ruffin. Rupert. & omnium aliorum loquitur Diuinum Oraculũ de ſcelere illo fædiſsimo commiſſo in Gabaa in vxorem Leuitæ, de quo Iudicũ 19. Ex eo enim die, ſicut rectè aduertit Hieron. Idolatria cæpit in Iſrael, vt in domo Michæ, moxque in Dan palã idolum adorari cæpit, vt patet ex c. 17. & 18. Iudicũ. Nam viuẽte Ioſue nõ coluit Iſrael Idola. Addit ergo Propheta. *Ibi ſteterunt.* Quod Hieron. explicat, ſuum repreſsit gradum, ne vltra ambularet in vijs Domini. Siſtit ergo gradum, ne proficeret, ne augeretur, ne in meli⁹ abiret, quin potius vt deficeret, & in nihilũ deſineret, ijſdem enim veluti gradibus, quibus in Dei obſequio, & amicitia proficimus, ab eo diſcedentes retrocedimus, deficimus, & in deterius cõmutamur. Vnde quãdiu Iſraelitæ Deo adhæſerũt incraſſati, & ſaturati dicuntur, at derelicto Deo, perpetuã patiũtur eſuriẽ, & egeſtatẽ, etiãſi comederint quæ cũque voluerint Leuit. 26. *Comedetis, & non ſaturabimini,* ait Dominus ijs, qui ab eo receſſerint: Vbi eleganter Oleaſt. Habes panis copiã ad famẽ propulſandam, fateor, ſed quod te panis tuus ſatiet, donum Dei eſt: *Saturitas diuitis non ſinet eum dormire,* Eccleſiaſt. 5. Non ergo panis per ſe ſatiat, nõ potus ſitim extinguit, ſed Deus, qui talẽ virtutem cibo, & potui tribuit, cum vult. proinde & qui à Deo diſcedit, nihil boni habere poteſt, quantũcumq; ſibi habere videatur, habebit enim panẽ, nec ſaturabitur, habebit potũ, & adhuc ſitiet; at ille, qui Deo coniungitur, obtemperat, & deſeruit, omnia pariter habet in vnico, ac Summo bono.

Leuit. 26 n. 26.

Vnde iuſta fuit ea interrogatio, qua Gedeon ad Angelum dicentem ſibi ſecum Dominu adeſſe, quæſiuit: *Obſecro mi Domine, ſi Dominus nobiſcum eſt, cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? Vbi ſunt mirabilia eius, quæ narrauerunt Patres noſtri, atque dixerunt: De Ægypto eduxit nos Dominus? Nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manus Madian, &c.* Nouerat vtique eos, cũ quibus Deus erat, in omnibus iuuari, fælicitari, & proſperari, proinde quaſi dubius de præſentia Dei cum populo illo, quem afflictari cernebat, interrogat quomodo fieri poſsit, vt tãta mala pateretur populus, qui adhuc á Deo non receſſerat? Videdus in hãc ſententiam Chryſoſt. homil. 6. ad populũ poſt med. vbi ait magnum ſupplicium Dei eſſe diſcedere ab eo, etiã dum nullum aliud ſentitur ſuppliciũ. Hæc autem, inquit Chryſoſt. non dico, & omnes excerpo hiſtorias, in quibus tentationes, & tribulationes, & Regum iræ, & inſidiæ ſunt, vt nihil timeamus, niſi tantummodo Deũ offendere. Magnũ enim ſuppliciũ peccare, etiamſi non puniamur, peccata enim nos à Deo ſeparant, ſicut & ipſe dixit: *Nonne peccata veſtra ſeperant inter vos, & me?* Pænæ vero nos ad Deum perducunt, &c.

Iudic. 6. n. 13.

In hoc autẽ maxima cernitur peccatorũ iniquitas, quod cum à Deo ſeparati illius abſentiam deflere maximè, & ſentire deberent, vt quãcitiſsimè ad illum conuerterentur, tãto quidem malo potius vtuntur vt grauiora committant, & recedentes á Deo liberius delinquãt. Vnde Dauid Pſ. 58. cũ multa de ſuis calũniatorib⁹ præclarè diſſeret, ſubdit: *Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labijs eorum, quoniam quis audiuit?* Vbi ſi verbum Græcum attendas, ſignificat grandia quædam

Pſal. 58. n. 8.

loqui,ac iactare, minas puta, probra, & contumelias, vt non tam eloqui, quam rabidorum canum more latrare videantur. Et in Hebræo est verbum eloquendi,latrandi verbo simillimum, *nobeghim*,loquentes dicuntur, *nobehim* vero latrantes. *Quoniam quis audiuit*? Putantes se impunè omnia scelera, atque facinora admissuros, quasi nemo sit, qui audiat, & eorum scelera videat,& ab eis factorum, dictorum, consiliorumque suorum rationes repetat. Symmach. vertit: *Ipsi quidem scaturiunt ore suo, vt gladijs, tanquam si nullus audiat.* Miseri autem à Deo quidē recesserunt,vt omni prorsus destituerentur Dei gratia, & amicitia,non tamen vt illius fugerent notitiam,& præsentiam; ideoque potius illud eniti deberent, vt ad Deum reuerterentur,quo citius, & melius vitarent mala quibus à Deo recedentes implicantur & ne denuo alia committerent, quibus grauiora mererentur supplicia.

Ex dictis iam constat quantum sibi malum contraxerint infelices Hebræi, cum á Deo incassati ab eo recesserunt,suæ enim gentis,& Reipub. perniciem & interitum compararūt, neque enim poterit subsistere populus,& Respub.que à Deo recedit. Inquirit D. Hieron. cur Niniue ciuitas grandis,præpotens,& prædiues piscinæ comparetur Nahum.cap 2 n.8 cū à Chaldæis ingreditur, diripitur, ac deuastatur. *Niniue*,ait Propheta, *quasi piscina aquarum aquæ eius.* Idque propterea fuisse assertum á Propheta,quia neque flumine Diuinæ protectionis irrigabatur, neque fonti adhærebat bonorum omnium Deo,sed à Deo,& á cælo separata, veluti pluuiatilis aqua,in vno residebat, proindeque nō mirum si hostili incursui pateret, & extremam miseriam subiret, quæ euenire solet ciuitatibus recedentibus à Deo Sic ergo habet Hieronymus. *Nahū. 2. n.8.*

Non ait Scriptura quod aquæ Niniue sint quasi aquæ maris,nec quasi aquæ fluminum, nec quasi aquæ fontium, nec quasi aquæ puteorum, sed quasi aquæ piscinæ. Vt quomodo in Hierem. cap. 2. populus arguitur,qui dereliquit fontem aquæ viuæ,& fodit sibi lacus contritos, qui non possunt aquam continere; sic & Niniue omnes aquæ illæ sint, quæ de cælo ceciderunt,& antiquam altitudinem relinquentes,in ima lapsæ sint &c.Cum ergo aquæ, id est populi, à Deo recedunt,continuo in interitum abeunt.

Illud etiam hoc in loco notandum est in hoc recessū Israelitarum à Deo, quod ita videntur recessisse,vt in longinquam abierint regionem, quod maximum malum est, & detestandū. id vero prosequitur D Hieronym. in Naum.2. n.8 vbi deNiniuitis dicitur: *Ipsi fugerant.* Septuaginta. *Fugientes non steterunt.* Ait ergo Hieronymus. Primum quidem fugere Deum non debuerant,deinde etiam si fugerant, aliquando stare debebant. Magna enim differentia est inter eum,qui fugit, & stetit.& qui fugiens nunquam stetit. Qui enim stat,fugere cessauit,qui nō stat semper in fuga profectus est. In tanta ergo turba fugientium nullus erat,qui respiceret,& ageret pœnitentiam, & audiret loquentem Deum. *Reuertimini ad me filij reuertentes, & sanabo contritiones vestras*,Hierem 3. vnde & Sanctus loquitur in Psalm. 141. *Periit fugr à me, &c.* Quibus ostendit quanto magis à Deo recedebant plus destitui omni protectione, qua antea sustentabantur. Monarchiæ illæ, quæ Zachar. 6 describuntur, & nomine quatuor ventorum recensentur, corā Domino stare dicuntur,vt persisterēt, & perdurarent, de illis enim dicitur: *Isti sunt quatuor venti cæli, qui egrediuntur,vt stent coram Dominatore vniuersæ terræ.* Vbi noster Scallante lib. 2.de symbolis Sacræ Scripturæ cap 41.ait: *Num.2. n.8.* *Zach. 6. n.5.*

His

His verbis indicat Angelus nullum imperium consistere posse in terris absque Diuino consilio,& voluntate, dum scilicet Dei consilio gubernatur, & Diuinæ voluntati per charitatē adhæret Et Ribera in dicto loco sic explicat. Quasi famuli quidam assistent hæc regna suo quoque tempore,corā Deo,cui omnes terræ subiectæ sunt,& hoc est proprie stare coram Dominatore vniuersæ terræ,&c Regna igitur tandiu stabunt,& consistent, quādiu coram Deo permanserint & ad illius nutum, & voluntatem directi fuerint, neque ab illo quasi adstantes famuli recesserint; Qui vero digrediuntur, protinus corruent.

Facit in hanc sententiam locus ille Ezechiel. 28. vbi Regi Tyri dicitur: *In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate; Eleuatum est cor tuum in decore tuo, perdidisti sapientiā.* Quorum verbotum sensus est: Præ multitudine negotiationis tuæ repleta sunt viscera, aut cor tuū, ciuitas tua, teque peccare fecerunt, & á me recedere, qua in re tua te felicitas infelicē reddidit, & superbiendi ansam præbuit, dum propter decorem tuū, & splendorem, in me recalcitrans, à meo obsequio recessisti, proinde omnia bona, pariterque sapientiam,quā tibi habere videbaris, amisisti, non quod re vera amiseris, quam non habebas, sed quod ego effecerim, ne tibi iam sapiens videreris, tradens te in manus hostium á quibus nullo consilio, nullis artibus aut sapientia te liberare potuisti. Quo in loco Hieronymostendit idē fere contigisse huic Regi diuitijs abundanti, & in eis superbienti, quod Israeli lasciuienti, & recalcitranti. Sic vero habet. Dum multa conquirit, nec est contentus potestate, cui præpositus erat, sed repleuit cellaria, & interiora pectoris sui, vt saturatus, & incrassatus recalcitraret, manducauit enim Iacob, & saturatus est, & recalcitrauit dilectus, & dereliquit Deum, qui fecerat eum, propter quod dicitur ei; *Et perdidi te ò Cherub*, iuxta illud, quod de Adam scriptum est: *Eiecit Adam, & constituit eum contra paradisum deliciarum, &c.* *Ezec.28. 19. 17.*

Ille enim, qui Deum deserit, dum ab ipso pluribus afficitur bonis, omnia amittit, & misere penitus corruit, & interit, quod in Hebræis ostendit Augustlib.4 de Ciuit Dei cap.vlt ad fin vbi postquam probauit Iudæorum regnum ab vno, & vero Deo institutum, atque seruatum fuisse, ait Sine insanis Sacris Martis,& Bellonæ bella gesserunt,& sine victoria quidem nō vicerunt, non eam tamen Deam,sed Dei sui munus habuerunt.Sine Segetia segetes, sine Bobona boues, mella sine Mallona, poma sine Pomona, & prorsus omnia, pro quibus tantæ falsorum Deorum turbæ Romanis supplicandum putauerunt, ab vno vero Deo multo felicius acceperunt.Et si non in eum peccassent impia curiositate tanquam magicis artibus seducti ad alienos Deos,& ad idola defluēdo,& postremo Christum occidendo, in eodem regno, etsi non spatiosiore, tamen fæliciore mansissent.Et nunc quod per omnes fere terras, gentesque dispersi sunt, illius vnius veri Dei prouidentia est:Vt quod Deorū falsorum vsquequaque simulachra, aræ,luci templa euertuntur, & sacrificia prohibentur, de codicibus eorū probetur quemadmodum hoc fuerit tanto ante prophetatum; Ne forte cū legeretur in nostris, à nobis putaretur esse confictum. Sic Augustostendit impios Hebræos tandiu stetisse, & infelici statu cōseruatos perdurasse,quādiu non dereliquerunt Deum factorē suum, neque à Deo impinguati, & incrassati recesserunt: Etenim si quælibet domus absque Dei tutela,& beneuola assistetia minime consiste-

re, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

re,aut perdurare potest,sicut ostendit Theodoret. q. 32. in 2. Reg in domo Dauid, dum ab eo per peccatum discesit; agens enim de varijs fluctibus laborum;quibus iactatus,& afflictatus est Dauid, ait. Sciendum est autem quod non diuinæ sit operationis, neque Ammonis nefarius concubitus, neque Absalonis fraterna cædes, nec furor in patrē,sed domus nudata diuina prouidentia, fuit instar scaphæ carentis gubernatore,& sustinuit vehementes fluctus insanorum dæmonū, &c.

Similia sunt, quæ habet Philo lib. Quod deterior potiori insidietur post med.vbi ait: Si nauem mari iactatam gubernator deserat,an non necessum est eam nauigationem aberrare? Item si quadrigas auriga in Circensibus, an non necessum est eas turbatas ferri cursu deuio? Quid ciuitas si destituatur magistratibus, aut legibus? Nonne carens magistratibus,legibusque ciuitas illa malis opprimetur maximis? Atqui natura comparatum est corpus absente anima,animam absente ratione, rationem destitutam virtute interire funditus. Quod si hæc singula rebus destitutis nocent tātopere,quātam miseriam in à Deo destitutis agnoscimus? Quos ille auersatus, tanquā desertores ordines exterminauit procul à sanctissimis suis legibus, indignos sua prouidentia habitos. In vniuersū enim scire oportet quod qui præstantioris ope destituitur, fit obnoxius maximis culpis,& criminibus Quando enim dices imperium artis lædi maxime? Nonne quando à sciētia omnino deseritur; Quando vero indoctū, & valde ineruditum? Nonne quando á doctrinæ disciplina derelinquitur? Quid insipientes,quando infelices pronuntiamus potissime? Nōne quando omnino repelluntur à prudentia? Quando vero intemperantes, & iniustos? Nonne cum á temperantia,iustitiaque damnantur exilio perpetuo? Quando pietas eos à sacrificijs suis excludit? Ideo arbitror eos, qui non omnino sunt expiabiles, optare puniri potius, quam dimitti. Nam hæc missio facile subuertet eos, ceu male saburatas,naues carentes gubernatoris prouidentia; animaduersio vero ad correctionem profuerit. Sic ille ostendit infelicitatem hominis, domusué, quæ Deū deserit,& ab illius consortio,& obsequio discedit.

Vbi statim occurrit notanda magna amentia,& infelicitas Iudæorum, qui non solum Deum deseruere, sed insuper à se abigere,& expellere visi sunt, eique amplexanti terga vertere, sicut notauit Theodoretus ad illud Hierem. 2. *Vide quia malum, & amarū est, quod dereliquisti me, dicit Dominus Deus tuus*. Tale quippiā inquit Theodoret accidit ijs,qui Saluatorem crucifixerunt,negantes enim illum dicebant se non habere Regem, nisi Cæsarem, hac de causa Cæsari tradidit illos,&c. Quid vero aliud fuit dicere nos non habemus Regem, nisi Cæsarem, quam à se reijcere venientem Christū Filium Dei,& appropinquāti dicere illud Iob 21. *Recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus*: Vbi Gregor, ait. Dicunt recede nobis, qui ei ad se aditum præbere recusant, eumque prauis actibus impugnant. Quibus similia habet ibi Nicetas, &c. Dū igitur in propria veniente non receperunt, imo tot modis illi obstiterūt, videntur plane dicere, recede á nobis, ideoque ab eis discessit, & declinauit, quod ipsi dolentes experti sunt,quando dicebant Hierem. 14. *Quare factus es velut aduena in terra,& velut indigena declinans in diuersorium*. Vbi conqueritur Propheta quod nō quasi Dominus hæreditatis illiustractauit populū illū Deū,sed quasi colonū,atq; mercenarū, qui nōtā curat possessionē propriam, quā negligit, aut populatur alienam.

Iob.21. n.14.

Hierē.14. n. 8.

Magisque

Magisque explicans vulgata lectio habet: *Et quasi viator declinās ad manendum*: Nam viator, quia nullam ponit moram eo in loco, quem cursu peragrat,quid illi,siue prosperi,siue aduersi contingat, non laborat, neque attente considerat quid in illo fiat, fieriue debeat, cum nihil proprium ibi agnoscat, sic Deus nihil curasse videtur de Israelitide gente, postquam à Deo discessit, sed illam tantum spectasse properante, imo contemnente oculo. De Deo enim videtur intelligendus locus cum grauioribus,& antiquioribus, atque etiam recentioribus Interpretibus, inter quos Theodoret ibi ait. Cur nos contemnis,& præ te fers morem aduenæ paruifacientis domicilia,in quibus habitat,tanquā aliena, & viatoris prætereuntis, qui negligit ea,quæ occurrunt in via? Et ponit responsionem à Deo datam: *Dilexerunt mouere pedes suos*,nempe in viam nequitiæ: vbi verbum illud *dilexerunt* allusionem videtur cōtinere ad nostrum textum, dum populus à Deo dilectus dicitur recalcitrasse,eumque deseruisse: Vt sit sensus: Populus ille, quē ego dilexi, dilexit mouere pedes suos, vt me contemnens deseret.

Quoniam vero video aliquos, in quibus sunt Ambros. in symbol. Apost.c.30. Tertull. 3. Contra Marcion. cap.6. interpretari locum de Christo, quomodo ipse quasi colonus, seu viator declinauerit, ostendit Hieronym. in cap. 15. Isai. vbi aduertit Christum Dominum,capite ad Occidentem inclinato,animam exhalasse, quod etiā notauit in cap.15.Marc. cui suffragatur Beda in cap. 23.Luc.& S. Germanus in Theoria rerum Ecclesiasticar. vt interim recentiores plures omittā, quorum meminit Christianus Adricomius in descriptione Hierusalem n.252. Cuius rei rationes plures affert Mallonius ad cap. 20. tract. de sacris stigmatibus n.27. Placet itaque Hierony. citato loco dū asserit propterea eo modo Christum expirasse, vt dorsum Iudæis, redderet, qui in ipsum vertentes terga,recalcitrauerat. Quia dorsum suum, inquit ille,& non faciē Iudæis, & perfidæ Hierusalem cōuertit, vt auerteret ab ea faciē suam,quod tantopere formidabat Dauid dicens; *Ne auertas faciem tuam à me*, vt clamātes Iudæos non exaudiat,nec misereatur eis, &c. Qui enim eum contempserunt, commeruere, vt terga, & non faciem Christi intuerentur; Nam qui à se reijciunt aduentantem,& pulsantem Deū, ab ipso contempti minime exaudiuntur.

Pro qua re videndus est Ambros. in Psalm 61. vbi de Christo Domino ita ait. Hunc Geraseni rogabant, vt de finibus eorum recederet Ecclesia autē tenuit eum, nec dimisit. Ideo illa, quæ tenuit eum, possidet; Iudæi autē tenere non possunt,&c. Similia habet in Psalm. 44 ad illa verba: *Circumdate Sion, & complectimini eam*; dicens: Illa, quæ Dei sapientiam requirebat in cāticis, dicit: *Tenui eum, nec dimittam*, & complectebatur instītiā Dei brachijs charitatis,& quibusdam fidei,& deuotionis lacertis; Ipse est enim piæ mentis amplexus. Neque omittendū hoc in loco censeo quod aduertit Gilbert. ser. 9. in Cant. ad citata verba: *Tenui eum, nec dimittam*: vbi ostendit maxime curandum esse ne dimittamur à Deo; facile enim eum deseret, si ipse manumittat propter demerita nostra. Postquam igitur ostendit à Deo teneri,qui ipsū diligūt iuxta illud Prouerb. 4. *Ama sapientiam, & amplexabitur te,&c.* Tandē concludit: Nō ego hunc tam tenere,quam teneri dixerim. *Tenuisti*,inquit, *manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me*. Tenuisti ne pergerem in defectum, deduxisti in multiplicē profectum: *In voluntate tua deduxisti me*, id est, in voluntate, quæ à te est, & quæ secundum te est,

in volun.

in voluntate, quæ magis trahens, quã tracta est; &c.

Cũ igitur tam multis ostensum sit recessu à Deo maxime nobis officere, & summũ malum inducere, hoc quidẽ maxime enitendum erit, vt Deũ quæramus, & teneamus, vt bene nobis sit, quod etsi non obseruarent, agnoscebant tamen filij Israel, in quorum ore nihil frequentius erat, quam *Dominus sit nobiscum*, hoc enim in sacrificijs, & in omni sermone precabantur, sicut notauit Ribera in cap. 5. Amos: vbi diuinũ Oraculũ ait: *Quærite bonũ, & nõ malũ, & erit Dominus Deus exercituũ vobiscum, sicut dixistis.* Vnde & Dominus hoc illis dixit. *Si vultis hoc fieri, quod optatis, & petitis, quærite bonum, & non malum.* Magna qui dẽ insania, quod illi, qui sponte a Deo recedebant, sibi præsentem Deum enixe præcarentur, hoc tamẽ nobis proficere debet ad medelam, si agnoscamus quantum bonũ sit Deum quærere, ac inuentum iugiter retinere, possidere, & in eo possesso complacere, dicendum proinde cum Dauid Psal. 98. *Reuertere Domine vsquequò, & deprecabilis esto super seruos tuos.* Tu Domine reuertere ad nos querẽtes te, peccatis nostris longe recesseras & dimiseras nos, vt ambularemus secundum voluntates & cogitationes nostras, vsquequo igitur Domine obliuisceris nos in finẽ, etiamsi tui oblita te declinauerimus Malũ est in nobis de nobis, inquit August. ser. 4. de verbis Domini, quia dimisimus te, dimisisti nos nobis, inueniamur ergo in te, quia perieramus in nobis, &c.

Et ne confusi erubescceremus illum quærere Dominũ, à quo & temporalibus incrassati, & spiritualibus impinguati discessimus, addit August ser 5. de verbis Domini. Fratres ideo mali bonũ Patrẽ habemus ne semper mali remaneamus. Sic ille occurrit diffidentiæ nostræ, si forte nõ auderemus ipsum cõuenire, & quærere. Vbi etiã audiendus Gilbert. ser. 1. in Cant. cum ait: Dulce satis est Domine bone Iesu quærere te, dulcius tenere; In vno pius labor, in altero perfecta lætitia. Dulcis itaque est attrectatio tua, nam & ipse tactus fructu non caret, Mulier illa Euangelica Matth. 7. fælici fructu attigit fimbriam Iesu, & statim steţit in illa fluxus sanguinis, & totum hoc contigit ex contactu fimbriæ, quid si caput ipsum amplexari contigisset, &c. Et Hilar. lib. ad Constantium Augustũ docens quomodo Deus quærẽdus sit, & tenendus ait: Deus vniuersitatis obsequio nõ eget necessario: simplicitate quærendus est, charitate amandus, timore venerandus, voluntatis probitate retinendus est, &c. Quã voluntatem bene inculcat Bernard. ser. 80 in Cant. vbi inter alia ait. Sanctus Patriarcha dixit ad Angelum: *Non te dimittam, nisi benedixeris mihi*: Ita ista (id est, sponsa) non vult dimittere sponsum, & forte magis quam Patriarcha id non vult, quia nec pro benedictione quidem, siquidẽ ille benedictione accepta dimisit eum, hæc autem non sic. *Nolo*, inquit, *benedictionem tuam, sed te, quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? Non dimittam te, nec si benedixeris mihi: Tenui, nec dimittã*, sed nihilominus sponsa tenetur ab eo, cui alibi dixit: *Tenuisti manum dexteram meam.* Quæ tenetur, & tenet, quomodo iam cadere potest? Tenet fidei firmitate, tenet deuotionis affectu. At nequaquã diu teneret, si non teneretur; Tenetur autem potentia, & misericordia Domini, &c.

Aurea sunt verba Philonis Carpathij ad eundem locum sponsæ. *Tenui eum, nec dimittam.* Vbi ita exclamat. O quã tenet illum, & vt ita dicam, cogit fidelis anima, dum beneplacita illi & accepta facit. Sic ille explicat quomodo tenendus, imo comprehendendus

dus sit sponsus, ne à nobis discedat. Placet adhuc Bernardus ser. de Natiuit. Virginis de aquæductu ante fin. cum ait. Esto illi & tu perseuerans, vt nullis ab eo flagellis, aut laboribus auertaris, luctare cum Angelo, ne succumbas, quia *Regnum cælorum vim patitur.* An non lucta *dilectus meus mihi, & ego illi?* Notam fecit dilectionem suam, experiatur & tuam. In multis enim tentat te Dominus Deus tuus. Declinat sæpius, auertit faciem, sed non in ira. Probationis illud est, nõ reprobationis. Sustinuit te dilectus, sustine tu dilectum, sustine, viriliter age. Non illum vicere peccata tua, te quoque ipsius flagella non superent, & obtinebis benedictionem. Sed quando: cum aurora fuerit, cum aspirauerit iã dies, dum stabillierit Hierusalem laudem in terra. *Ecce*, inquit, *vir luctabatur cum Iacob vsque mane. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia speraui in te Domine, &c.* Vbi occurrit imitandus Eliseus, qui sicut habetur 4. Reg. 2. magistro suo Eliæ dicenti. *Sede hic, quia Dominus misit me vsque Bethel, ita respondit: Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non dimittam te.* Et cum iterum Elias diceret ei; *Sede hic, quia Dominus misit me in Iericho*; Secundo ei ita respondit: *Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquã te*, vnde & meruit mox fieri cõposvoti sui, id est, particeps duplicis spiritus diuinitus fieri, cum vidit Eliam magistrum suum ascendentem in cælum, iuxta illud Ecclesiast 48. *Et in Eliseo completus est spiritus eius.* Vt ergo nos supremã, & supernam promereamur, & obtineamus benedictionem, non instar impiorũ incrassati, & impinguati recalcitremus, quinimo puras in Deum eleuemus manus gratias illi agentes, animique brachijs ipsum amplectamur, & ad illius pedes deuoluti illos teneamus, ne vnquam ab illo discedamus, & securi reddamur, quod ipse à nobis minime discedat.

ANNOTAT. V.

Summa impietas, & ingratitudo bonis ijs, quibus à Deo afficimur, ipsum offendere.

ID maxime intendit Moyses in præsenti inculcare, scilicet, summam illius populi impietatem, & ingratitudinẽ, qui à Deo incrassatus, impinguatus, & dilatatus per summa iniuria, & ablationem Diuini honoris à Deo discessit; quasi inde orta fuerit occasio delinquendi, vbi tota aderat ratio obsequendi. Neque vero amplio potuit iniquitas commendari quam si bonis à Deo acceptis in illius offensam, & ignominiam abutatur; simile quid exprobrat diuinum Oraculum Oseæ. 8 dum vitulos, aureos, quos decem tribus adorabant, ex auro à Deo concesso asserit fuisse conflatos, dicens: *Argentum suum, & aurum suum fecerunt sibi idola, vt interirent*: Vbi Ribera ait: Bonis ex Dei largitate acceptis, id est, auro, & argento, nouos Deos fecerunt, id est, vitulos aureos Deum iniuria afficientes. Sic ille Optimus item in hanc sententiam occurrit locus ille apud Ezechiel. 7 vbi conquestus Deus quod abusi fuerint beneficijs ab ipso collatis, ait: *Ornamẽtum monilium suorum in superbiam posuerunt*, quod bene in nostram sententiã explicat Hierony. dicens: Quæ ego dederim in ornamentum possidentium, atque diuitas, illi verterunr in superbiam, vt de quibus poterant per eleemosynas, & bona opera suam animam liberare, ex illis haberent materiam arrogantiæ. Deniqne ex auro, & argento fecerunt idola, & mea munera in dæmonũ simulachra verterunt.

Oseæ. 8.

Ezech. 7 n. 20.

&c. Qua in re ostendit Deus omnem prorsus ingratitudinis terminum excessisse eam gentem, quæ Dei muneribus, quasi armis assumptis, bellum inferre ausa est eidem Largitori, ideoque Isidor. Pelusiot. lib. 2. epist. 194. ait. Qui rerum earum causa, ob quas gratiam habere debent, alicui succensent, omnes ingratitudinis terminos excedunt, nam cum, si rebus ipsis nequeunt, grata saltē oratione vicē rependere teneantur, ipsi contra crimina concinnant, &c.

Videndus in hanc sententiam Hildeberet. epist. 33. vbi exaggerat eorum nequitiam, qui cum facultatem haberent exercendæ virtutis, inde ansā assumunt perpetrandæ iniquitatis. Fit, inquit, vt tanto districtiorem meatur iudicem, quanto maiorē bene agendi habuit facultatē. Copiosē enim plectitur copiosus nequam: Copiosē puniri procurat, cui frustra procurantur opifices ad virtutem. Porro talem tibi damnationis sarcinam pollicetur, *Qui facit iudicium, & iustitiam in Iacob.* Ille multos tibi famulos ad virtutem præparauit; diuitias loquor, & potestatem, cæteraque in hunc modum, quæ vel vacant ad damnum, vel ad virtutem exercentur. Misera quidem, sed immiserabilis erit tibi causa tua, quam Deus conqueretur iniuria sua. Sic ille probat dignum prorsus non esse misericordia Dei, qui ex illius bonis ansam assumit iniuriam inferēdi Benefactori Deo. Nam si ille, qui talentū accepit, inde punitus est, quod super lucrari renuit, quænam quæso incurret supplicia, qui beneficia Dei in iniurias illius conuertit, & quæ illi Deus concesserat arma ad expugnanda vitia, & virtutem sectandam, eadē ad oppugnandum, & lædendum Deū commutauit?

Hierē. 5. n. 7. Hierem. in cap. 5. dicitur: *Filij tui dereliquerunt me, & iurant in his, qui non sunt Dij. Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domum mereticis luxuriabantur.* Quo in loco enumerat Deus vitia, quibus immoderate traditi Iudæi, non solum Religionis studium, & amorem, sed etiam pudoris curam à se prorsus abiecerant, docetque à vera Religione defeciſſe, grauissimum tamen crimē præterque pudorem, & sensum hominum extitisse, quod in eum iniurij fuerint, & ingrati, à quo omniū bonorum abundantia cumulati, ac saturati sunt, quod rerum vbertatem, & copiam non ad gratiarum officium, neque ad Religionis incrementū, sed ad idolatriam in mœchia, & meretricia consuetudine de more scripturæ significatā, contulerint. Vbi Hieronymus ait: *Filij tui dereliquerunt me*, nequaquā filij mei, sed tui: *Saturaui eos, & mœchati sunt*; Audiant hoc, qui acceptis à Domino diuitijs incubantes, luxuriæ deseruiunt. Quibus in verbis Hieronymus locum ad veram, & propriā luxuriam deducit, cui minime refragabor, cum videā Theodoret. D. Thom. Rabban. & Maldonat. ita exponentes.

Quo sensu notandū occurrit, quod homines dum esuriem patiebantur, nec viribus præ morbo pollebant, in officio retenti continebantur, sed quia Deus eos saturauit, & cumulatis bonis affecit, idola mundi sequuntur, vanitatem scilicet, & gloriam hominum aucupantes, & equis alendis incumbentes, equorū luxuriā absque rubore imitantur, ita vt vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniat, sicut ibi addit Propheta. Tantā, inquit Hieronymus, ostendit insaniā libidinis, vt non solū appetitum voluptatis sed inhitum vocet, &c. Ij igitur, qui diuites à Deo facti fuerant, dum ipsum deberent quærere, gratiasque pro acceptis beneficijs reddere, omnem pudorem, & rationem exuti, quasi bruta animantia, & in luxuriā sese effundunt, & in Deū impudenter insurgunt. Hos merito carpit Dauid, dum à Deo exaltatus se

minime

minime effert, quinimo Deum tum magis laudibus extollit, & commendat. *Exaltabo te*, inquit, *Domine, quoniā suscepisti me.* Hebr. *dilluthani*, quod aliqui interpretantur, *Extulisti me*, sicut etiam Aquila fere transtulit, *sublimem posuisti me.* Et Basil. declarauit: *Sublimasti, & eleuasti me*: Quæ expositio elegantem continet sensum. Nam quia Deus illum accepit, & de post fætantes illum extulit, & exaltauit, æquū esse censet, & asserit, vt ipse quoque pro eo ac vires ferant in exaltando, & laudādo illo propriæ respōdeat exaltationi, facto suo alios redarguens, qui à Deo exaltati ipsum iniuria afficiunt, pariter se exaltantes, & superbientes; Sic similiter & redarguisse videtur Deus eos, qui in plenitudine bonorum tē eos, qui in plenitudine bonorum tē poraliū ipsum derelinquūt, & aduersus ipsum insurgunt, dum in plenitudine temporis, ac temporalium bonorum affluentia, misit filium suum, qui defertores Dei homines quæreret, & redimeret, & pro superbientibus humiliaret semetipsum vsque ad mortē, quasi nullo congruentiori modo ingratitudinem nostram posset conuincere, quam si in plenitudine, pace, & quiete mundi, homines quæreret qui in eodem statu Deum deserere solēt, dum scilicet, incrassantur, impinguātur, & dilatantur.

Psal. 29. n. 1.

Galat. 4. Acute hoc obseruauit Bernard. ser. 1. de aduentu Domini post med. expendens illud Pauli Galat. 4. *Quando venit plenitudo temporis misit Deus filiū suum.* Nimirum, inquit ille, plenitudo, & abundantia temporalium obliuionem, & inopiam fecerat æternorum. Opportune ergo tūc aduenit Æternitas, quando magis tēporalitas præualebat. Nam, vt cętera sileā, ipsa quoque pax tēporalis in illo tēpore tanta fuit, vt ad hominis vni° edictū deseri beretur vniuersus orbis. Sic ille ostendit Dei bonitatem conuicisse nostrā nequitiā, dum hominū recordatur, cū ipsi Dei obliuiscūtur, dū homines quę rit, quādo ipsi ab eo recedūt, dū humilis apud nos apparet, quando ipsi erecta ceruice in Deum insurgunt.

Amos in cap 6. ait Deus: *Detestor ego superbiam Iacob*: vbi decem tribus nomine Iacob appellat, cui° rei rationem si inquiras, ea in rem præsentem nobis aptior occurrit, quòd Patriarcha Iacob quandiu humili fortuna vsus est, hoc nomine appellatur, donec tandem aduersus Deum prævalēs, Israel dictus est. Neque vero inclytus, & diues factus superioris paupertatis vnquā oblitus est, quinimo gratus sēper extitit Largitori omniū Deo. Hoc igitur dolet, & arguit Deus, dū detestatur superbiā filiorū Iacob, qui parētis humilitatē minimè imitati, ea bona, quibus lasciuiebant, à Deo data minimè agnoscebāt, quin potius in materiam peccandi conuertebāt, cū ad Dei obsequiū ea deberēt adducere, est siquidem maximæ impietatis argumentum Diuinis abuti beneficijs. Vnde Origenes homil. 17. in Genes. aduertit id, quod Iacob moribundus dixit primogenito suo Ruben, qui paternum thorum maculauerat. *Tu fortitudo mea, prior in donis, maior in imperio*; hoc enim ideo cēset à Patriarcha dictū, vt graui° notaretur in crimine, qui cū virtus patris haberetur, & initium filiorum, nescisset seruare reuerentiā patri, iuxta illud quod dictū est à Propheta: *Ego te plantaui vineam electam, totam feracem, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ* Clarius hoc dixit Chrysost. homil. 67. in Genes. vbi ita habet. Vide quanta sapientia iusti, volens enim magis intēdere accusationem, prius dicit priuilegia ei à natura cōcessa, & dignitatē, quam tenebat, quod principium filiorū, & primogenituræ honore clarus esset; & postea voluntatis peccata, quasi in ænea colūna inscribit, monstrans quod nihil proderūt nobis ea, quæ á natura

 insunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

insunt, nisi & voluntatis bona opera sequantur; crescentibus enim beneficijs, crescunt potius in ingratis supplicia; imo vero cadē beneficia in supplicia plerumque conuertuntur.

Quod hoc in loco patet, hæc enim eadem verba, quæ prærogatiuas primogeniti, & dignitatē significabant, in pœnas eiusdē cōuertit Græcus textus ex 70. Interpretibus; pro eo enim quod Vulgatus interpres habet, *Prior in donis, maior in imperio*; Hierony. ex Grecis ita potiº legit; *Durus ad ferendū, & durus procacitate, & iniuria.* Ruffin. autē ita habet; *Durus in conuersatione, & durus, temerarius contumeliam irrogasti*: Emendatissima Græca editio ita prorsus habet; *Durus ad ferendum, & durus peruicax feciſti contumeliam.* Quæ verba si intelligantur, magis amplificāt crimen Ruben, quā dignitatē primogenituræ, ita vt ea, quæ natura videbantur bona, conuersa sint in supplicia, eo quod eis abusus, quæ conuertere debuerat in Dei cultum, & obsequiū, maioremque parentis venerationem, commutauerit in occasionē grauius delinquendi, quæ est ratio, cur plerumq; Deus soleat suis beneficijs punire ingratos homines, eo quod ex illis ipsi fumant occasionem grauius delinquendi, quod prosequitur Guarricus Abb in Ser. omnium Sanctor. cum ita habet. Iam nunc vindicat in peccatores Diuina iustitia, res ipsas quas amant, conuertens in tormenta, & vitia faciens esse supplicia; pecunia enim, quæ amplius iustificat iustum, & verius ditat dispensata, vel semel data; auarum cruciat seruata, prodigum polluit profligata, &cæt. Nihil enim tam ægrè fert Diuina bonitas, quam si Diuina beneficia conuersa sint in graues Dei offensas, & materiam præbeant grauius delinquendi.

Conqueritur Diuinum Oraculum apud Isai. cōtra Iudeos, quod beneficia in ipsos collata conuerterint in vitia, quos enim Deus ditauerat auro, & argento, idolatras inuenit, ex auro fcilicet, & argento fabricantes idola, & simulachra profana. Sic enim habetur Isaiæ. 2. *Repleta est terra eius argento, & auro, & non est finis thesaurorū eius, & repleta est terra eius idolis: Opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum, & incuruauit se homo, & humiliatus est vir, ne ergo dimittas eis.* Vbi Forer. quem probat Sanctius, putat amplificari Iudæorum perfidiam, qui suis flagitijs neque illam excusationis vmbram poterant obtendere, quam gentes aliæ, quas alia, atque alia necessitas alios, atque alios Deos fingere, & adorare fecit. Cum enim premi se viderent ab hostibus, vrgeri inopia, laborare morbis, ab sterili, aut sitienti agro alimenta non capi, Martem, Æsculapium, Mercurium, Cererem Deos excogitarunt, coluerunteque, stulte illi quidem, at necessitatis opinione, & errore decepti. Sed quam perfidiæ suæ excusationem prætexent Iudæi, qui cū argento abundarent, & auro, & omnibus alijs cōmodis ad victum necessarijs, tum etiam equis, & quadrigis contra vim externam: & cum secū haberent certissimū Oraculū quod neque difficile adiri, neque falli vllo modo, neque fallere interrogantē posset; Ipsi tamen aruspices quærerent, quos in dubijs consulerent, & Deos quotidie ascisceret recentes, quos rei bellicæ, valetudinariæ, pecuniariæ, ac rusticæ præficerent; quasi domi non haberent, á quo in dubijs consilium, in morbis medicinam, in bellis subsidium iampridem sæpius essent experti. Quæ quidem querimonia de infideli populo frequens est in Prophetis, vt illud Hieremiæ. 2. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas*; Tunc simul

Isai. 2. n. 7.

Hierē. 2. n. 13.

addit

addit querimoniam, siue reprehēsionem, qua populum eundem Iudaicū carpit apud Ezechiel. cap. 16. & Oseam cap. 2. quod de argēto, atq; auro, quod liberali manu acceperat à Deo, inaniū Deorum simulachra conflauerit, vnde subijcitur: *Repleta est terra eius idolis.* Quia verò grauissimum crimē est Diuina beneficia in peccata conuertere, subditur: *Ne ergo dimittas eis*; quæ verba, licet speciem imprecationis videantur habere, continēt vaticinium, quod per imperatiuum explicari solet, vt illud Zachar. 13. *Percute pastorem.* Et apud eundem Isai. 47. *Tolle mollam, nuda crura, transi flumina.* Proinde significatur acerbissimum instare supplicium illis, qui Diuinis beneficijs abutuntur.

2. Reg. 12. n. 7. Similis expostulatio Diuina habetur contra Dauidem lib. 2. Reg. c. 12. cum illi ait: *Ego vnxi te in Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & vxores Domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israel, & Iuda. Et si parua sunt ista, adijciam multo maiora. Quare ergo contempsisti verbum Domini, vt faceres malum in conspectu eius.* Tunc subiungitur supplicium. *Itaque hæc dicit Dominus: Et suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, &c.* Peccantes siquidem in maiorem gratiam, maius merentur supplicium, sicut ostēdit Paulus Hebr. 10 cū ait. *Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur; quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti, in quo sanctificatus est, pollutum duxerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?* Inde enim est quod Iudæi postquam beneficio Incarnationis abusi, in Christum Dominum iniurioſi fuerunt, grauiora mala passi sunt tempore Titi, & Vespasiani, quam fuerant passi in Ægypto, & Babylone, sicut aduertit Chrysostomus, [& Theophylactus in cap. 12. Matth. qua de re videndus Chrysostomus homil. 44. in Matth. vbi ponderat reditum spiritus maligni ad eam animam, quam reliquerat, Diuina gratia adiuuante; si enim contingat eum reuertere ad eam domū, à qua expulsus fuerat, affert septem alios spiritus nequiores se, quibus vehementius, & acerbius torquetur anima, quæ à Deo ditata gratia, & donis, Diuinaque reconciliatione impinguata recalcitrauit adhuc, vt Deū vlterius offenderet.

Hebr. 10. n. 28.

1. Cor. 10. n. 1. Quod argumentum prosequitur Paul. 1. ad Corinth. 10. cum ait: *Nolo vos ignorare, quoniam Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt, sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo: nam prostrati sunt in deserto: hæc autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem in nostram correctionem.* Super quibus verbis videndus est Chrysostomus homil. 23. ante medium vbi ait. Si in donis est exuperatio, est euidēs quod etiam & in supplicio; maius enim erit supplicium, vbi grauius est peccatum, propterea Paul. eo in loco asseruit vniuersa beneficia facta Hebræis, in figura facta esse, & tamen mortui sunt in deserto, nec ingressi terram promissionis; Hæc, inquit, scripta sunt in nostrā correctionē, vt vel ex eo sciamus grauiora nos expectare supplicia, qui beneficia Diuina accipimº, nō in figura, quomodo enim in beneficijs præcesserūt figuræ, & sequuta est veritas, ita etiā sequetur in supplicijs. Vides quēadmodū ostēdit nō quod punientur solū, sed etiā quod magis, quam illi? Nam si illud quidem est in figura, hoc autem veritas, necesse est etiam in supplicijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnam esse exuperationem, sicut etiam in donis. Nam quod pœnas quidem sumus daturi, ex ijs, inquit, quæ dicta sunt, fit manifestum, ijs etiá, qui non credunt, quæ dicuntur de gehenna; quod autem grauiores, ex eo, quod plura consequuti sumus beneficia. Similia habet Euthym super Ioan. ad illa verba cap. 1. *Gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* Vbi Euthymius ait. Quanto maiori gratia digni habiti sumus de Christo, tanto ad maiorem nos obligauit virtutem, ne tanto beneficio indigni cõuersantes, dignum tanta gratia supplicium sustineamus. Moyses enim in Exod. per singulas familias agnum colligebat, eundemque sacrificabat, Christus autem nihil tale suis præcepit, sed potius sacrificium factus est, vt sese pro nobis pati offerret, figura per Moysen data est, gratia per Christum, vt cum veritate conueniat vita nostra, ne in male viuentes crescentibus beneficijs Diuinis, crescant & supplicia; grauius enim puniũtur qui in maiorem gratiam peccant, eo quod ex acceptis beneficijs Diuinis, ansam sumunt delinquendi, & superbiendi.

Prosequitur hoc ipsum argumentum Gregorius homil. 6. in Euangel. vbi inuehitur in eos, qui viso Christo, eiusque miraculis, scandalizabantur, ansamque desumebant blasphemandi, cum potius deberent credere, & adorare. Visis, inquit Gregorius, tot signis, tantisque virtutibus non scandalizari quisque potuit, sed admirari: Sed infidelium mens graue in illo scandalum pertulit, cum eum post tot miracula morientem vidit, vnde & Paulus dicit 1. Corinth. 1. *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Stultum quippe hominibus visum est, vt pro hominibus Author vitæ moreretur, & inde contra eum homo scandalum sumpsit, vnde ei amplius debitor fieri debuit; nam tanto Deus ab hominibus dignius honorandus est, quanto pro hominibus & indigna suscepit. Quid est ergo dicere: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me*, nisi aperta voce abiectionem mortis suæ, humilitatemque signare? Ac si patenter dicat. Mira quidem facio, sed abiecta perpeti nõ dedignor, quia ergo moriendo, te subsequor, cauendum valde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur. Sic ille ostendit nullatenus contemnenda beneficia Diuina, neque ex eis occasionem sumendam insurgendi in Deum, grauiusque delinquendi; nequitiæ enim apex, & cumulus videtur esse, quod ex benignitate Dei nequior reddatur humanus animus.

In quam sententiam videndus est Tertull. lib de Baptismo, vbi impietatis, & ingratitudinis cõuincit eos, qui ex facilitate, qua in baptismo Diuinitus confertur gratia per externam aquæ ablutionem, ansam desumpsere negandi Sacramentum Baptismi, gratiamque per illud collatam, cum potius inde & credere, & gratias Omnipotenti Deo pro tanta benignitate, & gratiæ affluentia reddere deberent. Sic ergo incipit Tertullianus cap. 2. Sed enim quanta vis est præuersitatis ad fidem labefactandam, vel in totum non recipiendam, vt ex his eam pugnet, ex quibus constat. Nihil adeo est, quod obduret mentes hominum, quam simplicitas Diuinorum operum, quæ in actu videntur, & magnificentia, quæ in effectu repromittitur. Vt hic quoque quoniam tanta simplicitate sine pompa, sine apparatu nouo aliquo, denique sine sumptu homo in aqua demissus, & inter pauca verba tinctus, non multo vel nihilo mundior refurgit, eo incredibilis existimetur consecutio æternitatis. Mentior si non è contrario Idolorum solemnia, vel arcana de suggestu, & apparatu, deque sumptu fidem; & auctoritatẽ sibi extruunt. Proh misera incredulitas, quæ denegas Deo proprietates suas, simplicitatem, & potestatẽ. Quid ergo? Nonne mirandum, & lauacro dilui mortem? At quin eo magis credendum, si quia mirandum est, idcirco non creditur. Qualia enim decet esse opera diuina, nisi super omnẽ admirationem? Nos quique ipsi miramur, sed quia credimus. Cæterum incredulitas miratur, non credit. Miratur enim simplicia quasi vana, magnifica, quasi impossibilia. Et plane vt putas, satis ad vtrumque Diuina pronuntiatio præcurrit. Stulta mundi eligit Deus, vt confundat sapientiam eius, & prædifficilia penes homines, facilia penes Deum. Nam si Deus & sapiens, & potens, quod etiam prætereuntes eum non negant; meritò in aduersarijs sapiẽtiæ, potentiæque, id est, in stultitia, & impossibilitate materias operationis suæ instituit. Quoniam virtus omnis ex his causam accipit, à quibus prouocatur. Hæc ille; ostendens quomodo ex eo, quod Deus non multum requisierit laborem, neque plures apposuerit cæremonias, impij hæretici gratiam baptismalem abnegauerint, cum potius inde recognoscere tenerentur.

Multiplicauit quidem bona, addidit beneficia, adauxit Hebræam gentem; dilatatio quidem hæc occasio potuit esse colendi Deum, eique obsequendi, sed causa fuit delinquendi, & infringendi Diuina præcepta, sicut conqueritur Deus apud Ezechiel. cap. 5. vbi habetur. *Quia superastis gẽtes, quæ in circuitu vestro sunt, in præceptis meis non ambulastis.* Sic enim plerique Codices habẽt. sine, &, quod in correctis legitur, & sic explicatur à Maldonat Symmach. legit: *Quia multitudo vestra fuit ex gentibus, quæ in circuitu vestro sunt*: Aquilæ secunda editio. *Eo quod numerati estis in gentibus, quæ in circuitu vestro sunt.* Hebr. ad verbum: *Quia multitudo vestra* (aut *tumultus vester*) *præ gentibus*, id est, *quia omnes gentes superastis*; quem sensum probat Hieronymus dicens: est sensus. Multitudinem eius, non populum Israel, sed turbam cæterarum gentium esse dicendam; quasi dicat, quia multiplicaui vos præ omnibus gentibus, & magnis bonis cumulaui, ideo in præceptis meis non ambulastis; quasi tota causa recedendi á Diuinis præceptis orta fuerit ex eo, quod bonis omnibus incrassatus fuerit populus ille, & præ omnibus dilatatus, quæ sane exprobratio eadem est cum ea, quam continet noster textus. Vnde in confirmationem dictæ expositionis afert Maldonatus nostrum textum dicens: *Incrassatus est enim dilectus, &c.* Sed iam aliam proferamus expositionem dicti loci Ezechielis, quæ est D. Hieronymi, Paraphrastis Chaldæi, & R. Selomoh, quam Maldonatus superiori præfert, vt sit sensus illorum verborum: Quia superasti gentes, ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium, id est, grauius quam gentes vos puniam, imo ipsis videntibus de vobis vindictam sumam, eo quod easdem grauitate delicti superastis, etenim gentes Deos suos, quos sibi fecerunt, non mutarunt, aut deseruerunt, vos autem Deum vestrum dereliquistis, & recessistis à Deo Salutari vestro, vnde Hieremias 2. dicitur: *Transite ad insulas Cethim, & videte: In Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factum est huiusmodi, si mutauit gens Deos suos, & certe ipsi non sunt Dij, populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum.* Quibus in verbis exprobrat Deus Hebræis

Ezec. 5. n. 7.

Hierc. 2. n. 10. & 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bræis mutabilitatẽ Iudæorum in declinando á pietate,& cultu illius Dei, qui cultores suos glorioſos reddiderat, & honoribus cumulauerat; Sic enim veniũt intelligenda melius verba illa *Mutauit gloriam ſuam in idolum*; Vt gloria ſumatur actiue, ſicut acute obſeruat Sanctius; quod enim Deus dicatur gloria aperte conſtat ex Pſalm.3 vbi dicitur: *Tu es gloria mea*: & Pſal.105. vbi dicitur: *Mutauerunt gloriã ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum*. Actiue igitur ſumitur hoc in loco Deus, quatenus ſuos Iſraelitas claros reddidit, & glorioſos, & bonis omnibus impinguauit; Quo ſenſu Dauid dixit: *Nimis honorati ſunt amici tui Deus*.

Pſal.3.
Pſal.105.

Qua ſententia ex eo confirmatur, quod Chaldæus ſic locum vertit; *Et populus meus deſeruit cultum meum, propter quem ego induco ſuper eos gloriam*: Vt grauior iam, & acutior ſit expoſtulatio,& querimonia,dum illi qui à Deo bonis omnibus cumulati ſunt, & repleti, vt abſque cura, & ſolicitudine quærendi ſibi neceſſaria ſtudioſius diuino cultui, & Religioni incumberent, tantum abeſt, vt hoc curauerint, quin potius Deum, qui ipſos gloria, & honore affecerat,contemnentes,vitulum pro Deo erexerunt, cui diuinos honores dicarẽt,quia vero hoc grauiſſimum crimen erat,vehemens ſubiũgitur proſopopeia,vnde ſcelus non iã amplius ferendum conſtaret: Obſtupeſcere autem, & deſolari cælos, idẽ videtur eſſe quod obſcurari, neque iã hominum vſibus ſe præbere opportunos, ſicut bene proſequitur Sanctius in cap. 34. Iſai. Vide quo loco ponat Deus contemni ſe ab hominibus,dum eos tanto honore afficit, poſt haberi ab eis, quos præ omnibus ditauit, & extulit, ac ſuo præferri numini ſordidiſſima Idolorum portenta: Quando illa edi é cælo doloris, ac ſtuporis ſigna iubet, quæ moriente Chriſto poſtea edidit, tenebris in terram vniuerſam inductis, admiratur etenim,obſtupeſcitque cælum deſpecto Deo, poſtque habito rebus indigniſsimis, ſicut in crucem acto, & ibi per ſummum ludibrium, atque ignominiam morientẽ.

Neq; melius potuit explicari grauitas tanti huius criminis quod gens à Deo impinguata adeo,& dilata ipſum deſeruerit, & pro Deo, honorante eã, quæſierit vile idolũ. Adhuc tamẽ expendendum remanet,quod in Scriptura,vt magis inculcetur tanti criminis grauitas, duplicatum dicitur peccatum; Eſt ſiquidem vſitatum in Sacra Scriptura, vt quod in aliquo genere præſtantiſsimũ, & ſupereminens reputatur, duplex in ea dicatur, vt modo ſupponimus, alibi latius explicandũ. Facit igitur præſenti inſtituto locus ille Oſeæ cap. 10. cum dicitur: *Congregabuntur ſuper eos populi, cum corripientur propter duas iniquitates ſuas*: Vbi Hierony. ait: Poſſumus duas iniquitates appellare,de quibus & Hierem. loquitur cap.2. *Duo peſſima fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Et foderunt ſibi lacus contritos,qui non poſſunt aquas cõtinere*. Hæ duæ iniquitates cõtra duo decalogi erupere præcepta, in quibus dicitur: *Ego Dominus Deus tuus: Non erunt tibi Dij alij abſque me*. Ita Hieron. cui ſuffragãtur Cyrill. Theodoret & Theophylact. Nobis inſeruit maxime id,quod ait Rupert eo in loco. Hoc, inquit, in quauis alia gente, quæ Deum non noſſet,vnum peccatũ erat, cum videlicet malum per ignorantiam eligitur pro bono; At in populo, in quo notus erat Deus, duplex peccatum eſt, alterum, Deũ non colere, alterum, prò eo, ſiue potius contra eum colere, & quærere falſos Deos.

Oſe.10. n.10.

Eſt ſiquidem grauiſsimum delicti genus poſt cognitam,& expertã diuinam Bonitatem recalcitrare &ſuper-

bire;

bire; Vnde Auguſt. cõcione 2. in Pſal. 30. oſtendit peiores multo eſſe malos Chriſtianos ipſis gentilibus, cæteris tamen paribus, quia peccauerunt in abundantiorem gratiam,quod probat ex loco Ezechiel. c 15. vbi mali Chriſtiani comparantur à Proheta ſarmẽtis inutilibus, Pagani autem ligna Syluarũ vocantur extra Eccleſiam poſiti,ex quibus opus aliquod adhuc fieri poteſt eo modo, quo de lignis ſyluaticis à fabro trabes,&tigna domorũ, imo & Sanctorum imagines fieri cõſueuerunt, quamuis ligna adhuc nodoſa ſint: De ſarmentis autẽ præciſis nihil prorſus fieri poteſt, quippe quæ ſolus ignis ea expectat: Qua de re plura habet idem Auguſt. in Pſal. 88 & ſer.12.de verbis Domini, & ſer.112.& D. Thom.2.2.q.10.art 3. Cum ergo in tantam gratiam & tot beneficijs affecti peccauerint Iudæi apertè liquet & quantum ſupplicium meruerint, & quam grauem offenſam incurrerint.

Neque vero mirum eſt, ſi impia gens in medijs deliquerit beneficijs, ſi ante illa iam criminoſa erat, & ſceleſta, & præueniebat bona accipienda,pleraque mala contra Deum committẽdo,quod optimè colligit Oleaſt. ex cap.31. Deut. vbi Deus ait: *Scio cogitationes eius, quæ facturus ſit hodie antequam introducam eum in terram, quam ei pollicitus ſum*. Ait ergo Oleaſt. Sunt multi peccatores,qui in medijs, imò & initijs beneficiorum, iam benefactori offenſam, & ingratitudinem parant; quemadmodum multi grati, qui ante beneficium gratitudinem. Dominus Deus noſter in medio offenſarum nobis parat beneficia (vt Chryſoſtomus dicit:) Nos uero paramus ei offenſam, dum beneficia recipimus. Audi Paul.1.Corinth.11. *Dominus*, inquit, *Ieſus, in qua nocte tradebatur, accepit panem*. Quando eius corpus tradebatur,& vendebatur Iudæis, tunc ipſe inſtituebat ſacramentum corporis, & ſanguinis ſui, & porrigebat ſuis &c. *Non fecit taliter omni nationi Deus, & iudicia, ac præcepta ſua non manifeſtauit eis*, ſed quo tempore præcepta tradebat Moyſi populo inculcanda,vitulum idem populus verum Deum abnegãdo,adorauit. Adhuc non fuerat ingreſſus promiſſam terram vt bonis illius potiretur, & iam Deum deſerebat;quid mirum proinde ſi poſt accepta Diuina beneficia eis abutantur?

Deut. 31. n.21.

Impudentes appellauit hæreticos Tertull. lib. contra Hermogenem c. 7. quod cum non haberent occaſionem deficiendi á fide ipſi fecerunt,& quæſierunt materiam hæreſis, cum nulla omnino adeſſet Hęreſis, inquit, facta eſt quidem hoc impudentior, quod non ex materia facta eſt hæreſis,ſed materiam ipſam potius hæreſis fecit. Vnde lib. de præſcriptionibus contra hæreticos ſic concludit. Quid enim illis poſt blaſphemiam illicitũ eſt?&c. Si ergo impudentia eſt materiam deſerendi Deum inuenire, vbi non adeſt,quanto maior cenſenda erit huius populi impudentia dũ materiam declinandi à Deo,& falſa idola colendi quæſiuit,& inuenit, vbi apertiſsima aderat occaſio,& obligatio laudandi Deum, gratiaſque illi pro tantis beneficijs iugiter reddẽdi. Vnde ſi illis nihil illicitum remanſit iſtis profecto nihil intentatum, nihil non commiſſum,dum ſummum ingratitudinis verticem attigere.

ANNOTAT. VI.

Leue Dei iugum nullatenus abijciẽdum, ne oneroſum diaboli ſentiamus, quod euitabimus, ſi tẽporalia pro modulo poſsideamus.

Illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

ILlud hoc in loco sane deplorandum est, quod nequam homines cum præ abundantia, & affluentia bonorum, Dei iugum, & obsequiũ reiciant, Diuinæq; legi obluctentur, ijdem diaboli iugum quærunt, & affectant, imo plus inquirunt, & libentius suscipiunt, quod onerosius & grauius est, imo & quod dolendum est, si aliquando contingat abeo iugo, & labore feriari, quantocius ad illud reassumendum accurrũt, vt quasi pro labore, vlterioris laboris mercedem flagitare videantur, quod bene ostendit locus ille apud Oseam cap. 10. in alio sensu superius iam à nobis adducto; vbi Diuinum Oraculum ait de impijs Israelitis Idolatris. *Ephraim vitula docta diligere trituram*. Solent vitulæ, seu vaccæ nouellæ cum ad terendum adhibentur, cito ab agricolis dimitti, ne nimio labore frangantur, & conterantur. At lasciuiens vitula Ephraim, quæ à collo suo præ abundantia iugum excusserat legis Dei, trituram diligit rerum temporalium, & laborem terrenum indefessa adeo deperit, vt etiamsi dimittatur, statim redeat ad laborem, & iugum expetens, inuitando, & prouocando suscipiat; cui expositioni licet ex parte suffragentur Rupert & Lyran. tamẽ omnino eam tradit Gregor. 20. Moral cap. 16. in hunc modum. Amant peruersi homines pro huius mundi gloria etiam tribulationes; cunctisque pro ea sudoribus libenter seruiunt, & grauium laborũ iugo deuotissima colla submittunt; quod bene sub Ephraim specie Osea prophetãte describitur, qui ait: *Ephraim vitula docta diligere trituram.* Vitula enim tritura, & laboribus assueta, relaxata plerumque ad eundem laboris vsum, etiam non compulsa reuertit, ita prauorum mens huius mundi seruitijs dedita, & rerum temporalium fatigationibus assueta, etiam si libere vacare liceat, subesse tamen terrenis sudoribus festinat, & vsum miseræ conuersationis, triturã laboris quærit, vt à iugo mundanæ seruitutis cessare nõ libeat, etiamsi liceat. Quod si videlicet iugũ Dominus à discipulorum ceruicibus subleuans, dicit: *Attendite vobis ne grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate*, illico adiunxit; *Et in curis huius vitæ, & superueniet in vos repentina dies illa*; & rursus; *Venite ad me omnes, qui laboratis, &c.*

Similia habet idem Gregor. homil. 10. in Ezechiel. Sed licet mundi dilectores trituram, & iugum diaboli diligant, illud reuera onerosum est, mẽtemque, & animum deprimit, & in humũ inuertit, vnde Leuit. 26. Deus Israelitis ait: *Ego Dominus, qui confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti*: vbi Oleast. ait: Crudelis dominꝰ peccatum, vel Ægyptus, qui plagis suis nos cõtinue cutuant, soli seruiDei recte incedere norunt: Aduertit autem. Lyran. quod modus depressorũ est incedere inclinato capite, etiam quando liberantur; Cum verò iugum diaboli vsque adeó deprimat, quod nõ sinat sursum aspicere, neque mentem ad cælũ efferre, aperte constat graue admodum, & onerosum esse, etiamsi à miseris peccatoribus leue reputetur, sicut & tritura etiamsi à vitula diligatur, quasi gaudium, & quies sit, reuera tamen labor est, & pressura, vt constat ex Michæ. in cap. 4. vbi dicitur: *Ponam claudicantem in reliquias, & eam, quæ laborauerat, in gentẽ robustam.* Vbi per claudicantem intelligitur ea anima, quæ á Deo diuertebat ad terrena, & per laborantem ea, quæ iugum Domini excusserat, sibique morẽ gerebat, & per vitiorũ voluptates libera vagabatur, hanc igitur appellat Diuinũ Oraculũ laborantem; vere enim laborant, qui à Deo recedunt, iugumque Dei excutiunt, & durissimum, ac grauissimũ diaboli quærunt, quod bene agnouerat qui dicebat Isai. 19. *Tradam Ægyptium*

Osee. 10. n. 11.

Luc. 11. n. 34.

Leuit. 26 n. 13.

Mich. 4. n. 7.

tium (id est animam mundo deditam) *in manu dominorum crudelium, & Rex fortis dominabitur eorũ, ait Dominus exercituum.*

Quoniam vero impinguari bonis, & terrenis diuitijs, ac delitijs incrassari via est ad superbiendum, & excutiendum Diuinæ legis iugum, illud imprimis eniti oportet, ne conquisitis bonis terrenis extollamur, sed elatos spiritus cõprimamus, iuxta illud Ecclesiast. 7. vbi dicitur: *Melior est patiens super excelsum spiritu*: Vbi 70. habent: *Melior est patiens arrogante*, quod Hierony. explicat, dicens: Patientia non solum in angustijs, sed & in lætioribus necessaria est, ne plus quã condecet, exaltemur: Et deinde ait Eccleiast. *Qui timet Deum egreditur ad omnia.* Vbi Hieronymus ait: Qui timet Deum, nec prosperis eleuatur, nec opprimitur aduersis, &c. Deut. 8. dicitur: *Dominus Deus tuus introduxit te in terram bonam, vt cum comederis, & saturatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi*: Vbi Oleast. ait: Ecce ad quid ô homo tibi Dominus dat saturitatẽ, vt scilicet satutatus, illi benedicas, tu vero è cõtrario cũ diues fueris, nihil de eo cogitas, neque cognoscis illum, &c. Cum ergo Deus ad hoc nobis largiatur bona, vt bonorum Largitorem agnoscẽtes, eidem gratias iugiter agamus, debemus illi corda nostra submittere, & omnia bona ab illius manu accepisse profiteri, sic enim minime superbiemus, si accepisse recordemur.

Iuuat etiã maxime ne recalcitremus, victui tantum necessarijs contentos esse, quod acute deducit Alcaçar ex tertio illo sigillo ex septem, quibus liber Ioanni ostensus claudebatur. Continebat siquidem equum nigrũ, & qui sedebat super illũ habebat stateram in manu sua Apocal. 6. Existimat igitur prædictus Author hoc symbolo significari parsimoniam, & egestatem perfectorum Christianorũ, nec dissonum paupertati, in manus stateram dari; Nam primitiuorum Christianorũ parsimonia eos illi redigit, imo & redigere debet, vt nulli præter illa, quæ ad victum, & vestitum erant necessaria, quicquam amplius concederetur, ad quam pressam, & strictam viuendi rationem insinuandam miri ficum fuit hoc inuentum. Neque vero statera illa ad triticum, & hordeum ponderãda erat, licet enim statim dicatur. *Bilibris triciti denario, & tres bilibres hordei denario.* Pro voce *bilibris*, Græce est, *chœnix*, atqui chœnis mensura est, non pondus, vt dicto loco habetur, etsi latinæ vocis defectu noster Interpres nomen bilibri vsurpauerit. Est igitur statera ad ponderandam vniuscuiusque necessitatem, & indigentiam, vt congruũ pretium cuique erogetur. Et cum denarius sit pretiũ, quod operario pro diurno labore quotidie soluebatur, idẽ est dicere, *equiti bilibris tritici denario, & tres bilibres tritici denario*, ac dicere, prouideatur cui quæ necessarium, sicut prouidet sibi operarius nec alia tẽporalia præter ea bona expetat; & tres bilibres hordei denario, & qui familiam, coniungem, & filios habuerit, amplius illi prouideatur, sed rudiori alimento cõtenti sint. Est igitur sensus reipsa quẽ continent verba illa Paul. 1. Timot. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus*, quod vt fieret, dicitur equiti, *Vinum, & oleum ne læseris*: vbi in Græco, cum nec bilibris, nec triticum, nec hordeum habeant articulum, vinum tamen, & oleum, singulos habeant articulos, infertur sermonẽ esse de vulgari tritico, & hordeo; de vino autem & oleo non vulgari, sed de singulari aliquo, & peculiari, spirituali scilicet, itavt sit sẽsus: Ne in huiusmodi parsimonia, & mensura desit oleum, quo accensam alant lucernam, cognitio scilicet, fælicitatis, quæ in tali parsi-

Deut. 8. n. 10.

Apocal. 6. n. 5.

1. Timot. 6. n. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

monia reperitur, ne in tenebris ignorantiæ viuant, non agnoscendo quantum ad salutem conducat: Neue absit Spiritus Sancti vnctio quæ mẽtes permulcet, recreat, & solatur Insuper ne desit illud vinum spiritualis lætitiæ, quo solatio, & quasi adminiculo fulti rerum temporalium defectum pro nihilo ducunt iusti, imo tã læti viuunt in officio contenti, quantum nec in lætitia extolluntur, qui incrassati viuunt, & impinguati. Nam sicut dixit Senec. lib. 1. epist. 2. Honesta res est paupertas læta, si vero læta est, paupertas non est, &c. hoc igitur Filius Dei docuit, & agnoscendum adduxit ad terras, vt homines paucis contenti cælestia quærerent, ne incrassati, impinguati, & dilatati derelinquant Deum Factorem, & Redemptorem suum.

In quam sententiam videndus est Seneca lib. 1. Natural q. c. 2. loquens de circulis ac coronis quas videmus in cælo circa sydera: Non existimem istas, siue areæ, siue coronæ sint, vicinas syderum fieri: plurimum ab his absunt, quamuis cingere ea, & coronare videantur. Nõ longe à terra fit talis effigies: quam visus noster solita imbecillitate deceptus circa ipsum sydus putat positam. In vicina autem Solis, & stellarum nihil tale potest fieri quia illic æther tenuis est. Nã formæ crassis demũ, spissisque corporibus imprimi solent, In subtilibus non habent vbi consistant, Ex qua philosophia, si ad aliam superiorem, mentẽ erigamus, deprehendemus vtique ratione cur homini Inimicus pleraque imprimat appetenda & diligenda, cur vanis imaginibus voluptuosos decipiat, quod scilicet incrassati, & impinguati terrenis, facile cedãt huiusmodi tentationibus & appetitionibus quas etiam superarẽt, si subtilioribus nempe spiritualibus diuitijs, & parciori alimonia vellent esse cõtenti. Iuuat adhuc & quod ibi prosequitur Seneca reddens rationẽ quare huiusmodi circuli, & coronæ appareant: ait enim fieri hoc, cum aer condensatus, & immotus est. Lapillus inquit, in piscinã, aut in lacum, & aliquã alligatam aquã missus, circulos facit innumerabiles, & hoc quidem non facit in flumine. Quare? Quia omnem figurã fugiens aqua disturbat, & hoc quidem in aere venit, vt ille, qui manet, figurari possit, at ille, qui rapitur, & currit, nõ det sui potestatem, & omnem ictum, venientemque formam exturbet. Hæc ille, cuius philosophia naturalis moralem ostendit in eo, quod ille, qui terrena non transit tanquam aduena, & peregrinus, cælestia petens, & inquirens, sed infimis adhæret, varias patitur impressiones, & appetitiones, perpetuisq; desideriorũ circulis circũagitur, nullibi inueniens requiẽ; vnde facile recalcitrat, & aduersus Deum insurgit.

Cõqueritur Deus de Israelitis Michæ. 2. qui superbientes extulerunt manus contra eum, & ait: *Concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos, & calumniabantur virum, & hæreditatem eius*, quod de illis dicitur, qui nullũ cupiditati suæ modũ imponere didicerunt, sed quasi soli ipsi terram acceperint habitandã, omnia occupant, & in latiores semper dilatãtur circulos, quasi immota aqua ad iactum lapidis. Hieronymus autem ad dicta verba ait. Videas alios agros agris, & terminos iungere terminis, & paruo hominis corpusculo rura vrbium non sufficere, &c. Quod bene possumus explicare ex Alexandro, qui vbi innumerabiles esse credidit mundos, delirante Epicuro, lachrymas tenere non potuit, quod capi à se videbat non posse, sed quem mundus propter inexplebilem sitim dominandi non capiebat, postea Babylone modica vrna cepit, de quo

Mich. 2. n. 2.

præclare est apud Iuuenal. Satyr. 10.

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis,
Æstuat infælix angusto limite mundi.
Vt Giaræ clausus scopulis, paruaque Seripho.
Cum tamen à figulis munitam intrauerit vrbem
Sarcophago contentus erit: Mors sola fatetur
Quantula sint hominum corpuscula.

Isai. 5. n. 8. Hoc etiã videre est apud Isaiam cap. 5. vbi ait *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci, nunquid habitabitis vos soli in medio terræ?* Vbi Hieron. ait: Quæ est rabies, cum tecta, & agri ad depellendos imbres, & ad ferendas fruges haberi debeant, ea habere cupere, in quibus cunctis habitare non possis, & quæ colere non sufficias, alteriusque necessitatem tuam facere voluptatem? &c Non mirum proinde si qui cũ sic incrassantur, & dilatantur, contra Deũ recalcitrent, & illius iugum excutiant.

Vnde inferre possumus quam incongrue illi, qui in domo Dei versantur, incrassati, & ditari, ac dilatari nitantur, quibus in memoriam addu *1. Cor. 9. n. 13.* cimus illud 1. Corinth. 9. *Qui altari deseruiunt, cum altari participant*: Quæ verba sic explicat Hierony. in cap. 3. Michæ. ad finem. Permittitur tibi ô Sacerdos, vt de altari viuas, non vt luxuries: *Boui trituranti os non clauditur*; Scimus ista, & tamen licentia hac Apostolus non abutitur: Et habens victum, vestimentumque contentus est: Nocte, & die laborat manibus suis, nec cui grauis sit, & iurat in epistolis se sanctè, & sine auaritia in Christi Euangelio conuersatũ; *2. Thes. 3* Et non solum de se, sed de discipulis quoque suis hoc ipsum asserit, quod nullũ miserit, qui ab Ecclesijs aut posset aliquid, aut vellet accipere. Si autem gratulatur in quibusdam epistolis, & mittentium munera beneuolentiam Dei appellat, non tam sibi congregat, quam pauperibus Sanctis, qui erant in Hierusalem. Sancti autem pauperes hi erant in Hierusalem, qui primum in Christo crediderant de Iudæis, & projecti à parentibus & cognatis, atque affinibus suis tam possessiones, quã vniuersam suppellectilem, sacerdotibus templi, ac populo vastante, perdiderant. Si tales pauperes sunt, accipiant. Si autem sub occasione pauperum paucæ ditantur domus, & in vitro, ac vase fictili aurum comedimus, aut cum thesauris mutemus & vestes, aut pauper habitus non quærat diuitias Senatorum, quid iuuat perferre habitu paupertatem, cum marsupium nostrum vniuersa pauperum turba suspiret? Propter hoc, causa nostri, qui tales sumus, qui Sion ædificamus in sanguine, & Hierusalem in iniquitate, qui iudicamus in muneribus, qui mercedibus respondemus, qui in pecunia diuinamus, & super hoc fictam nobis sanctimoniam vendicantes dicimus; *Non venient super nos mala, &cat.* Vbi Hieronymus ostendit quantum nocumentum Dei Ecclesiæ inferant incrassati terrenis bonis, & dilatati prædijs, ac ditati diuitijs, qui ordinem sectantur Ecclesiasticum, quos adhuc recordari velim Paulum in loco citato eos admonere, qui altari deseruiunt, vt cum altari viuant, quod pro præsenti argumento videtur significare, vt Ecclesiastici, quasi coram altari positi, debent & cibum sumere, & temporalia bona comparare, quod explico ex illo Deut. 14. *Deut. 14. n. 22. & 23.* quod ad Ecclesiasticos spectat: *Decimam partem commedes in conspectu Domini Dei tui*: Vbi Oleast. sic explicat; Vt disceres quam sobrie tibi vtendum sit donis Dei, præcipit comedere coram se, non vt parcus, aut auarus, cum tibi abundanter cuncta subministret, neque propterea permitto populum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesiæ septa comedere, quoniã hoc neque Dominus vnquam in templo fieri permisit. Sic ille. Et infra in eod. cap. dicitur. *Veniet quoque Leuites, qui aliam non habet partem, nec possessionem tecũ, & peregrinus, ac pupillus, & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent, & saturabuntur.* Vbi vides Deum, qui saturitatem prohibet, liberalitatẽ vsque ad satietatem præcipere, neque concludenda bona, quæ ex altari proueniunt, nec dilatanda horrea, vt maior copia reseruetur Oleast. vero ibi ait. Non vult te parcè tua in pauperes distribuere, sed tam abunde, vt inde nõ solum nutriantur, sed etiam saturentur pauperes. Quid ergo facitis, qui tã parcè in pauperes effunditis, vt ex eis vix viuere liceat, quanto magis saturari? Audi Apostolũ 1. Corint. 9. *Qui parce seminat, parce & metet.* Hæc ille. Ex cuius doctrina duo elicimus, & Ecclesiasticos liberales debere esse in pauperes, & congrua frugalitate cibos sibi assumere, ac diuitias comparare, quasi qui coram Dei altari, & Diuino numine præsente cibum sumant.

Supra n. 29.

Quoniam vero hoc modo cibum sumere, & epulari debent, qui Ecclesiæ deseruiunt, inde factum est, vt in Scriptura epulari sumatur pro lætari, & exhilarari ad laudes Dei decantandas, sic enim debent vacare mensis, vt non omnino incrassentur, sed vires accipiãt ad incumbẽdũ Diuinis laudibus; Nam Psal. 41. dicitur: *In voce exultationis, & confessionis sonus epulantis*; id est, exultantis, & festa celebrantis, vt D. Aug. habet, & proprie ex Græco legitur. Et Psalm. 67. *Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei*: Vbi epulari est lætitiam præ se ferre; festum, ac lætũ diem agere: Et 1. Corinth. 5. *Epulemur non in fermento veteri*, id est, festum diẽ celebremus, hoc enim significat vox Græca. Vnde Syrus, & Ambros. legunt; *Festum agamus.* Debent itaque

Psal. 41. n. 4.

Psal. 67. n. 3.

1. Cor. 3. n. 8.

Ecclesiastici viri cibum sumere, non incrassari: necessaria possidere, nõ ad superflua dilatari, neque velle impinguari, & satiari in hac vita, sola namque satietas conceditur cũ apparuerit gloria Dei; terra autem hæc, præsensque vita in desiderijs tantũ transigitur, sicut ostendit Oleast. Deut. 3. in Mose, cui Deus nõ concessit ingressum promissæ terræ, neque exaudiuit in petitione propria, quem toties pro alijs exorantem audierat. Sola terræ promissæ, inquit Oleast. visione contentus moritur: Qua in re aduerte Deum in hac vita non satiare suos, sed bonis à longe ostensis desiderium excitare. Sic ille ostendit Deum seruos suos minime pati terrenis bonis saturari, & incrassari, hoc enim spectat ad eos, qui macello deputati sunt, & separati in diem malum, sicut videre est apud Amos in cap. 6 vbi dicitur. *Qui separati estis in diem malũ, & appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti: Qui canitis ad vocem psalterij, bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti.* Vbi Hieronym. ait. Qui comeditis non ad repellendam famem, & ad sustentandũ corpus humanum: sed ad delitias, atque luxuriam, vt quidquid in gregibus, & in armentis tenerum, atque pingue est, vestræ gulæ paretis, quibus nõ sufficit libido pennis, & gutturis, & æstuantis cibis aqualiculi, nisi & tibiarum, & psalterij, & lyræ cantibus aures vestras mulceatis, vt quod Dauid fecit in cultum Dei, Leuitarum ordines, & organorũ reperiens varietates: vos ad voluptatem, & luxuriam conferatis: *Et bibitis in phialis vinum*, non ad satiandã sitim, sed ad opprimendum animum. *Et vngimini* non ad labores corporis mitigandos oleo purissimo, sed vnguẽtis pretiosissimis. Cumque his delitijs affluatis, si quos videritis perire de po

Amos 6. n. 3.

pulo,

pulo, nulla misericordia super interfectione illorum flectimini, sed contemnitis quasi bruta animalia, & in suo bestias cruore pereuntes, &c. Ne proinde tanquã omnino terrenidepre hendatur, qui Deo deseruiunt, nõ incrassari, & impinguari sed necessaria tantum sumere, & quærere debent.

ANNOTAT. VII.

Recedẽtes à se quærit Deus, trahit, & amplectitur.

NOn potuit melius Diuina Bonitas commendari, quã quod impiũ peccatorem à Deo recedentem quærit, & ad illũ prior accedit, pulsat, & inuitat, iuxta illud Apocal. 3. *Ego sto ad ostium, & pulso*; Quem locum cum alio ex Cant. cap. 5. *Aperi mihi soror mea*, aptissime nectit, & explicat Ambros. ser. 1. & 12. in Psal. 118. & Hieron. epist. 22. Qui venit & ianuã pulsat, inquit Ambros. vult semper intrare, sed in nobis est quod non semper ingrediatur, non semper maneat, &c. & dicto ser. 12. ait. Etsi possit intrare, non vult tamen importunus irruere, &c. Vbi notandum est Deum non velle ad nos inportunũ intrare, at nos ab illo recedere inuerecunde, & inurbane. Caueamus tamen, vt monet idem Ambros. ne bono Amatori moras faciamus, quia cito recedit ab his, qui illi non aperiunt, & sic quando serius sponsa pesullum ostij aperuit, hic declinauerat, atque transierat Cant. 5. quid mirum autem si ille recedat, postquã inuitauit, nec receptus est, si ab illo recedimus nollẽte, ac velut dolente de nostro recessu. Sed si per moram fuerit exclusus, inquit idem Ambros. recedit, sed cito redit, & iterum pulsat, vt vel postea sponsã inueniat præparatam. O vtinã ad illum tã cito rediremus, postquã nostra voluntate, & libertate recedimus, quã citò ipse nos quæsiturus redit semel, atque iterũ expulsus &c Quod nobis constare poterit ex eo, quod non semel tantum ei sufficit resilientem vocare animam, sed multoties compellat, vocat, & prouocat, iuxta illud Cãt 6. *Reuertere, reuertere, Sulamitis, reuertere, reuertere vt intueamur te*: Vbi Hugo obseruat quater repeti, *reuertere*, propter quatuor affectiones gaudium scilicet, tristitiã, timorẽ, & spem, quibus sicut ad creaturas conuertimur, ita ad Deũ reuerti prouocamur ab ipso Deo, cui non sufficit semel, aut bis fugientem animã vocare, sed multoties vocat, & allicit, quinimo renuentẽ persequitur, vt ad se reducat, sicut quondam Laban persecutus est Iacob, vt eũ reduceret, vnde Dauid Psalm. 22. ait. *Misericordia tua subsequetur me.* Vbi verbum Græcũ significat *Persequi, sectari, & studiose affectare*, vnde Græci declarant Deum orantes, ac veluti fugientes insequi, nec desinere, aut discedere donec perquæsierit, vt sit sensus, quod misericordia recedentes peccatores persequatur, donec comprehendat. Ita exponunt Didymus, Chrysost. Euseb & Maxim centur. 3. n. 2 & Basil. qui ait. Benignitas tua nos veluti fugitiuos quosdam persequitur, & apprehendit, saluteque donat, & largitur. Similia habet Theodoret. dicens. Bonorum omnium tua inexplicabilis Benignitas est conciliatrix, nostras preces minime expectãs, sed nos velut fugientes persequens, & præueniens, & salutem impertiens in longitudine dierum, id est semper, & continue, &c. Prosequitur hoc ipsum Dionys. Areopag. Epist. 8. quæ est ad Demophilũ vbi ait tantã esse Clementiam, & Benignitatem Dei, vt nõ solũ se quærentes, sed etiam á se auersos, ac resilientes, & præuaricantes amatoriè sequatur, contendatque, ac deprecetur, ne se deserant. Et sane ap-

Cant. 6. n. 12.

Psal 22. n. 6

Cant. 5. n. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prehensum se fatetur Paul cũ Diuinæ gratiæ resisteret, dicens se sequi, vt comprehendat in quo & comprehensus est, quod bene expendit Chrysost. ibi homil. 11. vult enim esse sensũ quasi dicat Paulus: Ex pereuntibus erã, suffocabar, & prorsus periturus eram, apprehẽdit me Deus nã & ipse nos, cũ eũ fugeremus, magno studio persecutus est, sic vero habet Chrysost Eram ex perditorum numero: demergebar; pereundum mihi omnino erat, comprehendit me, ac tenuit Deus, nã & ipse nos sectatus est fugientes ipsũ magno cũ studio, propterea omnia hæc illi accepta refert: His enim verbis, cõprehensus sum, & studiu Dei demonstraui nos cõprehendere volentis. & nostrũ longinquũ recessũ, atq; orationẽ, nosq; omnino ab illo refugisse ostendit.

Philipp. 3. v. 13.

Videndus idem Chrysost. homil. 5. in Epist ad Hebræos statim in princip cũ ponderat illa verba: *Nusquã Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit*, vbi ait. Quid est apprehendit? Cur nõ dixit suscepit, sed vsus est hac dictione, apprehendit? A metaphora eorũ qui persequuntur auersos, & omnia faciunt. vt fugientes comprehendant, & resilientes apprehendant, ab ipso ensim fugientem humanã naturã, & procul fugientẽ, longe enim eram⁹, persecutus, comprehendit. Ostendit eum id fecisse sola motum benignitate & charitate, & quam nostri gerit cura, &c

Hebr. 2.

Optima sunt in hanc sententiam, quæ habet Clemens Alex Orat. ad gent. cum ait Deus ex multa benignitate, & clementia hominem retinet, & complectitur, sicut cum pullus è nido excidit, mater auis è nido auolat. si quando autem serpens pullũ deuoratus inhiet mater circumuolat, natos carissima pignora deflẽs. Deus autem Pater & suum quærit figmentum & ei, quod lapsum est, medetur, & feram persequitur, & pullum rursus in nidũ recipit, vt rursus auolet incitans. Deinde canes quidẽ, qui iã aberrauerũt, sagacibus naribus quærentes, Dominũ inuestigant: *Nouit autem*, inquit, *bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe Domini suũ, Israel autẽ me nõ cognouit.* Quid ergo Dominus? Iniuriæ acceptæ obliuiscitur, adhuc miseretur, adhuc postulat pœnitentiam. Similia habet Augustin. lib. 10. homil. homil. 34 post princip. vbi ostendit quomodo Deus desertus à nobis, minime adhuc nos deserat, sed recedentes alloquatur, vt redeant, & increpet, vt resipiscant: Non enim, inquit Augustin. sic increpat, vt insultet, sed ad confusionem vult perducere, vt sanet. Exclamauit Scriptura vehementer, nec palpauit adulando, quos voluit reparare sanando, oblita est anima se ipsam, sed amando mundum, oblita est se, sed non amando Artificem mundi pulsa est à se. Pulsa ergo à se quodammodo perdidit se; nec facta sua nouit videre, iustificat iniquitates suas, & fertur, & superbit in petulantia, in luxuria in honoribus, in potestatibus, in diuitijs: Arguitur, corripitur, ostenditur sibi, displicet sibi, & quæ ibat effusa, redit confusa. Audi vocantem & dicentem: *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Non enim Deus auertitur, & conuertitur, manens corripit, incommutabilis corripit. Auersus est, quia tu te auertisti, ergo audi dicentem. *Conuertimini ad me, & conuertar ad vos*, hoc est enim conuertar ad vos, quia conuertimini ad me. Fugientis dorsa persequitur, faciem redeuntis illuminat, qui conuersum liberat, punit auersum. Habes iudicẽ fugiens, patrem habeto rediens. Tumuerat autẽ superbia, & ipso tumore per angustam redire non poterat portam. Clamat ille, qui factus est via: *Intrate per angustam portam.* Conatur ingredi, impedit tumor, & tanto magis pernicioso conatur, quanto magis impedit tumor. Ergo detumescat bibat poculum humilitatis, non sibi magnus tumidus videatur, detumescat, vt magnus sit, vt certus sit, vt solidus: Audiat, qui dixit, intrate per angustã portam, dicentẽ: Ego sum via. Audi, quomodo amatus es, turpis, fœdus, antequam esset in te, quod amari dignũ esset. Amatus es prius, vt dignus fieres, qui amareris, & cætera, quæ prosequitur, ostendens quomodo Deus peccatores quærat, & fugientes à se solicitus quærat, quando miseri peccatores sui penitus obliti Deũ deserunt, quod maxime nos deberet vrgere ne vnquam ab ipso discederemus.

Zachar. 1.

Matth. 7.

ANNOTAT. VIII.

Longe nobiliori alimonia impinguantur à Christo filij Noui Testamenti, quam à Deo acceperint Israelitæ.

ILlud pro complemento præsentis operis præstandum erit in laudem præstantissimi beneficij á filio Dei accepti, dum nos dignatus est pretioso corpore, & sanguine suo alere, quod .s. in præsenti ostendamus latissimũ discrimẽ inter bona concessa Israelitico populo & delitias, quibus Filios noui testamenti ditauit: Etenim cibo illo incrassatus dicitur populus, & terrenus factus: at cibo sacri altaris deificatur homo, & cælestes induit mores, vnde Euseb. Epistol. ad Damasum de morte Hieronymi ait. O esca sacratissima, quã vere comedens De⁹ efficitur. O sacrum peregrinationis nostræ viaticum, ò signum dilectionis inopinabilis. Et Cyrill. Alex. lib. 4. in Ioan. cap. 17. ait. Sedat cum in nobis maneat Christus fœuentẽ mẽbrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit. Quibus similia habet Gregor. Nyssen. Orat. cathechet. c. 37. dicens: Cum intra nos fuerit hoc salutare medicamentum, veneni damnum, quod corpori fuerit inditũ, per contrariam repellit affectionem. Videdus Iulius Firmicus Matern. lib de Myster. & errorib. profan. religion. cap. 19. tom. 4. biblioth vbi ait: Christus vos epulis suis reuocat ad salutẽ, & graui veneno putres artus, & torpẽtia membra viui ficat. Quibus similia habet Laurenti⁹ Iustinian. lib de Discipl. & perfect. monast. conuersat. cap. 19. & D. Thom. opusc. 58. cap 6 & 21. Ambros. ad illud Psal. 118. *Non confundas me ab expectatione mea*, vbi ait: Ad cibum corporis Dominici, ad epulas Sacramenti, ad illud Poculum, quo fideliũ inebriatur affectus, accedentes &c.

Hinc est quod cũ à Paulo dicatur luxuriã esse in vino, Zacharias appellat hoc *Vinum germinans virgines*: vnde Cypriã. ser. de Cœna Domini ad med. ait. In hoc vino non est luxuria, nec mouetur ad ludũ post hunc potũ lasciuia. Et Paschas. lib. de Corpore, & sanguine Domini tom. 6. bibliot. ait: Fœlix fructus vbertatis, ex quo virginitas germinatur, Nã in hoc nostri germinis vino, castitas corrumpitur, ab isto vero virgines procreantur. Et Ruffin. ad illud Psal. 22. *Calix meus inebrians quã præclarus est*, ait. Vere præclarus, quo sanguis offertur immaculatus, hoc poculo fidelium inebriatur affectus. Et Laurent. Iustian. ser. de Eucharist. ait. Bibas, vt inebrieris, nõ vino, in quo est luxuria, sed amore, sed exultatione, sed iubilo. Inebriat profecto calix iste sanguinis Domini, & ex toto corde diligentẽ alienat à se, & copulat Chrsto, ipsũ Dñm audi per Prophetã dicentẽ: *Calix meus inebrians, &c.* & Chrysost. homil. 61 ad populũ, ad initiũ ostẽdit quo modo hic cib⁹ nos Deo cõiungat, & vniat, dicẽs: Vt itaq; nõ tãtũ per charitatẽ hoc fiam⁹, verũ & ipsa re in illã mis

Zach 9 n. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceamur carnem, ardenter enim amātium hoc est, &c. Hoc bene explicat Cyrill. Alex lib. 4 in Ioan. cap 17. in hūc modū. Quemadmodū si quis igne liquefactam ceram alij ceræ similiter liquefactæ, ita immiscuerit, vt vnum quid ex vtrisq; factū esse videatur; sic communicatione corporis, & sanguinis Christi ipse in nobis est, & nos in eo. Similia sunt, quæ habet lib. 10. in Ioan. c 3. & Hilar 8. de Trinit. longe post princip. ait. Quod in nobis naturalis hæc vnitas sit, ipse ita testatus est; *Qui edit carnem meam, & bibit sanguinē meum, in me manet, & ego in illo.* Quod bene explicat Leo Papa Epist 23. dicens In illa mystica distributione spiritualis alimoniæ hoc impartitur, hoc sumitur, vt accipiens virtutē Cælestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus, &c.

Videndus in hanc sententiam D. Thom. in 4 q. 2. art. 2. quæstiuncula 5. vbi asserit effectū Eucharistiæ esse incorporationē cū Christo Domino, cui veluti membrū adhæret, &c. Hinc est, quod Clemens Alex. 2. pædag. cap. 1. ante med. censet minime decere Christianū se communibus cibis tradere, & mundi mensis studere, cui datū est supercæleste cibū posse sumere. Non est, inquit ille, consentaneum, vt sint mensæ dæmoniorum participes, qui spirituali, ac diuino nutrimento digni sunt habiti. Non oportet nos voluti prodige, & profuse viuentes, quē admodum est in Euangelio similitudo filij diuitis abuti donis Patris, sed eis vti, vt qui ipsis constanter imperemus: Vt in cibos enim regnum, & dominatū obtineamus, nō vt eis seruiamus, ordinati sumus. Res est ergo præclara maxime expetenda, id, quod verum est, suspicientes, supernum alimentum persequi, & eius, quod vere est, inexplebili spectaculo impleri, firma, stabili & pura voluptate fruentes; Hanc enim charitatem oportere nos suscipere, ostendit cibus Christi. Est autē valde à ratione alienū, & inutile, & nequaquā humanū, pecudū more pingue factū, morte nutriti, lautā, & delicatā vitā persequentes, id, quod bonū est, hic vtiq; in vita, quæ nō est futura, infodientes, soli cibi deuoratione blādientes, propter quā in maiori pretio sunt coqui, quam agricolæ, &c.

Quod si in illo cibo suauitas, & dulcedo reperiebatur, vnde mellis meminit Sacer Textus, butyri, & adipis; in hoc sane mel de petra, oleūq; de saxo durissimo profluit, *de comedente* enim *exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* Nam Ieo ille de tribu Iuda, qui manducauit priusquā discipulis porrigeret, de petra s. de se ipso, melle saturauit alumnos: Vnde possemus de institutione huius Sacramenti cū Ioele dicere cap. 3. *In die illa stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac, & mel.* Ideoq; D. Thom. opusc. 57. ait. Suauitatem istius sacramenti nullus digne exprimere sufficit, per quod spiritualis dulcedo in suo fonte gustatur. Et Cyrill. Alex. dialog. 6. de Trinit. & lib. 4 in Ioan. cap. 23 ait Si mel cum naturaliter dulce sit, ea dulcia facit, quibus immiscetur, quanto magis viuificat Dei natura? &c. Vnde iā patet cur Clemens Alexand. lib. 1 pædag. cap. 6. ad fin. loquens de sacra Eucharistia assumat verba superioris textus: Suxerunt mel de petra, & oleum de petra solida, butyrū boū, & lac ouiū, deinde ostēdit quā cōgruenter olim cōmunicaturis, & recepturis hoc Sacramentū, mel, & lac tribueretur, vt sic melius intelligerent suauitatē, & supèreminentem dulcedinem, quæ in hoc cibo, & potu percipitur.

Gens illa cibo, & potu incrassata terreno, recalcitrauit, viresque contra Deū assumpsit, at in hoc Sacramento moritur homo mūdo, tantūq; Deo viuit; fælix autē mors, quæ vitā nō aufert sed in melio mutat; sicut ait Bernard.

ser. 52. in Cant. vnde Paulus præcipit vt summa cū humilitate ad hoc Sacramentū accedamus, cū ait 2. Corint. 5. *Epulemur nō in fermento veteri, neque in fermēto malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis synceritatis, & veritatis.* Vbi Paulus alludit ad cænas puras Paschatis, in quib⁹ nō fermentato, sed azymo, id est, puro pane vescebātur, quæ symbolū erāt absolutissimæ puritatis; eleganti verò metaphora sumpta à fermento quod massam eleuat, & veluti spongiosam reddit, & inflatā, superbiā supprimit, & humilitatem docet, qua etiam metaphora dixit Linus in Opusc. interprete Turriano lib. de Eucharistia 2. p. c. 3. Difficile est non inflari virtutibus egregijs, sed potius remanere submissū, & vt ita dicā azymū, neq; enim azymum intumescit. Præcipit igitur Apostol⁹, vt summa cū humilitate ad hoc Sacramentum accedamus. Vnde Siricius Papa Epist. 1. Decretal. ait. Apostolica illa impleatur præceptio, vt expurgato fermento veteri, noua incipiat esse cōsperſio, quod vero Paulus loquatur de hoc Sacramēto ostēdit Orig. homil. 6 in Iosue, Titus Bostrenus ad c. 22. Luc. tom. 1. bibliot. Isidor. Pelusiot. lib 4. Epist. 162. Chrysost. homil. de ieiunio primæ Paschæ.

2. Cor. 5. n. 8.

Iure autem ad sumendū hunc cibū humilitas requiritur. Nihil enim magis in eo docetur, quam humilitas, quippe in quo Christ⁹ maximè humiliatur, sicut probat Aug. Cōcione 1 in Psal. 33. propè med. vbi ait. Nisi esset humilis Christus, nec manducaretur, nec biberetur. Et D Francisc. in exhortatione ad fratres suos post initiū tom. 5. bibliot. ait. Ecce quotidie humiliat se, sicut quādo à regalibus sedibus venit in vterū Virginis, quotidie venit ad nos ipse humilis apparēs, quotidie descēdit de sinu Sūmi Patris super altare in manibus Sacerdotis, &c.

Ex eoque maximè constat humilitas Christi Domini in hoc Sacramēto quod in eo patiatur, quantū ad species scilicet, quod in Cruce minimè passus est, nēpe, vt frāgatur, & diuidatur, sicut aduertit Chrysost. hom. 24. in 1. ad Corint. post initiū, vbi ait. Hoc licet videre fieri in Eucharistia, in Cruce autē nō itidē, sed vtique ei contrarium, *os enim*, inquit, *eius non conteretur*, sed quod nō passus est in Cruce, hoc in oblatione patitur, &c. Quibus similia, sed in maiorē commendationem humilitatis Christi Domini in hoc pane contenti, dicit Tertullian. lib de Idolatria cap. 7. Semel, inquit, Iudæi Christo manus intulerunt, isti quotidie (scilicet peccatores) Christi corpus lacessunt. O manus præscindendæ, &c. Videndus Methodius in sinopsi decem Virginū, vbi hoc prosequitur argumentum. Cum igitur tanta humilitas ad hūc cibum requiratur tāque humilis Christus Dominus sub speciebus sumatur, minimè poterit impinguare, & dilatare hic panis, vt recalcitremus aduersus Dominū, sed potius, vt illi humiliemur, & perfectè subdamur, eiusque iugo colla submittamus.

Terren⁹ ille cibus, & pinguedo obliuionē Dei ingessit Hebræo populo, & in causa fuit, quod immemor beneficiorū à Deo recalcitrans recesserit. Hic vero cibus alterius cruditatē digerit, & memoriā Dei inducit, quod prosequitur Prosper lib. Cōtra Collatorē longe post initium dicens: Inde priusquam edēdo carnem filij hominis, & bibendo sanguinem eius lethalem digerat cruditatem, labitur memoria, errat iudicio, nutat incessu. Neque vllo modo idone⁹ est ad illud bonum eligendū, & concupiscendū, quo se sponte priuabit. Sic ille ostendit quomodo cibus iste terrenorum ciborum digerat cruditates, & imperfectiones absumat, quo facilius egerantur. Quod vero memoriam ingerat Dei in carne ostēdit Paul cū 1. Corin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

i. Cor. 11. n. 26.

11. ait: *Quotiescumque manducabitis panẽ hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis.* Vbi pro annuntiabitis Syrus vertit, *in memoriam reuocabitis.* Nec solum vobis, sed potius populo, sicut aduertit Anselm. Ambrosius, & Theophylact. qui addit. Eo affectu debetis esse imbuti, cum sumitis Eucharistiam, perinde quasi in illa ipsa Christi effetis vespera, adeoq; Cæna, eidemque accumberetis thoro, & ab ipso Christo acciperetis Sacrum istud: Illa enim ipsa est Cæna, & illã ipsam mortem annuntiamus id est demonstramus, vsque ad secundum eius aduentum, &c. Et Laurent. Iustinianus serm. de Cæna Domini ait. Dominicam Passionem, quæ in Sacramento hoc mystice celebratur, memoria teneant. Et paulo inferius addit Dolores mediatoris nostri, irrogata conuitia, excepta flagella aceti, & fellis pocula, clauorum, & lanceæ vulnera ex rediuiua sacrificij huius celebratione memorentur. Similia sunt, quæ habet Gaudent. Brixian. tom. 2. bibliot. serm. 2. de Paschate ad fin. cum ait. Quo & ipsi Sacerdotes, & omnes pariter fidelium populi exemplar passionis Christi ante oculos habentes quotidie, & gerentes in manibus, ore etiam sumente, ac pectore redẽptionis nostræ indelebili memoria teneamus, &c. Suffragatur D. Martial. ad Burdigalenses cap. 3. tom. 3 bibliot. dicens: Quod autem Iudæi per inuidiã immolauerunt, putantes se nomen eius à terra auolare. Nos causa salutis nostræ in ara sanctificata proponim⁹, scientes hoc solo remedio nobis vitam præstandam. Hoc enim ipse Dominus noster iussit agere in sui cõmemorationem. Huiusmodi sunt, quæ habet Cyprian. Epist 63. paulo ante fin. & Proclus Archiepiscop. Constãtinopolitan. lib. de Traditione Diuinæ Missæ apud Claudium de Sainctes in Liturgijs in præfat. Illud obnixè amplectebantur, quod in memoriam semper haberent verbum illud Domini dicentis: *Hoc facite in meam commemorationem.* Plura habet Iustinus Martyr Apolog ad Antonin. Pium ad fin. & Ambros. lib. de Sacrament. cap. 4. Cyrill. Alexan. Epist 10. ad Nestorium de Excommunicat. post med. & Dionys. Areopag. lib. de Ecclesiastica Monarchia ad fin. cuius hæc sunt verba. Diuina autem imitatio quonam modo aliter in nobis iam imprimetur, nisi sanctissimorum Dei operũ memoria renouetur, semper Pontificijs, & laudibus, & sacrificijs? Hoc enim facimus, vt scripta Diuina loquuntur, in eius commemorationem, &c.

Est itaque cibus iste obliuionis antidotum, & remedium, de quo videtur dixisse Baruc: *Exurge Hierusalem, & sta in excelso, & vide collectos filios tuos in verbo Sancti, gaudentes Dei memoria;* quæ singula quadrant optimè in Eucharistiam, cũ iure dicatur memoria Dei, eã enim fidelibus ingerit, & obliuionem exulare facit, dũ hoc celebrãt, & participant Sacramentum. Necessum vero fuit, vt Christus Dominus tantũ hoc remedium suæ Ecclesiæ prouideret. Nam cum nihil in homine æquè fragile sit ac memoria, sicut dixit Plin. lib. 7. cap. 24. Hic vero panis fortium datus sit ad expellendas omnes infirmitates nostras, memoriam Seruatoris Christi causat, & obliuionem rerum omnium temporaliũ inducit. Vnde Cyprian. ser. de Cæna Domini post med. ait. Cum sopiuit obliuio cuncta carnis ludibria, mira sunt, quæ sẽtit, magna, quæ videt, inaudita, quæ loquitur &c. In quam sententiam videndus est Clemens Alexan. 1. pædag. cap. 6. paulo ante fin. vbi ait de hoc Sacramento. Sciẽdum est quod panis in vinum temperatum coniectus, vinum arripit, quod est aqueum autem relinquit; Ita etiã caro Domini, quæ est panis Angelorum, ebibit sanguinem. Baruc. 5. n. 5.

nem. Eos, qui ex hominibus sunt cælestes, ad incorruptionem enutriens: Solas autem illas carnales cupiditates, & corruptiones relinquens Sic ille.

Clarius adhuc hæc doctrina cõstabit, si aduertamus apud Sanctos Patres per aquas intelligi in Scriptura voluptates, ita Ambros. de Pænitent. cap. 14 Hierony. in cap. 2. Ionæ, Aug. lib. 1. quæst. Euangelic. cap. 22, & lib. 83 quæst. q. 64. & tract. 15. in Ioan. Gregor. 12. Moral. cap. 11. & lib. 16. cap. 30 vbi per aquã intrantem in interiora facilitatem, ac procliuitatem ad peccandũ intelligit. Dum igitur Sacratissimus Panis ad nos ingreditur vinum secum assumit, quod Christus Dominus consecrauit in memoriam passionis suæ, hoc enim significat vinum ipsum in Scriptura ex Origen homil 10. in Genes. Hierony. in cap 31. Hierem. & Zachar. 9. & Ose. 7 & August. in Psal 74 Vinum igitur assumit, & attrahit, inducens communicãtibus memoriam passionis suæ, a quam vero voluptatum, & rerum sæcularium à mente & memoria expellit. Si vero sicut narrat Baptista Fulgos. lib. 1. de dictis, & factis mirabilibus cap. 6. de clerico Germanico. Clericus quidam, qui obliuionẽ induerat omnium, quæ antea agnouerat, ita vt nec etiam alphabeticas literas agnoceret, hausto sanguine, omnium memoriã recepit; Quid mirum si is, qui calicem salutaris accipit, qui corpus, & sanguinem Christi sumit, in memoriam mirabiliũ Dei facile redeat, cum in talem memoriã hic cibus fuerit à Christo Domino institutus: Qua in re longe superat, & excedit pingue illud alimentum, quo incrassati filij Israel, obliti beneficiorum Dei à salutari, & Redemptore suo recesserunt.

Deniq; vt eniteat excellẽtia huius alimoniæ, non eam iam conferamus cum terrenis cibis promissæ terræ, sed cum sublimi, nempe manna de cælo dato Hebræis, quod fecit Christus Dominus Ioan. 6. quando dixit: *Non sicut manducauerunt Patres vestri manna, & mortui sunt.* Vbi notandus venit locus ille Tertull. lib de Resurrect. carnis cap. 48 cum ait. Exemplum porro ex diuersitate, an ex paritate componitur? Vtique, inquis, ex paritate, &c. Quasi dicat, quod sicut quando duo inuicem comparantur, æqualia debẽt esse, ita quando vnum alteri opponitur quod de vno negatur, in altero reperiatur necesse est. Quando igitur negatur vita (scilicet spiritualis) concessa ex sũptione illi⁹ cibi, necesse est, vt asseratur de hoc cibo, & pane quod Cyrill. dixit lib 4. in Ioan. cap. 16. his verbis. Mannæ alimentum non æternam vitam, sed breue famis remediũ afferebat; Sanctum vero Christi Corpus ad immortalitatem, & vitam æternam nutriens cibus est. Et cap 13. Audis aperte clamante non habituros vitam, nisi sanguinẽ eius biberimus, & carnem manducauerimus: In vobis autem dicit (id est in corpore vestro) Et cap. 14. Nõ ergo verbo solum semper (vt diximus) verum etiam tactu mortuos excitabat, vt ostenderet corpus quoque suũ viuificare posse quod in solo tactu suo corrupta redintegrãtur. Quomodo nõ viuemus, qui carnem illam & gustamus, & manducamus? Et Tertullian. explicans illud Pauli; *Sicut in Adam omnes moriuntur*, lib. de Resurrect. carnis cap. 48. ait. Carne viuificabantur in Christo, sicut in Adam carne moriuntur. Et Irenæus lib. 4. cap. 34 ait Corpora nostra percipientia Eucharistiam iã non sunt corruptilia speciem resurrectionis habentia. Vbi videndus est Feuardentius, qui multa affert ex Sanctis Patribus, & inter alios Sanctum Martyrem Roffensem afferentem nostra cadauera secum deferre ad sepulchra occultam Ioan. 6. n. 59.

occultam resurgendi virtutem, quam illis hoc venerabile Sacramẽtum impertiuit, quæ virtus ossa semper comitatur vsque dũ in eis ebullire incipiat, & ebullire faciat. Videndus item Nyssen. Orat. cathechet. cap. 37. vbi ait. Ostensum sit autem aliter fieri nõ posse, vt nostrum corp° sit in immortalitate, nisi per cõmunionẽ cum immortali, factũ sit particeps incorruptionis. Similia habet Ansel. in 1 ad Corint. cap. 10 Rupert. lib. 6. in Ioan. post med. Damascen. 4. de fide cap. 14 Algerus lib. de Sacramento altaris cap. 11. Et hæc est ratio cur hic cibus comparat° sit arbori vitæ in paradiso collocatæ, vt videre est apud Ambros lib. de paradiso c. 9. quod optime prosequitur Moses Barcephas p. 2. cõment. de paradiso cap. 6. Paschasius lib. de corpore, & sanguine Domini cap. 1. Rupert lib. 2. in Apocal. vbi ait. Sed nunquid vt resurgamus, & viuamus in æternum, de illo materiali ligno est edendũ? Non vtique, sed *qui manducat*, inquit, *carnem meam, & bibit sanguinem meum habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.*

Proinde cum longe digniori cibo dignatus sit nos alere Deus, in quo omnia bona pariter reperiuntur, quo sumpto omnia mala facile superare possumus, illo, sicut decet, vtamur, quo spiritualibus diuitijs longe aliter dilatati non recalcitremus, sed potius humiliemur, mentem, & rationẽ captiuantes in obsequium fidei, quandoquidem fidei est hoc mysterium. Nullatenus derelinquamus eum, qui in tantis malis huius vitæ tantum bonũ præbuit in Pane vitæ. Minime recedamus á DeoSalutari, & Redemptore nostro, quinimo illi adhæreamus, qui ait; *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo.* Si enim vere manducando in illo manserimus in hac vita, mansiones in domo Patris ipsius merebimur; Quid enim nobis negabit in patria, qui tantum viaticum tribuit in misera huius vitæ via.

Huius itaque Dei fidem protestamur, Sponsæque ipsius Ecclesiæ sanctionibus immobiliter adhæremus, nihilque, quod ei, aut bonis moribus quomodolibet contradicat, vllatenus recognoscimus, quinimo ex nunc, & in perpetuum non dictum volumus.

LAVS DEO.



INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

QVÆ IN HOC VOLVMINE adducuntur, & explicantur.

Cap. 1. Genes.

1 IN *principio creauit Deus cælum, & terram. fol. 3. col. 2*
2 *Spiritus Domini ferebatur super aquas fol. 186. col. 3. & fol 267 col. 1*
4 *Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux. 65. c. 3*
9 *Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt. 25. c. 2*
12. & 13. *Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum, &c. 329. c. 2*
26 *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. 145. c. 3. & 153. c. 1. & 186. c. 4*
29 *Ecce dedi vobis omnem herbam agri, vt sit vobis in escam & cunctis animalibus. 252 c. 4*
31 *Dei perfecta sunt opera. 64. c. 3*
41 *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. 64. c. 3*

Cap. 2.

7 *Inspirauit in eum spiraculum vitæ. 73. c. 1. & 187. c. 1*
10 *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum, &c. 99. c. 1*
19 *Produxit Dominus lignum vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni, & mali. 222. c. 3*

Cap. 3.

1 *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. 118 c. 1*
12 *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi &c. 72. c. 3*
14 *Terram comedes. 4. c. 1*
16 *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. 37. c. 1. & 266. c. 1*
18 *Maledicta terra erit tibi in omnibus operibus tuis, in tristitia, &c. 240. c. 1*
19 *Quia comedisti ex ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra, &c. 336. c. 3*

Cap. 4.

1 *Possedi hominem per Deum. 113. c. 2*
2 *Fuit Abel pastor ouium Cain vero agricola. fol. 168. c. 2*
5 *In quacumque die comederitis, aperientur vobis oculi. 80. c. 1*
7 *Peccasti, quiesce: ad te conuersio eius, & tu ipsius dominaberis. 202. c. 1*
10 *Quid fecisti? 13. c. 3*
13 *Maior est iniquitas mea, &c. 81. c. 3. & 302. c. 1.*
14 *Ecce eicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar. 293 c. 4*
15 *Posuit enim signum in eo, vt non interficeret, &c. 102. c. 4*

Cap. 8.

7 *Egrediebatur, & non reuertebatur. 255. c. 4*

Cap. 9.

9 *Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit: nescio, &c. 190. c. 1*
20 *Capit Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam. 196. c. 3. & 243. c. 4*

Cap. 11.

6 *Cæperunt hoc facere, ne desisterent à cogitationibus suis, &c. 232. c. 1*

Cap. 12.

1 *Egredere de terra tua. 51. c. 2. & 256. c. 1*
2 *Faciam te in gentem magnam. 306. c. 4*
2 *Magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. 306. c. 4*

Cap. 13.

2 *Ascendit Abraham de Ægypto; erat autem diues valde, &c. 216. c. 1*
13 *Homines Sodomitæ erant pessimi, & peccatores coram Domino 341. c. 4*
17 *Perambula terram in longitudine, & latitudine sua, &c. 171. c. 4*

Cap 14.

19 *Benedictus Abrahã Deo excelso, qui creauit, &c. 114. c. 1*
22 *Leuo manum meam ad Deum excelsum possessorem cæli, & terræ. 3. c. 2. & 223. c. 4*

Cap. 15.

1 *Noli timere Abraham, ego protector tuus sum. 270. c. 3*
5 *Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. 195. c. 1*
6 *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad*

Universidad de Deusto
Biblioteca

salutem,&c. 77. *c.* 2. *&* 211. *c.* 3
16 *Non sunt completæ iniquitates Amorrhæorum.* 81. *c.* 3
Cap. 16.
8 *Agar ancilla Sarai vnde venis,& quo vadis?&c.* 215. *c.* 3
Cap 17.
1 *Ambula coram me & esto perfectus.* 304. *c.* 2
Cap. 18.
2 *Cum vidisset Abraham tres viros, cucurrit, &c.* 56. *c.* 4
11 *Erant ambo senes, prouectæque ætatis,&c.* 36. *c.* 4
Cap 19
2 *Obsecro Domine declinate in domum pueri vestri,&c.* 57. *c.* 1
8 *Ingressi sunt vmbra culminis mei.* 273. *c.* 1
12 *Omnes,qui tui sunt,educ de vrbe hac,delebimus enim locum istum,&c.* 198. *c.* 1
Cap.21.
8 *Creuit puer,& ablactatus est.fecitque Abraham, &c.* 47. *c.* 2
12 *Eijce ancillam hanc, & filium eius.* 36. *c.* 4
14 *Tollens Abraham panem, & vtrem aquæ imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum.* 270 *c.* 1
Cap.22.
2 *Tolle filium tuum,quem diligis,Isaac.* 179. *c.* 3
4 *Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum.* 42. *c.* 2
17 *Multipl.cabo semen tuũ sicut stellas cæli,& sicut arenam,quæ est in littore maris.* 269. *c.* 1
Cap.23.
6 *Tu es Princeps Dei apud nos.* 273. *c.* 2
9 *Det mihi Ephrom speluncam duplicem, & pecunia digna tradat eam mihi.* 246. *c.* 3
13. *Dabo pecuniam pro agro.* 94. *c.* 2
Cap 24.
36 *Ego Abraham seruus sum, Dominus benedixit hero meo.* 244. *c.* 3
50 *A Domino egressus est sermo.* 97. *c.* 3
Cap.25.
8 *Deficiens mortuus est Abraham in senectute bona.* 286 *c.* 4
10 *De agro,quem Kauah.* 114. *c.* 1
Cap.27.
29 *Seruiant tibi populi, & adorent te tribus, esto Dominus fratrum tuorum.* 306. *c.* 1
Cap.28.
37 *Seruies fratri tuo.* 38. *c.* 2
Cap.29.
20 *Videbantur ei pauci dies præ amoris magnitudine.* 181. *c.* 4. *&* 241. *c.* 3
Cap.31.
20 *Noluit Iacob consiteri socero suo quod fugeret,* 197 *c.* 2
27 *Cur ignorante me fugere voluisti,&c. fol.* 30. *col.* 4. *& fol.* 310. *col.* 4
49 *Lapidem erexit in titulum, dixitque fratribus, &c.* 4 *c.* 2
Cap. 32.
9 *Reuertere ad terram Patrum tuorum,& ad generationem tuam, eroque tuum.* 223. *c.* 4
10 *Minor sum cunctis miserationibus tuis, &c.* 126. *c.* 2
10 *In baculo meo transiui Iordanem istum,& nunc cum duabus,&c.* 216. *c.* 1. *&* 218 *c.* 4.
20 *Placabo illum muneribus, forsitan propitiabitur mihi* 93. *c.* 4
26 *Non te dimittam,nisi benedixeris mihi.* 110. *c.* 3
28 *Qui custodit veritatem in sæculum.* 82. *c.* 2
Cap. 33.
9 *Habeo plurima frater mi, sint tua tibi.* 258. *c.* 4
11 *Suscipe benedictionem,quam attuli tibi, & quã donauit mihi Deus.* 172. *c.* 2
Cap.34.
14.15 *&c. Vasa bellantia iniquitatis.* 81. *c.* 3
Cap. 37.
3 *Israel diligebat Ioseph super omnes filios, eo quod &c.* 169. *c.* 1
25 *Viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camellos eorum &c.* 282. *c.* 1
31 *Collegit pedes suos super lectulum, & obijt. fol.* 283 *col.* 2
Cap. 39.
8 *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid,&c.* 174. *c.* 2
12 *Relicto pallio fugit Ioseph.* 33. *c.* 3. *&* 4
12 *Apprehensa lacinia vestimenti eius dixit, &c.* 297. *c.* 1
Cap. 40.
7 *Cur tristitior est hodie solito facies vestra? &c.* 32. *c.* 1
23 *Oblitus est interpretis sui Ioseph.* 170. *c.* 2
Cap. 41.
40 *Tu eris super domum meam,& ad tui oris,&c.* 37. *c.* 2
41 *Dicit Pharao ad Ioseph: Ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti, tulitque, &c. fol.* 232. *c.* 2
Cap. 42.
8 *Audiui quod triticum venundetur in Ægypto, descendite &c.* 330. *c.* 2
23 *Nesciebant quod intelligeret Ioseph, eo quod per, &c.* 2. *c.* 1
Cap.47.
Vlt. Detestantur Ægyptij omnes pastores ouium. 48. *c.* 4
Cap. 44.
16 *Inuenit Deus iniquitatem seruorum suorum.* 81. *c.* 3
Cap 48.

5 *Duo ergo filij tui,qui nati sunt tibi in terra Ægypti,&c.* 231. *c.* 1
Cap. 49.
3 *Principium doloris sui.* 270. *c.* 1
4 *Effusus es sicut aqua,non crescas, quia &c.* 20. *c.* 4. *&* 217. *c.* 4
11 *Ligans ad vineam pullum suum, lauabit in vino stolam suam &c.* 340. *c.* 2
14 *Issacar vidit terram quod esset bona, & supposuit humerum suum.* 290. *c.* 3
15 *Vidit terram quod optima,& supposuit humerũ suum,&c.* 197 *c.* 1
17 *Fiat Dan coluber in via,cerastes in semita, &c.* 260 *c.* 3
21 *Nephtali seruus emissus,dans eloquia pulchritudinis.* 276. *c.* 2
Cap. 50.
24 *Visitauit vos Dominus, & ascendere vos faciet de terra ista.* 330. *c.* 1

Ex lib. Exodi. Cap. 1.

8 *Surrexit Rex nouus super Ægyptum,qui ignorabat Ioseph.* 171. *c.* 1
Cap.2.
13 *Quod percutis proximum tuum.* 275. *c.* 1
14 *Quis constituit te Principem, & Iudicem super nos,&c.* 123. *c.* 1
14 *Nunquid me occidere tu vis?* 236. *c.* 2
Cap.3.
2 *In flamma de medio rubi.* 140. *c.* 4
14 *Ego sum,qui sum: sic dices filijs Israel, &c. fol.* 84 *col.* 1
Cap.4.
7 *Tollens Moyses tabernaculum tetendit extra castra,non prope,sed procul.* 262. *c.* 4. *&* 287. *col.* 4
10 *Non sum eloquens ab heri, & nudius tertius, &c.* 5. *c.* 3
11 *Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus, &c.* 5. *c.* 4
18 *Vadam,& reuertar ad fratres meos in Ægyptum, &c.* 40. *c.* 2
20 *Tulit Moyses vxorem suam, & filios suos, &c.* 40. *col.* 1
22 *Primogenitus meus Israel.* 113. *c.* 4. *&* 115. *c.* 1. *&* 148. *c.* 2
Cap.5.
2 *Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & emittam Israel?&c.* 228. *c.* 3
Cap. 6.
3 *Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Iacob &c. & nomen,&c.* 163. *c.* 4
6 *Eruam de seruitute, & redimam in brachio excelso.* 114. *c.* 1
Cap 7.
9 *Cum dixerit vobis Pharao,ostendite,&c.* 32. *c.* 1
19 *Dic ad Aaron. tolle virgam tuam, & extende, &c.* 130. *c.* 1
Cap. 8.
8 *Orate pro me Dominum.* 228. *c.* 3
25 *Ite, & sacrificate Deo vestro in terra hac, &c.* 48. *c.* 4
Cap 9.
1 *Dimitte populum meum,vt sacrificet mihi: quod si, &c.* 130. *c.* 3
9 *Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit.* 102. *c.* 1. *& cap.* 33 *n.* 3. *&* 5. *& cap.* 54. *n.* 9
Cap.10.
3 *Dimitte populum meum; sin autem resistis, ego &c.* 130. *c.* 3
Cap. 12.
11 *Quia salus huic domui facta est.* 41 *c.* 2
35. *&* 36. *Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptijs,&c.* 131. *c* 1
Cap. 13.
17 *Non eos duxit Dominus per viam terræ Philistiim,quæ vicina est,&c.* 212. *c.* 2
19 *Armati ascenderunt filij Israel de terra Ægypti.* 330. *c.* 1
Cap 14.
19 *Tollens se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel,abijt post eos,&c.* 269. *c.* 2. *&* 270. *col.* 4
24 *Occurrit Moysi in itinere & volebat &c.* 40. *c.* 1
26 *Cuncti greges pergent nobiscum.* 39. *c.* 2. *&* 49. *c.* 3
Cap. 15.
2 *Iste Deus meus, & glorificabo eum, Deus patris mei,&c.* 76. *c.* 3
13 *Dux fuisti in misericordia tua.* 299. *c.* 1
20 *Posui te in monte sancto Dei.* 273. *c.* 1
Cap. 16.
19 *Nullus relinquat ex eo vsque mane.* 178. *c.* 2
Cap. 17.
11 *Quando Moyses tollebat manus & vincebat Israel Amalecitas.* 288. *c.* 1
Cap.18.
21 *Prouide de omni populo viros potentes, & timẽtes Deum,&c.* 277 *c.* 4
Cap.19.
4 *Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptijs, quomodo portauerim vos super alas aquilarum* 268. *c.* 1
5 *Si audieritis vocem meam,& custodieritis pactũ, &c.* 196. *c.* 1
6 *Vos ipsi vidistis quomodo portauerim vos super alas aquilarum.& assumpserim mihi.* 270. *c.* 4
20 *Cum dimisissent quidam ex eis vsque mane.scatere cæpit vermibus.* 178. *c.* 3
Cap.20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

18 Totus populus videbat vocem. 76. c. 1
21 Populus de longè Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus. 288. c. 2
Cap. 21.
33 Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, &c. 22. c. 1
Cap. 23.
15 Non apparebis in conspectu Domini Dei tui vacuus. 80. c. 2
Cap. 24.
7 omnia, quæ loquutus est Dominus, faciemus, &c. 40. c. 4
Cap. 25.
20 Versis vultibus in propitiatorium. 42. c. 2. & 83. c. 4
Cap 32.
1 Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant, Moysi enim huic viro, &c. 131. c. 2
4 Hi sunt Dij tui, qui te eduxerunt de terra Ægypti. 131. c. 3
6 Et sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere 204. c. 4. & 259. c. 2
7 Vade descende, peccauit populus tuus, &c. 180. c. 3. & 103. c. 3. & 150. c. 3
12 Præcipis vt educam populum istum, & non indicas mihi quem missurus es mecum. &c. 302. c. 2
17 Vlulatus pugnæ auditur in castris 103. c. 1
32 Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis dele me de libro tuo 218. c. 3
32 Non possum solus sustinere onus populi. 257. c. 3
34 Tu autem vade, & duc populum istum. 299. c. 1
Cap. 33.
9 Omnis populus, qui habebat aliquam quæstionẽ, egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra 287. c. 2
Cap. 34.
3 Nullus ascendat tecum, ne videatur, &c. 31. c. 4
6 Dominator Domine Deus misericors, & clemens, patiens, &c. 172. c. 2
9 Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro, vt gradiaris, &c. 211. c. 2
12 Cave ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, sed aras eorum destrue, &c. 355 c. 1
Cap. 35.
20 Non videbit homo faciem meã, & viuet. 303. c. 2

Ex lib. Leuit. Cap. 1.

16 Offerat eam Sacerdos ad altare, vesiculã vero gutturis, &c. 215. c. 1
Cap. 3.
17 Omnis adeps erit Domini iure perpetuo in generationibus, & cunctis, &c. 343. c. 2
Cap. 5.
26 Omnis alienigena non comedet de sanctificatis, inquilinus Sacerdotis, &c. 199. c. 3
Cap. 7.
23 Loquutus est Dominus ad Moysen dicens: loquere filijs Israel. Adipem ouis, & bouis, & capræ non comedetis, &c. 3. 9 c. 3
Cap. 11.
10 Quidquid pennulas & squamas non habet corũ, quæ in aquis mouentur, &c. 207. c. 4
14 Omne, quod reptat super terrã, abominabile erit, nec assumetur in cibum. 286. c. 2, & 3
Cap. 18.
27 Omnes execrationes illas fecerunt accolæ terræ. 105. c. 4
Cap. 19.
23 Coram cano capite consurge. 167. c. 1
24 Quarto igitur anno omnis fructus eorum sanctificabitur, &c. 161. c. 1
Cap. 25.
22 Comedetis veteres fruges vsque ad nouum annũ: donec noua nascantur, edetis vetera. 165. c. 1
23 Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos aduenæ, & coloni mei estis, &c. f. 292. c. 4
Cap. 26.
4 Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis. &c. 25. c. 2
9 Respiciam vos, & crescere faciam, multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. fol. 105. c. 1
13 Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne seruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti. fol. 37
18 Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correctiones vestras septuplum, &c. 227. c. 2
19 Dabo vobis cælum desuper sicut ferrum. 19. c. 3
26 Comedetis, & non saturabimini. 17
41 Circumcisa mens eorum. 206. c. 3

Ex lib. Numer. Cap. 1.

2 Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes, &c. 46. c. 3
Cap. 6.
2 Vir, siue mulier cum fecerint votum, vt sanctificentur. 50. c. 1
Cap. 8.
6 Tolle Leuitas ex medio filiorum Israel, & purificabis eos iuxta hunc ritum. 48. c. 3
Cap. 9.
18 Ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. 298. c. 2.
23 Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur. 389. c. 1

Cap. 10.
31. Noli relinquere nos: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus fol. 298. col. 3.
vlt. Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel. fol. 298 col. 3.
Cap. 11.
12. Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam. fol. 205. c. 1.
16. Congrega mihi Septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, &c. 167. c. 1
16 Elige præsbyteros populi, &c. 318. c. 2
21 Sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis. Dabo eis esum carnium mense integro. 212. c. 1
Cap. 13.
29 Terra, ad quam misisti nos, re vera fluit lacte, & melle, &c. 83. c. 1
Cap. 16.
13 Nunquid parum est tibi quod eduxisti nos de terra, quæ lacte, & melle manabat, &c. 331. c. 2
41 Murmurauit multitudo filiorum Israel contra Moysen, & Aaron, &c. 235. c. 3
Cap. 18.
11 Primitias eorum, quos dabunt Domino, tibi dedi. 136. c. 1
12 Omnem medullam olei, vini, & frumenti, quidquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi. fol. 340. c. 2
20 In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, &c. fol 194. c. 1. & 244. c. 3
Cap. 19.
11 Omnis, qui tetigerit mortuum, immundus erit. fol. 105. c. 1
Cap. 20.
17 Obsecramus, vt nobis transire liceat per terram tuam; non ibimus per agros, &c. 251 c. 3
25 Tolle Aaron, & filium eius cum eo, & duces in montem Hor. 207. c. 2
Cap. 21.
4 Profecti sunt de monte Hor per viam, quæ ducit ad mare rubrum. &c fol. 242. c. 3
20 Si filia Sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, &c. 199. c. 3
22 Obsecro, vt transire mihi liceat per terram tuã; non declinabimus in agros, & vineas, &c. 162. col. 2
Cap. 23.
7 De Aran adduxit me Balac. fol. 299. c. 1
Cap. 24.
3 Dixit homo, cuius obturatus est oculus, qui cadet, &c. fol. 135. c. 2
Cap. 27.
16 Prouideat Dominus Deus Spirituum omnis carnis hominem super multitudinem hanc. 318. c. 1.
Cap. 30.
3 Si quis virorum votum Domino vouerit. 49. c. 4
Cap. 31.
2 Vlciscere de Madianitis, & colligeris ad populum tuum. 89. c. 1
Cap. 34.
15 Acceperunt partem suam trans Iordanem. fol. 194. c. 1
Cap. 35.
31 Non accipietis pretium ab eo, qui reus est sanguinis. 92 c. 2

Ex lib. Deuteron. Cap. 1.

16 Audite illos fol 2. c. 2
17 Non erit distantia personarum, ita paruũ audietis, vt magnum. 91. c. 1
32 Nec sic quidem credidistis Domino Deo vestro, qui præcessit vos in via, &c. 298. c. 1
43 Et persecutus est eos Amorrhæus, sicut solent aues apes persequi. 299. c. 4
Cap. 2.
1 Profecti inde venimus in solitudinem, & circuiuimus montem Seir longo tempore. fol. 212. c. 1. & 299. c. 4
31 Dixit Dominus ad me: Ecce cœpi tibi tradere Sehon, &c. 171. c. 4
Cap. 3.
21 Oculi tui vident quæ fecit Dominus Deus noster duobus his Regibus, &c. 172. c. 1
Cap 4.
5 Scitis quod docuerim vos præcepta, atque iustitias, sicut mandauit mihi Dominus Deus meus, &c. 112. c. 2. & 135. c 3
20 Vos tulit Dominus de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populum hæreditarium. 235. c. 2
32 Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die, quo creauit Deus hominem super terram, &c. 157. c. 1
37. & 38. Dilexit Patres tuos, & elegit semen eorum post eos, eduxitque te, &c. vt deleret nationes maximas, & fortiores te, &c. fol. 194. c. 4. & 299. c. 2
Cap. 6.
7 Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi in corde tuo, &c. 156. c. 4
Cap. 7.
6. & 9. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis, &c. Ipse Deus fortis, & fidelis, custodiens pactum, & misericordiam diligentibus se, &c. 66. c. 3. & 194. c. 4
8 Eduxit vos Dominus in manu forti, & redemit de domo seruitutis, de manu Pharaonis, &c. 114. c. 1
26 Quasi spurcitiam detestaberis, & veluti inqui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

namentum, ac sordes abominationi habebis, &c. fol. 101. c. 2

Cap. 8.

2 Recordaberis cunctí itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus, &c. 212 c. 2
5 Sicut erudit homo filium suum, sic Dominus Deus tuus eruduit te, vt custodias, &c. 135. c 4
7 & 10. Dominus Deus tuus introduxit te in terram bonam, &c. vt cum comederis, & saturatus fueris benedicas Domino Deo tuo pro terra &c fol. 371. c. 1.
11 Attende tibi ne obliuiscaris Domini Dei tui, & non custodias mandata, & iudicia, & iustitias illius, &c. 344. c. 2
15 Ductor tuus fuit in solitudine magna, atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens, &c. 211 c. 1
17 Robur meum, aut fortitudo manus meæ parauit. 170. c. 4

Cap. 9.

6 Scito ergo quod non propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimã, &c. 172. c. 1

Cap. 10.

1 & 3. Dola tibi duas tabulas lapideas. 28. c. 3
9 Non habuit Leui partem, neque possessionem cũ fratribus suis &c. 194. c. 1
12 Nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te nisi vt timeas Dominum Deum tuum, &c. f. 112. c 1
15 Patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amauit eos, elegitque semen eorum post eos, &c. 157. c. 2
14. & 15. En Domini Dei tui cælũ est, & cælum cæli, & omnia, quæ in ea sunt. Et tamẽ Patribus tuis conglutinatus est Dominus, &c. 344. c. 3
16 Circumcidite præputium cordis vestri. 206. c. 3

Cap. 11.

A n. 10 Terra enim, ad quam ingrederis possidendam, non est sicut terra Ægypti, &c. sed montuosa est, & campestris, de cælo expectans pluuias, quam Dominus Deus tuus semper inuisit, &c 330. c. 3
17 Iratus Dominus claudat cælum, & pluuiæ non descendant, &c. 19. c. 3

Cap 12.

12 Neque enim habet aliam partem, & possessionẽ inter vos. 194. c. 1

Cap. 13.

1 Si surrexerit en medio tui prophetes aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum, &c. 159. c. 2

Cap. 14.

23 Decimam partem comedes in conspectu Domini Dei tui. fol. 371. c. 2
29 Veniet quoque Leuites, qui aliã nõ habet partẽ, nec possessionem tecum, &c. fol.

Cap. 15.

11 Non deerunt pauperes in terra habitationis vestræ 56. c. 2

Cap. 16.

19 Non accipies personam, nec munera, quia auaritia excæcat oculos sapientum, &c fol. 92. c. 3. 294 c. 2
20 Iuste quod iustum est persequeris. 88 c. 4
21 Non plantabis lucum, & omne arborem frondosam iuxta altare Domini Dei tui. 333. c. 4

Cap. 18.

19 Qui verba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existam. f. 5. c 2
20 In terra eorum nihil possidebitis nec habebis partem inter eos, &c 198. c 4

Cap. 19.

9 Timebis Dominum Deum tuum & diliges ex toto corde tuo. 152. c 1
21 Oculum pro oculo, & dentem pro dente. 210 c. 2

Cap. 20.

8 Quis est homo, qui ædificauit domum nouam? vadat, & reuertatur, &c. 197 c. 3

Cap. 21.

20 Filius iste noster proteruus 357. c. 2

Cap 22.

6 Si ambulans per viam in arbore, vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis, vel ouis, &c. 207. c 3
21 Scio cogitationes eius, quæ facturus sit hodie antequam introducam eum in terram, &c. fol. 370. c. 1

Cap. 23.

3 Pauperes non misereberis in iudicio fol. 91. col. 3
7 Non abominaberis Ægyptum, quia aduena fuisti in terra eius 174 c. 1

Cap. 27.

9 Attende, & audi Israel, hodie factus es Domini Dei tui. 196. c. 3

Cap. 28.

29 Percutiet te Dominus amentia, & cæcitate, ac furore mentis, &c. 300. c. 1
49 Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ. 271. c. 1
66 Erit vita tua suspensa coram oculis tuis. f. 133. col. 336. c. 2.

Cap 29.

5 Adduxit vos quadraginta annis per desertum, non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta &c. 213. c. 2

Cap. 30.

6 Circumcidit Dominus cor tuum. 206. c. 3

11. & 12. Mandatum hoc, quod ego præcipio vobis, &c. non est in cælo situm. 24. c. 4
18 Prædico tibi hodie quod pereas. 4. c. 1

Cap. 31.

16 Ecce tu dormies cum Patribus tuis, & populus iste cõsurgens fornicabitur post Deos alienos, &c 101. c. 1
27 Ego scio contentionem tuam, & ceruicẽ tuam durissimam. 136. c. 3
28 Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras atque Doctores, &c. fol 1. c. 2
31 Portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium &c. 269 c. 3

Cap. 32.

1 Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei. fol. 1. c. 1
10. & 11. Mores eorum sustinuit. 147. c. 2

Cap. 33.

3 Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. 135. c. 4
17 Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua illius, cornua rhinocerotis, &c. 280. c. 3
29 Beatus es tu Israel, quis similis tui populo? Qui saluaris in Domino, scutum, &c. 270. c. 4

Ex lib. Iosue. Cap. 1.

1 Non te deseram, neque derelinquam f. 345 col. 4
2 Moyses seruus meus mortuus est. surge, & transi Iordanem istum 9. c. 4 & 207. c. 1
10 Transite per medium castrorum. 288 c 3

Cap. 2.

23 Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras. 83. c. 2

Cap. 5.

4 Omnis populus qui egressus est de Ægypto vniuersi bellatores viri mortui sunt in deserto, &c. 212. c. 2

Cap 6.

5 Cum audierit vocem tubarum vlulabit omnis populus vociferatione maxima. 78. c. 1
20 Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox, sonitusque increpuit, muri illico corruerũt, &c. 78. c. 1

Cap. 9.

23 Sub maledictione eritis & non deficiet de stirpe vestra ligna cædens, &c. 50. c. 4

Cap. 13.

6 Veniet in partem hæreditatis Israel, sicut præcepit tibi. 194. c. 1

Cap. 15.

13 Caleph dedit partem in medio filiorum Iuda. fol. 194 c 1

Cap. 19

49 Dumque complesset sorte diuidere terram singulis per tribus suas, dederunt filij Israel possessionem Iosue filio Nun in medio sui. fol. 318 col. 2

Cap. 24.

14 Seruiendum Domino corde perfecto, atque verissimo 199. c. 3
26 En lapis iste erit vobis in testimonium quod audieritis omnia verba Domini, &c. 4. c. 1

Ex lib. Iudicum. Cap. 2.

1 Ascendit Angelus de Galgalis ad locũ flentium. 24 c. 3
19 Postquam autem mortuus esset Iudex reuertebãtur, & multo faciebant peiora, &c. 111. c. 3

Cap. 4.

18 Intra ad me Domine mi, intra ne timeas. fol. 121 c. 3
21 Tulit itaque Iahel clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum, & ingressa abscondite, &c. 29. c. 2

Cap 5.

12 Surge Debora surge, & loquere. 267. c. 1

Cap. 6.

12 Si Dominus nobiscum est, quomodo apprehenderunt nos hæc omnia? 224. c. 1
14 Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel. 300 c. 3
22 Dominus tecum virorum fortissime. fol. 300. col. 2

Cap. 7.

13 Narrabat aliquis somnium proximo suo, & in hunc modum referebat. Vidi somnium, &c. f. 351. c. 1

Cap. 8.

22 Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filij tui, non dominabor vestri, &c. 306. c. 2

Cap. 11.

35 Heu me filia mea, &c. 50. c. 3

Cap. 13.

22 Perij o mulier quia vidi Deum. 280. c. 4

Cap. 14.

14 De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo, &c. 12. c. 3

Cap. 15.

18 Sitiens valde clamauit ad Dominum, & dixit. Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc, &c. fol. 11. col. 3

Cap. 16.

9 Philistijm super te Samson. 186. c. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex lib. Ruth. Cap. 3.

9 EXpande pallium tuum super famulã tuam: &c. 48.c.1. & 269.c 4

Ex lib. 1.Reg. Cap.1.

18 VIrtus eius non sunt amplius in diuersa mutati. 338 c 4
23 Mansit mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum à lacte 47.c.1

Cap. 2.

1 Quia lætata sum in salutari tuo. fol. 138. col. 2. & fol 244. c. 2
2 Non est sanctus sicut Dominus, & non est fortis sicut Deus noster. 66. c. 4
24 Non est bona fama filij mei, quam audio de vobis. 115 c. 4
28 Nunquid non aperte reuelatus sum domui Patris tui: fol. 1.c.4
35 Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet, &c. fol. 187.c.2

Cap. 3.

10 Loquere Domine quia audit seruus tuus. 39.c.1. & 167.c.4

Cap.4.

1. & 2. Castrametatus est iuxta lapidem adiutorij. Inito autem certamine terga vertit Israel, &c. 153. c 4

Cap. 8.

3 Declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. fol. 93 c. 3. & 94.c 4
7 Non te abiecerunt, sed me 46. c. 3

Cap 12.

6 Dominus, qui fecit Moysen, & Aaron, & eduxit Patres nostros de terra, &c. 114 c. 2
23 Absit autem hoc à me peccatum, vt cessem pro vobis orare Dominum. 275.c.3

Cap.13.

9 Fecit Saul holocausta Domino, & pacifica. fol 43 c.2
14 Quæsiuit Dominus virum iuxta cor suum. fol 180. col.4
13 Si non feciſſes, iam nunc præparaßet Dominus Regnum &c. 180. c.1

Cap.14.

35 Ædificauit Saul altare Domino. tuncque primũ cœpit ædificare altare Domino. 43.c.2

Cap 15.

17 Nonne cum parvulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? &c. 214. c. 1
2 Melior est enim obedientia quam victimæ. fol. 45. col. 3
23 Pro eo, quod abiecisti sermonem Dei, abiecit te Dominus ne sis Rex. 277.c.2
30 Nunc honora me coram populo. 294. c.1

Cap.16.

11 Mittite, & adducite eum, neque enim discumbemus priusquam ille veniat 307 c.4
23 Quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saul, & Dauid tollebat citharam, &c. fol. 46. c.2

Cap. 17.

26 Quid dabitur ei, qui alienigenam hunc interfecerit? 175. c.2
34 Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, & vrsus &c. 277. c.1

Cap.18.

1 Dilexit eum Ionathas quasi animam suam. fol. 107. c.4
25 Non habet Rex sponsalia necesse, nisi tantum centum præputia Philistinorum, &c. fol. 181. col. 3

Cap.28.

2 Ego custodem capitis mei ponam te. 190 c. 2
5 Vidit Saul castra Philistijm, & timuit, & expauit cor eius. 177. c. 3
15 Coarctor nimis, siquidem Philistijm pugnant aduersum me, & Deus recessit à me &c f. 102. col. 4

Ex lib.2. Reg.Cap.1.

21 ABiectus est clypeus fortium, clypeus Saul. 272. c.4
22 Gladius Saul non est reuersus inanis. 18. c. 3
26 Amabilis super amorem mulierum. 147.c 3

Cap 6.

21. & 22. Ludam, & vilior ero in conspectu Domini. 43.c.1

Cap. 7.

8 Ego te tuli de pascuis sequentẽ greges, vt esses dux super populum meum Israel 214. c. 1
18 Et quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque? 215.c.2
27 Inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te oratione hac. 273. c. 1

Cap. 8.

1 Post hæc percussit Dauid Philistijm, & humiliauit eos, & tulit Dauid frænum tributi de manu, &c. fol. 359. c.2

Cap.12

5 Viuit Dominus quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc. fol 2.col.1
13 Peccaui Domino. 100. c. 4

Cap. 13.

29 Misit Absalon ad Ioab, vt mitteret eum ad Regem

Regem Dauid patrem suum, &c. 232.c.3
Vlt. Cessauit Rex persequi Absalon, eo quod consolatus esset super Ammon interitu. 186. c. 2

Cap. 14.

14 Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur. fol. 264. c. 2
17 Sicut Angelus Domini, sic est Dominus meus Rex. vt nec benedictione, nec maledictione moueatur fol.2 c. 2

Cap. 15.

30 Porrò Dauid ascendebat cliuum Oliuarum: scandens, & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite, &c. 219. c.4

Cap.16.

1 Apparuit Siba in occursum eius cum duobus asinis, &c. 94. c 2
3 Remansit in Hierusalem, dicens: Hodie restituet mihi domus Israel Regnum Patris mei. 94. c. 2
4 Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphiboseth. 89.c.3
7 Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. fol. 95.c.1

Cap. 17.

11 Congregetur ad te vniuersus Israel à Dan vsque Bersabee: quasi arena maris innumerabilis, &c. fol.25. c. 3

Cap 18.

25 Si solus est, bonus nuntius est in ore eius. fol. 278. c.3

Cap. 21.

3 Quid faciam vobis, & quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hæreditati Domini? 89. c. 2
9 Crucifixerunt illos in monte coram Domino. fol. 89. c. 2

Cap. 24.

7 Ego pastor sum peccaui; Ego, qui pastor sum, malè egi; illi vero, qui grex sunt, quid fecerunt? fol. 275. c. 3
17 Fiat manus tua contra me, & in domum Patris mei. 273.c 4
21 Nunc scio certissimè quod regnaturus sis in Israel. 314. c.1

Ex lib. 3. Reg. Cap. 1.

40 AScendit vniuersa multitudo post eum. fol. 330. c. 1

Cap.2.

2 Confortare, & esto vir. 96. c. 1
8. & 9. Habes apud te Semei, qui maledixit mihi maledictione pessima quando ibam ad castra, &c. Tu noli pati eum esse innoxiũ. 95. c. 1. & 198. c. 2
24 Viuit Dominus, qui firmauit me, & collocauit me super solium Dauid Patris mei, &c. 312. c. 1
Cap.3.
5 Postula quod vis, vt dem tibi. 319. c. 1

Cap. 6.

6 Domus cum ædificaretur de lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata est, &c. fol. 28. c. 3. & fol. 277. c. 4

Cap.13.

2 Altare, altare, hæc dicit Dominus. 14. c. 2

Cap.14.

6. & 7. Ego missus sum ad te durus nuntius. Vade, & dic Ieroboam, &c. 120. c. 2

Cap.19.

9 & 10. Ecce sermo Domini ad eum, dixitque illi. Quid hic agis Elia? At ille respondit. Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, &c. 255 c. 4
21 Tulit par boum ex duodecim iugis, in quibus arabat, mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, &c. 297 c. 3

Cap.20.

42 Quia dimisisti hominem dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius. 317. c. 3

Cap 21.

2 Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina est. & prope &c 198. c. 1
4 & 6. Non dabo tibi hæreditatem Patrum meorum. Non dabo tibi vineam meam. 201. c. 2

Ex lib. 4. Reg. Cap. 2.

9 OBsecro Domine, vt fiat spiritus tuus duplex in me. 285. c. 3

Cap. 4.

29 Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum, &c. 32. c. 3

Cap.6.

15 Heu, heu Domine mi, quid faciemus? 193. c. 1

Cap. 9.

23. & 24. Conuertit manum suam, & fugit, &c. Porro Iehu percussit Ioran inter scapulas, & egressa est sagitta per cor eius. 276. c. 4
37 Hæccine est illa Iezabel? 306. c. 1

Cap. 11.

11 Et steterunt singuli habentes arma in manu sua circum Regem. 189. c. 2

Cap.13.

17 Iace sagittam, & iecit, & ait Eliseus. Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam &c. 26, c. 1

Cap.18.

32 Transferam vos in terram, quæ est similis terræ vestræ, terram fructiferam, &c. 331. c. 4

Cap.19.

28 Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas. Ponam itaque circulũ in naribus tuis, & chamum, &c fol. & 359. c. 2

Cap. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 *Extendam in Hierusalem mensuram Samariæ. fol.* 203. c. 2

Ex lib. 1. Paralipom. Cap. 16.

18 FVniculum hæreditatis vestræ 194. c. 3
Cap. 29.
11 13. *& seq. Tua est Domine magnificentia, & potentia, atque victoria &c. Nunc igitur Deus noster confitebimur tibi, &c. Quis ego, & quis populus meus, &c.* 108. c. 3

Ex lib. 2. Paralip. Cap. 2.

2 ET octoginta, *qui caderent lapides de monte.* 28. c. 3
Cap. 12.
4 *Vos reliquistis me, & ego reliqui vos. fol.* 345. *col.* 4
Cap. 13.
12 *In exercitu nostro dux Deus est: Filij Israel no lite pugnare contra Dominum Deum Patrum vestrorum, &c.* 299. c. 2
Cap. 15.
2 *Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo. Si quæsieritis eum, inuenietis, si autem derelinqueritis eum, derelinquet vos.* 345. c. 4
Cap. 27.
2 *Fecitque quod erat rectum coram Domino, iuxta omnia, quæ fecit Ozias pater suus excepto, quod nõ est ingressus templum Domini.* 111. c. 3

Ex lib. 2. Esdræ Cap. 9.

25 COmederunt, & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundauerunt delitijs in bonitate tua magna. 340. c. 3

Ex lib. Tobiæ. Cap. 5.

14 INquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum. 189. c. 1
Cap. 6.
2 *Ecce piscis immanis exiuit ad deuorandũ eum.* 224. c. 4
Cap. 9.
2 *Si me ipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ.* 192. c. 3
Cap. 12.
12 *Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandiũ tuũ, &c. Ego obtuli orationem tuam Domino.* 191. c. 1

Ex lib. Hesther. Cap. 1.

6 STratum lapide. 27. c. 2
Cap. 6.
8 *Imponi debet super equum, qui de sella Regis est.* 86. c. 4
13 *Amman festinauit ire in domũ suam lugens, & operto capite.* 219. c. 4
Cap. 13.
16 *Ne despicias hæreditatem tuam. fol.* 194. c. 3
Cap. 14.
5. & 11. *Audiui à Patre meo, quod tu Domine tulisses Israel de cunctis Gentibus, & patres nostros, &c. Ne tradas Domine sceptrum tuũ his, qui non sunt &c.* 191. c. 1
13 *Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, &c.* 11. c. 1

Ex lib. Iob. Cap. 1.

9 NVnquid gratis colit Iob Deum? 141. c. 2. & 294. c. 1
Cap. 2.
4 *Pellem pro pelle, & cuncta, quæ homo habet, dabit pro anima sua.* 188. c. 1
Cap. 4.
19 *Consumentur velut à tinea.* 103. c. 4
Cap. 5.
3 *Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.* 282. c. 2
4 *Per diem incurrant tenebras.* 307. c. 1
5 *Cuius messem famelicus comedet.* 13. c. 1
7 *Homo nascitur ad laborem, sicut auis ad volatũ.* 59. c. 1. & 216. c. 4. & 336. c. 4
13 *Qui comprehendit sapientes in astutia sua. fol.* 102. c. 1
17 *Increpationem Domini ne reprobes. fol.* 227. *col.* 2
25 *Morientur, & non in sapientia.* 134. c. 4
26 *Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicus infertur acervus tritici in tempore suo. fol.* 236. *col.* 4
Cap. 7.
15 *Suspendium elegit anima mea.* 336. c. 1
17 *Quid est homo, quia magnificas eum?* 190. c. 2
Cap. 8.
30. & 31. *Si lotus fuero aquis niuis, &c. Tamen sordibus intinges me.* 100. c. 2
Cap. 10.
17 *Instauras testes tuos contra me.* 239. c. 1
Cap. 14.
2 *Homo nunquam in eodem statu permanet, sed quasi, &c.* 84. c. 2
4 *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* 104. c. 3

Cap. 15.
25 *Tetendit aduersus Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est. fol.* 340. c. 4. & *fol* 342. c. 1
26 *Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est, &c.* 349. c. 4
Cap. 18.
7 *Arctabuntur gressus virtutis eius.* 261. c. 1
Cap. 20.
17 *Non videat riuulos fluminis, torrentis mellis, & butyri.* 332. c. 1
Cap. 21.
14 *Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* 364. c. 4
19 *Cum reddiderit, tunc sciet.* 135. c. 2
Cap. 12.
18 *Cum ille implesset domos eorum bonis.* 334. c. 3. & 174. c. 4
25 *Erit Omnipotens contra hostes tuos.* 300. c. 3
28 *In vijs tuis splendebit lumen.* 66. c. 1
Cap. 23.
10 *Ipse vero scit viam meam, & protrahit me quasi aurum, quod per ignem transit. fol.* 229. *col.* 3
11 *Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea. fol.* 60. *col.* 1. & 66. c. 1
Cap. 26.
8 *Qui ligat aquas in nubibus* 19. c. 3. & 21. c. 3
Cap. 27.
11 *Docebo vos per manum Dei.* 280. c. 2
Cap. 28.
3 *Eos, quos oblitus est pes egentis hominis & inuios.* 138. c. 2
7 *Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis.* 268. c. 4
13 *Sapientia vero non inuenitur in terra suauiter viuentium.* 112. c. 2
28 *Ecce dixi homini: Ecce timor Domini ipse est sapientia, & recedere à malo intelligentia. fol.* 135. c. 3
Cap. 29.
11 *Oculus fui cæco, & pes claudo.* 101. c. 4
16 *Pater eram pauperum.* 146. c. 3
22 *Super illos stillabat eloquium meum.* 17. c. 1
23 *Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum.* 18. *col.* 1. & 3
Cap. 30.
6 *In desertis habitant torrentium.* 326. c. 2
26 *Expectabam bona, & venerunt mihi mala, præstolabar lucẽ, &c.* 108. c. 4
Cap. 31.
6 *Appendet me in statera iusta.* 203. c. 1
7 *Si declinauit oculus meus de via, & si secutus est oculus meus. &c.* 93. c. 2
35 *Quis mihi det auditorem? fol.* 2. c. 3
Cap. 32.
11 *Expectaui sermones vestros, audiui prudentiam vestram. &c.* 2. c. 2
Cap. 34.
10 *Viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.* 66. c. 4
17 *Nunquid qui non amat iudicium sanari potest? &c.* 88. c. 4
19 *Non accipit personas Principum, nec cognouit Tyrannum, &c* 91. c. 1
Cap. 35.
6. & 7. *Si peccaueris, quid Deo nocebis? Et si iustè egeris, quid donabis ei? &c.* 100. c. 4
Cap. 36.
10 *Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat, & loquetur, vt reuertantur ab iniquitate. fol.* 15. c. 4
18 *Non te supprimat ira, vt aliquem opprimas, &c.* 94. c. 4
Cap. 37.
3 *Lumen illius super terminos terræ. fol.* 287. *col.* 1
11 *Frumentum desiderant nubes.* 21. c. 2
Cap. 38.
35 *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia ducent tibi, adsumus?* 310. c. 1
Cap. 39.
16 *Penna struthionis similis est pennis herodij & accipitris.* 272. c. 3
19 *Quæ induratur ad filios suos, quasi non sint sui.* 147. c. 4
20 *Priuauit eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam.* 110. c. 4
30 *In arduis ponet nidum suum.* 337. c. 3
33 *Vbicumque cadauer fuerit, statim adest. fol.* 271. c. 2
Cap. 42.
5 *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.* 224. c. 4

Ex lib. Psalmor. Psal. 1.

2 IN lege Domini voluntas eius. 266. c. 1
3 *Fructum suum dabit in tempore suo.* 71. c. 3. & 136. c. 1
Psal. 2.
1. & 2. *Quare fremuerunt gentes, &c aduersus Dominum.* 109. c. 1. 186. c. 1
8 *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* 195. c. 1
18 *Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea.* 200. c. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index locorum

Psal.3.
4 Tu autem Domine susceptor meus es. 270. c. 4
Psal.4.
1 In tribulatione dilatasti mihi. 261 c. 2
2 Fili hominum vsque quo graui corde? 343. c. 1
3 Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? 85. c. 2
6 Quis ostendit nobis bona? 221. c. 2
8 a fructu frumenti, vini, & olei multiplicati sunt. 171. c. 1
Psal.5.
6 Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. 134. c. 2
7 Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. fol. 182. c. 1
12 Lætentur omnes, qui quærunt te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis. 221. c. 2
13 Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. 300. c. 4
Psal.6.
7 Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. 105. c. 1
8 Inueteraui inter omnes inimicos meos. 103. c. 1
Psal.7.
7 Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum. 277. c. 1
10 Consumetur nequitia peccatorum. 103. c. 4
11 Adiutorium meum à Domino. 270. c. 4
Psal.8.
3 Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas, &c. fol. 5. col. 3
Psal.9.
7 Periit memoria eorum cum sonitu. 84. c. 2
21 Sciant gentes quoniam homines sunt. 218. c. 1
23 Dum superbit impius, incenditur pauper. 229. c. 4. & 238. c. 3
38 Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. 77. c. 3
Psal.10.
6 Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. fol. 104. c. 1
Psal.11.
1 Saluum me fac Domine, quoniã defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum. 85 c. 1
3 Labia dolosa in corde, & corde loquuti sunt. fol. 101. c. 4
Psal.13.
1 Dixit insipiens in corde suo; non est Deus. 110. c. 1. & 126. c. 2
Psal.14.
2 Qui loquitur veritatem in corde suo. 85. c. 4
Psal.15.
2 Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorũ meorũ non eges. 108. c. 3. & 221. c. 1
4 Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. 228. c. 3
5 Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. fol. 76. c. 1. & 194. c. 2. & 208. c. 3
6 Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas Domini præclara est mihi 194. c. 2
8 Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, 304. c. 2
Psal.16.
5 Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. 60. c. 1
8 Custodi me Domine, vt pupillam oculi. 188. c. 2
10 Oleum peccatoris non impinguet caput meum. 121. c. 4
Psal.17.
3 Protector est omnium sperantium in se. 270. c. 4
10 Inclinauit cælos, & descendit. f. 3. c. 1
12 Tenebrosa aqua in nubibus aeris. 21. c. 4
30 Quoniam in te eripiar à tentatione. 209. c. 4
31 Deus meus impolluta via eius. 66. c. 1
36 Dedisti mihi protectionem salutis tuæ. 270. c. 4
45 In auditu auris obediuit mihi. 41. c. 1
45 Populus, quem non noueram, seruiuit mihi. fol. 143. c. 2
46 Filij alieni mentiti sunt mihi. fol. 84. c. 4. & 101. c. 4
Psal.18.
6 Exultauit, vt gigas, ad currẽdam viam. 311. c. 4
8 Lex Domini immaculata. 265. c. 2
9 Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. 27. c. 2. & 264. c. 3
Psal.20.
3 Dimisisti illos secundum desideria cordis illorum. 43. c. 3
Psal.21.
21 Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. 188. c. 1
27 Edent pauperes, & saturabuntur. 258. c. 3
Psal.22.
1 Dominus regit me, & nihil mihi deerit. 301. c. 3
4 Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. 80. c. 2
4 Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. fol. 223. c. 3. & 301. c. 2
6 Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. 309. c. 4
Psal.23.
1 Domini est terra, & plenitudo eius. 23 c. 1
2 Super flumina præparauit eum 180. c. 1
4 Rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide. 66. c. 3
Psal.24.
15 Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet

Sacræ Scripturæ.

euellet de laqueo pedes meos. 83. c. 4
Psal.26.
3 Si exurgant aduersum me castra. 77. c. 3
12 Mentita est iniquitas sibi. 79. c. 4
Psal.28.
5 Vox Domini confringentis cedros, & confringet, &c 48 c. 1
9 Vox Domini præparantis ceruos. 276. c. 2
Psal.29.
1 Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me. fol. 352. c. 1
6 Non mouebor in æternum 232. c. 4
Psal.30.
1 Infirmata est in paupertate virtus mea 103. c. 4
4 Propter nomen tuum deduces me. 99. c. 2
9 Saluasti de necessitatibus animam meam. fol. 352 c. 1
16 In manibus tuis sortes meæ. 179. c. 1
Psal.31.
8 Firmabo super te oculos meos. 179 c. 1
9 Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. 121. c. 1
10 Sperantem autem in Domino misericordia circumdabit. 212. c. 2
Psal.32.
10 Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes, &c. 109. c. 1. & 136 c. 3
12 Beata gens, cuius est Dominus Deus eius, populus quem elegit in hæreditatem sibi. 194. c. 4
14 De præparato habitaculo tuo 84. c. 3
Psal.33.
4 Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. 62. c. 4
6 Accedite ad eum & illuminabimini 141. c. 3
8 Immittet Angelus in circuitu timentium Dominum. 191. c. 1
11 Diuites eguerunt & esurierunt. 139. c. 2
Psal.34.
2 Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. 300. c. 4
18 In populo graui laudabo te. 137. c. 2
Psal.35.
10 Beatus est populus, cuius est Dominus Deus ipsius. 208. c. 3
Psal.36.
7 Subditus esto Domino, & ora eum. 39. c. 2
35 Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. 47. c. 4
Psal.38.
8 Verumtamen in imagine pertransit homo. fol. 18. c. 1
10 Protector noster aspice Deus. 270. c. 4
13 Aduena sum & peregrinus, sicut omnes Patres mei. 243. c. 1
Psal.39.
8 In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam. 136. c. 1. & 307. c. 4
13 Cor meum dereliquit me. 215. c. 3
18 Dominus sollicitus est mei. 179. c. 2
Psal.40.
4 Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius 242. c. 1
5 Sana animam meam, quia peccaui tibi. 100. c. 4
Psal.41.
5 In voce exultationis, & confessionis sonus epulantis. 36
Psal.43.
6 In te inimicos nostros ventilabimus cornu. fol. 299. c. 3
18. & 19. Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te, &c. Et non recessit retro cor nostrũ. 352. c. 1
19. & 20. Declinasti semitas nostras à via tua. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis. fol. 232. c. 1
24 Exurge, quare obdormis Domine? 267. c. 1
Psal.44.
2 Lingua mea calamus scribæ velocitet scribentis. 10. c. 3. & 75. c. 3
5 Specie tua, & pulchritudine tua, &c. Propter veritatem, &c. 86. c. 4
6 Sagittæ tuæ acutæ. 26. c. 1
8 Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. fol 88. col. 4
11 Audi filia, & inclina aurem tuam. 6. c. 2
Psal.45.
2 Transferentur montes in cor maris. 138. c. 2
Psal.46.
5 Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob, quẽ dilexit. 194. c. 4
10 Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. 272. c. 4
10 Quoniam Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt 273. c. 2. & 196. c. 1
Psal.47.
3 Mons Sion latera Aquilonis, ciuitas Regis magni. 279. c. 2
14 Ponite corda vestra in virtute eius. 272. c. 1
Psal.48.
4 Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam 10. c. 3. & 20. c. 3
7 Væ his, qui confidunt in virtute sua & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. fol. 246. c. 1
13 Homo cum in honore esset non intellexit. fol. 217 c. 2
Psal.49.
4 Aduocauit cælum desursum, & terram discernere populum suum. fol. 3 c. 1
7 Audi populus meus, & loquar Israel, & testificabor

Universidad de Deusto
Biblioteca

cabor tibi. 195. c. 2
21 *Arguam, & statuam contra faciem tuam.* fol. 16. c. 2

Psal. 50.

5 *Peccatum meum contra me est semper.* fol. 171. col. 3
6 *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, &c.* fol. 100. c. 4
14 *Docebo iniquos vias tuas.* 66. c. 1
16 *Libera me de sanguinibus.* 104. c. 3
17 *Domine labia mea aperies, & os meum annũtiabit laudem tuam.* 21. c. 2
19 *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* f. 233. col. 1

Psal 51.

4 *Sicut nouacula acuta fecisti dolum.* 104. c. 1
8 *Videbunt iusti & super eum ridebunt, & dicẽt: Ecce, &c.* fol. 178 c. 3

Psal. 52.

5 *Qui deuorant plebem meam, vt cibum panis.* fol. 115. c. 3

Psal. 54.

7 *Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo, &c.* 49. c 3
11 *Die, ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas.* 81. c. 3
13 *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi.* 209. c. 4
22 *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi, &c.* 121. c. 4

Psal. 57.

5 *Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt, &c.* 102. c. 3

Psal. 58.

4 *Irruerunt in me fortes.* 207 c. 2
8 *Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorum, quoniam quis audiuit?* fol. 3 6 c 2
11 *Deus meus, misericordia eius præueniet me.* fol. 309. c. 4
12 *Ne interficias eos, ne quando obliuiscantur nominis tui.* 201. c. 1
12 *Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur nominis tui.* 207. c. 3. & 4

Psal. 59.

11 *Quis deducet me in ciuitatem munitam?* f. 299. c 2. & 300. c. 3

Psal. 60.

5 *In velamento alarum tuarum sperabo.* 72. c. 1

Psal. 61.

5 *Et in siti currit.* 80 c. 1
6 *Verumtamen Deo subiecta est anima mea.* fol. 39. c. 2
7 *Nonne Deo subijcitur anima mea, ab ipso enim patientia mea?* 175. c. 1
10 *Vani filij hominum, & mendaces filij hominũ.* 76. c. 3
11 *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* f. 294. col. 2

Psal. 62.

6 *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea.* 343. c. 3
9 *Adhæsit anima mea post te me suscepit dextera tua.* 302. c. 2. & 303. c. 1
11 *Partes vulpium erunt.* 194. c. 2

Psal. 65.

6 *In flumine pertransibunt pede.* 253. c. 4
14 *Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt, &c.* f. 85. col. 1

Psal. 66.

2 *Vt cognoscamus in terra viam tuam.* 66. c. 1

Psal. 67.

4 *Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei.* fol. 362. c. 3
10 *Infirmata est, tu vero perfecisti eam.* fol. 359. col. 4
10 *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ &c.* 19. c. 3
26 *Præuenerunt Principes coniuncti psallẽtibus, &c.* 191. c. 1

Psal. 68.

23 *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.* fol. 112. c. 3

Psal. 70.

11 *Persequimini, & comprehendite eum, quia non est, &c.* 103. c. 1
15 *Non cognoui literaturam.* 283. c. 3

Psal. 71.

6 *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut &c.* fol. 17. col. 3

Psal. 72.

12 *Abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias* fol. 196. col 3
25 *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? &c. Defecit caro mea &c* f. 199. col. 1. & 221. c. 2. & 295 c 1. & 301 c. 1
26 *Pars mea Deus in æternum.* 193. c. 1
27 *Omnes, qui elongant se à te peribunt.* 230. c. 3

Psal. 73.

2 *Redemisti virgam hæreditatis tuæ.* 195. c 2
21 *Pauper, & inops laudabunt nomen tuum.* fol. 55. col. 3

Psal. 74.

5 *Dixi iniquis, nolite inique agere.* 134. c. 2

Psal. 75.

6 *Nihil inuenerunt viri diuitiarum.* fol. 99. col. 4. & 196. c. 3
22 *Exurge Domine Deus meus in causam meam.* fol. 267. col. 1
26 *Defecit cor meum, & caro mea, Deus cordis mei, & pars*

& pars mea Deus in æternum. 199. c. 2

Psal. 76.

3 *Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum.* 223. c. 2
12 *Memor fui operum Domini, quia memor ero ab initio* 174. c. 4
17 *Etenim sagittæ tuæ pertransierunt.* 8. c. 3

Psal. 77.

1 *Inclinate aurem vestram in verba oris mei.* fol. 5. c. 3. & fol. 6. c. 4
1 *Attendite populo meus legem meam, &c.* fol. 109 c. 1
5 *Suscitauit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel.* fol. 157. col. 1.
6 *Quanta mandauit Patribus nostris nota facere ea filijs suis.* 156. c. 4
7 *Vt ponant in Deo spem suam, & mandata eius exquirant.* 76. c. 1
8 *Generatio, quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius.* 111. c. 2
12 *Coram Patribus eorum fecit mirabilia.* 157. c. 3
19 *Nunquid & panem poterit dare, aut parare mẽsam in deserto?* 251. c. 1
34 *Cum occideret eos quærebant eum & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum.* 225. c. 2 & 228. c. 1
40 *Quoties exacerbauerunt eum in deserto.* 19. c. 1
54 *Eiecit à facie eorum gentes, & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.* 177. c. 2
54 *Introduxit eos in montem sanctificationis suæ.* 319. c. 3
59 *Audiuit Deus, & spreuit, & ad nihilum redegit.* fol. 2. c. 1
69 *Ædificauit sicut vnicornium sanctificium suũ in terra, quam fundauit in secula.* 18. c. 1

Psal. 78.

5 *Vsquequo irasceris in finem accendetur velut ignis zelus tuus?* 120. c. 4.
8 *Citò anticipet nos misericordia tua, quia pauperes facti sumus nimis.* 109. c. 4

Psal. 80.

7 *Diuertit ab oneribus dorsum eius.* 360. c. 3
11 *Dilata os tuum, & implebo illud.* fol. 5. c. 4. & 336. c. 3
17 *Cibauit eos ex adipe frumenti.* 340. c. 2

Psal. 81.

1 *Deus stetit in Synagoga Deorum: in medio autẽ Deos dijudicat.* 91. c. 2
6 *Ego dixi: Dij estis. & filij excelsi omnes, &c.* 185. c 1. & 273. c. 2. & 269. c. 2
8 *Surge Deus iudica terram.* 99. c. 4

Psal. 82.

12 *Hæreditate possideamus sanctuarium Dei.* f. 261. c. 3
17 *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.* 342. c. 1

Psal. 83.

4 *Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos.* 284. c. 3
5 *Beati qui habitant in domo tua, in sæcula sæculorum laudabunt te.* 239. c. 4
6 *Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit.* 279. c. 2

Psal. 85.

11 *Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua.* 65. c. 4

Psal. 88.

6 *Confiteantur cæli mirabilia tua Domine, & veritatem tuam in Ecclesia sanctorum.* 74 c. 1
37. & 38. *Thronus eius sicut Sol in conspectu meo, &c. Et testis in cælo fidelis.* 74. c. 1

Psal. 90.

2. & 3 *Sperabo in Deum, quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.* fol. 121. c. 1
4 *Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis.* 269. c. 4

Psal. 91.

14 *Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebunt.* 48 c. 2

Psal. 92.

2 *Parata sedes tua ex tunc, à sæculo tu es.* 84. c. 3. & 180 c. 1

Psal. 93.

2 *Exaltare, qui iudicas terram, redde retributionẽ superbis.* 277 c. 2
10 *Ipse enim est, qui docet hominem scientiam.* fol. 9 col. 3
12 *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* 135. c. 4

Psal 94.

8 *Si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* fol. 2. c. 1

Psal. 97.

2 *Saluabit sibi dextera eius.* 180. c. 4
3 *Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.* 138. c. 1

Psal. 98.

1. & seq. *Dominus regnauit, irascanturpopuli. Qui sedes super Cherubin, moueatur terra. Dominus in Sion magnus, &c.* 87. c. 4

Psal. 100.

8 *In matutino interficiebam omnes peccatores terra.* 88. c. 2

Psal. 101.

12 *Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui.* 84. c. 2

Psal. 102.

1 *Benedic anima mea Domino, & ne obliuiscaris omnes retributiones eius.* 113. c. 3. & 127. c. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 *Notas fecit vias suas Moysi.* 66. c. 1
13 *Quomodo miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se* 113 c.3. & 147. c. 4
Psal. 103.
2 *Extendens cælum sicut pellem.* 105. c.2
4 *Qui facis Angelos tuos Spiritus, & ministros tuos ignem vrentem.* 188. c. 4
24 *Impleta est terra possessione tua. fol.* 114. c.1
24. *Omnia in Sapientia fecisti.* 309. c.4
30 *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* 16. c.4
Psal. 104.
14 *Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis Reges. fol.* 211. c.1
16 *Vocauit famem super terram.* 13. c.4
17 *In seruum venundatus est Ioseph.* 30. c.4
17 *Misit antè eos virum. fol.* 37. c.4
18 *Ferrum pertransijt animam eius. fol.* 249. c.4
Psal. 105.
23 *Et dixit, vt disperderet eos si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius. fol.* 218. c.2
Psal. 106.
34 *Conuertit terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea.* 330. c.3
Psal. 107.
13 *Vana salus hominis. fol* 82. c 2
Psal. 109.
3 *Ex vtero ante luciferum genui te. fol* 25. c.4
Psal 115
1 *Credidi propter quod loquutus sum: Ego autem humiliatus sum nimis.* 76. c.3
3 *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? fol.* 108. c.3
7 *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo. fol.* 69. c. 4. & 141. c.3. & 278. c.3
Psal. 117.
8 *Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine.* 82. c.1
12 *Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis* 144. c.2
18 *Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me.* 225. c.4
Psal. 118.
14 *In via testimoniorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs.* 222. c.4
25 *Viuifica me secundum verbum tuum. fol* 65. col 3
32 *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* 41. c. 2. & 261. c.1
43 *Ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque.* 86. c.2
47 *Meditabor in mandatis tuis.* 178. c.4
57 *Portio mea Domine.* 194. c 2
60 *Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiã mandata tua.* 167. c.4
71 *Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. fol.* 225 *col.* 2. & *fol.* 228. *col.* 1.
85 *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua.* 44. c.2
103 *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* 12. c.4
105 *Lucerna pedibus meis verbum tuum. fol.* 264. *col.* 3
130 *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis* 265. c 2
131 *Os meum aperui & attraxi spiritũ, quia mandata tua desiderabam. fol.* 18. *col.* 1. & *fol* 336. *col.* 3
147 *Praueni in maturitate.* 169. c.1
153 *Vide humilitatem meam.* 216. c.2
Psal. 119.
4 *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs.* 172. c.3
Psal. 128.
1 *Sæpe expugnauerunt me á iuuentute mea.* 240. *col.* 2
Psal 129.
3 *Si iniquitates obseruaueris, quis sustinebit?* 216. *col.* 3
6 *A custodia matutina vsque ad noctem speret Israel in Domino.* 27. c.1
Psal. 130.
1 *Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.* 313 c.1
Psal. 131.
6 *Ecce audiuimus eum in Ephrata, inuenimus eum in campis syluæ.* 333. c.4
Psal. 134.
4 *Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.* 195. c. 3
7 *Educens nubes ab extremo terræ. fol.* 18. c. 4. & 273. c.2
Psal. 135.
5 *Qui fecit cælos in intellectu* 309. c.4
Psal. 136.
7 & 8. *Memento Domine filiorum Edom in die Hierusalem, Qui dicunt exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea.* 202. c.4
Psal. 137.
2 *Inconspectu Angelorum psallam tibi. fol.* 191. *col.* 1
2 *Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.* 74. c.4
3 *In quacumque die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem. fol.* 179. *col.* 2
Psal. 138.

7 *Quò vadam à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam* 323. c. 1. & 254. c.1
13 *Tu possedisti renes meos.* 114. c.1
17 *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus.* 178. c. 3. & 269. c.2
Psal. 139.
11 *In miseriis non subsistent.* 230. c.1
Psal. 140.
4 *Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum. fol.* 350. *col.* 4
Psal. 142.
5 *Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis &c.* 157. c.1
6 *Anima mea sicut terra sine aqua tibi. fol.* 25. *col.* 1
Psal. 143.
7 *Emitte manum tuam de alto.* 280. c.1
15 *Beatum dixerunt populum, cui temporalia sunt.* 199. *col.* 1
15 & 13 *Beatus populus, cui hæc sunt: promptuaria eructantia ex hoc in illud, &c. fol.* 293. *col.* 2
Psal. 144.
7 *Memoriam suauitatis tuæ eructabunt, & iustitiam tuam exultabunt.* 11. c.1
13 *Fidelis Deus in omnibus verbis suis.* 66. c.3
18 *Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate.* 85. c. 1
Psal. 145.
3 *Nolite confidere in Principibus.* 82. c.1
Psal 146.
9 *Et pullis coruorum inuocantibus eum. fol.* 255. *col.* 3
Psal. 147.
14 *Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te.* 340. c.2
15 *Velociter currit sermo eius. fol.* 8. c.3. & *fol.* 41. *col.* 2
Psal. 149.
2 *Lætetur Israel in eo, qui fecit eum. fol.* 114. *col.* 2
6 *Gladij ancipites in manibus eorum. fol.* 225. *col.* 4

Ex lib. Prouerb. Cap. i.

1. INtelligens gubernacula possidebit. 166. c.1. & 324. c.2
7 *Sapientiam, atque doctrinam stulti despiciunt. fol* 110. *col.* 1
8 *Audi fili mi disciplinam Patris tui.* 147. c.1
10 *Fili si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.* 121. *col.* 4
17 *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. fol.* 271. *col.* 4
22 *Ea, quæ sibi sunt noxia, cupere.* 142. c.4
24 *Vocaui, & renuistis; extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret.* 14. c.2
28 *Tunc inuocabunt me, & non exaudiam. mane consurgent, & non inuenient me. fol.* 233. *col.* 3
Cap. 2.
19 *Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant.* 15. *col.* 2
21 *Recti hæreditabunt terram, & habitabunt in ea.* 295. c.4
Cap. 3.
3 *Misericordia & veritas te non deserunt, circumda eas gutturi tuo.* 86. c.4
22 *Erit gratia circa collum tuum.* 263. c.4
22 *Erit vita animæ tuæ.* 346. c.4
Cap. 4.
18 *Quasi lux procedit & incedit vsque ad perfectum diem.* 165. c.2
27 *Non declines ad dextram, neque ad sinistram.* 94. *col.* 4
Cap 5.
22 *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. fol.* 278. *col.* 2
Cap. 6.
20 *Conserua fili mi precepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.* 38. c.1
23 *Mandatum lucerna est, & lex lux.* 264. c.3
Cap. 8.
15 *Per me Reges regnant, & conditores legum iusta decernunt.* 99. c.1
22 *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* 187. c.2
35 *Qui inuenerit me, inueniet vitam, & hauriet salutem.* 221. *col.* 4
Cap 9.
1 *Excidit columnas septem.* 18. c.3
Cap. 10.
4 *Qui nititur mendacijs, hic pascit ventos, & idẽ sequitur aues volantes.* 295. c.2
Cap. 11.
15 *Qui cauet laqueos, securus erit.* 47. c.1
Cap. 12.
7 *Verte impios, & non erunt.* 26. c.2
Cap. 15.
7 *Cor stultorum dissimile erit.* 137. c.2
12 *Stultitia gaudium est stulto.* 142. c.4
Cap. 16.
3 *Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.* 123. c.3
11 *Pondus, & statera iudicium Domini. fol.* 203. *col.* 1
24 *Fauus mellis compositæ verba fol.* 12. c.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

31 Corona dignitatis senectus. 166.c.3
Cap.17.
3 Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Dominus. 229.c.3
6 Corona, & gloria filiorum patres eorum. fol.155. col. 2
16 Quid enim prodest stulto, & insano homini habere diuitias, cum sapientiam emere non possit? 139.c.2
17 Omni tempore diligit, qui amicus est. fol. 179. col. 3
Cap. 18.
2 Non recipit stultus verba prudentiæ.140.c.3
3 Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia, & opprobrium.110.c.1. & 139. c.1
4 Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens redundans fons sapientiæ.21.c.4
16 Ante Principes ducet eum 299.c.1
Cap.19.
3 Stultitia hominis teſaleph.92.c.4
12 Sicut fremitus leonis, ita & Regis ira: & sicut ros, &c.16.c.4
Cap.20.
12 Aurem audientem, & oculum videntem Dominus fecit vtrumque.11.c.3
17 Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo.79. c.4
Cap. 21.
1 Cor Regis in manu Domini: quocumque voluerit inclinabit illud.324.c.3
28 Vir obediens loquetur victorias.45.c.3
Cap. 22.
15 Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.227.c.2
17 Inclina aurem tuam, & excipe verba intellectus. 6. col.4
28 Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui. 115.col.2
Cap. 23.
5 Non erigas oculos ad opes, quia facient sibi pennas vt aquilæ, & volabunt in cælum. fol. 295. col. 3
20 Noli esse in conuiuijs potatorum, neque in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt.350.c.3
Cap.24.
16 Septies in die cadit Iustus, & resurgit. fol. 218. col. 4
Cap.25.
12 Margaritum fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem.30.c.3
14 Nubes, & ventus, & pluuiæ non sequentes. fol. 273. c.2
16 Mel si repereris, comede de illo quantum satis est, ne forte satiatus euomas illud. fol. 344. col. 1
17 Rarò infer pedem ad amicum tuum, ne forte nimia familiaritate satiatus oderit te. fol.280. col. 3
19 Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo.119. c.1
Cap. 26.
3 Flagellum equo, & chamus asino, & virga dorso imprudentium. 358.c.4
Cap.27.
1 Ne glorieris in crastinum: nescis enim quid ventura pariat dies.81.c.4
7 Anima repleta fauos conculcat.344.c.1
Cap.28.
23 Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet magis apud illum, quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit. 23.c.2
Cap.29.
19 Seruus verbis non potest erudiri, quia, quod dicis, intelligit, & respondere contemnit. fol 358. col. 1
Cap.30.
2 Stultissimus sum virorum, & sapientia hominũ non est mecum.214.c.4
8 & 9 Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui necessaria. Ne forte satiatus illiciar ad negandũ, & dicam. Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Domini.250.c.3
Cap.31.
2 Consiederauit semitas domus suæ. 217.c.4

Ex lib. Ecclesiastes. Cap. 1.

2. VAnitas vanitatum, & omnia vanitas. 67. c.4. & 289. c.4
Cap. 2.
1 Dixi in corde meo; vadam, & affluam delicijs. fol. 220. col.1
2 Risum reputaui errorem, & gaudio dixi. Quid frustra deciperis? 220. c.1
8 Feci mihi cantores, & cantatrices. 179.c.3
11 Cum me conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus, &c. Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem, & nihil permanere sub sole.220.c.1
14 Oculi sapientis in capite eius, 292.c.3
Cap 3
7 Tempus tacendi, & tempus loquendi. 20.c.2
16 Vidi sub Sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem.96.col.4

Cap.9.
11 Vidi sub sole, &c. Nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, &c. Sed tempus, casumque in omnibus.23.c.4.
Cap. 10.
19 Pecuniæ obediunt omnia.224.c.4
Cap.11.
3 Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. fol. 45.col.1
8 Si multis annis vixerit homo. 209.c.4
Cap. 12.
11 Verba sapientium sicut stimuli.26.c.2. & 123. col. 1

Ex lib. cantici Canticorum.

Cap.1.
2 Meliora sunt vbera tua vino. 186. c.3
4 Recti diligunt te 94.c.4
4 Nigra sum, sed formosa. 156.c.2
4 Trahe me post te curremus. 304 c.3
5 Formosa sicut pelles Salomonis 3.c.4
6 Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Posuerunt me custodem vineis: vineam autem meam non custodiui 239.c.1
7 Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. f. 219.col.3
10 Collum tuum sicut monilia.38.col. 1. & 102. col. 1
15 Ecce tu pulchra es amica mea.221.c.1
Cap. 2.
1 Sicut lilium inter spinas.129.c.2
4 Introduxit me Rex in cellam vinariam.fol.185. col. 4
5 Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo 183.
9 Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum. 276. c.3
12 Tempus putationis aduenit.235.c.1
13 Ficus protulit grossos suos.205.c.2
16 Dilectus meus mihi, & ego illi 172.c.3
Cap. 3.
1 In lectulo meo per noctes quæram quem diligit anima mea 110.c.1.2, 3
2 Surgam & circuibo ciuitatem. per vicos, & plateas quæram quem diligit anima mea. fol. 51. col. 4
4 Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea.51.c.4 & 268.c.4
10 Charitate constrauit. 27.c.2
11. Egredimini filiæ Sion.287.c.2
Cap.4.
1 Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderũt de monte Galaad.281.c.4
3 Labia tua sicut vitta coccinea.85.c.2
8 Veni de Libano Sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis 47. c.4
16 Surge Aquilo, & veni Auster.21. c.1
16 Veniat dilectus meus in hortum suum. f. 278. col. 4
Cap. 5.
2 Aperi mihi soror mea quia capilli mei pleni sunt rore.25.c.4.
2 Ego dormio, & cor meum vigilat.336.c.3
3 Expoliaui me tunica mea, laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? 61.c.1
8 Adjuro vos filiæ Hierusalem. si inueneritis dilectũ meum, vt nuntietis ei, quia amore lãgueo. 183 col. 2
14 Manus eius tornatiles aureæ, plenæ hyacintis.71. col. 4
Cap 6.
11 Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. fol. 373.c.2
Cap.7.
1 Speciosi facti sunt gressus tui in calceamentis. fol. 247.col.2
5 Sicut purpura Regis vincta canalibus. fol. 274. col. 1
6 Quam pulchra, & quam decora. 43 c.1
13 In portis nostris omnia poma noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.164.c.4
Cap. 8.
1 Quis mihi det te fratrem meum. 49.c.3
5 Sub arbore malo suscitaui te, ibi corrupta est mater tua, violata est genitrix tua. fol. 213. col. 4
5 Quæ est ista, quæ ascendit, innixa super dilectum suum? 270.c.3
6 Fortis vt mors dilectio. 72. c.3
11 Vinea fuit pacifico, in ea, quæ habet populos, tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos, &c. 301.c.4
14 Fuge, fuge dilecte mi, assimilare capreæ, hinnuloque ceruorum. 322.c.3

Ex lib. Sapient. Cap. 1.

1 DIligite iustitiam, qui iudicatis terram. fol 89. col. 1
11 Os, quod mentitur, occidit animam. fol. 53. col. 1
13 Quoniam Deus mortem non fecit.64.c.4
Cap. 2.
12 Circumueniamus iustum. 128.c.4
Cap. 3.
5 In paucis vexati, in multis bene disponen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, quoniam Deus tentauit eos. fol. 227.c.1.& 241. col.3
6 Tanquam aurum in fornace probauit illos. fol. 229.col.3

Cap.4.

9 Cani sunt sensus hominum,& ætas senectutis vita immaculata. 168. c.1
12 Fascinatio nugacitatis obscurat bona & inconstantia inconcupiscentiæ transfuertit sensum sine malitia. 264.c.1

Cap. 5.

16 Cogitatio illorum apud Altissimum. fol. 178. col. 3

Cap.6.

3 Præbete aures vos, qui continetis multitudines. 273.c.3

Cap 9.

2 Sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ, quæ à te facta est. fol. 145. col.3

Cap. 10.

10 Honestabit illum in laboribus, 238. c.4.
17 Deduxit illos in via mirabili; fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem. fol. 298 c.1

Cap. 11.

11 Hos quidem, tanquam Pater monens probasti, illos autem, tanquam durus Rex interrogans, cõdemnasti. 147. c.2

Cap. 12.

18 Tu autem Dominator virtutis cum tranquillitate iudicas. 99.c.4

Cap.13.

1 Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, &c Non potuerunt intelligere eum, qui est, &c. 84.c.1

Cap.14.

27 Infandorum idolorũ cultura, omnis mali causa est, initium, & finis. 107.c.3.& 345.c.1

Cap. 15.

10 Cinis est cor eius, & terra superuacua cor illius, & luto vilior vita eius. 272.c.1

Cap.16.

25 Propter hoc, & tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebant. 309. col. 3

Cap. 18.

2 & 3 Qui antè lasi erant, quia non lædebantur, gratias agebant, &c. Propter quod ignis ardentẽ columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, &c. fol. 133. col.4

Ex lib. Ecclesiastici.

Cap. 1.

16 INitium sapientiæ timor Domini. fol. 135. col.4

Cap. 2.

2 Ne festines in tempore obductionis. 225.c.3. & 230.c. 3
4 Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine. 225.c.1

Cap. 3.

20 Quanto maior es, humilia te in omnibus. 216. col. 3
29 Cor nequam grauabitur doloribus. fol. 126. col. 3

Cap.4.

12 Sapientia filijs suis vitam inspirat. 4.c.1

Cap.11.

14 Bona, & mala, vita, & mors à Deo sunt. 64. col.4

Cap. 12.

19 Caput suum mouebit, & plaudet manu. 107. col. 1

Cap. 14.

5 Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? 104. col. 1

Cap. 16.

11 Sicut sexcenta millia peditum, qui congregati sunt in duritia cordis sui, &c. fol. 127. col. 1

Cap. 18.

6 Cum consummauerit homo, tunc incipiet, & cum quieuerit operabitur. 165.c.3

Cap. 21.

7 Qui timet Deum, conuertetur ad cor suum. 217. col. 3

Cap. 24.

26 Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. fol. 52. col. 1. & 178. col. 4

Cap. 27.

6 Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis 229. c. 1
12 Stultus, vt Luna mutatur. fol. 111. col. 2. & fol. 136. col. 4

Cap. 30.

8 Filius emissus ad correctionem euadet præceps. 257.c.3
12 Curua ceruicem eius in iuuentute. 102.c.1

Cap.32.

1 Si te ducem constituerunt, ne te efferas, sed talem te gerito, quasi vnus sis è multis, &c. 318.c.3.& fol.313.c.1

Cap.35.

12 Demus Altissimo secundũ datum eius, &c. quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi. 24.c.4

Cap. 36.

11 In ira flammæ deuoretur, qui saluatur. fol. 225. col 3

Cap. 39.

9 Ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ 18.c.3

Cap.40.

1 Graue vtique iugum impositum est filijs Adæ à die exitus ventris matris eorum vsque in diem sepulturæ matrem omnium. 272.c.2

Cap. 43.

4 Tripliciter Sol exurit montes. 329.c.4

Cap.47.

2 Quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filijs Israel. 343 c.3

Ex prophetia Isaiæ Cap.1.

2. AVdite cæli, & auribus percipe terra, &c. f. 1.c.3.& 2.c.4.& 3.c.1
2 Filios enutriui, & exaltaui; ipsi autem spreuerunt me. fol.108. c.2. & fol.149.c.3. & fol.155. col. 1
3 Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit. fol. 125. col.2.& fol.205.col.3.& fol. 242.col.3
3 Populus meus me non intellexit. 171.c.2
9 Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus, & sicut Gomorrha, &c. 202.c.1
11 Holocaustum arietum tuorum, & adipem ouiũ, &c. nolui. fol. 201.c.4
15 Quando extenderitis manus vestras ad me, auertam oculos meos à vobis, &c. fol. 202. c.1
22 Vinum tuum mixtum est aqua. fol. 23. c.1
22 Argentum tuum versum est in scoriam. fol. 57. col. 3.
22 Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, &c. 96. c.4

Cap. 2.

2 Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium. fol. 330. col. 1
20 In die illa proijcies homo idola argenti sui, & simulachra auri sui, quæ fecerat sibi, vt adoraret. 291.c.2

Cap. 3.

1 Dominus exercituum auferet validum, & fortem. 179.c.4
26 Mærebunt, atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit. fol.

Cap. 4.

1 Aufer opprobrium nostrum. 355.c.4
2 In die illa erit germen Domini in magnificentia. 338. c.2

Cap 5.

1 Vinea facta est dilecto in cornu filio olei. fol. 330. col. 4
4 Quid est, quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci ei: fol 28. c.2
5 Auferam sepem eius, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. 192.c.3
6 Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. 29. c.4
6 Ponam eam desertam, & non fodietur, & ascendent vepres, & spinæ. fol. 129 col. 2. & fol. 231. col. 3
18 Væ qui trahitis iniquitatem in funiculo vanitatis 277.c.3
20 Væ illis, qui dicunt, dulce amarum est, & amarum dulce. 118.c.1

Cap.6.

2 Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri. 61.c.4.& 189. c.2
3 Sanctus, Sanctus, Sanctus 191.c.3
6 Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. fol. 27.c.1
7 Ecce tetigi hoc labia, & abstuli iniquitates tuas. fol. 63 c.4
8 Quem mittam, & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me. fol. 42.c.2.& 63.c.4

Cap. 7.

12 Non petam & non tentabo Dominum. 80.col.4
14 Dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet. 142.c.1

Cap. 8.

16 Signa legem, liga testimonium in discipulis meis. 22.col. 3

Cap 9.

6 Cuius imperium super humerum eius. fol. 270. col. 1
10 Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus. 208. c.1

Cap.10.

14 Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinẽ populorum. 267.c.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

25 *Adhuc enim paululum, modicumque, & consumabitur indignatio,&c* 14.c.4
Cap. 11.
4 *Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. fol.* 116. *col.* 4
5 *Erit fides cinctorium renum eius.*74.c.1
Cap.12.
3 *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris* 11.c.4
Cap. 13.
9 *Ecce dies Domini crudelis, & indignationis plenus,&c.*105. c.2
12 *Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo.* 92.c.2
13 *Super hoc cælum turbabo, & mouebitur terra de loco suo,&c.*3.c.2
Cap.14.
13 *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum,&c.*121.c.2
Cap. 16.
3 *Pone quasi noctem vmbram tuam in meridie absconde fugientes.* 273.c 2
11 *Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit.fol.* 7.*col.*3
12 *Laborauit Moab super excelsis suis.* 46.c.2
Cap.17.
10 *Plantabis plantationem fidelem.* 101.c.3
Cap.19.
8 *Expandet super eos Deus rete suum,& deficiet. f.* 80.c.4
Cap. 20.
6 *Dicet habitator insulæ huius in die illa: Ecce hæc erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberaret nos à facie, &c. fol.* 335. *col.* 4
Cap.21.
5 *Surgite Principes arripite clypeum.*272.c.4
10 *Tritura,& filia areæ meæ, quæ audiui à Domino exercituum,nuntiaui vobis.* 226. c.3
13 *In saltu ad vesperam dormietis.*334.c.1
Cap.24.
4 *Luxit, & efluxit terra.fol.*359.c.4
Cap.25.
1 *Domine Deus meus es tu, exaltabo te,& confitebor nomini tuo,&c* 179.c.4
6 *Faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium,conuiuium vindemiæ, &c.*340.c.2
9 *Et dicent in die illa; Ecce Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos, &c. fol.* 76. *col.*2
Cap.26.
7 *Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.*248.c.4
15 *Indulsisti genti Domine, indulsisti, nunquid glorificatus es? fol.*233.c.1.&.341.c.4
17 *Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* 224. *col.*3.& 360.c.1
19 *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent.* 26. c.1 & 28.c.2
Cap.28.
5 *In illa die erit Dominus exercituum corona gloriæ,& sertum,&c.*155.c.3
9 *Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à matre auulsos ab vberibus. fol.*14.c.3.& *fol.* 236.c.2,& *fol.*290. *col.* 1
11 *In loquela labij,& in lingua altera loquetur ad populum istum.*148. c.4
16 *Qui crediderit non festinet.* 78.c.2
16 *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretiosum, &c.*228.c, 2. & c. 4
19 *Vexatio dabit intellectum.* 224.c.4
22 *Nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra.*278.c. 2
Cap.29.
1 *Væ Ariel, ciuitas,quam expugnauit Dauid, additus est annus ad annum, solemnitates euolutæ sunt.*203.c.2
10 *Miscuit vobis Dominus spiritum soporis. f.* 205. *col.* 4
22 *Hæc dicit Dominus ad domum Iacob, qui redemit Abraham. Non modo confundetur Iacob,nec modo vultus, &c.* 114.c.3
Cap. 30.
2 *Væ qui ambulatis, vt descendatis in Ægyptum, & os meum non interogastis, sperantes, &c.* 80 *col.* 4
6 *In terra tribulationis, & angustiæ leæna, & leo, ex eis vipera, & regulus volans, &c.* 211. *col.* 2
10 *Nolite videre; & aspicientibus. Nolite aspicere nobis ea,quæ recta sunt.*23.c.2
16 *Velociores sunt, qui persequuntur, aquilis cæli.* 286. c.3
26 *Erit lux Lunæ sicut lux Solis,& lux Solis erit, &c.*335. c.3
Cap 31.
1 *Væ eis, qui descendunt in Ægyptum.* 80.c.2
3 *Ægyptus homo,& non Deus, & equi eorum caro,& non spiritus.* 81.c.4
4 *Quomodo si rugit leo,& catulus leonis super prædam suam, cum occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorum non formidabit, &c. fol.* 267.c.2
Cap. 33.
9 *Luxit, & elanguit terra,confusus est Libanus, & obsurduit, & factus est Saron, &c. fol.*359.

col. 4
22 *Dominus Iudex noster, Dominus Legifer noster, Dominus Rex noster,ipse saluabit nos.* 307.c.1
Cap.34.
4 *Complicabuntur sicut liber cæli.* 105.c.2
6 *Gladius Domini repletus est sanguine,&c. victima enim Domini in Bosra.* 204.c.1
Cap. 36.
6 *Ecce confidis super baculum arundineum, confractum istum &c.*80. c. 1
17 *Tollam vos ad terram, quæ est vt terra vestra; terram frumenti,& vini,terram panum, & vinearum,&c.* 332.c.1
Cap.37.
29 *Ponam itaque circulum in auribus tuis,& chamum in labijs tuis & reducam te in viam, per quam venisti.* 59.c.1
34 *In via qua venit,per eam reuertetur.* 18.c.3
Cap.40.
1 *Consolamini,consolamini populo meus, dicit Dominus,&c.* 58.c.4
4 *Erunt prauа in directa,& aspera in vias planas.* 101.c.4
6 *Omnis caro fœnum.* 81.c.4
15 *Ecce gentes sicut stilla situlæ, & quasi momentũ stateræ reputatæ sunt.*195.c.3
17 *Omnes gentes quasi non sint coram eo, & quasi nihilum,& inane reputatæ sunt ei.*195.c.3
Cap. 41.
2 *Quis suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum, vt sequeretur se?* 304.c.3
7 *Confortauit eum clauis, vt non moueretur. fol.* 362.c.3
Cap.42.
8 *Gloriam meam alteri non dabo.* 107.c.2
Cap.43.
25 *Ego sum,ego sum ipse,qui deleo iniquitates tuas propter me* 181.c.3
26 *Venite,& iudicemur,dicit Dominus. f.*1.c.3
Cap.44.
2 *Noli timere serue meus Iacob,& rectissime, quem elegi.* 343.c.1
Cap.45.
3 *Dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum.* 180.c.3
7 *Ego Dominus faciens pacem,& creans malum. fol.*64 *col.* 4
8 *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum. fol.* 19. *col.*3
11 *Interrogate me super filios meos,& super opus manuum mearum,&c* 114 c.3
Cap. 46.
3 *Audite me domus Iacob, & omne reliquum domus Israel, qui portamini à meo vtero, &c. fol.* 147.c.3
4 *Ego feci, ego feram, ego portabo, & ego saluabo.* 270.c.3
Cap 47.
5 *Sede tacens in tenebris filia Babylonis.* 39.c.2
Cap 48.
4 *Sciui quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua.* 102.c.1.& 176.c.3
10 *Ecce excoxi te,sed non quasi argentum,elegi te in camino,&c.* 57.c.3
Cap.49.
2 *In vmbra manus suæ protexit me.* 273.c. 1
15 *Nunquid obliuisci potest mulier infantem suũ, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit,&c.* 147.c.3.& 172.c.1
16 *In manibus meis descripsi te.* 284.c.4
Cap.50.
2 *Veni,& non erat vir,vocaui,& non erat,qui audiret.&c. fol.*11. c.4
4 *Dominus manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum fol.*15.c 4
Cap. 51.
17 *Eleuare, consurge Hierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius.* 235. c.4
Cap. 52.
7 *Quam speciosi super montes pedes annuntiantis bonum,&c f* 20.c.4
Cap.54.
7 *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te,&c.* 346. c.1
16 *Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas.& proferentem vas in opus suum. fol* 229. *col.* 3
Cap.55.
1 *Omnes sitientes venite ad aquas,& qui non habetis argẽtum,properate emite,& comedite, &c.* 64. *col.*1
10 *Quomodo descendit imber,& nix de cælo. & inebriat terram,& germinare facit eam, &c. fol* 18.c.1
Cap.56.
11 *Canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, &c.* 149. c.2
Cap.57.
6. & 7. *In partibus torrentium pars tua, &c. super montem excelsum,& sublimem posuisti cubile tuum.* 202.c.2
20 *Impij quasi mare feruens.* 137.c.2
Cap.58.
3 *Quare ieiunauimus & non aspexisti,humiliauimus animas nostras,& nescisti?* 43.c.1
7 *Frange esurienti panem tuum.* 254.c.2
11 *Requiem tibi dabit Dominus.* 299.c.1
14 *Delectaberis super Domino,& sustollã te super altitudinem terræ.*270.c.3.& 329.c.3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cpa. 59.
5 Oua aspidum ruperunt, qui comederit ex eis morietur. 60. 10; c. 3
8 Qui sunt isti, qui vt nubes volant? 18. c, 3
10 Impegimus meridie, quasi in tenebris, in caliginosis, quasi mortui, &c. 307. c. 2
11 Quasi columbæ meditantes gememus. fol. 110. col. 2

Cap. 61.
1 Spiritus Domini super me, euangelizare pauperibus misit me. 57. c. 2
8 Ego Dominus diligens iudicium. 88. c. 4

Cap. 63.
13 Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem. 341. c. 1.
16 Tu enim Pater noster, &c. Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos, &c. 146. c. 1. & fol. 147. col. 1
vlt Facti sumus quasi in principio, cum non dominareris nostri, &c. 149. c. 1

Cap. 64.
6 Cecidimus quasi solium vniuersi, iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. 148. c. 2
7 Non est, qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te, &c. 110. c. 4
8 Pater noster es tu nos vero lutum, &c. 114. c. 3. & fol. 146. c. 1

Cap. 65.
2 Expandi manus meas tota die. 148. c. 3
10 Erunt campestria in caulas gregum, & vallis Hachor in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me. 236. c. 1
12 Omnes cæde corruetis, quia loquutus sum, & non audistis. 2. c. 2
16 In quo, qui benedictus super terram, benedicetur in Deo Amen, &c. 79. c. 2

Cap. 66.
1 Cælum mihi sedes est. fol. 3. col. 3

Ex prophetia Hieremiæ

Cap. 1.
5 Antequam exires de ventre, sanctificaui te. 49. col. 4
6 Nescio loqui, quia puer ego sum. 43. c. 4
9 Ecce dedi verba mea in ore tuo. 20. c. 1
11 Ecce constitui te super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, &c. 52. c. 3

Cap 2.
2 Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuã, &c. 209. c. 1 & 211. c. 4
3 Sanctus Israel Domino, primitiæ frugum eius; omnes, qui deuorant eum, delinquunt. 194. c. 4. & fol. 199. c. 3. & 333. c. 1
5 Quid inuenerunt Patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt se â me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt? 2. c. 4. & 111. c. 4. & 212. c. 1
6 Traduxit nos per desertum, per terram sitis, & imaginem mortis. 242. c. 4
6 Non dixerunt; Vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Ægypti, &c. 298. c. 1
10 & 11 Transite ad insulas Cethim, & videte: In cedar mittite, &c. Si mutauit gens Deos suos, &c. populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. 369. c. 2
12 obstupescite cæli super hoc, & portæ, &c. fol. 13. col. 4
19 Vide quantum malum, & amarum est dereliquisse te Dominum Deum tuum, &c. fol. 362. col.
22 Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbã borith, &c. 105. c. 2
26 Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, & ipsi Reges eorum, &c. 149. c. 1
27 In tempore afflictionis suæ dicent: surge, & libera nos. 233. c. 4. & 342. c. 1
31 Nunquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? Quare ergo dicit populus. Recessimus, &c 344. c. 4

Cap. 3.
4 Saltem amodo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. 146. c. 1
22 Ecce nos venimus ad te, tu enim es Dominus Deus noster. 83. c. 1

Cap. 4.
4 Circumcidimini Domino, & auferte mala cogitationum vestrarum. 206. c. 3
9 Peribit cor Regis, & cor Principum. 215. c. 4
22 Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt, & vecordes, &c. 110. c. 1
23 Aspexi cælos, & non erat lux in eis. 105. c. 1
23 Aspexi terram, & ecce vacua, & nihil. 105. c. 2
24. & 25. Vidi montes, &c. & non erao homo, fol. 105. c, 2
25 Omne volatile cæli recessit. 105. c. 2
30 Contempserunt te amatores tui. fol. 7. c. 2

Cap. 5.
7 Super quo propitius esse potero? Filij tui dereliquerunt me, & iurant in his, qui non sunt Dij, saturaui eos. & mœchati sunt, &c. 366. c. 3. & 354. c. 4
8 Equi amatores, & emissarij facti sunt; vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. 341. c. 1
10 Ascendite muros, & dissipate, consummationem autem nolite facere, &c. 82. c. 3
21 Populo insipiens, qui non habes cor. 215. c. 3
28 Incrassati sunt, & impinguati, & præterierunt sermones meos pessimè. 342. c. 1. & 349. c. 3

Cap. 6.
10 Cui loquar, & quẽ contestabor, vt audiant. Ecce incircumcisæ aures eorum, &c. 7. c. 2. & 335. col. 1
16 Hæc dicit Dominus. State super vias, & interrogate de semitis antiquis. &c. 157. c. 1. & 159. col. 2
10 Quorsum mihi thus ex Saba affertis & cinnamomum de terra longinqua? Holocaustomata vestra non sunt accepta, &c. fol. 201. c. 4
26 Luctum vnigeniti. 342. c. 3
28 Omnes Principes declinantes, ambulantes fraudulenter, &c. 57. c. 4

Cap. 7.
13 Loquutus sum ad vos mane consurgens, & loquens, & non audistis 233. c. 3
21 Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes. 49. c. 2.
34 Quiescere faciam de vrbibus Iudæ. 179. c. 4

Cap. 8.
6 Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu valens ad prælium fol. 341. c. 1
8 Confusi sunt sapientes; verbum Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. fol. 109. col. 4
22 Nunquid resina non est in Galaad? 226. c. 3. & 282. col. 1

Cap. 9.
1 Quis dabit capiti meo aquam? 49. c. 2
5 Docuerunt linguam suam loqui mendacium. 80. col. 1

Cap. 10.
13 Ad Vocem suæ dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ. 19 col. 3

Cap. 11.
15 Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? 342. c. 3
19 Venite, mittamus lignum in panem eius. fol. 133. c. 1

Cap. 12.
3 Congrega eos, quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis. 204. c. 1
8 Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylua, dedit contra me vocem, &c. 59. c. 4. & 200. c. 3. & 204. c. 3
13 Confundemini à fructibus vestris propter iram furoris Domini. 125. c. 1. & 173. c. 3

Cap. 13
25 Hæc sors tua, & pars mensuræ tuæ à me, dicit Dominus. 201. c. 3

Cap 8.
4 Confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua fol. 219. c. 4
7 Tibi peccauimus, patientiæ Israel Domine. 100. col. 4
8 Expectatio Israel, Saluator eius in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus in terra, & quasi viator declinans in diuersorium manendi? &c. 363. & 364. c. 4

Cap 15.
18 Quare factus est dolor meus perpetuus & plaga desperabilis renuit curari? 74. c. 2.

Cap 17.
5 Maledictus homo, qui confidit in homine & ponit carnem brachium suum. 38. c. 4
7 Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. 82. c. 2
9 Prauum est cor hominis. fol. 82 col. 2. & 101. col. 4
14 Sana me Domine, & sanabor; saluum me fac & saluus ero 220. c. 4.

Cap. 18.
14 Nunquid deficiet de petra agri nix Libani? Aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ & defluentes? 29. c. 1. & 221. c 4
15 Oblitus est mei populus meus; frustra libantes, & impingentes in vijs suis, &c. fol. 162. col. 2

Cap. 21.
12 Domus Dauid hæc dicit Dominus. Iudicate mane iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis. 88. c. 1

Cap. 22.
1 Descende in domum figuli. 330. c. 1

Cap. 23.
16 Visionem cordis sui loquuntur. 20. c. 2
28 Propheta, qui habet somnium, narret somnium, &c. fol. 20. c. 2
29 Nunquid non verba mea sunt quasi ignis. 18. col. 4

Cap. 25.
34 Vlulate, & clamate pastores, & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi, &c. 188. col 1
38 Derelinquit quasi Leo vmbraculum suum. 202 c. 3. & 300. c. 1.

Cap. 28.
11 Sic confringam iugum Nabuchodonosor Regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium 23. c. 4

Cap. 31.
2 Inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio. 209. c. 2
18 Castigasti me Domine, & eruditus sum &c fol 225. c. 2
19 Postquam cognoui, percussi femur meum, & erubuit. 134 c. 4.
21 Dirige cor tuum in viam rectam. 272. c. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 32.
18 Fortißime, magne, & potẽs Dominus exercituũ. 152.c.2
36 Et nunc propter iſta, hæc dicit Dominus ad ciuitatem hãc, de qua vos dicitis, quod tradatur, &c. 82. col. 4
41 Et plantabo eos in terra iſta in veritate. fol. 82. col. 4
Cap. 35.
14 Prævaluerũt ſermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs ſuis, &c. 148.c.4
Cap. 44.
16 Sermonem, quem loquutus eſt ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te. 97.c.3
Cap. 46.
11 Aſcende in Galaad, & tolle reſinam virgo filia Ægypti. 282.c.1
Cap 48.
7 Pro eo, quod habuiſti fiduciam in munitionibus tuis, & theſauris tuis, ipſa tu quoque capieris. f. 81. col. 4
10 Maledictus, qui facit opus Dei negligenter. f. 41. col. 4
11 Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in facibus ſuis: nec tranſfuſus eſt de vaſe in vas, &c. 236. c. 3
15 Et ciuitates eius aſcenderunt. 330.c.1
40 Extendet alas ſuas ad Moab. 269.c.3
Cap. 49.
1 Nunquid non filij Iſrael, aut hæres non eſt ei? Cur igitur hæreditate poſſedit Melchom, &c, fol. 200 col 1
22 Ecce quaſi aquila aſcendit: & auolabit, & expandet alas ſuas ſuper Boſram. 269.c.3
Cap. 51
9 Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, relinquamus eam 192.c.3
50 Nolite ſtare, recordamini procul Domini, & Hieruſalem aſcendat ſuper cor veſtrum. fol. 59. col. 2

Ex lib. Threno.

Cap. 1.
4 Viæ Sion lugent. fol. 359.c.4
9 Sordes eius in pedibus eius. 104.c.3
12 Videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. 241. col. 3
15 Vocauit Deus tempus 13 c.4
17 Facta eſt quaſi polluta menſtruis. 104.c.3
21 Adduxiſti diem conſolationis, 328.c.3
Cap. 2.
8 Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion; tetendit funiculum ſuum, & non auertit manũ ſuam à perditione, &c. 179.c.1
15 Hæccine eſt vrbs fol. 106.c.1
Cap. 3.
1 Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. 55.c.3. & 219.c.1. & fol. 356. col. 4
19 Recordare paupertatis meæ 57. c.4
23 Multa eſt fides tua. 74.c.1
27 Bonum eſt viro, qui graue portauit iugum ab adoleſcentia ſua. 169.c.1
41 Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominũ in cœlis. 271.c.4
Cap. 4.
1 In capite omnium platearum. 136. c.1.
6 Maior facta eſt iniquitas populi mei peccato Sodomorum, quæ ſubuerſa eſt in momento. fol. 345. col. 2
19 Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cæli, ſuper montes perſecuti ſunt nos, &c. fol. 271. col. 1
20 In vmbra tua viuemus in Gentibus. fol. 273. col. 1

Ex prophetia Baruch.

Cap. 1.
19 & 20 Receßimus, ne audiremus vocem ipſius: Et adhæſerunt nobis multa mala & maledictiones, &c. fol. 361. col. 3
Cap. 3.
3 Tu ſedes in ſempiternum, & nos peribimus, &c. 84.col.3
10 Quid eſt Iſrael, quod in terra inimicorum es: &c. 103.col.1
12 Audi Iſrael. Dereliquiſti fontem ſapientiæ, &c. f. 136.col.3
Cap. 5.
5 Exurge Hieruſalem, & ſta in excelſo, & vide collectos filios tuos, &c. 376. c.4

Ex prophetia Ezechiel.

Cap. 1.
7 Et ſcintillæ quaſi aſpectus æris candentis. fol. 326.col.1
9 Iunctæ erant pennæ illorum alterius ad alterum. 39. col. 2
13 Et aſpectus animalium, & ſimilitudo eorum, quaſi carbonum ignis ardentium. fol. 326. col. 2
14 Animalia ibant, & reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis. fol. 41. col. 3

16 Et erat aſpectus rotarum, & viſio earum quaſi viſio maris. 84.c.2
27 A lumbis ſurſum ignis intrinſecus, à lumbis deorſum quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu 208. col.1
Cap.2.
3.6. & 8. Et tu fili hominis, &c. 85. c.2
6 Fili hominis in medio ſcorpionis tu habitas; verumtamen loquere ipſis, &c. 335. c.1
Cap.3.
9 Vt adamantem, & vt ſilicem dedi faciem tuam, &c. fol.
16 Cum pertranſiſſent ſeptem dies factum eſt verbum Domini ad me, dicens, &c. fol. 20. col. 2
18 Si dicente me ad impium morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, &c. 119. col. 4
Cap.4.
14 Morticinum, & laceratum à beſtijs non comedi ab infantia mea vſque nunc. 39.c 4
Cap 5.
5 Iſta eſt Hieruſalem, in medio gentium poſui eam, & in circuitu eius terras; Et contempſit iudicia mea, &c. 150.c 4
7 Quia ſuperaſtis gentes, quæ in circuitu veſtro ſunt, in præceptis meis non ambulaſtis. fol. 369. col. 1
Cap.7.
10 Ecce dies venit egreßa eſt contractio. fol. 356. col. 3
20 Ornamentum monilium ſuorum in ſuperbiam poſuerunt 366.c.2
Cap. 8.
3 Similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & leuauit me Spiritus meus inter terram, & cælum, &c. 336.c.1
Cap. 9.
8 Heu mihi Domine, deles tu reliquias Iſrael. 275. col. 4
Cap.11.
13 Heu, heu, heu Domine Deus conſumationem tu facis reliquiarum Iſrael? 361.c.3
Cap. 12.
19 Dices ad populum terræ; hæc dicit Dominus Deus ad nos, qui habitant in Hieruſalem, in terra Iſrael. Panem ſuum in ſolicitudine comedent, &c. 360. col. 1
Cap. 16.
4 Quando nata eſt, in die ortus tui non eſt præciſus vmbilicus tuus, &c. 48. c.1
4 Aqua non eſt lota, neque pannis inuoluta; ſed proiecta eſt ſuper faciem terræ, &c. fol. 104. col. 2
8 Expandi amictum meum ſuper te. 48. c.1
10 Calceauit te hiacyntho. 248.c.1
11 Et catena circa collum tuum. 85. col.1. & 86. col. 1
15 Habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo, &c. 81.c.4
24 Ædificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi proſtibulũ in cunctis plateis, &c. 355.c.1
49 Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſaturitas panis, & abundantia, & otium. fol. 341. col. 2
Cap.17.
3 Aquila grãdis magnarũ alarũ venit ad Libanũ, & tulit medulam cedri. 71.c.1
Cap.20.
6 Ego Dominus Deus veſter. In die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de terra Ægypti, &c. 330.c.2
46 Pone faciem tuam contra viam Auſtri, & ſtilla ad Aphricum, &c. 17.c.1.
Cap.21.
2 Pone faciem tuam ad Hieruſalem, & ſtilla ad ſanctuarium, &c. 17.c.1.
10 Qui moues ſceptrum filij mei, ſuccidiſti omne lignum. 148.c.3
Cap 22.
16 Et poſſidebo te in conſpectu gentium. fol. 201. col. 1.
Cap. 23.
4 Et habui eas. 114.c.2.
Cap. 24.
16 Fili hominis, ecce ego tollo à te deſiderabile oculorum tuorum in plaga. 36.c. 2
Cap. 27.
8 Sapientes tui Tyre, facti ſunt gubernatores tui. 324. c. 2.
Cap. 28.
14 Tu Cherub extentus, & protegens. fol 273. col. 1.
16. & 17. In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate. fol. 364. col. 1.
Cap. 29.
4 Ponam frænum in maxillis tuis. fol. 359. c. 1.
Cap. 30.
14 Interficiam ſiue diſpergam multitudinem Mempheos. 61. c.2
Cap. 33.
31 Audiunt ſermones tuos, & non faciunt eos, &c. 7. col. 2
Cap. 34.
2 O paſtores Iſrael. Num paſcunt paſtores ſeipſos? Iſti vero contrarium fecerunt, &c. fol. 275 col. 3
4 Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, quod ægrotũ non ſanaſtis, quod fractum non alligaſtis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

&c.320.c 4.

Cap 35.

10 *Duæ gentes & duæ terræ meæ sunt, & hæreditate possidebo eas,&c.200.c.1*

Cap.36.

2 *Eoquod dixerit inimicus de vobis Euge, Euge altitudines sempiternæ in hæreditatem datæ sunt vobis.200. c.1*

17 *Iuxta immunditiam menstruatæ facta est via eorum coram me.104.c.3*

Cap.38.

4 *Circumagam te, & ponam frænum in maxillis tuis, & educam te.359.1*

20 *Commouebuntur à facie mea pisces maris,& volucres cæli, & bestiæ agri.&c.105.c.2*

Cap 44.

24 *Cum fuerit controuersia stabunt in iudicijs meis. 91.col.2*

28 *Non erit autem eis hæreditas;ego hæreditas eorũ. 198.col.4*

Cap.45.

7 *Principi hinc, & inde, &c. Non populabuntur vltra Principes populum meum, &c. fol. 273. col. 3*

Ex prophetia Danielis.

Cap.1.

12 *Dentur nobis legumina ad vescendum, & aquæ ad bibendum.349.c.1*

17 *Pueris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinam,&c.63.c.3*

Cap. 2.

17 *Ingressus domum suam, Ananiæ, & Misaeli,& socijs eius indicauit negotium.63.c.3*

19 *Tunc Danieli mysterium per visionem nocte revelatum est,&c.63.c.3*

23 *Nunc ostendisti mihi quæ rogauimus te &c.32, col. 2*

Cap. 3.

4 *Preco clamabat valenter: vobis dicitur,&c.109. col. 3*

16 *Nabuchodonosor Rex: Non oportet nos de hac re respondere tibi.109.c.3*

Cap.4.

31 *Potestas eius potestas æterna, & Regnum eius in generatione, & generationem. 84.c.2*

Cap. 5.

4 *Bibebant in vasis aureis,& argenteis,&c. fol.24. col. 1*

17 *Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da; Scripturam autem legam tibi,&c. fol.174. col. 3*

19 *Quos volebat, interficiebat, & quos volebat, percutiebat, & quos volebat,exaltabat,& quos volebat, humiliabat 324.c.2*

Cap. 7.

9 *Aspiciebam donec throni positi sunt; antiquus dierum sedit, &c fol.87 c.4*

Cap.9.

15 *Domine Deus noster, qui eduxisti populum de terra Ægypti in manu forti, &c. fol. 150. col. 2*

16 *Hierusalem, & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. fol. 150. col. 2*

Cap. 13.

5 *Egressa est de Babylone iniquitas à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.fol.272. col. 4*

Ex prophetia Oseæ.

Cap. 1.

4 *Adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrael.14. c.4*

9 *Voca nomen eius non dilectum. 195. c.3*

9 *Vocabo non plebem meam, & non dilectam,&c. 207. col.1*

Cap. 2.

5 *Vadam post amatores meos, vt dent mihi panes, & aquas meas,&c. 233. c.4.*

7 *Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis,quam nunc. 83. col.*

19 *Desponsabo te mihi in miserationibus. fol. 181. col. 3*

Cap.4.

1 *Audite verbum Domini filij Israel, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ. fol.79. col. 4*

2 *Sanguis sanguinem tetigit 104.c.2*

3 *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur bestia. 104.col.2*

6 *Conticuit populus meus quod non habuerit scientiam. 108.c.4. & fol 144.c.4*

8 *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. 24.c.2.& f. 115.col.4*

11 *Vinum, mulier,& ebrietas auferunt cor.fol.215. col. 3*

16 *Quoniam sicut vacca lasciuiens declinauit Israel. 357.col.2*

18 *Dilexerunt afferre ignominiam protectoris sui. f. 273.c.1.& 325.c.1*

19 *Ligauit eum Spiritus in alis suis.104.c.3.& f. 278.col.1*

Cap 5.

9 *In tribubus Israel ostendi fidem. 66. c.3.*

14 *Ego quasi leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iudæ; ego capiam, & vadam: tollam, & non est qui eruat. fol.8. col. 4. & fol. 203.c.4.*

Cap. 6.

1 *In tribulatione sua manè consurgent ad me.233. c. 3.& 342.c.1*

3 *Quasi diluculum præparatus est egressus eius.179. col. 4*

4 *Quid faciã tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina,& quasi ros manè pertransiens. 16.c.3.& 28. c. 2.*

6 *Misericordiam volui, quam sacrificium, & scientiam Dei magis,quàm holocausta fol.136. col. 2.*

Cap.7.

11 *Factus est Ephraim sicut columba seducta, non habens cor. fol. 80. col. 3. & fol. 110. col. 2. & fol.215. c.2.*

13 *Ego redemi eos, & ipsi loquuti sunt contra me mendacia. 131.c. 3.*

13 *Væ eis, quia recesserunt à me vastabuntur, &c. fol.346. c 4.*

14 *Super triticum,& vinum ruminabant, & recesserunt à me. 341. c.4.*

Cap. 9.

10 *Abominabiles facti sunt. sicut ea,quæ dilexerũt. 101.c.2.*

11 *Gloria eorum fuit à partu. 102. c. 3.*

12 *Væ eis,cum recessero ab eis. 361.c. 2.*

14 *Da eis vbera arentia. 24.c. 4.*

Cap. 10.

1 *Vitis frondosa Israel. 233.c.1.*

1 *Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ suæ exuberauit simulachris. 342.c.1.*

2 *Diuisum est cor eorum,nunc interibunt.fol.199. col.3.*

4 *Ferietis fœdus cum mendacio. 81. c. 2.*

6 *Confusio Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua. 81.c.2.*

7 *Transire fecit Samaria Regem suum. fol. 347. col. 1.*

9 *Ex diebus Gabaa peccauit Israel. 363.c.1.*

10 *Congregabuntur super eos populi, cum corripietur propter duas iniquitates suas. 345.c.3*

11 *Ephraim vitula docta diligere triturам. & ego transiui super pulchritudinem colli eius.fol.356. col. 4*

13 *Arastis impietatem, & iniquitatem messuistis, &c.81.col. 2.*

Cap. 11.

1 *Quia puer Israel erat,& dilexi eum. fol. 181. c. 2.& 209. c.4.*

3 *Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis. 269 c. 3.*

7 *Populus meus pendebit ad reditum meum. 361. col.3.*

Cap 13.

8 *Diues effectus sum,inueni idolum mihi. 99. c. 3. & 197.c.1.& 290.c.3.*

Cap.13.

3 *Sicut ros matutinus. 16.c.3.*

4. & 5. *Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti; Ego cognoui te in deserto,in terra solitudinis 342.c. 1.*

5 *Cognoui te in deserto. 210.c.4*

Ex prophetia Ioel.

12. & 17. *Vinea confusa est, & confusum est triticum. 125.c.4.*

Cap 3.

18 *Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte. 332.c.1.*

Ex prophetia Amos.

Cap. 2.

2. *Ego exterminaui Amorrhæum à facie eorũ, cuius altitudo cedrorum, altitudo eius,&c. 47.c. 4.*

Cap. 3.

2 *Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ. 196.c.2.*

9 *Congregamini super montes Samariæ, & videte insanias multas in medio eius, &c.f 136. col. 2.*

12 *Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, &c. fol. 8. col 3.*

Cap.4.

6 *Ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris,& indigentiam panum in omnibus locis vestris &c. 357.c.2.*

Cap. 6.

3 *Qui separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis,& lasciuitis in stratis vestris,&c. 372.c.4.*

Cap.7.

4 *Hæc ostendit mihi Dominus Deus: Et ecce vocabat iudicium ad ignem Dominus Deus,& deuorauit abyssum multam, & comedit simul partem. 194. c.3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 9.
9 *Ecce ego mandabo, & concutiam in omnibus gẽtibus domum Israel, sicut concutitur in cribro, &c.* 355. c.3.
11 *Reædificabo eum sicut in diebus antiquis.* 156. *col.*3.

Ex prophetia Abdiæ.

Cap. 1.
4. *Si exaltatus fueris, vt aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum.* 271.c.4.

Ex prophetia Ionæ.

Cap.3.
3. *Erat Niniue ciuitas magna itinere trium dierum.* 41.c.4.
Cap. 4.
10 *Si tu parcis propter coloquintidas, ego non parcã Niniue ciuitati magnæ? &c.* 2.c.4.

Ex prophetia Michęæ.

Cap.1.
2 *Audite populi omnes.* 109.c 1. & 136.c.3.
16 *Decaluare, & tondere super filios deliciarum.* 331.c.2.
Cap.2.
1 *Contra Dominum est manus eius.* 356.c. 2.
2 *Concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos, &c.* 371. c. 4.
4 *In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur cum suauitate dicentium: De populatione deuastati sumus.* 204.c.1.
6 *Loquimini loquentes: Non stillabit super istos.* 17.c.1.
8 *Populus meus in aduersarium consurrexit, &c.* 143.c.4.
10 *Surgite & ite, quia non habetis hic requiẽ.* 268. c.3. & 357.c.4.
11 *Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer.* 23.c.4.
13 *Ascendet pandens iter ante eos, & transibit Rex eorum coram eis.* 285.c.1.
Cap. 3.
8 *Verumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, iudicio, & virtute, &c.* fol. 120. *col.*3.
9 *Et omne rectum iehæcheßu.* 101.c.3.
Cap.4.
2 *Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.* 284.c.1.
7 *Ponam claudicantem in reliquias, & eam, quæ laborauerat in gentem robustam.* fol. 370. col 4
Cap. 5
7 *Quasi ros à Domino, & quasi stillæ super herbam quæ non expectat virum, & non præstolatur filios hominum.* 16.c.3. & 17.c.4
11 & 12 *Destruam omnes munitiones, & maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te.* f. 24.col.2
15 *Faciam in furore, & in indignatione in omnibus gentibus, quæ non audierunt.* fol. 15. *col.*3
Cap.6.
1. *Audite quæ Dominus loquitur; Surge, & contende iudicio aduersum montes, &c.* fol. 1. *col.*3
2 *Audite valles, & fundamenta terræ, quia iudicium Domini cum populo suo, & cum Israel dijudicabitur.* fol.2.c.4o
3 *Populo meus quid feci tibi, vel in quo iniuria te affeci?* f.2.c.4.& 28.c.1.
4 *Populo meus quid feci tibi, quia eduxi te de terra Ægypti?* 108.c.2.
Cap.7.
3 *Et Iudex in reddendo est.* 97.c.1.
14 *Pasce populum tuum in virga tua.* 266.c.2.& 357.c.4.
16 *Aures eorum surdæ erunt.* 7.c.4.

Ex prophetia Nahum.

Cap. 2.
8 *Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius.* f. 363.c.3.
9 *Diripite argentum, diripite aurum, & non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus.* 290.c.4.

Ex prophetia Habacuc.

Cap. 1.
5.& 6. *Videte, admiramini, & obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet, cum narrabitur. Quia ego suscitabo Chaldæos, &c.* 97.c.1.
8 *Quasi aquila festinans ad comedendum.* 271. *col.*1.
Cap.2.
3 *Si moram fecerit, expecta eũ, quia veniens veniet, & non tardabit.* 74.c.2.
5 *Sicut vinum decipit potantem se; ita vir superbus, & non decorabitur.* 216.c.3
6 *Væ qui multiplicat non sua, vsquequo aggrauat contra se densum lutum.* 291.c.3
9 *Væ qui congregat quæ sua non sunt, & vinculum suum graue reddit vehementer.* fol. 286. *col.* 3
15 *Væ qui potum dat amico suo potionis turbidæ, & inebriat eum, vt aspiciat nuditatem eius.* f. 200.*col.*3
Cap. 3.
1 *Domine audiui auditionem tuam, & timui.* fol. 15.*col.*4
2 *In medio annorum viuifica illud.* 75.c.2
3 *Operuit cælos gloria eius.* 30.c.1
13 *Denudasti fundamentum vsque ad collum eius.* 289.*col.*1
17 *Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum* 79.c.4.& 125.col.3
19 *Super excelsa mea deducet me victor.* fol. 330. *col.*1

Ex prophetia Sophoniæ.

Cap.2.
1 *Conuenite, congregamini gens non amabilis.* 217.*col.*3
Cap. 3.
5 *Iustus Dominus in medio eius non faciet iniquitatem: manè, manè iudicium suum dabit in lucem, &c.* 88. c.1
8 *In igne Zeli mei deuorabitur omnis terra.* 120. *col.* 4

Ex prophetia Aggæi.

Cap 1.
11 *Vocaui siccitatem super terram.* fol. 13. *col.*4
Cap.2.
7 *Adhuc vnum modicum, & ego commouebo* fol. 14. *col.* 4.
13. *Interrogate legem Sacerdotes: Si tulerit homo carnem sanctificatam in vestimento suo, & tetigerit de sumitate eius panem, &cæt. nunquid sanctificabitur?* 327.c.1

Ex prophetia Zachariæ.

Cap.1.
8 *Ecce vir ascendens super equum rufum.* fol. 355. *col.*2
12 *Domine exercituum vsquequo non miserebéris Hierusalem, & vrbium Iuda?* 191.c.3
Cap 2.
8 *Qui tetigerit vos tangit pupillam oculi mei.* 213. *col.*1 & 2
12 *Possidebit Dominus Iudam partem suam.* 194 *col.*3
Cap.3.
8 *Ecce ego adducam seruum meum Orientem.* 284. *col.* 2
Cap. 6.
5 *Isti sunt quatuor venti cæli, qui egrediuntur, vt stent coram Dominatore vniuersæ terræ.* f. 363. *col.* 4
12 *Oriens nomen eius.* 30.*col.*4
Cap.7.
12 *Posuerunt cor suum vt adamantem.* fol. 120. *col.*1
Cap. 9
13 *Extendi mihi Iudam quasi aurum.* fol. 26. *col.*3
17 *Vinum germinans virgines.* 384.c 2
Cap.11.
1 *Aperi Libane portas tuas.* 271.c.1
4 *Pasce pecora occisionis.* 338.c.1
7 *Assumpsi mihi duas virgas, vnum vocaui Decorẽ, & alteram Funiculum.* 94.c.3
Cap.13.
4 & 5 *Nec operientur saccino, vt mentiantur, sed dicet; Non sum propheta, homo agricola ego sum,* 336. *col.*4
9 *Sicut aurum in conflatorio probabo illos.* fol. 216. *col.* 2
9 *Vram eos sicut vritur argentum, & probabo eos; sicut probatur aurum.* 229.c.3

Ex prophetia Malachiæ.

Cap.1.
2 *Dilexi vos.* 342.*col.*4
6 *Filius honorat patrem suum, si ergo Pater ego sum vbi est honor meus?* 101 c.3
Cap.2.
4 & 6 *Pactum enim Domini cum Leui Lex veritatis fuit in ore eius.* 337.c. 4
7 *Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius.* 22.c.3
10 *Nunquid non Pater noster vnus omniũ nostrũ? Nunquid non Deus vnus creauit nos, &c.* f. 146. *col.*1
Cap.3.
6 *Ego Deus, & non mutor.* 84.c.3
Cap.4.
2 *Et egrediemini, & salietis, sicut vituli de armento.* 48.*col.*2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex lib. i. Machabæor.

Cap. 6.

12 & 13 NVnc reminiſcor malorum, quæ feci in Hieruſalem. Et cognoui quia propterea inuenerunt me mala iſta, &c. 232. col. 3

Ex lib. 2. Machabæor.

Cap. 1.

25 SOlus præſtans, ſolus Iuſtus, & omnipotens, & æternus, qui liberas Iſrael de omni malo, &c. 66. col. 4

Cap. 6.

12 Obſecro eos, qui hunc librum lecturi ſunt, ne abhorreſcant propter aduerſos caſus, ſed reputent ea, quæ acciderunt, non ad interitum, ſed ad correptionem eſſe, &c. 227. c. 2

Cap. 7.

22 Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis, neque ego ſpiritum, & animam donaui vobis, & vitã, & ſingulorum membra non ego ipſa compegi. f. 146. col. 1

EX SANCTO Ieſu Chriſti Euangelio ſecundum Matthæum.

Cap. 1.

20 HÆc autem eo cogitante, Ecce Angelus Domini. 178. col. 4

Cap. 2.

2 Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? fol. 139. col. 2

Cap. 3.

9 Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. 7. c. 3

9 Ne velitis dicere Patrem habemus Abraham. fol. 149. col. 1

Cap. 4.

6 Si Filius Dei es, mitte te deorſum. fol. 130. col. 2

8 Dic vt lapides iſti panes fiant. fol. 295. col. 2. & 4.

9 Hæc omnia tibi dab. 295. c. 4

Cap. 5.

3 Beati pauperes ſpiritu. 55. c. 1. & 4

6 Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitium. fol. 89. col. 1

11 Cum vobis detraxerint, & dixerint omne malũ aduerſum vos, &c. 121. c. 1

11 Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, &c. 231. c. 2

14 Vos eſtis lux mundi. 269. c. 1

14 Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. 179 c. 3

22 Omnis, qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio, &c. 117. c. 2 & 120. c. 3

25 Eſto conſentiens aduerſario tuo, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduerſarius iudici, &c. 264. col. 4

36 Quis veſtrum poteſt capillum atrum ex albo facere? &c. 69. col. 1

37 Sit veſtrum ita, ita, & non, non. 85. c. 1

47 Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter Cæleſtis perfectus eſt. 71. c. 2. & 72. c. 3

Cap. 6.

1 Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. 32. c. 3

11 Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. f. 254. col. 2

27 Quia nemo poteſt adijcere cubitum vnum ad ſtaturam ſuam. 87. c. 2

31 Nolite ſolliciti eſſe, dicentes; Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur. 146. col. 3

32 Scit Pater veſter, quia his omnibus indigetis. 113. col. 3

33 Quærite primum Rgnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. 77. c. 3. & 319. col. 1

34 Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum. 253. c. 1

Cap. 7.

2 Et qua menſura metiuntur homines, remetitur eis. 201. col. 4

16 Nunquid colligunt de ſpinis vuam, aut de tribulis ficus? 12. c. 2

17 Nam omnis arbor bona bonos fructus facit. 136. col. 1

23 Tunc confitebor illis, quia non noui vos. 210. col. 4

24 Omnis, qui audit verba mea & facit ea aſſimilabitur viro ſapienti, qui adificauit domum ſuã ſuper petram. 7. c. 1

26 Similabitur viro ſtulto, qui edificauit domum ſuam ſuper arenam. Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, &c. 43. c. 2

Cap. 8.

8 Non ſum dignus, vt tectum meum ſubeas. fol. 281. col. 1

29 Ieſu Fili Dei viui quid veniſti ante tempus perdere nos? 137. c. 4

29 Quid nobis, & tibi? 185. c. 4

Cap. 9.

5 Quid eſt facilius dicere, dimittuntur tibi peccata, an dicere, ſurge, & ambula? 71. c. 1

6 Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. 242. col. 1

9 Prætereins ſeſus vidit hominem ſedentem in telonio. 290. col. 2

30 Videte ne quis ſciat. 43. c. 4

Cap. 10.

9 Nolite poſſidere aurũ, argentum, neque pecuniã, &c. 244. c. 3. & 259. c. 4

16 Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. 80. c. 3

20 Non eſtis vos, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri. 46. c. 2. & 3

Cap. 11.

3 Tu es, qui venturus es, an alium expectamus. fol. 162. col 4

12 Regnum cælorum vim patitur. 54. c. 4

21 Tunc cæpit Ieſus exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ fuerant plurimæ virtutes, quia non egiſſent pœnitentiam. 345. c. 2

28 Venite ad me omnes, qui laboratis 103. c. 3

29 Dicite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. 314. col. 2

Cap. 12.

34 Progenies viperarum quomodo poteſtis bona facere cum ſitis mali? &c. 118. c. 1

52 Propterea dico vobis; Omnis Scriba eruditus in Regno cælorum. 164. c. 3

Cap. 13.

27 Nonne bonum ſemen ſeminaſti in agros tuo? 119. col. 3

Cap. 15.

26 Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. 147. c. 2. & 149. c. 2

Cap. 16.

17 Beatus es Simon Barjona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cælis eſt. 92. col. 1

22 Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. Vade poſt me Sathana, &c. fol. 92. col. 1. & fol. 303. col. 4

24 Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. 53. c. 1. & 59. c. 2. & 303. c. 1

Cap 17.

1 Duxit illũ in montem excelſum. 179. c. 2

Cap. 18.

3 Niſi cõuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in Regnum cælorum. fol. 256. col. 1

5 Qui ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me ſuciipt. 256. c. 1

10 Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei. 189 col. 2

27 Miſertus autem Dominus ſerui illius, dimiſit eum. & debitum dimiſit ei. 319. c. 1

Cap. 19.

12 Sunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere, capiat. fol. 34 col. 4

14 Sinite paruulos venire ad me. 256. c. 1. & 2

17 Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata fol. 39. col. 2

21 Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia, &c. 53. c. 1. & 72. c. 2. & 244. c. 3. & 249. c. 1. & 290. col. 4

24 Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in regnum cælorum. 196. col. 3

27 Ecce nos relinquimus omnia. 222. c. 1

Cap. 20.

24 Sedere ad dexteram, & ad ſiniſtam non eſt meũ dare vobis, &c. 89. c. 4

Cap. 21.

13 Scriptum eſt, quia domus mea domus orationis eſt, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. 208 col. 3

15 Videntes autem Principes Sacerdotum, & Scribæ mirabilia, quæ fecit, &c. 198. c. 2

33 Locauit eam agricolis. 203. c. 1

38 Hic eſt hæres, venite, occidamus eum. fol. 130. col. 4. & 143. c. 1. & 201. c. 4

41 Malos mále perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis. fol. 1. col. 4

44 Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur gẽti facienti fructus eius. 203. c. 2

Cap. 22.

30 In reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cælo. 34. c. 3. & 37. col. 1

39 Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. 258. c. 1

Cap. 23.

2 Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi; Omnia ergo, quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite. 12. c. 2. & 13. c. 1. & 78. c. 4. & 338. c. 4

8 Nolite vobis dicere Magiſtrum in terra. Vnus eſt enim Magiſter veſter, &c. 9. c. 2

9 Nolite vocare Patrem ſuper terram; Vnus eſt enim Pater veſter, qui in cælis eſt. 145. col. 4

22 Sollicitudo ſeculi iſtius, & fallacia diuitiarum ſuffocat verbum. 245. c. 2

26 Mundate quæ intus ſunt, & quæ foris ſunt mũda erunt. 199. c. 3

32 Implete menſurã Patrum veſtrum. 205. c. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

37 *Quoties volui congregare pullos tuos sub alas,& noluisti?* 267.c.3

Cap. 24.

28 *Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.* 271.c.1
35 *Cælum,& terra transibunt.* 84.c.3
38 *Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes,& bibentes,&c.* 196.c.2

Cap.25.

12 *Nescio vos.* 210.c.4
15 *Vni dat quinque talenta, alij duo, alij vero vnum &c.* 71.c.3
26 *Serue male,& piger.* 60.c.3
27 *Oportuit te committere pecuniam mean numularijs,&c.* 8.c.2
40 *Quod vni ex minimis meis fecistis,mihi fecistis.* 54.c.2

Cap.26.

8 *Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Potuit enim vnguentum istud venumdari, &c.* fol. 255. col. 1
21 *Vnus vestrum me traditurus est.* fol. 64.c.1.& 118.c.4
40 *Non popuistis vna hora vigilare mecum?* 338. col. 4
55 *Tanquam ad latronem existis cum gladijs, & fustibus comprehendere me,&c.* 129.c.1

Cap.27.

1 *Mane facto consilium inierunt Principes, & sacerdotes.* 141.c.2
3 *Retulit triginta argenteos.* 294.c.1
24 *Innocens ego sum.* 130.c.2
25 *Sanguis eius super nos,& super filios nostros.* fol. 202.col.2
34 *Dabant ei bibere vinum cum felle mixtum.* 133. col.1
39 *Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua.* 282.c.4
40 *Si Filius Dei es, descende de Cruce.* fol. 130. col.2

Cap.28.

19 *Ite in vniuersum mundum, prædicate Euangelium hoc,&c.* 21.c.2

Ex Euangelio Marci.

Cap. 1.

24 Scio te quis sis: Tu es Filius Dei viui. 137. col.4

Cap. 5.

13 *Mitte nos in porcos.* 104.c.3

Cap. 6.

8 *Manducauerunt, & saturati sunt.* fol. 259. col. 1
31 *Venite seorsum in desertum locum,& requiescite pusillum.* 20.c.3

Cap.7.

37 *Bene omnia fecit.* 71.c.4

Cap.10.

15 *Offerebant illi paruulos.* 256.c.1
21 *Veni,& sequere me.* 303.c.1

Cap.12.

26 *Super rubum.* 140.c.4
43 *Mulier hæc vidua pauper plusquam omnes misit.* 55.c.4

Cap. 13.

5 *Qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de modo sua.* 287.c.2

Cap.15.

59 *Vere hic homo Filius Dei erat.* 143.c.3

Ex Euangelio Lucæ.

Cap.1.

13 Exaudita est deprecatio tua. 318.c.4
28 Benedicta tu inter mulieres. 37. c.1
33 *Regnabit in domo Iacob in æternum.* fol. 314. col. 2
36 *Ecce Elizabeth cognata tua,& ipsa concepit filium in senectute sua,&c.* 71.c.1
65 *Montana Iudææ.* 330.c.1

Cap. 2.

5 *Eo quod esset de domo,& familia Dauid* fol. 44. col. 4

Cap.3.

2 *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto.* 42.c.1
7 *Genimina viperarum,&c.* 118. c.1

Cap.4.

18 *Propter quod vnxit me euangelizare pauperib⁹.* 88.col.4
34 *Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene?* fol. 161. col.1

Cap 5.

3 *Ascendit Iesus in nauiculam Petri.* fol. 21. col.4

Cap.6.

12 *Exijt in montem orare.* 279.c.1

Cap.7.

24 *Et cum discessissent nuntij Ioannis, cepit dicere de Ioanne ad turbas, &c.* 116.c.4

Cap.8.

8 *Qui habet aures audiendi, audiat.* fol. 8. col. 4
11 *Semen est verbum Dei.* 104.c.4
18 *Videte quomodo audiatis, qui habet dabitur illi; quicumque non habet, etiam quod putat se habere,* auferetur ab illo. 134.c.1

Cap.9.

31 *Dicebant excessum eius.* 76.c.3
41 *O generatio infidelis, & peruersa.* 101. c.3

Cap.10.

4 *Neminem per viam salutaueritis.* 41. c.3 & fol. 307.c.4
17 *Domine etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.* 46.c.3
39 *Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.* 339.c.2
58 *Cum vadis cum aduersario tuo ad Principem, in via da operam liberari ab illo, &c.* fol 264. col. 3

Cap.11.

11 *Quis ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi?* 149. c.3
22 *Cum fortior illo superuenerit, vniuersa eius arma auferet,&c.* 70.c.2
46 *Quod superest, date eleemosynam.* 272.c.2

Cap.12.

11 *Nolite sollliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis &c.* 178.c.2
17 *Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos?* 181.c.1
20 *Stulte hac nocte,&c* 134.c.4
22 *Nolite sollliciti esse dicentes, quid manducabimus &c.* 146.c.2.& 178.c.2
29 *Nolite quærere quid manducetis; Pater vester scit, quia his omnibus indigetis.* 178.c.2
34 *Vbi est thesaurus vester, ibi & cor vestrum erit.* 190.col.2

Cap. 13.

6 *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua.* 205.c.2
33 *Non capit Prophetam perire extra Hierusalem.* 140.c.4.

Cap.14.

10 *Amice ascende superius.* 217.c.2
28 *Quis ex vobis volens turrim ædificare, non pri⁹ sedens computat sumptus, qui necessarij sunt,&c.* 179.col.1

Cap.15.

9 *Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram*
29 *Nunquam dedisti mihi hædum.* 146 c.2

Cap. 16.

9 *Quoniam ipsorum est regnum cælorum. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c.* fol.
22 *Factum est, vt moreretur mendicus & portaretur in sinum Abrahæ.* fol. 54. col. 1.& 192. col. 3
25 *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, &c.* fol. 123. col. 3. & fol. 241. col. 1

Cap.17.

10 *Cum feceritis hæc omnia, dicite; Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.* fol. 32. col. 4

Cap. 18.

22 *Omnia, quæcumque habes, vende, & da pauperibus: His ille auditis contristatus est, quia dives erat valde.* 197.c.3

Cap.19.

5 *Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* fol. 41. col. 2.& fol. 270. col.2

Cap.20.

37 *Secus rubum.* 140.c.4

Cap. 21.

19 *In patientia vestra possidebitis animas uestras,* 175.col.1
29 *Cum esses sub ficu vidi te.* 205.c.2

Cap. 22.

31 *Sathanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticũ, &c.* 237.c.2
64 *Velauerunt faciem eius.* 137.c.4

Cap. 23.

18 *Dimitte nobis Barabbam.* 130. c.2
43 *Hodie mecum eris in paradiso.* fol. 222. col 3
46 *In manus tuas Domine commendo spiritũ meũ.* 77.c.4.& 187.c.2

Cap. 24

7 *Tradetur in manus peccatorum.* 107 c.3
26 *Nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* 225. c. 4
32 *Nonne cor nostrum ardens erat in via.* fol. 18. col. 4

Ex Euangelio Ioannis.

Cap. 1.

12 Dedit eis potestatem filios Dei fieri. 143. c. 2 & 155. col. 1
14 *Plenum gratiæ & veritatis.* 66 c.3
14 *Et Verbum caro factum est,& habitauit in nobis.* 142.col.1
28 *Hæc in Bethania facta sunt, vbi erat Ioannes baptizans.* 140.c.4
29 *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* 222. col. 1
37 *Ecce Agnus Dei, & audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum* fol. 314. col. 3
46 *A Nazareth potest aliquid boni esse?* fol. 332. col. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

51 *Amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes, &c. fol. 10. col. 3. & fol. 25. col. 1. & fol. 192. col, 4,*

Cap. 2.

11 *Hoc fecit initium signorum Iesus, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. 211. c.3.*

Cap.3.

8 *Spiritus enim vbi vult, spirat, sed nescis vnde venit, & quo vadat, &c. 188. c.4*

13 *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo. Filius hominis, qui est in cælo. fol. 285. col. 2*

16 *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret. 183. c.2.*

32 *Quod audiuit loquitur, & quod vidit testatur. 308. c. 2.*

33 *Qui accipit eius testimonium, signauit quia Deus verax est. fol. 79. c. 3.*

34 *Mandatum nouum, &c. 162. c.4.*

Cap. 4.

4 *Descende priusquam moriatur filius meus. fol. 330. col. 1.*

Cap. 5.

8 *Tolle grabatum tuum, & ambula. Tolle cubile tuum, &c. 160. c. 1.*

30 *Non possum ego à me ipso facere quicquam; vt audio, iudico, &c. 90. c. 1. & fol. 19. 11. 20*

31 *Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum. 75. c. 1*

Cap. 6.

12 *Vt impleti sunt, dixit discipulis suis; Colligite, quæ superauerunt, fragmenea. 259 c. 1*

15 *Cum cognouisset quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent Regem, fugit iterum in montẽ. 274. col. 3*

18 *Arguet mundum de peccato. 107. c. 3*

26 *Amen dico vobis; quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, &c. 270. col. 2*

27 *Hunc Pater signauit Deus. 79. c. 3*

38 *Non descendi de cælo, vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. 311. col. 3*

56 *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. fol. 222. col. 1*

59 *Non sicut manducauerunt Patres vestri manna, & mortui sunt, 376. c. 3*

60 *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? 86. c. 3. & 132. c. 2*

67 *Nunquid & vos vultis abire? 339. c. 2*

Cap. 7.

7 *Tempus meum non dum aduenit; tempus autem vestrum semper est paratum. 137 c. 1*

15 *Mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? 140. c. 4*

Cap. 8.

3 *Queritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. 78. c. 4*

19 *Vbi est Pater tuus? Respondit; Neque me scitis, neque Patrem meum. 169. c. 4*

41 *Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum Patrem habemus Deum. 147. c. 1*

44 *Vos ex patre diabolo estis. 149. c. 1*

47 *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. 14. c. 1*

53 *Abraham, & Prophetæ mortui sunt, &c. Quẽ te ipsum facis? 268. c. 4*

Cap. 9.

8 *Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij autem nequaquam, &c. 218. c. 2*

Cap. 10.

11 *Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus. f. 274. c. 2. & 275. c. 3*

13 *Mercenarius videt lupum venientem, & fugit. 116. col. 2*

14 *Ego sum Pastor bonus, & cognosco oues meas. 321. c. 2*

16 *Oues meæ vocem meam audiunt. fol. 40. col. 4*

29 *Nemo potest rapere de manu mea. fol. 110. col. 3*

37 *Si non facio opera Patris mei nolite mihi credere, &c. 71. c. 4*

Cap. 11.

11 *Lazarus amicus noster dormit. 241. c. 3*

23 *Lazare veni foras. 40. c. 4*

47 *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? 130. col. 3*

48 *Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tellent locum nostrum, & gentem. fol. 302. col. 1*

Cap. 12.

32 *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. 280. c. 1*

Cap. 13.

8 *Domine tu mihi lauas pedes? 43. c. 2*

30 *Cum accepisset ille buccellam, exiuit continuo, erat autem nox. 72. c. 4*

34 *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, &c. 183. c. 4*

Cap. 14.

6 *Ego sum via, veritas, & vita; Per me si quis intrauerit exit. 75. c. 1. & 162. c. 2. & fol. 222. col. 1*

15 *Si diligitis me, mandata mea seruate. fol. 44. col. 1*

Cap. 15.

5 *Ego sum vitis, vos palmites, & Pater meus agricola est. fol. 208. col. 3. & fol. 222. col. 1*

13 *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt ponat quis animam suam pro amicis suis. fol. 73. col. 3*

15 *Iam non dico vos seruos, sed amicos, quoniam quæcumque audiui à Patre meo nota feci vobis. 151. col. 3*

24 *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, &c. fol. 142. col. 4*

25 *Odio habuerunt me gratis. 183. c. 1*

Cap. 16.

26 *Non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis. &c. 178. c. 2*

33 *In mundo tribulationem habebitis. fol. 235. col. 3*

Cap. 17.

6 *Pater manifestaui nomen tuum hominibus. 151. col. 2*

8 *Si ergo me quæritis, sinite hos abire. fol. 274 col. 1*

38 *Quid est veritas? Et cum hoc dixisset iterum exiuit, &c. 86. c. 3*

Cap. 19.

15 *Regem vestrum crucifigam? &c. fol. 130. col. 2*

22 *Quod scripsi, scripsi. 89. c. 4*

30 *Inclinato capite tradidit spiritum. fol. 45. col. 1*

30 *Consumatum est. 72. c. 1*

44 *Sangis eius seper nos. 130. c. 2*

Cap. 21.

18 *Cum esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas, cum autem senueris, extendes manus tuas & alius te cinget, & ducet quo non vis. fol. 166. c. 3*

Ex Actis Apostolorum.

Cap. 3.

2 & 4 *Dvas nubes, saulum, & Barnabam, &c. 21. c. 2*

6 *Argentum, & aurum non est mihi. fol. 53 c. 4*

Cap. 4.

16 *Quid faciemus hominibus istis? 238. c. 4*

25 *Et seq. Qui Spiritu sancto per os Patris nostri Dauid pueri tui dixisti. Quare fremuerunt gentes, &c. 109. c. 1. & 136. c. 3*

Cap 7.

24 & 25 *Fecit vltionem percusso Ægyptio. Existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis, &c. 275. col. 1*

Cap. 8.

28 *Accede, & adiunge te ad currum istum, &c. 21 col. 1*

Cap. 9.

5 *Durum est tibi contra stimulum calcitrare. 26. c. 2. & 123. c. 1*

6 *Domine quid me vis facere? 26. c. 2. & fol. 42. col. 4*

7 *Surge, ingredere ciuitatem, & ibi tibi dicetur quid te oporteat facere 305. c. 2*

28 *Si quos inuenisset huius viæ viros, ac mulieres. 251. col. 4*

Cap. 10.

4 *Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. 191 c. 3*

6 *Acersi Simonem, hic tibi dicet quid te oporteat facere. 305. c. 3*

14 *Nunquam manducaui omne commune, & immundum 39. c. 4*

26 *Surge, & ipse homo sum. 216. c. 2*

38 *Pertransyit benefaciendo, & sanandi omnes fol. 301. col. 4*

41 *Manducauimus, & bibimus cum illo. fol. 334. col. 2*

Cap. 12.

12 *Ego obtuli orationem tuam Domino. fol. 191. col. 3*

Cap. 13.

10 *O plene omni fallacia, fili diaboli, inmice omnis iniustitiæ, &c, 118, c. 2*

18 *Mores eorum sustinuit. 147. c. 2*

19 *Et destruens gentes septem in terra Chanaan, & sorte distribuit eis terram, &c. fol. 177. col. 1*

46 *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, &c. Ecce conuertimur ad gentes. 138. c. 2*

Cap. 16.

3 & seqq. *Paulus, & Timotheus transeuntes Phrygiam, &c, 21. c. 2*

Cap. 17.

27 *Quærere Deum, si forte attrectent eum. fol. 307. col. 2*

Cap. 20.

7 *Vna Sabbathi cum conuenissemus ad frangendũ panem fol. 15. col. 2.*

28 *Ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo. fol. 181. col. 4*

Cap. 26.

29 *Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantum te, sed etiam omnes tales fieri, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. fol. 230. col. 4*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex Epistola Pauli ad Roman.

Cap. 1.

5 *Per quem accepimus gratiam, & Apostolatū.* 173. col. 1

21 *Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, idcirco tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, &c.* 345. c. 2

Cap. 3.

1 *Multum quidem per omnem modum, quoniam credita sunt illis eloquia Dei.* 337. c. 4

5 *Nunquid iniquus est Deus, qui infert iram?* 66. col. 4

20 *Per legem cognitio peccati.* 265 c. 1

Cap. 4.

17 *Qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam sint, &c.* 53. col. 1

Cap 5.

4 *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem; spes autem non confundit.* 229. c. 1. & 238. col. 3

6 *Vt quid enim Christus, cum adhuc impiy essemus, secundùm tempus pro impijs mortuus est.* fol 96. col. 3

10 *Quoniam cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo.* 282. c. 1

20 *Lex subintrauit, vt abundaret delictum.* 263. col. 2

Cap. 6.

21 *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* 15. c. 2

Cap. 8.

18 *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam.* 46. c. 3

21 *Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* fol. 335. col. 3

Cap. 9.

6 *Non enim excidit verbum Dei. Non enim omnes, qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ.* fol. 206. col. 2

33 *Qui crediderit in eum, non confundetur.* 78. col. 2

Cap. 10.

6 *Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælum?* 25. col. 1

10 *Corde creditur ad iustitiam, ore confitetur ad salutem.* 222. c. 4

12 *Diues super omnes, qui inuocant eum.* 180. col. 3

16 *Domine quis credidit auditui nostro?* fol. 21. col. 3

17 *Fides ex auditu.* fol. 6. col. 2. & fol. 143. col. 2.

20 *Inuentus sum à non quærentibus me; palam apparui ijs, qui me non interrogabant.* fol. 209. col. 3

Cap. 12.

12 *Benedicite, & nolite maledicere.* fol. 118. col. 2

20 *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi, &c. carbones ignis congeres super caput eius.* 172. c. 3

Cap. 13.

8 *Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.* 184. c. 1

vlt. *Carnis curam ne feceritis in desiderijs.* 251. c. 1. & 253. c. 1. & 350. c. 3

Cap. 14.

35 *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* fol 182. col. 1

Ex Epistola 1. ad Corinth.

Cap. 1.

5 *In omnibus diuites factis estis in illo.* 222. col. 4

18 *Si quis videtur sapiens, stultus fiat, vt sit sapiens,* 134. c. 3

Cap. 2.

9 *Quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis ascendit, &cæt.* fol. 175. col. 2

Cap. 3.

1 *Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus.* 11. col. 4

2 *Lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis. &c. Adhuc enim carneles estis.* 25. c. 3. & 47. c. 3

4 *Cum enim quis dicat; Ego quidem sum Pauli, alius autem; Ego Apollo: nonne homines estis?* 153. col. 3

6 *Ego plantaui; Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit.* 9. c. 3. & 21. c. 2

9 *Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.* fol. 176. col. 1

11 *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.* fol. 284. col. 2

Cap. 4.

7 *Quid enim habes, quod non accepisti?* 175. c. 1. & 218. c. 1

9 *Puto enim quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos.* fol. 19. col. 4.

9 *Quoniam spectaculum facti sumus huic mundo, & Angelis, & hominibus.* 228. c. 4

11 *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* 305. col. 1

Cap 5.

2 *Quare non magis luctum habuistis, vt tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.* fol. 116. col.

8 *Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento, &c. sed in azymis synceritatis, & veritatis.* 372. c. 3. & 375. c. 1

Cap 6.

13 *Esca ventri, & venter escis; Deus autem & hunc, & has destruet.* 350. c. 3

17 *Qui adhæret Deo, vnus spiritus sit cum eo.* 185. col. 2

Cap. 7.

1 *Bonum est homini mulierem non tangere.* fol. 33. col 4

25 *De virginibus præceptum Domini non habeo* f. 36. col. 1

27 *Nolite quærere quæ in hoc mundo sunt; præterit enim huius mundi figura.* fol. 289. c. 4

30 *Qui habent tanquam nō habentes, &c.* fol. 292. col. 4

31 *Præterit figura huius mundi.* 84. c. 1.

34 *Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu.* 36. c. 4

Cap. 8.

1 *Scientia inflat; charitas vero ædificat.* fol. 185. col. 4

Cap. 9.

10 *Qui arat, debet arare in spe.* 81. c. 2

13 *Qui altari deseruiunt cum altari participant.* 372. col. 1

17 *Volens hoc ago, mercedem habeo.* 38. c. 2

19 *Cum liber essem, omnibus me seruum feci.* 320. col 1

24 *Vnus accipit brauium.* 34. c. 4.

24 *Sic currite, vt comprehendatis.* fol. 311. col. 4

Cap. 10.

1 & 2 *Nolo vos ignorare, quoniam Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, &c. Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt. &c. f.* 131. c. 4 & fol 368. col. 2

4 *Bibebant enim de spiritali sequente petra; petra autem erat Christus.* 142. c. 1

9 *Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt* fol. 74. col. 2

11 *Et cum omnia in figura contigerint illis; scripta autem sunt ad nostram correptionem, &c.* 120. col. 4

Cap. 11.

10 *Vbi iubentur mulieres velare caput propter Angelos.* 177. col. 4

26 *Quotiescumque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* 375. col. 3

Cap. 12.

23 *Quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus.* 119. col. 1

31 *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.* f. 185. col 1

Cap. 13

1 *Si linguis hominum loquar, &c.* 24. c 3

11 *Postquam factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli.* 356. c. 4

13 *Nunc autem manent fides, spes, charitas.* 222. col. 4

13 *Faciet cum tentatione prouentum.* fol. 261. col. 2

Cap. 14.

20 *Nolite pueri effici sensibus, sed malicia parruuli estote.* 256 c. 1

Cap. 15.

28 *Post subiecta sibi omnia in cælo.* fol. 45. col. 1

49 *Sicut portauimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem cælestis.* 3. c. 3

Ex Epistola 2. ad Corinth.

Cap. 1.

3 *Non esse nos sufficientes cogitare aliquid ex nobis.* 10. c. 1 & 14. c. 3

Cap. 2.

17 *Non sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, &c.* 23. c. 1

Cap. 3.

10 *Nam nec glorificatum est, quod glorificatum fuit propter excellentem gloriam.* 68. c. 1

14 *Vsque in hodiernum diem velamen veteris testamenti non reuelatum habent.* fol. 307. col. 3

Cap. 4.

7 *Habemus thesaurum in vasis fictilibus.* fol. 36. col. 3

17 *Leue tribulationis æternum gloriæ pondus operatur.* 241. c. 3

Cap 5.

6 *Se peregrinari à Domino quandiu erat in corpore.* 243. c. 2

14 *Charitas Dei vrget nos, vt qui viuunt, non iam sibi viuant.* 184. c. 1

Cap. 6.

9 *Vt castigati, & non mortificati.* fol. 241. col. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

10 *Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.* 55.col. 4

Cap.7.

11 *Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinē.* 116.col.1

Cap.8.

9 *Qui propter nos egenus factus est, cum diues esset.* 138.col.2

Cap.10.

12 *Qui se putat stare, videat ne cadat.* fol. 116. col. 2

Cap.11.

26 *Pericula fluminum, pericula ex genere, pericula ex gentibus, &c.* 189.c.1

29 *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?* 275. col. 4. & 321. col.1

Cap.12.

7 *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ.* fol. 214. col. 1

Ex Epistola ad Galat.

Cap. 2.

20 *Viuo ego, iam non ego, sed viuit in me Christus.* 63.col.2

Cap. 3.

1 *O insensati Galatæ quis vos fascinauit non obedire veritati?* fol. 118. col. 1. & fol. 263. col. 4

3 *Sic stulti estis, vt cum spiritu caperitis, nunc carna consumamini?* 118.c.2

13 *Christus redemit nos de maledicto legis, &c.* 204 col.2

19 *Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat.* fol. 266. col. 3

24 *Lex pædagogus est.* 204.c.3

Cap.4.

3 *Ita & nos eramus paruuli sub elementis huius mundi seruientes, donec venit plenitudo temporis.* fol. 139.c.1. & fol. 204.c.3

4 *Factum ex muliere,* 37.c.2

15 *Si possibile fuisset, oculos vestros eruissetis, mihique dedissetis,* 275.c.3

20 *Vellum autem esse apud vos modo, &c.* fol. 15. col. 1

22 *Abram duos filios habuit, &c. vna in seruitutē generans,* 150.c.1

24 *Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem.* fol. 379. col.1

Cap.5.

10 *Auaritia enim simulachrorum seruitus est.* fol. 294.col.2

14 *Per charitatem spiritus seruite inuicem.* fol. 38. col. 1

17 *Si ipsa caro aduersus spiritum concupiscat.* 77. col. 3

Cap.6.

8 *Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.* 201. col.3

17 *Nemo mihi molestus sit.* 234.c.4

Ex Epistola ad Ephesios.

Cap.3.

5 *In alijs generationibus mysterium Christi nō est agnitum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis, & Propheeis.* fol. 164. col. 1

20 *Potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligimus.* 319.c.1

Cap. 4.

6 *Vnus Deus, & Pater omnium, qui est super omnia, & in omnibus.* 113.c.3

25 *Deponentes mendacium loquimini veritatem, vnusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra.* 85.c.2

Cap. 5.

11 *Nolite cōmunicare operibus infructuosis tenebrarum.* 116.c.1

Cap. 6.

9 *Pro quo legatione fungor in catena?* fol. 138. col. 2

12 *Non enim est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, &c.* 191.c.4

10 *Orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia, &cæt.* fol. 3. col. 4

Ex Epistola. ad Philippenses.

Cap.2.

8 *Factus est obediens vsque ad montem.* 311. col. 4

Cap. 3.

2 *Videte canes, videte malos operarios. videte concisionem.* 149.c.2. & 206.c.3

18 *Quorum Deus venter est.* 259.c.2

20 *Nostra conuersatio in celis est.* fol. 3. col. 3. & fol. 25. col. 1. & fol. 243. col. 2. & fol. 336. col. 1

Cap.4.

7 *Pax Dei* fol. 55. col. 3

9 *Deus Pacis.* fol. 55. col. 3

Ex Epistola ad Colossenses

Cap. 1.

13 *Eripuit vos de potestate tenebrarū, & transtulit in regnum Filij dilectionis suæ.* fol. 180.col.3

Cap.4.

3 *Orantes simul, & pro nobis vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi.* 10. col. 2

Ex Epistola 1. ad Thessalonicenses.

Cap. 2.

7 *Facti sumus in medio vestri tanquam si nutrix foueat filios suos.* 113.c.3

Cap.3.

3 *Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus.* fol. 59. col.1

Cap 5.

21 *Omnia probate, quod bonum est, tenete.* 148. col. 4

Ex Epistola 2. ad Thessalonicenses.

Cap.2.

8 *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.* 116. col.4

Ex Epistola 1. ad Timotheum.

Cap. 1.

9 *Vi lex posita non est.* fol. 44. col. 3

17 *Soli Deo honor, & gloria.* fol. 184. col. 2

Cap. 5

1 *Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem: iuuenes vt fratres, &cæt.* fol. 157. col. 3

11 *Adolescentiores viduas deuita, cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt.* fol. 350. col. 2

Cap.6.

8 *Habentes victum, his contenti sumus; Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli.* fol. 253. col. 2. & fol. 267. col. 2

9 *Desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.* fol. 251. col. 1

16 *Qui solus habet immortalitatem.* fol. 84. col. 3

17 *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum.* 245. col. 3

20 *O Timothee depositum custodi.* 159. c. 2

Ex Epistola 2. ad Timotheum.

Cap. 1.

3 *Quæ à me audisti in fide, & dilectione Christi Iesu* 159.c.3

Cap.2.

2 *Quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda hominibus fidelibus, &cæt.* fol. 159. col. 3

9 *Verbum Dei non est alligatum.* 8.c.3

Cap. 3.

4 *Permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris.* 159.c.2

Ex Epistola ad Titum.

Cap.1.

12 *Semper mendaces, malas bestias, quamobrem increpa illos dure.* 118.c.2

Cap.2.

14 *Sectatores bonorum operum.* 59.c.2

Ex Epistola ad Hebræos.

Cap.1.

14 *Administratorij spiritus sunt, missi in ministerium propter nos.* 41. col. 4. & 189 col. 2

Cap. 2.

1 *Oportet nos ea, quæ audiuimus, obseruare, ne quando pereffluamus.* 264.c.1

11 *Propter quem omnia, & per quem omnia.* fol. 45. col. 2

Cap. 3.

12 *Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum, &c.* 127.c.1

Cap.4.

14 *Propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.* fol. 34.col.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 5.

12 *Cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis, vt vos doceamini, &c. fol. 14. col. 4*
12 *Facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. 22 col. 2*
13 *Omnis, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. Paruulus enim est, &c. fol. 292. col. 2*

Cap. 6.

7 *Terra venientem super bibens imbrem. 22. c. 2. & 27. c. 4*

Cap. 9.

16 *Quia testamentum non valet, nisi mors intercedat testatoris 204 col. 3*

Cap. 10.

1 *Vmbram habens lex futurorum bonorum f. 210. col. 1*
5 *Fide translatus est Enoch, ne videret mortem. fol. 109. col. 2*
19 *Habentes itaque fiduciam in introitu Sanctorũ in sanguine Christi. 162. c. 3*
28 *Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur: Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, &c. fol. 368. col. 1*

Cap. 11.

1 *Est autem fides sperandarum substantia rerum. 221, col. 3*
8 *Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem acceperus erat in hæreditatem, &c. 39. c. 1. & 304. c. 3*
15 *Non confunditur Deus vocari Deus eorum; parauit enim illis ciuitatem. 246. c. 2*
25 *Magis elegit affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem. fol. 273. col. 4*
26 *Fide Moyses, &c. Maiores diuitias æstimans. f. 123. col. 2*

Cap. 12.

5 *Obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filijs loquitur, dicens: Fili mi noli negligere disciplinam Domini, &c. 227. c. 1*
6 *Quem diliget Dominus castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit. fol. 230. col. 2*

Cap. 13.

5 *Non te deseram, neque derelinquam. fol. 345. col. 4*
13 & 14. *Exeamus ad eum extra castra, improperium eius portantes. Non enim hic habemus permanentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. 243. c. 2. & 308. c. 3*

Ex Epistola Iacobi.

Cap. 1.

2 *Non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. 84. c. 2*
5 *Qui dat omnibus affluenter 261. c. 4*
19 *Velox ad audiendum, & ad implendum velocior. 41. col. 3*
21 *In mansuetudine suscipite insitum verbum. fol. 6. col. 4*
22 *Estote factores verbi, & non auditores tantum. 7. col. 1*

Cap. 2.

10 *Quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in vno: factus est omnium reus. fol. 39. col. 2*

Cap. 3.

3 *Si equis frænas eorum mittimus ad consentiendũ nobis, etiam omne corpus illorum circumferimus. 358. col. 3*

Cap. 4.

4 *Adulteri nescitis, quia amicitia huius mundi inimica est Deo? 149. c. 2*

Ex Epistola 1. Petri.

Cap. 1.

7 *Vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem purgatur) inueniatur in laudem, &c. fol. 222. c. 3*
22 *Animas vestras castificantes in obedientia charitatis. 44. col. 3*

Cap. 2.

6 *Qui crediderit in eum non confundetur. fol. 78. col. 2*
11 *Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos, abstinete vos à carnalibus desiderijs, &c. fol. 243, col. 2*
21 *Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius. 59. c. 2. & 280. c. 2. & 287. c. 1*

Cap. 4.

18 *Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrũ illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. 6. c. 1*
19 *Hi, qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas in bene factis. 77. col. 4*

Cap. 5.

2 *Pascite, qui intra vos est, gregem Domini. 273. col. 3*

Ex Epistola 2. Petri.

Cap. 2.

16 *Correptionem habuit suæ vesaniæ subiugale mutum animal, hominis voce loquens prohibuit Prophetæ insipientiam. 228 col. 2*

Ex Epistola 1. Ioannis.

Cap. 1.

1 *Quod fuit ab initio, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ. 142. c. 2. & 159. c. 3*

Cap. 2.

6 *Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ipse ambulauit, & ipse ambulare. 311. c. 4*
12 *Scribo vobis filioli, scribo vobis Patres. fol. 157. col. 2*
15 *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ sunt in mundo. 292. c. 1*
20 *Vos vnctionẽ habetis à Sancto. 151. c. 3.*
24 *Vos quod audistis à principio in vobis permaneat, &c. 159. c. 2.*
27 *Vos vnctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. 9. c. 1.*
27 *Non necesse habetis, vt aliquis doceat vos. 10. c. 2*

Cap. 3.

1 *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus. 146. c. 1.*

Cap. 4.

7 *Omnis, qui diligit, ex Deo natus est. 72 c. 4.*
8. & 16. *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 72. c. 2.*
10 *Nõ quia nos dilexerimus eum, sed quia ipse prior dilexit nos. 182. c. 1. & 182. c. 1.*

Ex Apocalypsi Ioannis.

Cap. 1.

8 *Qui est, qui erat, & qui venturus est. f. 84. col. 1.*
13 *Quando ostensus est illi Filius Hominis vestitus podere, & præcinctus ad mamillas zona aurea. f. 186. c. 3.*
16 *Ex ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. 116. c. 4.*

Cap. 2.

11 *Qui habet aures audiendi. 8. c 4.*

Cap. 12.

1 *Apparuit mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius. 247. c. 4.*
3 *Visum est in cælo aliud signum magnum, & ecce draco rufus habens capita septem, & cornua decem, &c. 121. c. 2.*

Cap. 14.

4 *Sequuntur Agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno. fol. 36. col. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX RERVM NOTABILIVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

A.

Abundátia terrenorũ maxime nocet. f. 341. c. 2.
Acriter agendum est cum ijs, qui non cedunt blãdis admonitionibus. fol. 15. c. 1
Aduertere sumitur in Scriptura pro audire, & audire pro intelligere. fol. 2. c 1
Adulatores carpuntur. fol. 115. c. 3. 4. & seq. per multas col. & 117 c 3 & 121. c. 2
Adolescentum, & senum pulchra copula. f. 167. c. 1
Agricultura olim magni habita. 337. c. 1. 2
Ala in Scriptura quid significet. 269. c. 3
Amor vocatur ipse Deus. 55. c. 3
Amor Dei facile rumpit vincula detinnntia nos in via salutis. 52. c. 2
Amor Dei in nobis per opera proditur, & probatur. 72. c. 2
Amor Dei conglutinat animam. 72. c. 3
Amor Dei, & amor hominis in quo differãt. 181. c. 2
Amando Deũ nobiliori modo attingimus eum, quam cognoscendo. 185. c. 1
Amici Dei ab eo honorati cum de illis cogitet Deus. 178. c. 3
Amor humanus non debet nos cogere ad peccatum. 72. c. 3
Amor proximi. 73. c. 2
Amor proximi ex fraternitate sub Deo parente colligitur. 155 c. 4, & 156. c. 2
Amorem proximi iure â nobis exigit Deus. 183. c. 4. & 184. c. 1
Amor conuertit amantem in rem amatam. 101. c. 2
Amor acerrimus accusator. 107. c. 4
Amor admodnm sollicitus pro re amata. f. 178. c. 1. 2. & seq.
Amor virtutum affectrix. 184. c. 3
Amor bonorum mater. 184. c. 3
Amoris debitum nunquam satis soluitur. f. 184. c. 1. & 2
Amoris debitum cætera debita excedit. 184. c. 2. & 3
Amicitiæ immemor damnatur. 88. c. 4
Amicitiam seruare non possunt impij, qui sibi inuicem sunt inimici. 104. c. 1
Ambulare cum Deo quid significet in Scriptura. 344. c. 3
Angeli assimilantur igni. 188. c 3. & 4
Angeli cælorum nomine intelliguntur in Scriptura. 3. c. 1
Angeli nostrum ministerium, & tutelam nõ dedignantur. 41. c. 1
Angeli discalceati cur pingantur. 41 c. 2
Angeli Prouincijs deputantur. 177. c. 3
Angeli singulis rerum speciebus deputantur. 187. c. 3. 4
Angeli nobis & comites, & tutelares, & ministri. 189. c. 2, 3. & seq.
Angelorum ministeria nobis exhibita, 189. c. 3. & 4
Angeli cur in Scriptura castra, & exercitus dicantur. 190. c. 1
Angeli deferunt nostra postulata, referuntque concessa. 190. & 191
Angeli quomodo cognoscant orationes nostras. 191. c. 2
Angeli bona opera nostra Deo offerunt. fol. 191. c. 3
Angeli nobis auxiliantur. 191. c. 3. & 4
Angelos arcent à nobis mala opera nostra. 192. c. 3
Angeli tutantur omnes mere viatores. fol. 192 c. 4
Angelis debemus maxime gratulari. 193. c. 2. & seq.
Anima rationalis magnum bonum, sed non summum bonum. 187. c. 4
Anima nostra quanti à Deo fiat. 187. c. 4
Anima nostra magni æstimanda à nobis. f.

Universidad de Deusto
Biblioteca

187. c 4. & seq.
Animæ nostræ perditio magnum damnum, 188. c.3
Antiquitas in rebus fidei maxime obseruãda. 158. & seq.
Appetitiones superflúæ resecandæ. 251. c. 1. 1. & sequent.
Appetitus nostri cibi parsimonia cõprimẽdi, nõ vero abũdãtia nutriẽdi. 349. & seq.
Aquilæ in pullos amor. 267. c. 3
Aquilæ in homines amor. 267. c. 4
Aquila in bonam, & in malam partem sumitur. 268. c. 1
Ardere pro fulgere sumitur. 27. c. 3
Auaritia pessimum vitium in Iudice, & in Principe. 93. c. 4
Auarus omnia peruertit. 94. c. 1
Audire quid significet in Scriptura. fol. 2. c. 1. 2
Audire est iudicare, & Auditor iudex. fol. 2. c. 2. & 3
Audire verba Dei quomodo debeamus. f. 5. c. 1 & f. 6. c. 2. & f. 7. c. 1. & 8. c. 2. 3
Audienda sunt verba Dei etiamsi non statim ea apprehendamus. 6. c. 3. 4
Audire verba Dei veluti pulsus indicat sanitatem. f. 7. c. 1
Audire non possumus sine gratia verbum Dei sicut decet. f. 9. c. 1. 2
Audire verbum Dei donum est Dei. 11. c. 3
Auditur bene qui prospera, & placẽtia prædicat. 23. c. 3. 4
Auditores impij verbi Dei. 7. c. 2
Auditores impij verbi Dei delectantur suauibus, non vtilibus. f. 8. c. 1. & 23. c. 2
Auditores, qui tantum audiunt vt subnotent prædicatores, & de illis iudicent. f. 13. c. 3. & 16. c. 2
Audiẽtes verbũ Dei, nec proficientes. 13. c. 3
Auditores ignorãtes, & insipiẽtes. 24. c. 1
Auditores ignorantes non debent iudicare de prædicatoribus. 16. c. 2. & 20. c. 2
Auditores se debent præparare ad audiẽda verba Dei. 18. c. 1. & 79. c. 1. & seq.
Auditorum captui se debent accommodare prædicatores. f. 13. c. 3. & 17. c. 2. & 21. c. 4. & sequent.
Auditus appellatur in Scriptura sacra doctrina, quod prius audiatur interius, Deo docente. 21. c. 2
Auditores infructuosi steriles imitãtur terras. 28. c. 1. 2
Aurum, & argentum hominũ error æstimat. 44. c. 4
Auro, argentoue iustitiæ acies dispungitur. fol. 98 col. 4
Aurũ in catenas aliquibus inseruit. 291. c. 2
Aurum, & argentum nos ligant, & detinent. 291 c. 2. 3. & sequent.
Auxilium Dei postulandum, & sine illo nullatenus confidendum. 64. c. 2

B.

BEllum tunc prosperum habebit successum, cum Deum habuerit ducem, & assistentem. 299. c. 3
Beneficia sua ingratis exprobrat Deus. fol. 1. col. 3
Beneficia etiam ingratis per suam benignitatem confert Deus. 29. c. 1
Beneficijs Dei abusi in illius iniuriam, & offensam impium est. 366. c. 2. & seq.
Beneficia Dei perfecta. 71. c. 2. 69. & 70
Beneficia etiam feræ sentiunt. 109. 4
Beneficia collata ingratis pereunt. fol. 123. c. 1. & 2
Beneficia Dei gratitudinem postulant. fol. 127. c. 2
Beneficia ingratitudinis causa sunt in malis. 127 c. 4
Beneficia gratitudine, & votis æquanda. f. 127. c. 4
Beneficia apud homines consenescunt. fol. 130. c. 2
Pro beneficijs suis nihil aliud à nobis requirit Deus nisi gratitudinem. 128. c. 1
Beneficia Dei magnam exigunt gratitudinem. 172. c. 1
Beneficia Dei ex amore proueniunt magis quam ex liberalitate. 172. c. 1
Beneficia Dei cur nomine misericordiæ significentur. 172. c. 2
Beneficia etiam inimicos emolliunt. fol. 175. col. 3. & 4
Beneficiorum exprobratio magna confusio. 173. 3. 4
Beneficiorum memoria ingratitudinem excludit. 174. c. 2
Beneficia Dei sunt vincula, quibus nos ad se attrahit. 209. c. 3
Beneficijs plus quã alijs remedijs debet vti Princeps. 315. c. 2
Beneficentia, vel alijs posse bene facere optima res est. 74. c. 4
Benignitas Dei omnem aliam superat, & excedit. 148. c. 1
Benignitas in Principe quantum conducat. 314. per totum. & 315
Benignitas Principis rigore aliquo condienda

dienda est. 317. c. 1. 2. & seq.
Benignitas erga impios peiores eos reddit. 317. c. 2. 3
Benignitas in Principe necessaria. 321. c 3
Bonitas cuiusque consideratur in ordine ad alios. 73. c. 2
Bonitas pertinax vincit malos. 172 c 4
Bona temporalia tantũ quærenda, ne virtus in necessitate periclitetur. 250. c. 1. 2
Bona tantum sunt spiritualia, non terrena. 311. c. 3
Bona temporalia inducunt obliuionẽ Dei. 171. c. 1
Bonum commune excedit particulare, & priuatum. 73. c. 2

C.

CAdunt impij retrorsum, at iusti super faciem suam. 15. c. 2
Canis animal gratissimum. 115. c. 1
Canes dicuntur Iudæi non gratitudine, sed impudentia. 149. c. 2. & 4
Canum gratitudo. 151. c. 1
Canities senum corona est. 166 c. 3
Calix in Scriptura significat partem. 76. c. 4
Capilli in Scriptura significant cogitationes. 281 c. 4
Capillamenta, quibus caluitia, & defectus capillorum supplentur. 69. c. 1
Capilli in fœminis præcipuum ornamentũ. fol. 226. c. 2
Castigat Deus filium, quem diligit fol. 225. & seq. 227. c. 3. 4
Castitas cur per linum significetur. 34. c. 1
Castitas perfecta non patitur impudicitiæ labem. 33. c. 3. & seq.
Castitas tanquam pretiosa gemma maximi æstimanda, & custodienda. 35. c. 4
Castitas plurimi faciẽda, & quomodo à Deo æstimetur. 36. c. 3
Castitas virginum eas super mulierum conditionem euehit. 36. c. 4
Castitas Ioseph ipsum Proregem Ægypti constituit. 37. c. 3
Castitas in necessitate constituta admodũ periclitatur. 249. c. 4
Christus multas pro nobis passus est ab initio vitæ suæ. 25. c. 4
Christiani fratres sumus sub vno Parente Deo. 159. c 4. & seq.
Christiano totus mundus patria est. fol. 247. c. 1
Christianorum bona collata cum ijs, quæ Deus tradidit Iudæis. 338. c. 3
Cibus & potus iuxta necessitatis mensuram sumendi. 251. c. 3. 4. & seq.
Cibus luxuriam nutrit, & auget. 252. c. 4
Cibi ac potus abundantia maximè nocet. f. 341. c. 4. & 344. c. 1
Cibi vltra modum sumpti nocent admodũ vitæ. 348. c. 3. 4. & seq.
Cibi, potusque sumptio mentẽ aufert, multaque mala inducit. 348. c. 1. 2. & seq.
Cibus sumendus ad sustentationem, & tanquam medicamentum. 348. c. 1. 2
Ciborum sumptus, & apparatus. 348. c. 3 4
Ciborum nimietas brutas reddit mẽtes hominum. 352. c. 2
Circumcisio Iudæorum, potius concisio est. 206. c. 4
Circumcisio quomodo abolita est. 206. c. 4
Clementia Dei omnem aliam superat. fol. 148. c. 1
Clementia decori est Principibus. 315. c. 1. & sequent.
Clementia Principum rigore aliquo condienda. 317. c. 2
Colere Deum magna sapientia. 135. c. 3
Collum in corpore simbolum est obedientiæ. 38. c. 1
Comedentes plusquam oportet carpuntur. 259. c. 1. 2
Commoda sua virtus negligit. 98. c. 4
Cogitationes Sanctorum circa Deum versantur. 178. c. 4
Cogitationes bonæ bonos etiã fructus proferunt. 336. c. 2. 3
Commune bonum excedit particulare. fol. 73. c. 2. & seq.
Cognitio sui cuique difficilis, ac vtilis, & necessaria. 213. c. 3. 4. & seq.
Cognoscere se est cor suum inuenire. 215. c. 3
Cognitionem sui impedit peccatum. 218. c. 4
Concordia magnum bonum. 73. c. 4
Confusio peccati. 106. c. 2. 3
Consiliarius ille optimus, qui non tua, sed te diligit. 157. c. 3
Confessio dimidiata prohibetur, & quare. fol. 69. c. 4
Cõsulẽdi sunt maiores, senioresque. 158. c. 1
Conseruanda, & obseruanda antiquitas in rebus fidei. 158. & seq.
Contemptus Dei ab impijs. 110. c. 1
Constantia in aduersis, & prosperis. 232. c. 4
Cor in Scriptura sumitur pro mente. 110. c. 3
Cor inuenire idem est ac sapere. 115. c. 2
Cor inuenire est se cognoscere. 215 c. 3
Cor durum nequissimum est. 126. c. 3
Cor humanum grauissimum est, ideoque

Universidad de Deusto
Biblioteca

eleuandum ad cælestia. 272. c. 2
Cæli nomine quid Moyses intelligat in initio huius Cantici fol.3 c. 1. & seq.
Cælum ipso aspectu nos allicit,& prouocat. 292. c. 1
Creaturæ insensibiles obediunt Deo, nõ sic tamen homo f.13.c.4.& 14.c.2
Creaturæ quomodo Deo obediant.13. c.4
Creaturas omnes inficit, & deturpat peccatum 105. c. 1.2
Creaturarũ Pater cur dicatur Deus. 113. c.2
Credẽtes rebus terrenis.& falsis omni prorsus excusatione carent.79.c. 4
Credimus falsis rebus,non Deo, quam ergo pœnam meremur? 75.c. 3
Credulus delationibus & susurris damnatur.88 c 4
Crux secum eleuat é terra homines.280.& 281. per tot.
Crucem Domini debemus habere in mente. 282.c 1
Crucis virtutem sensere elementa atque ad eo ipsi Dæmones.282.4.&283.c.2
Cultus Dei Regna,& Resp. conseruat, & sustentat.327.c.3.4

D.

Debitor inuerecundus,qui negat accepta 107.c.2
Deserta loca aptiora virtuti.49.3.&51.c.4. & 262.c.1.2 & seq.
Delectationibus nos inuitat diabolus à via Dei reuocare. 311.c.2
Delitiæ mundi relinquendæ. 190. c.1
Desideria sunt veluti crura & pedes animæ, quibus graditur 8.c.4
Deus est vita nostra. 346.c.4
Deus quomodo discedere dicatur, qui vbique est.346.c.3
Deus neminem deserit nisi prius deseratur ab eo. 345.c.4
Deꝰ quomodo vias hominis dirigat.199.c 4
Deus fortem reddit hominem 300.c.2
Deus suis scutum & defensio 270.c.3.4
Deus populi hebræorũ dux.198.c.3.4 & seq.
Deum qui facit Autorem mali impius est. 302.c.1.
Deum qui habet quid vltra quærit?54.c.4. & 199.c.1.& 208.c.3.& 4.& 219.c.2. & seq. per multas paginas.& 241.c.1.2.3.& 249.c.1.& 301.c.1.& 3
Deum qui habet,omnia bona habet. 199.c.1
Dei recessus & absentia omnia mala secum affert.246.c.4.& 362. c.1.2.& seq.
Dei auxilium securum reddit exercitum & Regnum. 299.3.300.c.1.& seq.362.& 363
Dicta hominum nihili facienda.44.c.2
Dies in Scriptura aliquando non pro die, sed pro tempore sumitur.156.c.3
Diligentia ad obediendum, & obsequendũ Deo.309.c.1.& 310. c.3. 4
Dignitates caducæ,& instabiles.316.c.2.3
Dilectus in Scriptura idem est ac vnigenitus. 342.c.3
Discalceatus sacerdos quid olim indicabat. 41.c.1
Discalceati Angeli quid significent 41.c.2
Dissimulare multa Principi conducit, quæ contra illum fiunt. 315. c.2.3. 4
Diuites vim inferunt iustitiæ. 99 c.3
Diuitiarum fallacia,& instabilitas. 245. c.2. 3.& 295 c.3
Diuitiæ huius sæculi quantum differant à diuitijs alterius sæculi. 245.c.3
Diuitiæ nutriunt superbiam. fol.245.c.3.4. fol. 371.c.1
Diuitiæ velut flumen transeunt. 254.c.4
Diuitias contemnere via est ad habendas diuitias. 257. c.4
Diuites plura adhuc habere desiderãt,etiãsi plurima habeant. 158.c.3.4
Diuites serui diuitiarum. 259.c 3
Diuitiæ deprimunt nos. 190.c.2.& seq. per multas columnas.
Diuitijs brutescit animus.291. c.4
Diuitiæ nos separãt a via virtutis. 371.c.1.2
Diuitiæ viscum animarum. 291.c.4. & 293. c.3.& 294.c.4
Diuitijs quomodo vtendum.292.c.4
Diuitiæ Dei sunt,,non nostræ.293 & 299 c.1
Diuitiæ despiciendæ vt simus diuites. fol. 295.c.3
Diuitię pro Deo habitæ a diuitibus.294.c. 2
Diuitiæ sunt tortores nostri. 294.c.3
Diuitiæ inflãt, & tumescere faciunt diuites. 295.c. 1. & 371.c.1.2
Inter multas diuitias non superbire grandis est animi. 295. c.3
Diuitiæ materia, & patrimonium virtutis sunt. 295. c.4. & 344.c.1 2
Diuites vere sunt,qui nouerunt vti diuitijs. 295. c.4
Diuitiæ inimicos acquirunt diuitibus. fol. 297. c.1
Diuites statim Dei obliuiscuntur.fol.344.c. 1.& sequent.
Dolores Christi maximi fuere. 132. c.2

E.

Ecclesiasticis,qui nimis incressãtur bonis Ecclesiæ, cum paucis possent esse cõtenti.372.c.1.2
Ecclesiasti auari. 311.c.3
Electio senum præstantissima, cum ipsi sapientes sunt.166.c.1
Eligi debent homines probati & experti,nõ probandi.323.c.4.&.seq.
Epulari in Scriptura sumitur pro lætari. f. 372. col.3
Eloquentia profana vitanda.8.c.1
Equi salacissimi sunt. 354. 3.4
Equus Seianus .56.c.1.& 2
Eucharistia præstantissimus cibus. 154.c.1.2
Euangelica doctrina solavera,& antiqua.f. 161. col. c.3
Exempla sanctorum nobis proponenda vt ea imitemur. 305.c.& 2
Excelsa in Scriptura cur non bene audiant. 337.c.2.3
Exempla Prælatorum plurimũ conducunt subditis.321.c.4.& 322.per tot.
Exemplum Prælatorum libenter subditi sequuntur.324.c.4 & seq.& 325.c.3.4

F.

Facere in Scriptura quid significet. 114. col. 2
Falsa omnia sunt apud nos in quibus confidimus.79.c.4.& 80.c.1
Fides quid significet.74.c.1
Fidelis Deus tum in dicendo, tum in promittendo.74.c.1.& seq.
Fideles cum dicantur Christiani, fidem, & veritatem sectari tenentur. 87.
Filij possessio Patris. 113. c.4
Filij Dei adoptiui quomodo constituantur homines. 151.c.3.& seq.
Filios Dei se probant homines moribus. fol. 154.c.4. & seq.
Filius in Scriptura quomodo sumatur. fol. 157. c. 3
Filij parentibus maximum onus. fol.270. col. 1. 2
Filijs irasci pater potest, non vero eos odio habere. 346 c 3
Frugalitas in cibo, ac potu maxime vtilis. 350. c.1. 2
Funis, seu funiculus in Scriptura significat hæreditarem. 194.c.3. 4. & seq.

G.

Gemmæ quomodo crescant in conchis. 29. c. 2. 3
Gemmæ sunt virtutes. 29.c.3
Gloria vana mundi quanta tolerare facit homines. 31
Gratiæ referendæ Deo ob accepta beneficia. 123.c.3. 4
Gratias debemus Deo reddere omni tempore,quia semper beneficia accipimus. f. 173. c. 1.2
Gratitudo semper occasiones gratulandi inuenit. 124.c.2. & 371. c.3
Gratitudo est propria loquela hominis. fol. 125. c. 1
Gratitudo etiam in animantibus reperitur. 125. c. 1
Gratitudinem tantum pro beneficijs à nobis requirit Deus 128. c 1
Gratitudo Deos introduxit in mundum. f. 128.c.2
Gratus animus vlteriora adhuc meretur beneficia. 133.c. 4.& 175.c.4
Gubernare populos est ars artium. 320.c.3
Gula maxime reprehenditur. a fol. 348. & sequent.

H.

Homo debee esse moderatus, & maturus,alioqui non homo, sed puer. f. 96.c.1
Hominis recenter nati miseria. 113.c.1
Homines quãti faciat Deus .180.c.3 4.& seq.
Homo ita à Deo diligitur, vt cor Dei dicatur. 187.c. 2
Hominem Deus æstimarit,dum post omnia creauit. 329. c.2
Hominẽs vt plurimum deficiunt in veritate,& spe. 76. c. 3. 4
Homines instabiles, & infirmi, ac fallaces. 84.c. 1. 2
Homines pro semetipso reputat Deus. fol. 187.c. 2
Honores inopinati superbos reddunt homines. 313.c.3
Hora in Scriptura tempus, & durationem rei significat. 225.c.1
Humanæ naturæ fragilitas timẽda. 64. c.2
Humiles eleuat Deus multum.fol.19. col. 4. & sequent.
Humilis in schola,& Ecclesia Dei maior est alijs. 43. c.3 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

Humilitas lætam Dauidē facit ante. 41. c 1
Humilitas Christi in faciendis miraculis. fol. 43. col. 4
Humilitas potentum plurimi facienda. fol. 313. col. 2
Humilitatem, & vilitatem propriam debet quis contemplari 216. c. 1
Humilitatis mensura ex mensura celsitudinis cuiusque sumitur. 216. c. 4
Humilitas in honoribus. 217. c. 1
Humilitas apud Deum potētissima. 218. c. 2
Hierusalē admodū munita, & fortis. 203. c. 2

I.

Idolatria peculiari nomine dicitur sordes. 101. c. 1 & seq.
Quot mala in idolatria reperiantur. fol. 345. col. 1
Idolatria dicitur in Scriptura iniquitas maxima. 107. col. 3
Idolatria initium omnis mali. fol. 107. c 3. & 345. c. 1
Idolatria insania. 136 c. 2
Immutabilitas Dei. 84. c 2. 3
Imperia mundi instabilia. 84. c. 2
Impij nomine terræ intelliguntur. 3. c. 3
Impij insensibiliores sunt insensibilibus. f. 4. c. 2 & 7 c. 3. 4
Impij diaboli cibus. 4. c. 1
Impij lapides obdurati sunt. 4. c. 1. 2
Impij seruare non possunt amicitiam, qui sibi sunt inimici. 104. c. 1
Impij cadunt retrorsum, at iusti super faciē suam. 15 c. 2
Impedimenta ad salutem, & ad officiū peragendum auferenda sunt. 40. c. 1
Impietas eo vsque deuenit, vt malum iam sit esse bonum. 98. c. 4
Immundum reddit hominem impietas, & peccatum. 104. & seq.
Immoderantia in rebus fons omnium malorum. 257. c. 2
Incarnatio Verbi nobis Dei misericordiam propalauit. 208. c. 2
Insensibilia sunt testes contra impios. fol. 4. c. 1. 2
Ingratitudo debita reputat quæ gratis accepit. 123. c. 2
Ingratis iure auferuntur bona, quæ habent & quæ possunt habere. 134. c. 1. 2
Ingratitudo inuenit quid redderet Deo, quod gratitudo non inuenerat. 108. c. 3
Ingratitudo stulta. 109. c. 3
Ingrati ab ipsis etiam insensibilibus iudicantur. fol. 2. c. 3
Ingratis collata beneficia pereunt. fol. 123. col. 1. 2
Ingratorum differentiæ. 170. c. 1
Iniuriæ tolerandæ. 49. c. 1
Iniuriarum memoria perpetuo durat. 170. col. 2
Insipientes terræ nominā in Scriptura intelliguntur. fol. 3. c. 2
Inimicorum amor. 172. c. 3. 4
Ioseph ratione castitatis Prorex Ægypti constitutus. 37. c. 3
Ira cauenda, quæ cæca est. 95. c. 2
Ira quomodo refrænetur. 95. c. 3
Iracundia aliquando necessaria, & vtilis. f. 120. c. 3
Ira puerorum, non hominum est 96. c. 1
Irasci licet, sed non sine causa. 118. c. 2
Iudicantes de alijs in se ferunt sententiam. f. 2. col. 1
Iudæi stulti. 109. c. 1. & seq. per plures col. 205 c. 2
Iudæi infidelissimi. 111. c. 1. 2
Iudæorum impietas maior quam cæterarū gentium. 145. c. 2. & 366 c. 2. & seq.
Iudæi signatam, & clausam deferunt Scripturam. 112. c. 3. 4. & 207. c. 3
Iudæorum inconstantia. 136 c. 4
Iudæorum leuitas. 137. c. 2
Iudæi mortuis insensibiliores. 137. c. 4
Iudæi diaboli peiores 337. c. 4
Iudæos admodum dilexit Deus fol. 180. c. 3. & sequent.
Iudæi peiores gentibus dum illæ non mutāt Deos suos illi vero passim. 369. c. 2
Iudæi abus Diuinis beneficijs in iniuriam Creatoris. 366. c. 2. & seq.
Iudæos Deus deseruit, quia prius illi Deum deseruerunt. 262. 263 264. & seq.
Iudæorum manus Deus abstulit ab operibus seruilibus Ægypti, quas ipsi in Deū iniecerunt 360. c. 3. 4
Iudæi impudētes. 355. c. 4. & seq. & 370. c. 2
Iudæi salacissimi. 354 c. 4. & seq.
Iudæi qualiter tractauerint Filium Dei. fol. 347 c. 3. 4
Iudæorum populus in Scriptura dilectus à Deo dicitur. 341. c. 3. 4
Iudæi in Scriptura dicti equi, & qua ratione id factum. fol. 341. c. 1. & 343. c. 3. 4. & 353. c. 2. & seq.
Sed quia recalcitrarunt virga indigebant, illisque fuit inflicta. 356. c. 3
Iudæis veluti lasciuientibus equis cibus abstractus, & fames inflicta. 357. c. 2. 359. c. 4

Iudæis addita virga ferrea, quia veluti aqui recalcitrabant 357. c. 4
Iudæis addita calcaria veluti indomitis equis. 360 c. 1. 2
Iudæis lasciuientibus frænū imposuit Deus. 359. c. 1. 2
Iudæorum pauperes post occisum Christū. 360. c. 4. & seq
Iudæi quid Deo reddiderint pro acceptis beneficijs. 340. c. 3. 4
Iudæi leonibus sæuiores. 200, c. 4
Iudæi, veluti leones insurrexerunt in Filiū Dei. 200. c. 3. 4
Iudæorum fuit Deus tenacissimus, nec dimisit eos nisi postquam remedium non inuenit. 201. c. 1. 2
Iudæos repulit Deus propter eorum demerita. 201. c. 2. 3
Iudæi cum Caino conferuntur. 201. c. 4. & 202 c. 1. 2
Iudæos Deus deseruit. 202. c. 3
Iudæorum ceremoniæ quomodo iam abolitæ. 207. c. 1. 2
Iudęi sacris libris nō eruditūtur, sed oneratur 207. c. 3. & 238. c. 4. & 139. c. 2. & 204. c. 3 4
Iudæis libri sacri sunt traditi in damnationem. 207, c. 3. 4
Iudæis bene fecit Deus ex sua misericordia, non ex eorum meritis. 209. c. 1. & seq.
Iudæi dilecti à Deo veluti pupilla oculi. f. 212. c. 3. n. 4
Iudæi nimis onerosi Deo. 270. c. 1
Iudæi custoditi, & saluati à Deo. 270. c. 3. 4
Iudæi merito a Deo deserti, & ab alijs de prædati 271. c. 1. 2
Iudæi cur fœtidi dicantur. 271. c. 2
Iudæorum Dux quomodo fuerit Deus in via deserti. 298. c. 3. 4. & seq.
Iudæis quomodo Deus Duces, & Iudices concesserit cum ipse eorum fuerit verus Dux. 306. c. 2. 3
Iudæi quomodo fuerint gens magna. 306 c. 4
Iudæos quomodo Deus magnificauerit. fol. 306. c 4
Iudæi ingrati simul, & stulti. 307. c. 1. 2
Iudęorum cæcitas. 307. c. 1. & 2
Iudæi duri corde. 356. c. 2
Iudæi dispersuntur per gentes. fol. 207. col. 2. & 3
Iudæorum circuncisio potius conscisio est. f. 206. c. 4
Iudæi lapides rudi. 108. c. 1
Iudæi inuidi 110. c. 4
Iudæi pusillanimes. 110. c. 4. & 355. c. 4
Iudæis cur Deus concesserit tot bona temporalia. 310. c. 1
Iudæi paruuli, stulti, & cupidi rerum terrenarum. 329. c. 1. & 331. c. 2
Iudæis terram ab alijs subactam & cultam tribuit Deus ne in ea colenda fatigarentur. 329. c. 1. 2
Iudæi à Deo in excelsa terra constituti contra excelsum Deum insurgunt. 337. col 2. & seq.
Iudæi pueri. 359. c. 4
Iudæorum carnem assumpsit Filius Dei in ipsorum malum 361 c. 1. 3
Iudæorum propinquitatem secundum carnem renuntiauit Filius Dei 361. c. 1. 2
Iudæorum populus cur dictus sit rectus. fol. 342. c. 2, & 3
Iudæorum bona collata cum ijs, quæ Deus fidelibus Christianis tribuit. 138. c. 3
Iudæi Romanis veluti macello traditi vt occiderentur. 338. c. 1. & 2
Iudæi ratione doctrinæ nobis ab ijs cōmunicandam vtiles fuerunt. 337. c. 4
Iudæis terrena bona effuse tribuit Deus vt illis incrassatos occisioni traderet. f. 337. col 3. 4
Iudæorum obstinatio. 205. c. 4. & 206. c. 1
Iudæi crassi intellectus. 205 c. 2
Iudæi inexcusabiles. 205. c. 1
Iudæi hæredes sine re 204. c. 2. 3
Iudæi confitentes dicuntur secundū nomen, vnde improprie Iudæi dicuntur. fol. 306. col. 3
Iudæi occidendo Christum consummarum impietatem suam. 205. c. 3
Iudæi veluti parui pueri. 205. c. 1. 2. & 209. c. 4. & 260. c. 3. 4
In crudeles Iudæos Deus desæuijt. 205. c 2
Iudæorum crudelitas. 201. c. 1. & 202 c. 4
Iudæi progenies viperarum 118 c 1
Iudæi peiores brutis 115. c 1. 2. & seq.
Iudæi ingratissimi. 1. 5. & 103. & 131. per tot.
Iudæorum durities 126. c. 4
Iudæis sanguis Christi in mortem, nobis vero in vitam effusus. 130. c. 3
Iudæi depravant Scripturas. 139. c. 1
Iudæi canes appellati in Scriptura. 149. c. 2
Iudæi non fuerūt canes gratitudine, sed impudentia. 149. c. 2. & 4
Iudæi in filios crudelissimi. 150. c. 4
Iudæi neque verba Dei intelligebant. fol. 171. c. 2
Iudæi Angeli tortasis in Scriptura dicuntur. 177 c. 4
Iudæi suppellex & diuitię Dei. fol. 180. c. 4. & 181. c. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæi pars, & hæreditas Dei. 194. c. 1
Iudæos voluit Deus à cæteris gentibus esse separatos tanquã sacros à profanis. 199. c. 3. 4. & 200. c. 1. 2
Iudæorum Pater quomodo dicatur Deus. 147. c. 1. & seq.
Iudæos maximi duxit, Deus cæteras gentes parui facieus. 195. c. 3. 4. & seq.
Iudæis dicitur Deus agglutinatus. 197. c. 4
Iudæorum deuastatio. 203. & 204.
Iudæa optima erat terra. 330. & 331. c. 1. & seq.
Iusti, cælorũ nomine intelliguntur in Scriptura. 3. c. 3
Iusto non est lex posita. 44. c. 3.
Iustitiam Dei misericordia comitatur. 92. col. 2
Iustitia Dei recta est. 92. c. 2.
Iustitia Dei quomodo sit intelligenda. fol. 66. c. 3. 4. & 76. c. 2. vers.
Iustus Deus contra impios suam causam iustificat. 2. c. 4
Iustitia maxime decet Regem. 87. c. 4
Iustitia Dei. 87. c. 4. & seq.
Iustitia perfecta. 87. c. 4 & seq.
Iustitia administranda tranquillo, & pacato iudicio. 88. c. 1
Iustitia mundi muneribus corrumpitur. f. 92. col. 2
Iustitia iuste sectãda est, & quomodo fol. 92. col. 4
Iustitiam quæ nam deflectant, & corrumpant. 93. c. 2
Iustitia aliis non sibi prospicit. 99. c. 3
Iustitia nulli directe aduersatur. 99. c. 2
Iustitia pecunia emitur. 99. c. 3
Iustitiæ metus nullus. 98. c. 4
Iniustitia plenus est mundus, quia eum deseruit iustitia. 97. c. 1
Iudex debet litigantes audire, vnde Auditor dicitur. fol. 2. c. 3
Iudex absque passione aliqua debet iudicare. 88. c. 1. 2
Iudex debitor est iustitiæ, proinde ei debet satisfacere ibidem.
Iudex integerrimus quomodo debeat iudicare. 91. c. 1. & seq.
Iudex iniquus carpitur. 93. c. 1
Iudex magnanimus esse debet. 94. c. 3
Iudices aliqui nomen habent iudicum, opera vero latronum. 98. c. 2
Iustificatio perfecta à Deo conceditur. 70. per totum.

L.

Labores sunt, via qua ducimur ad Patriam. 59. c. 1. & seq. & 60. c. 1
Laboribus Deus suos instruit, ac docet. fol. 224. c. 3. 4
Labores nobis aperiunt oculos ad cognoscendum Deum. 224. c. 4
Labores pulchram reddunt animam. f. 226. c. 3. & 235. c. 3. 4
Labores sunt magistri nostri. 227. c. 3. 4
Laboribus ipsa etiam caro prudens efficitur. 228. c. 2
Labores superbiam domant, & instruunt. f. 228. c. 3
Labores docent quid sit in homine. 228. c. 4
Labores probant homines. 229. c. 2. & seq.
Labores tanquam beneficia à Deo suis electis inflicta. 230. c. 2
In laboribus indignari impium est. fol. 230. col. 3
Labores Dei medicamenta. fol. 231. c. 3. 4. & 235. c. 4 & seq.
Labores ad Dei cognitionem adducunt. fol. 233. c. 1
Labores nos ad Deum adducunt. 232. c. 3. 4 & seq.
Ad laborem homo natus est. 336. c. 4. & seq.
Labores nos retrahunt á vitijs. 233. c. 4
Laborantium puluinar Dens. 234. c. 2
Labores vincula, quæ nos detinent apud Deum. 234. c. 4
Labores notæ, & signa seruorum Dei. f. 235. c. 1. & 237. c. 4. & seq.
Labores à nobis auferunt superflua, & imperfecta. 235. c. 1
Labores reddunt iustos perfectiores. f. 235. c. 3. 4. & 237. c. 3. 4
Laboribus frænantur impij. 359. c. 1. 2
Labores cur Deus amicis suis inferat. fol. 235. c. 2
Labores acuunt virtutem. 236. c. 2
Labores quasi pennæ iustos euehunt in cælum. 238. c. 3. 4
Labores sunt testes Dei contra nos, si illis non proficiamus. 239. c. 1. 2
Laboribus æterna præmia nobis vendit Deus. 239. c. 3. 4. & 241. c. 3
Laus Dei. 62. c. 3
Laus Dei non competit peccatori. 62. c. 4
Laudare Deum conuenit omnibus creaturis. 62. c. 3. 4
Lex non est posita iusto, & obedienti. fol. 44. col. 3

Lex semel posita constanter seruanda est. f. 160. c. 3
Legis mutatio pernitiosa. 160. c. 3
Lex noua potest etiam appellari antiqua & noua. 164. c. 1. & seq.
Lex Dei quasi frænum hominibus. 263. c. 2
Lex Dei nobis lucerna est. 264. c. 3
Lex Domini, & aduersarius nobis est, & amicus. 264. c. 4
Lex Domini illuminat mentes hominum. f. 265. c. 1
Lex Dei beatum facit hominem in terra. fol. 266. c. 1
Lex Moysis quasi pædagogus puerorum. f. 353. c. 4
Per legem nobis voluntas Dei innotuit. f. 265. c. 2
Lex Dei beneficium hominibus. 265. c. 3. 4
Lingua nostra ad laudes Dei deputata est, non ad contitia. 350. c. 3
Lætitia peccantium potius tristitia dicẽda est. 103. c. 2. & seq.
Loqui etiam in rebus fidei oportet maxima proprietate. 162. c. 1. 2
Libertas dicendi, & docendi. fol. 116. c. 4. & f. 117. c. 1. & seq.
Libertatem loquendi aufert pecunia. fol. 120. col. 2
Luxuria ex cibi, potusque abundantia oritur. fol. 349. c. 4

M.

Magistros virtutum nobis debemus assumere. 305. c. 1. & seq.
Magister internus Spiritus sanctus externũ Magistrum non excludit. 9. c. 4. & 10. c. 2
Magisterio humano vtitur Deus, qui omnia per se posset docere. 10. c. 1
Mala quomodo à Deo proueniant. 64. c. 4
Mala pœnæ, non culpæ à Deo. 64. c. 4
Mala culpæ á Deo ordinantur in bonum. f. 67. col. 4
Ad mala proni sumus, & faciles. fol. 323. c. 3. 4. & 327. c. 1
Mansuetudo Principatus, & Prælationis signum. 314. c. 1
Mendaces potius ab hominibus audiuntur quam veraces. 23. c. 4
Mendacium vel propter malitiam, vel propter ignorantiam profertur. 74. c. 3
Mendacium inundat super terram. fol. 79. col. 4
Metus iustitiæ nullus. 98. c. 4
Miracula Christi ad inculcandam suam doctrinam, & in nos benignitatem inseruiebant. fol 9. c. 1
Misericordia Dei veluti pia dux nostra. fol. 212. col. 2
Misericordia Dei pro diuitijs habet misereri nostri. 100. c. 4
Misericordia in iudice non est bona, quæ extra iudicium optima esset. 91. c. 3
Mysteria Diuina non sunt in quolibet loco manifestanda. 262. c. 3
Monialium castitas tanquam pretiosa gẽma custodienda. 35. c. 4. & seq.
Moniales cur tondeantur in ingressu Religionis, & exuantur vestibus sæcularibus. 47. c. 4, & 51. c. 1. 2
Montes in Scriptura dicuntur perfecti viri. 279. c. 2
Mors Christi non solum bonis, sed etiã malis vtilis. 279. c. 4
Mors Christi à Moyse prædicta. 347. c. 3. 4
Mortificatio sapientia est. 112. c. 2
Mortificatio adhibẽda est carni nostræ. 52. 2 & 48 c. 3. 4. & 49. 3. 4 & 50. c. 1
Mulierẽ etiã tãgere periculosum. 33. c. 4
Mulierem non videre prima victoria, secũda non tangere. 33. c. 4
Mulierum capita imbecilla. 69. c. 1
Mulieres sese pingentes, & falsificantes. fol. 69. c. 1. 2
Multitudo in Scriptura non bene audit. fol. 109. col. 2
Mundana omnia falsa deprehenduntur à confidentibus in ipsis. 74. c. 4. & 80. c. 1
Munera iustitiam corrumpunt. 92. c. 2
Munera inficiunt, & maculant iudicem. fol. 93. 2. 3. & 97. c. 2
Munera quando accipienda. 93. c. 3
Munera placent homines. 93. c. 4. & 94 c. 1. 2
Munera persuadent. 94. c. 2
Munera etiam parua multum valẽt, & possunt 94. c. 2
Munera ad omnem locum ingrediuntur, & valent. 96. c. 4
Munera & danti, & accipienti officiunt. f. 97. col. 2
Mutabilitas signum stultitiæ. 111. c. 2
Mutatio in moribus, legibus, ac vocibus cauenda. 161. c. 3. 4

N.

Necessitas potentissima contra virtutem multa mala audet, impudẽs, &c. 249. c. 4. & seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Necessitas infida custos virtutis, & castitatis. 294. c. 4
Necessitas detinet homines in officio, & obsequio Dei. 366. c. 4
Necessitatibus tantum debemus occurrere, non superflua quærere. 371 c. 2
Necessaria quærenda, non superflua. a fol. 250. per multas col. & 371 c. 2
Necessaria tantum habere magnæ diuitiæ sunt. 257. c. 3. 4
Nobilitas in operibus comprobatur. fol. 73. col. 2
Nouitates circa mores, & fidem relegandæ 1, 8. & sequent.
Nouitas etiam in vocibus cauenda. 161. c. 2. & 160. c. 1
Nouitas, quæ probata est non sit molesta. f. 163. c. 3
Noua lex qua ratione etiam posit lex vetus. 164
Nubes dicuntur prædicatores in Scriptura. 19. c. 2. & seq.

O.

OBedientia multis commendatur. a fol. 38. c. 1. & seq.
Obedientiæ pulchritudo. f. 38 c. 2. & seq. & 43. c. 1. & 4
Obedientia non discutit præcepta. 38. c. 4
Obedientia similis fidei. 39. c. 1
Obedientia muta. 39 c. 2
Obedientia præuenit ipsa mandata. 42. c. 3
Obedientia maxime hilaris, & læta. 43. c. 1
Obedientia legem nescit. 44. c. 3
Obedientiæ pondus, quo fertur, & æstimatur, est dilectio Dei. 44. c. 1. & seq.
Obedientia ad nutum obsequitur. 309. c. 1
Obedientia non ex timore, sed ex amore obedit. 309 c. 2
Obedientia cæca est nec proprium sequitur iudicium. 309. c. 3
Obedientia Christi ante vitam, & post mortem. 44. c. 4. & 45. c. 1
Obedientiam maxime detestantur homines. 46. c. 1. 2
Oculatus testis vnus plus valet, quam decē auriti. 76. c. 1
Odio habuerunt gratis homines Filiū Dei. 183. c. 1
Officio suo vt quis fungatur impedimenta debet auferre. 40. c. 1
Opera virtutis exercenda, ne habitus virtutum pereant. 59. c. 1. & 60. c. 2
Opera Dei sunt perfectissima. 65. col 1. 2. & sequent.
Opera bona sunt quæ nobis laudem conciliant. 115. c. 2
Opera nostra bona in Deum referre debemus. 123 c. 3. 4
Orantibus plura tribuit Deus quam ipsi postulent. 319. c. 1
Oratio perseuerans est quæ bona à Deo cōsequitur. 338. c. 4
Ornatus muliebris damnatur, & reprehenditur. 68. c. 4
Ornatus corporum, & vultuum artifices carpuntur. 68. c. 4. & 82. c. 2
Ornantes se artificiose mendacem faciunt Christum Dominum. 87. c. 2
Ornatus iste potius deformitatē inducit, quā pulchritudinem 69. per totum.
Otium damnatur. 59. c. 1. & seq.
Otiosi olim damnabantur. 60 c. 2, 3
Otiū omnibus rebus damnū infert. 61. c. 2

P.

PArs in Scriptura vsurpatur pro hæreditate. 194. c. 1. 2
Pater omnium creaturarum Deus. 113. c. 2
Pater in Scriptura quomodo sumatur. 157. col. 3
Pater nomen quid significet. 145. c. 1
Pater hominum cur dicatur Deus. 145. c. 2
Pater Christianorum dicitur Deus. 152. c 2. & sequent.
Patris officium quomodo Deus peragat. f. 151. c. 3. 4 & seq.
Parentes debent magna cum lætitia filios suos Deo offerre. 50. c. 3
Passus est Christus Dominus pro nobis multa ab initio vitæ mortalis. 25. c. 4
Passio Christi maxime doloribus plena. fol. 132. col 2
Passio Christi acerbissima. 154. c. 3
Passio Christi à Moyse prædicta. 247. c. 3. 4
Passio Christi non solum bonis, sed malis etiam vtilis. 279. c. 4
Passio Christi nobis debet mēti semper adesse. 282. c. 1
Passio Christi nostram perfecit Redemptionem. 72.
Paupertas quomodo dines sit. f. 52. c. 4. & seq. & 55 c. 4
Paupertatis nobilitas. 55. c. 3
Paupertas Religiosa dines. 52. c. 4. & seq.
Paupertas cognata virtutibus. 54. c. 4
Pauperes sustentant orbem. 55. c. 1
Paupertatis commendatio 55. c. 3
Paupertas lege naturæ composita magnæ diuitiæ. fol. 257. col. 4
Pauperes Deus orbi promittit, sicut suam assistentiam. 56. c. 2
Pauperes sunt, quibus Deus probat diuites. 56. c. 2
Paupertate homines probantur. 57. c. 2
Paupertas paucis contenta. 258. c. 3
Pauper Deum maxime imitatur. 296.
Paupertatis labor, & afflictio. 54. c. 4
Pauperes ob paupertatem possunt efferri, & se extollere. 296, c. 2
Pauperes ostiatim mendicantes debent esse patientes. 58. c. 1
Patria multum ad mores conducit. fol. 332. c. 3. 4
Peccati confusio. 106. c. 2. 3
Peccatum stultitia, & peccator stultus. 134. c. 2. & seq.
Peccata minime à Deo proueniunt. 64. c. 2
Peccata à Deo ordinātur in bonum. 67. c. 4
Peccatorum perfecta remissio a Deo. f. 70. per tot.
Peccatum hostis peccatoris acerbissimus. f. 202. c. 4 & seq.
Peccatum maxima immunditia. a fol. 104. & sequent.
Peccatum creaturas omnes maculat, & inficit. 105. c. 1
Peccata nostra vincula, & funes quibus detinemur, & ligamur. 278. c. 2. 3
Peccator inter omnes creaturas solus excipitur à laudatione Dei. 62. c. 3. 4
Peccantes sibi nocent, non Deo. 100. c. 1. & 4 102. c. 3. 4. & seq.
Pecunia sibi dominos emit. 31. c. 1
Pecunia corrumpit iustitiam. f. 92 c. 2. 3. & 98. c. 3. 4. & 99. c. 3
Pecunia veritas, & iustitia expugnatur. fol. 94. c. 2
Pecunia pro Deo habita a Iuda. 294. c. 2
Pecunia omnia in se continet. fol. 223. c. 1. & 224. c. 4
Pecunia ad omnia potentissima. 223. c. 1
Pecunia libertatem loquendi aufert. 120. c. 2
Petra non fuit vna & eadem, quæ Hebræis protulit aquas. 131. c. 4
Plagæ Christi Seruatoris vestigia sunt, quæ sequamur. 59. c. 3
Petentibus plura tribuit Deus, quam ipsi postulent. 319. c. 1
Pingentes se mulieres, & homines. 69. c. 1. 2
Potentes plerunque impij. 67. c. 1
Prædicatoris verba, sunt verba Dei. fol. 5. c. 2. 3. & f. 10. c. 2. 3
prædicatoribus veris Deus verba instillat. fol. 5. col. 3. 4
Prædicatores debent subministrare doctrinam, quam à Deo in aliorum profectum acceperunt. f 5. c. 4. & seq.
Prædicator velut agricola rigat arborem. fol. 9 c 3. At Deus interius docet, & instruit. fol. 10 c. 2
Prædicator externus Magister. f. 10. c. 2
Prædicator prius interius instruat, quā exterius prædicet. 10. c. 4 & 21. c. 2. 3
Prædicator prius orare debet, quam ad prædicandum accedat. 10. c. 4. & 11. c. 1. & 17. c. 4. & 20 c. 3. & 24. c. 4 & 63. c. 1. 2
Prædicator non voce tantū, sed exēplo etiā debet auditores docere. 322. c. 3. & 4
Etiamsi Spiritus sanctus Magister internus sit, externo etiā prædicatore vtitur. 10. c. 1
Prædicatoris excellentia. f 11. c. 1
Prædicatoris officium grauissimum, proinde non qualibet facilitate amplexandū, & exequendum 63. c. 1 2
Prædicatores curante concionem postulēt benedictionem. f. 11. c.
Prædicatoris impij ore Dei verba proferuntur, fol. 11. col. 3. & sequent. per multas paginas.
Prædicator se debet accōmodare capacitati audientiū. fol. 13. c. 3. & 17. c. 1. 2. & 21. c. 4. & 25. c. 3
Prædicatores debent prædicantes alios benevole audire. 14. c. 3
De prædicatoribus non debent iudicare ignorantes auditores. 16. c. 2
Prædicatores nubes appellantur. fol. 19 c. 2. & sequent.
Prædicator debet libros consulere, & euoluere. f. 20. c. 1
Prædicator improbus etiā vtiliter auditur. fol. 78. c. 4
Prædicatores alienas conciones recitantes. fol. 20. c. 2
Prædicatores nō salutē animarū, sed propriā gloriam aucupantes. 20. c. 4. & 26. c. 3. 4
Prædicatores habetantes, & adulterantes verbum Dei. c. 1. 2
Prædicatores, qui acriter reprehendunt nō tam bene audiuntur. 23. c. 3
Prædicatores loquentes placentia. 23. c. 3. & 4. & 24 c. 1. 2. Vide multa 121. c. 2. & sequent. & 99. c. 3
Prædicatores sunt vbera sponsi Ecclesiæ. i. Christi. 24. c. 3
Prædicatores Angeli dicuntur. 24. c. 4
Prædicatorum verba gemmæ sunt. 27. c. 1
Prædicatores non tantum lucere debent doctrina.

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctrina, sed caritate feruere. 325.c.2.3.4
Prædicatorum verba scintillæ esse debent. 326.c.1
Prædicatio sagitta est 26.c.1
Prædicatio stimulus doloris est. 26. c. 1.2
Prædicatio non risum, sed dolorem debet causare. 26.c.1.2
Principes perdunt subditi assentatores. fol. 117.c.1
Princeps veluti communis subditorum cognatus. 276. c. 1
Princeps clypeus subditorũ 272.c.4.& seq.
Princeps debet detestari impios, & fugare. 276, c 2
Princeps qui non habet regios spiritus indignus est principatu. 277.c. 2.& seq.
Princeps vices Dei in terris gerit. 312. c.1
Princeps benignus, & mansuetus esse debet. 313 c.1
Princeps minime superbire debet. 311.c.1
Principes, & Prælati ne super se eleuentur, sed humiliter de se sentiant 313. per tot.
Princeps veluti Iacob debet iratis cedere. f. 314 c. 1.2
Principem mansuetum libenter sequuntur subditi. 314. c.3
Princeps debet multa, quę contra ipsum fiũt dissimulare. 315. c.2.3
Princeps, & Prælatus subditorum Parens. f. 316.c.2.& 325 c. 1
Princeps de suis potius quam de se debet esse sollicitus. 318.c.1.2
Principis ignominia sunt subditorum mala. 319. c. 3
Principes publici serui sunt. 320. c.1. 2
Princeps debet suorum naturas, & ingenia agnoscere. 320.c 2
Princeps benignus esse debet. 321.c.3
Principes meliores esse debent subditis. fol. 323.c.2 & 327.c.2
Prælati & gubernatores non subito fiunt, sed diu, & sensim. 323.c.4 & seq.
Prælationis, & Principatus signum mansuetudo, & humilitas, ac benignitas. 314. c. 1
Prælatus suos subditos portare debet in humeris sustinẽdo, & defendẽdo. 272.c.3.4
Prælati ac nucleri magna similitudo. fol. 166. c.1
Prælati senes si sapientes sunt, optimi sunt. 166. c.1
Prælati debent monere subditos de Dei beneficijs. 172 c 1
Prælato bono nihil melius. 226. c.2
Prælatus non debet nimis credere delatoribus. 88. c. 4
Prælatus, ac Magister debet reprehendere & arguere suos. 115. c.3
Pretiosum quid vilescit oblatum. 346. c. 2
Populus in Scriptura non beneaudit. f. 109. col.2.
Pluuiæ nomine cælestis doctrina significatur. 16. 3.& 4. & 18 c. 2. & seq. fol. 25. c. 2. & 3.
Sed cur pluuia dicatur. 18. c.4
Pigritia carpitur. 59. c.1 & seq.
Peregrini debent esse Christiani in hac vita, nihilque de ea sibi retinere fol. 243. & seq.
Præesse hominibus ars artium. 320.c.3
Præesse hominibus res admodum laboriosa. 321. c.3
Promissiones Iudæis factæ de terrenis tantum agebant. 332. c. 1. & seq.
Promissis stat Deus. 74 per totum.
Promissiones Dei fideles. 78. c. 3
Prospera nos deferunt ad Deum sicut aduersa 234.c.3
Prosperitas impios reddit homines. fol. 236. c.3
Prospera molestè ferunt Iusti. 242. c. 4
Professio Religionis magnam operatur mutationem. 47. c.2
Professio Religionis summo cum gaudio est celebranda 47. c. 2. & 3
Professio Religiosa. f. 47. c. 3.4. & 48.c.1.2. & 50.c.1
Professio Religiosa est perfecta abdicatio rerum temporalium. 49. c. 3.4
Professio Religiosa holocaustum est, quod Deo offertur. 50.c.2
Professio Religiosa holocaustum est, quod Deo offertur. 50.c.2
Profitentes Religionem tantum pro redimendis necessitatibus. 50.c.4
Prouidentia Dei certa, & iusta. 65. c. 1

R.

RAtione debemus omnia facere instar Dei 65.c.4
Rebus caducis nullatenus confidendum est. 77. c.1.2
Reges non sunt timendi plusquam Deus. f. 40.c.2
Reges suos subditos portare debent in humeris, & portando, & tuendo. 273.c.3.4. & seq.
Rex clypeus subditorum est. fol. 272. col. 4. & seq.
Rex dicitur à regendo. 313. c.4
Rex veluti cognatus omnium subditorum. 276 c.1

Reges olim qualiter obseruarentur à suis. f. 312.c.2
Regibus debetur obedientia. 312. c.2.
Regibus quam peculiariter assistat Diuina Prouidentia 312.c.3.
Regna mundi instabilia. 84.c.2.
Regna Deus dat cui placuerit. 312. c.1. & seq.
Reip. Israeliticæ gubernatio qualis fuerit. f. 305.c.4.& seq.
Religio Dei summa est sapientia. 135. c.3.
Religio melius seruat quam arca Noe. f. 50. col.2.
Religio non est deserenda, etiamsi maxima interponantur obstacula. 311. c.2.
Religio fortem, & induratum laboribus requirit animum. 52.c.2
Religioni maxime nocet otiositas. 61.c.3.
Religiosorum opera procedentia ex obediẽtia. 45. c.2.
Religiosorum obedientia maxime fugat, & superat dæmones. 46.c.3.4.
Religiosus subit maximam mutationem cũ Religionem ingreditur, & profitetur. fol. 47. c.1.
Religiosi cur tondeãtur, & exuantur in ingressu Religionis. 47.c.4. & 51.c.1.2.
Ad Religionem transplantãtur arbores vt fructificent. 48.c.2.
Religiosi commutant temporalia pro æternis. 193.c.2.
Religiosi qui maiora relinquunt, minimis nõ detineantur. 48.c.3.
Religiosi cur secularibus minimę debeãt admisceri. 49.c.3.
Religiosi Conuentus cur extra vrbes ædificentur. 49.c 3.& 51.c.4.
Religiosi omnia debent dimittere in seculo. 49.c.3.4.
Religiosus holocaustum de se offert Deo. f. 50.col.2.
Religiosi qui tristes habitum suscipiunt, vel profitentur. 50.c.4.
Religiosus sine Religioso, vel sine Religione 50.c.4. & seqq.
Religiosis cur corona in capite, dum tondẽtur, adhibeatur. 51.c.2.
Religiosorum vacatio, & otium maximam occupationem continet. fol. 61. col.4. & 62.c.1.
Reprehendendi sunt acriter qui blandis admonitionibus non acquiescunt. 15.c.1.
Reprehendentes acriter non tam bene audiuntur. 23.c.3.
Reprehendere debent non palpare peccata Prælati, & Magistri. 115. c.3.
Reprehensionis laus. 316.c.1. 2.& seq.
Reprehensio sic adhibenda, vt amor in pectore lateat. 116 c.2.
Reprehensio sic adhibenda, vt tamen nota non fiant scelera. 118.c.3.4.
Reprehensio publica aliquando vtilis, sed sæpe nociua est. 118.c.3.4.
Reprehensio occulta. 118. c. 4.
Reprehensio nimis acris, & aspera nocet. f. 119.c.1.
Qui non reprehendit cum debet, hortatur ad delinquendum. 119.c.2.
Reprehensionis asperitas lenitate condienda est. 321.c.2

S.

SAcerdos ablactandus est ab imperfectionibus. 47.c.3.
Sacerdos quomodo sanctificandus sit. fol. 48.c.3.4.
Sacerdos nihil plebeum, & commune debet habere 52.c.1.
Sacerdos à sanctificando dicitur. 313.c.4.
Sacerdos pro omnibus debet orare. fol. 319. col.2.
Sacerdos debet esse liber, & exolutus rebus terrenis. 198.c.4.
Sacerdotes iam olim intra certos habendi limites Deus coarctauit. 244.c.3.
Contra Sacerdotes diuites, & auaros. f. 244. c.3.4. & seqq.
Sacerdotes grauius peccant, cum Deo sint dicati. 343.c.1.
Sacra Scriptura mensa apposita in Ecclesia Dei. 112.c.3
Sacra Scriptura auri, argentique fodina. f. 165.c.1.
Sacra Scriptura ager fertilissimus. fol. 165. col.2.
Sacra Scriptura messis vberrima est. f. 165. col. 2.
Sanguis Christi Iudæis ad condemnationẽ, nobis ad salutem effusus. 130.c.3.
Sancti homines cælorum nomine intelligũtur in Scriptura. 3 c.2.3.
Sanctorum societas, & coniunctio maxime proficit. 326.c.1.
Sancti sunt cogitationes Dei, cũ de illis maxime cogitet. 178.c.3.
Sapientes in Scriptura dicuntur cæli. fol. 3. col.2.
Sapientes in se maxime confidentes stultos reddit Deus. 23. c.1.
Sapiẽs est qui de reb⁹ recte sapit, & iudicat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fol. 44. col. 4.
Sapientia cælesti debent instrui viri Ecclesiastici. 63. c. 2. 3.
Sapientia summa est seruire Deo. fol. 135. c. 3. & sequent.
Sapientibus obedire gloriosum. 157. c. 3.
Scientia animæ cibus. 9. c. 4.
Scientia veritatis postulanda à Deo. f. 11. c. 2. & 10. c. 4.
Seniorum doctrina amplectenda. 10. c. 1.
Senes consulendi sunt, & de ipsorũ sapientia multa. 58. & seq. & 166. c. 1.
Senioribus deferendum. 158. c. 1. & seq.
Senum monita recolenda. 169. c. 2. 3.
Senibus intellectus defæcatior est. 169. c. 3.
Senes nobis debemus proponere, vt imitemur. 305, c. 1. 2.
Senum dignitas, & excellentia. fol. 66. c. 3. & sequent.
Senum, & adolescentum pulchra copula. f. 167. c. 1.
Senes qui vere senes sunt 167. & seq.
Senes quando sunt adolescentibus inferiores. 767. c. 4. & seq.
Senes pueri. 68. c. 1. & seq.
Bene senescit, qui bene senserit. 166. c. 3.
Senatus olim a senibus dictus est. fol. 166. col. 2.
Seruus Dei maxima libertate, etiamsi captiuus sit, potitur. 11. c. 1
Seruitus Dei probenedictione confertur. f. 38. c. 2.
Seueritas Principis ne incrudelitatem perueniat. 318. c. 1.
Silentium seruauit, & honorauit Christus Dominus. 75. c. 4.
Solitudo maxime ad virtutem conducit. f. 49. c. 3. & 51. 3. 4. & 163. c. 4. & seq.
Species rerum quomodo perfectæ. 67. c. 2.
Species rerum in indiuisibili. 67. c. 2. 3.
Spes nostra in Deo collocãda. 76. c. 3. & 77. c. 1. & 3. & seq.
Spes in Deo firma turris. 81. c. 1. 2. 3. 4.
Spes in homine maledicitur. 81. c. 1. & seq. & 82. c. 1. & seq.
Sperandum non est in rebus humanis. f. 82. & 83.
Spes nostra tota in Deo collocanda. 178. c. 3
Spes Regni Cælestis quantum valeat. fol. 247. c. 1.
Sufficientia res est ditissima. fol. 256. col. 3. & 260. c. 1.
Sufficientiæ regulæ, & termini qui sint. fol. 258. c. 1.
Superbus gloriam Dei sibi vsurpat. 108. c. 2.
Superbos confundimus, & docemus humiliando nos. 298. c. 3.
Superbia vicina potentibus. 313. c. 2.
Superbia quo sensu dicitur maximum peccatorum 347. c. 4.
Superflua minime desideranda. 251. c. 1. 2. & seq. per multas pag.
Superflua maxime nocent. 259. c. 4.
Supplicia Deus infert ijs, quibus monitiones non sufficiunt. 358 c. 1.

T.

TAciturnitas impia in ijs, qui loqui tenentur. 119. c. 4.
Temporalia falsa sunt, proinde ijs nullatenus fidendum. 75. c. 3 & 79 c 4.
Temporalia bona inducunt obliuionẽ Dei. 171. c. 1.
Temporalia deprimunt hominem, ne cælestia meditetur, eumque terræ addicunt. 196 c. 3. 4. & seq. per plures paginas.
Temporalia sunt cor terrenorum. fol. 197. c. 2. & 3
Temporalia desereda ab his, qui tanquã peregrini debemus viuere. 276. & seqq.
Temporalia quærenda pro sufficientia, ne virtus in necessitate periclitetur. fol. 250. col 1. 2
Temporalia relinquenda. 282. c. 3. 283. & seqq. per multas paginas.
Temporalia deserere non tam multum est animis prudentibus. 290. c. 1. 2
Temporalia deprimunt nos. 290. c. 2. & seq. per plures col.
Temporalia sunt viscum, quod animas detinet. fol. 291 col. 4 293. col. 3. fol. 294. col. 4
Temporalium verus Dominus est Deus, nos vero inquilini 293. c. 1. & 3 8. c. 4
Temporalia omnia instabilia. 293. c. 1. 2
De temporalibus magis dolent impij, quam de amissione spiritualium. 293. c. 4
Temporalia habent impij pro Deo. 294. c. 2 & seqq.
Temporalium abundantia maxime nocet. 341. c. 2. 3
Temporalium abundantia obliuionem Dei inducit. 367 c. 1. 2
Terræ nomine quid intelligat Moyses in hoc Cant. 3. c. 1. & seqq.
Terram sensit præditam existimauit Origenes. 5 c. 1
Terra promissionis optima fuit. 329. c. 2. & seqq. per multas pag. & 339. c. 3. 4.

Terra pessima non bonos producit mores. 333. c. 1. 2
Testes contra impios sunt creaturæ insensibiles. 4 c. 1
Timor iustitiæ nullus. 98. c. 4
Timor Dei, id est, Religio, est sapientia. 135. c. 4. & seq.
Transitus in Scriptura significat suppliciũ Dei. 357. c. 1.
Tribulationes iustos erudiunt. 224. c. 3. 4. & seq. per plures col.
Tribulationes sũt magistri nostri. 227. c. 3. 4
Tangere mulierẽ etiã periculosum. 33. c. 4

V.

VAna gloria maxime fugienda. f 32. c. 3. & sequent.
Varia sunt hominum merita, proinde non omnibus æqualiter deferendũ est. 321. c. 3
Veracitas Dei. 74. c. 1. & seq. 73. c. 3. 4
Venditores iustitiæ. 89. c. 4
Veraces non tam bene audiuntur quã mendaces. 23 c. 3. 4
Verba Prophetarum verissima 75. c. 3.
Verba Christi verissima. 75 c. 2
Verba Dei non solum audiuntur, sed videtur. 76. c. 1
Verba prædicatorum gemmæ sunt. 27. c. 1
Verba Dei insensibilia etiam videntur penetrare. 7. c. 3. 4.
Verba Dei aliquando impio ore proferũtur. 11. c. 3. & seq per plures pag.
Verbum Dei cibus animi. 18. c. 3
Veritas optima quidem res hominibus. 74. c. 4. & seq. & 86.
Veritas ex antiquitate maxime comprobatur 158. & sequent.
Veritas omnibus patet. 165. c. 3.
Veritas sanctos reddit homines. 85. c. 1.
Veritatẽ debẽt homines loqui 86. c. 1. & seq.
Veritatis pulchritudo. 86. c. 3. 4.
Viæ Dei quid significent in Scriptura. 65. c. 4. & seq.
Virtutis opera saltem incoanda sunt. 6. c. 3.
Virtutes gemmæ sunt. 30. c. 1.
Virtutes quomodo in animo generentur, f. 29. c. 3 & seq.
Virtutes hominem constituunt, ita vt nõ sit homo, qui virtute non constat. 29. c. 3.
Virtutis pulchritudo. 30. c. 1.
Virtutis actus exercendi ne habitus virtutum pereant. 59. c. 1 & 60. c. 2.
Virtus etiam apud illius inimicos pulcherrima est. 30. c. 1.
Virtus liberũ omnino reddit hominẽ. 30. c. 4
Virtus summa vigilatia custodienda. 31. c. 2.
Virtutis color quinam sit. 30. c. 2.
Virtutis pondus vnde colligatur. 30. c. 2.
Virtutis magnitudo quomodo metienda. f. 30. c. 2. & seq.
Virtutes inuicem coniunctæ sunt 39. c. 2.
Virtus negligit vtilitates suas. 98. c. 4.
Virginitas maxime commendatur. fol. 33. c. 2. 3. & seq.
Virginitas gemma pretiosissima. 31. c. 3.
Virginitas nullam impudicitiæ patitur labẽ. 33. c. 3. & seq.
Virginitas neque suspitionem impudentiæ patitur. 33. c. 4. & 34. c. 1.
Virgines violatæ ne de virginitate superbirent. 35. c. 1. 2.
Virgines domi recludendæ sunt. 36. c. 1.
Virginitas omne pretium excedit. 36. c. 1. 2.
Virgines peculiari ratione Christi sanguine emptæ. 36. c. 2.
Virgines statum, & conditionem mulierum excedunt. 36. c. 4.
Vita nostra periculis plena. 324. c. 3.
Vita impiorum mors. 362. c 2.
Vita hæc præparatio debet esse ad futuram. 252. c. 2.
Vita humana fluctibus aquæ comparatur. f. 288 c. 3.
Vnio, & pax magnum bonum. 73. c. 4
Vitia colunt mundani, virtutes vero abominantur 49. c. 2
Vitia potius quam virtutes sequuntur homines. 23. c. 3
Vocationem Dei qui renuunt puniendi quomodo sint. 14. 4. 2. & 15. per tot.
Volũtarie debemus seruire, & obedire Deo. 38. col. 2
Voluptatib⁹ nititur diabolus nos â via Dei reuocare. 311. c. 2
Vulnera Christi vestigia sunt, quæ sequamur. 59. c. 3

Z.

ZElus Dei aliquando accendit viros apostolicos. 120. c. 3. 4.
Zelus falsus carpitur. 120. c. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX EORVM, QVAE AD CONCIONES POSSVNT ANNOTARI.

Dominica prima Aduentus Domini.

IVstissimus Deus, imo norma iustitiæ, ac cum iustitia quemlibet Principem deceat, iustitiã facturus hodie proponitur, deque iustitia Dei multa habes a fol. 87. c. 4. Ignis fulgurum præcedet ipsum venientem, & quare id futurum sit. 88. c. 1. 2. Ad iudicium venit rectus Iudex, qui tunc minime misericordiam exercebit. 91. per totum. Nos cogimus Deum vt iustitiam suam exerat, dum iniustum putamus. 96. c. 3. 4. Arguet igitur peccatorem, & statuet illum contra faciem suam, quod peccatori erit acerbissimum. 106. c. 3. 4. *Erunt* igitur *signa in Sole, & Luna, & stellis.* Ipsæ creaturæ dolent, & tristantur propter peccata, & iniurias Deo factas. f. 13. c 4. Cum prædicatores sint, & dicantur nubes, vt late habes à fol. 19. 2. & seq. Merito Deus mundum iudicaturus, veniet in nubibus, vt ostendat se per prædicatores, & viros Apostolicos omnia peregisse, vt homines reduceret, & ad se conuerteret. 28. c. 1. & seq. vbi pro hac re multa habentur. Sæpe vero refertur in Euãgelio quid euenturum sit in iudicio, vt nosmetipsos iudicemus, & contra nos multo ante sententiam feramus 1. c. 4. Adeo iustus est Deus vt etiam cum insensibilibus suam erga nos causam iustificet. 2. c. 4. Testes vero contra impios erunt ipsa etiam insensibilia. 4 c. 1. 2. Tunc beneficia in nos collata exprobrabit Deus, vt iustum se probet in iudicio & supplicio, qui potius iustum, quam potens vult videri. 1. c 3. Tertull. desiderat videre vtrum ad iudicium resurrecturæ sint mulieres (idem dicendum de hominibus) cum eo ornatu, & falso apparatu quo nunc incedunt. 69. c. 1. Non metuis quod Conditor tuus te non agnoscat? 69. c. 3.

Dominica 2. Aduentus.

Cum audisset Ioannes in vinculis &c. Videiustum, & sanctum in vinculis, adulterũ vero in palatio, & in throno, sic inuertit ordinem iustitia. 94. c 4 & seq. Non mirum autem si innocentia sit in vinculis, cum iam sit impiũ esse pium in mundo. f. 98. c 4. In palatio, & throno sedet concubinarius, qua potentes, & diuites vim iustitiæ euadunt hebetantque aciem iustitiæ. 98. 99. maxime col. 3. 4. *Renuntiate Ioanni quæ audistes, & vidistis.* Opera Christi, quæ perfectissima erant, de ipso testabantur quod esset Filius Dei. 71. per tot. Cum discessissent nuntij Ioannes, *cæpit dicere ad turbas de Ioanne;* ne s. videretur assentator, qui alioqui liber erat in reprehendendo. 116. c. 4 & 137. c. 1. *Quid existis videre? arundinem vento agitatam?* Imo fortissima erat columna Ioannes, qui potuit arguere Principem. 120. c. 1. Vir perfectissimus Ioannes Deo veluti petræ adhærebat, quod proprium Sanctorum est. 301. c. 2. Ioannes semper perstitit in virtute, quia Deo veluti petræ adhæsit. 302. c. 4. & 303. c. 1. Vera lucerna lucens, & ardens, qui illuminandos discipulos luci remisit, idque quia charitate ferebat. 325. col. 2. *Hominem mollibus vestitum.* Neque mollibus vestitum, neque molliter loquentem, sicut plerique reperiuntur 121. c. 2. *Renuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis.* Ex eo probat se verum Messiam, quod opera illius cum veteribus prophetijs cohærerent. 161. c 4.

Dominica 3. Aduentus.

Ego vox clamantis in deserto. Quandoquidem homines intellectuales non audiunt, neque acquiescunt voci Dei, clamandum est ad insensibilia. 14. c. 3. & fol. 7. & 8. vbi multa de audiendo verbo Dei. *Hæc in Iordane facta sunt, &c* Quomodo locus hic sit intelligendus.

telligendus. 140. c. 4. *Cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti.* Magna Ioãnis humilitas, quæ in tanta virtutis excellentia reperitur. 216. c. 4.

Dominica 4. Aduentus.

Factum est verbum Domini super Ioannem, &c. 42. c. 2. vbi multa ea de re antea, & postea videnda sunt. *Factum est verbum Domini super Ioannem.* Perfectissimum munus prædicandi, & docendi postulat sapientiam cælitus datam, alioqui minime quis aptus erit ad prædicandum. f. 63. per totum. *Parate viam Domini, rectas facite semitas, &c.* Quidnam intelligatur in Scripturis per vias Domini. f. 66. f. c. 1. 2. *Omnis mons, & collis humiliabitur, &c.* fol. 329. col. 4.

Pro Natiuitate Domini.

Cur natus Filius Dei prius voluerit annuntiari pauperibus pastoribus. 57. c 3. & vide col. 1. 2. Non somnolenti, desides, & otiosi, sed diligentes, & vigilantes audiunt nuntium Natiuitatis Domini. 61. c. 2. 3 Nobis locutus est Pater in Filio, ac Verbo Incarnato, & recenter nato. f. 75. c. 4. Olim dicebatur Iudæis, ipse est, qui fecit te, modo nobis dicitur, ipse est qui taliter factus est, & natus propter te. 14. c. 4. Natiuitate sua nobis collyrium fecit, vt ipsum intueri possimus. 142. c. 1. 2. In Natiuitate Christi se nobis Deus maxime manifestauit. 152. c. 4. Quid mirum si homines constituit filios Dei, qui factus est Filius hominis nascendo inter homines? fol. 182. col. 3. Nascendo suscepit mala nostra, vt largiatur bona sua fol. 182. col. 4. Apparuit hodie Benignitas Dei, cum hucusque conspiceretur illius ira. 208. c 2. Propterea se adeo deiecit vsque ad præsepe, vt nos ad cælos vsque eleuaret, & doceret ascendere. 278. c. 4.

In festo S. Stephani.

Quoties volui congregare pullos tuos? Nihil Deus omittit vt nos ad se adducat, & cum multos nouerit nullatenus profuturos, adhuc tamen non cessat beneficijs suis ad se vocare, & allicere. fol. 29. c. 1. *Quemadmodum gallina congregat pullos, &c.* Non solum instar Patris Iudæorum se habuit Deus, sed etiam tanquam mater se habere voluit. fol. 147. c. 3. 4. At Dei Clementia omnem aliam excedit. 148. c. 1. *Quoties volui congregare, &c.* Similis huic est illa locutio: *Quid faciam tibi Iuda?* Quæ maximam denotat Dei beneuolentiam. fol. 148. col. 1. & sequentib. Et ille etiam locus: *Expandi manus meas ad te.* fol. 148. col. 3. Sed acriter pungit Christus Dominus Iudæorum duritiem adducta similitudine Parentis. fol. 148. col. 3. 4. *Hierusalem quoties volui congregare &c.* Hanc solam gentem Deus maximi fecit, ita vt cæteras nihili ducere videatur, vnde pro ea vocanda, & allicienda sollicitum se exhibet. fol. 195. c. 3. 4. *Quoties volui congregare.* Omnia remedia quæ fuit Deus vt saluos faceret Iudæos. fol. 201. c. 1. *Quemadmodum gallina, &c.* Nimis nos diligit qui in gallinæ, & aliarum auium similitudine se accommodat. 268. c. 1. 2. Quoties volui congregare sub alis, &c. f. 334. c. 4. & sequent. *Ecce mitto ad vos Prophetas, & ex illis occidetis, &c. fol.* 338. col. 1. *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, &c. fol.* 356. col. 1. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Verba Dei debent esse veluti tela, quæ corda perudant, & transfigant. 26. c. 1. & contra prædicantes placentia, non acriter monentes. fol. 24. col. 1. 2. & fol. 23. col 1. 2 f. & fol. 8. col. 3. Qua de re vide annotata pro Euangelio Doctorum.

In die Sanctorum Innocentium.

Accipe puerum, & fuge in Ægyptum. Cur Angelus monens de fuga se comitem non pollicetur itineris? Vtique qui secum defert Christum infantem nihilo amplius indigebat. 223. c. 3. Infantes innocentes doctiores sunt ipsis Iudæis. 353. c. 4.

In Circunciſione Domini.

Voluit Filius Dei circuncidi vt obedientem se ostenderet, qui maxime obediẽs fuit. fol. 44. c. 4. & seq. At obedienti non est lex posita, neque illam expectat. fol. 41. c. 3. Et quid mirum si post Natiuitatem obedit Dei præcepto non adstrictus, qui antequam nasceretur homini obedit, & post mortem etiam Patri obedit? fol. 45. col. 1. Quantum autem bonum fuerit obedientia Christi Vide 45. c. 2. Circuncidendus est homo, & se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

paranda sunt ab illo omnia terrena. f. 47 & 48. vbi multa hac de re In Circumcisione admodum abbreuiatum est Verbum Dei. 75. col 4. Quomodo voluerit Christus seruare legem ne nouum quid introducere videretur: & propter auctoritatem legis, quæ minime abolenda est. 160 & 161. Hodie primo effundit sanguinem, quo sibi Sponsam Ecclesiam acquisiuit, sicut synagogam beneficijs. f. 181. c. 2. Circumcisio quomodo iam à nobis abolita sit, & ad nos spiritualiter pertineat. 106 c. 4 Octauo statim die nomen accipit Saluatoris, & sanguinem statim fundit docens nos iniunctum officium quam citissime debere exequi & non ad vltimum differre. 307. c 4. Reliquit nobis facto suo Christus Dominus signa, quæ debeamus sectari, vt officio Christiani satis faciamus. f. 308. c 1. 2.

In Epiphania Domini.

Ecce Magi ab Oriente, &c. Quanta diligentia Diuinæ vocationi statim obtemperauerunt, quod maxime ad salutem conducit. 41. c. 1. 2. Et videnda multa de obediendo Diuinæ vocationi. 38 c. 3. & seq. 39. c. 3. 4. & 40. c. 3. 4. *Ecce Magi ab Oriente venerunt* Amor Dei facile dissolvit vincula detinentia ad viam salutis, vnde etiam obstacula, quæ in Regia curia possent occurrere superant sancti Reges. 52. c. 2. 3. *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* In via, qua Deus quæritur nullatenus standum. 59. c. 2 *Vbi est qui natus est Rex Iudæorũ: At illi dixerunt in Bethleem* Herodem docuerũt Iudæi, sed ipsi recti remanserunt. 139. c. 2. 3. Illud autem mirum quod cum Iudæi paruuli sint in intellectu tamen docent. fol. 354. c. 4. & seq. Magorum illuminatio magnum testimonium contra Iudæos, imo contra nos si non properemus vocati. 354 c. 1. vbi multa hac de re. *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?* 354 c. 2. Ab Oriente ad Orientem veniunt, nam ad Deum venire est quærere Orientem. f. 162 c. 4. Postquam egressi sunt ciuitate Hierusalem ducentem vident stellã, quia egrediendum est de turbine seculi, vt Deum possimus quærere, & inuenire. 49. c 3. & 51 c 3 4. Aurum offerunt Deo, quod magni fit apud homines, vult enim Deus vt quæ in mundo plurimi fiunt, ipsi offerãtur. 49. c. 1. 2.

Dominica infra octa. Epiphan.

Erat subditus illis De obedientia Christi Seruatoris quam imitari tenemur. 44. c 3. 4. Quantum vero bonum fuerit Christi obedientia habes. 45. c. 2. *Erat subditus illis.* 45. c 4. *Stupebant omnes, qui eum audiebant.* De huiusmodi stupore, & admiratione Iudæorũ. 139. c. 4 *Requirebant eum inter cognatos, & notos.* 281. c. 3. *Dolentes quærebamus te.* Quid mirum si dolentes quærunt, cum in Deo omnia bona habeantur, ita vt qui Deum apud se habet nihilo vlterius indigeat. f. 54 c. 4 & 199 c. 1. & 208. c. 3. 4. & 219. c. 2 & seq. per multas paginas, & fol. 121. c. 1. & seq. optime hac de re 249. c. 2 & 199. c. 1. Infimus animus qui non dolet amisisse Deum, neque dolens quærit. 293 c. 3. 4. *Stupebant omnes, qui audiebant.* De huiusmodi stupore Iudæorum vide 139. c. 4.

In octaua Epiphaniæ.

Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. fol. 6 . c. 3 Solus sine peccato iussit pro delendis peccatis baptismum, indigebãt enim ablutione peccata cum abominabiles sordes sint. 104 c. 4. *Ecce agnus Dei, &c.* Ideo hoc dicit Ioannes, vt omnibus inculcaret mansuetudinem agni, & ad illum deduceret. fol. 314 col. 3.

Dominica 2. post Epiphan.

Vinum non habent. Non vult Christus nisi rogatus miracula facere, ne propriam gloriam aucupari videretur. 31. c. 1. *Hoc initium signorum fecit Iesus; & crediderunt in eum discipuli eius.* Non quod antea non crediderint, & quomodo hoc sit intelligendum. 211. c. 3.

Dominica 3. post Epiphan.

**Ecce leprosus veniens &c.* Labores nos ad Deum deducunt. 232. c. 3. 4. & seq. vbi licet expendere miseram hominis conditionem, qui non nisi afflicti & oppressi Deum conueniunt. 234. c. 2. 3. & seq. Quomodo curat Christus vanam gloriam fugere, & Dei laudem intendit. 32. *Si vis potes me mundare.* Aliquando ipse in nostra voluntate salutem collocat, vt cum Paralitico dixit: *Vis sanus fieri:* Sed melius est vt nos in voluntate eius totum collocemus. fol. 64. col. 1. *Nam & ego homo*

homo sum habens sub me milites. 218. c. 1

Dominica 4. post Epiphan

Domine salua nos, perimus. Non nisi rogatus miracula edit ne videretur propriam gloriam aucupari, (quæ in iustis cauenda est) non nostris malis occurrere. 32. c. 1. Qui secum Deum habebant nihil debebant de aduersis timere. vtpote qui secum habebant omnium bonorum fontem. 221. & seq. & 223. c. 3. 4. Sed cur Deus aliquando suos afflictari, & conturbari permittat. 235 c. 1. 2. & seq. Imperauit ventis, & mari: quomodo insensibilia Deo obediant in nostram confusionem. 309. c. 3. 4. Magnam hoc nobis debet parere confusionem qui Deo non obedimus. 309. 4. & seq. Vide tamẽ qua promptitudine iusti Deo obsequantur. 309. c. 1 2. Et cum insensibilia Deo ad nutum pareant. 40 c. 3 4. Vide ibi multa de obediendo Dei præcepto, & Verbo.

Dominica V. post Epiphania.

Nonne bonum semen seminasti in agro tuo, &c. Non est quidem tacendum malum, neque dominis occultandum, ideo namque tacentes serui damnantur. 119. c. 3

Dominica in Septuagesima.

Simile est Regnum cælorum homini, qui surgit primo mane conducere operarios in vineam suam. Sollicitus admodum est Deus de nostra salute, de eaque iugiter cogitat, quia nos admodum diligit. 178. & seq. sumtque homines Dei agricultura, & vinea. 179. 3. Nos autem quærit, & vocat nihil ea de re cogitantes 209. c 2 3. Qua in re ostendit quomodo nos diligat, nullis omnino præuisis meritis, vt babes in Euangelio feriæ 5. in Cæna Domini. *Quid hic statis tota die otiosi?* Oportet laborare circa salutem nostram, neque otio torpere 59. c. 1. & seq. *Quid hic statis?* Non est standum, sed ambulandum in via salutis. 59. c. 2. Quam periculosa autem sit statio vide. 61. c. 1. Olim damnabantur otiosi, & à Christo damnantur. 60. c. 2. & 3. & 61. c. 1. 2.

Dominica in Sexagesima.

Exijt qui seminat seminare semen suum. Iacit Deus semen suum, & beneficia in partes inutiles vt suam liberalitatem ostentet, qua ratione multa inutilia produxit. 68. c. 1. 2. Neque ideo culpandus Deus si super inutiles partes semen iecit, sicut neque culpandus eo quod metalla produxit vnde nouit fabricanda esse idola. 68. c. 3. Imo gratias debemus Deo agere quod cum prænouerit inutilia loca, adhuc semen iacit, ne alicui deesse videatur. 29. c. 1. & 334. c. 4. & seq. Steriles autem portiones terræ infructuosos indicant homines. 333. c. 4 & seq. metaphora vero agricolæ ostẽdit Deus sollicitũ erga nos amorem suum. 178. & 179. c. 2. De semine iacto, quod natum aruit vide. 43. c. 2 Sollicitudo istius seculi suffocat verbum Dei. 245. c. 2. De fallacia diuitiarum suffocantium Dei verbum. 245. c. 3. 4. & seq. Diuitiæ maxime officiunt doctrinæ cælesti. 344. c. 1. 2. Imitemur nos terram fructiferam, quæ fructum attulit centesimũ, &c. Quod faciemus si terra de qua sumus producti curauerimus nobis proponere. 127. c. 3 Verba prædicantium gẽmæ sunt, proinde maxime dolẽdum quod anima nostra sit tanquam via, in qua gemmæ conculcantur. 27. c. 1. Cauendũ item ne coram porcis hoc pretiosum semen proijciatur. 27. c. 3. Dolendumque quod tam vtile semen, nempe Dei verbum, cadat in reprobam terram. 27. c 4. & seq. Imo in corde primo retinendum, & conseruandum verbũ Dei auditum. 264 c. 2 *Qui habet aures audiendi audiat.* Vtilitatis audiendi Dei Verba, & quomodo audienda sint vide fol. 6. c. 2. & seq. per multas paginas. *Qui habet aures audiendi, &c.* 8. c. 4. modo audienda sunt verba Dei, nam postea exprobabit quod noluerimus audire. 14. c. 2. 3. & irridebit eos, qui noluerunt audire verba Dei, 15. c. 1. & seq. ij vero aures audiendi habent, qui prompto animo audiunt. 18. c. 1. Dolendum maxime quod loquamur cum ijs, qui aures habent, nec tamẽ audiunt 28. c. 1. Infelices ij, qui steriles imitantur terras dũ semen Dei iactum audiunt. 28. c. 1. 2. & 27. c. 4. quomodo suscipiendum verbum Dei. 18. c. 4.

Dominica in Quinquagesima.

Ecce ascendimus Hierosolimam, &c. Quam sollicitum se exhibet Christus Dominus de nostra salute dum sigillatim refert ea, quæ pro illa passurus erat, qua in re sollicitum testa-

tur erga nos amorem suum 178.& seq. *Quid tibi vis faciam?* Non nisi rogatus miracula edit, ne propria videatur gloriam aucupari. 32.c.1. Quid tibi vis faciam? salutem nostrã, & beneficia sua in nostra voluntate collocat. 64.c.1. Miserere mei fili Dauid. 138.c. 1. *Ipse vero multo magis clamabat.* Instantia, & perseuerantia orationis postulata bona assequitur. 338.c.4.

Feria quarta Cinerum.

Virtutes occultandæ sunt cum pretiosæ gemmæ sint, vt multis habes probatum. 31. c.3. *Nolite fieri sicut hypocritæ tristes*, hos quidem non agnoscet Deus quia non habent coloré virtutis 69.c.3. sicut etiã non agnoscet falso decore se ornantes. 68. c. 4. & seq. Semper Deus intendit hominibus ingerere sui cognitionem sicut hodie Sancta Mater Ecclesia dum cinerem capitibus fidelium imponit. 213.c.3.4.& seq. Hoc autem maxime conducit ad deprimendam superbiam, & ad cõtinendam animam in officio. 214.c.1.2. Cinere nobis imponit Ecclesia sicut olim Hierosolymæ laterem proposuit. 214.c.2.& seq. Proponit, & obijcit nos nobis in cinere tanquam in speculo. 24.c.3.4. Pro cinere etiam vide 215.c.1. *Memento homo quia pulvis es* 216.c. 2.& seq debemus nostri recordatione condire nostram superbiam. 217.c.1. Lutea vasa iam à se abijciunt homines nã in eis se conspiciant. 219.c.1.

Feria. 6. post Cineres.

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri. Cur dilectio sit constitutiua filiorũ Dei. 72. c.4. Impij deficiunt ab hac filiatione adoptiua. 101. c.1. Qua ratione Deus dicatur Pater hominum multa habes à fol. 145.& seq. Illud tamen obseruandum quod Deus semper est Pater, etiamsi nos non simus filij. 145 c.2. Quantum bonũ sit esse filium talis Parentis. 151.c.1.2. Hinc est quod Paulus nos iam homines esse non vult cum possimus esse filij talis parentis. 152. c. 3. Excellentiorem proinde inculcat vitam in dilectione inimicorum constitutam, cum vult esse filios Dei, illique similes. 153. 3.4. & seq. *Ego autem dico vobis.* Vobis dico Christianis, a quibus longe maiorem perfectionẽ exigit Deus. 155.c.3. Qui Vnicum parentem habemus Deum, habemus nos inuicem diligere. 155.c.4.& seq. *Audistis quia dictum est antiquis, ego autem, &c.* Multa nobis per Christum innotuerunt, quæ occulta erant. 163. c. 3. & 164.c.1. & seq. *Diligite inimicos.* 172. c.3. *Qui solem suum oriri facit, &c.* Etiam malis non cessat Deus bene facere, vt eum imitemur inimicis benefaciendo. 173.c.4. *Orate pro persequentibus, &c.* Optimum hoc sacrificium Deo offerendum. 49. c.1. *Estote perfecti sicut & Pater vester perfectus est.* 71.c.1.& 72. c. 1.2. *Nesciat sinistra tua, &c.* Virtutes custodiendæ, & occultandæ, nec mundanæ gloriæ proponendæ 31. c 3. 4. & de hoc Euangelio vide f. 33.c.3.4. ad illud *Attendite ne iustitiam vestram faciatis &c.* Audistis quia dictum est antiquis: olim obduritiem Iudæorum ali quando eis indurabitur Deus. 210.c.3.

Dominica 1. Quadragesimæ.

Esurijt, & accedens tentator. Necessitatem expectauit diabolus quia nouit illam potẽtissimam ad expugnandam virtutem. 249. c. 2.3. Etenim multa inique aguntur in necessitate, at illa Christianos minime excusat. 249.c.2.1. Sufficientia proinde quærenda sunt, ne virtus in egestate periclitetur. f. 250.c.1.2. Curandum itidem ne deueniamus ad necessitatem, quia ansam præbet egestas diabolo ad tentandum. 254. c.2.3. *Dic vt lapides isti. &c.* Dicere Dei est operari, & efficere, vnde idem est *dic*, atque *fac*, & in Scriptura Dei verba non tam dicitur audiri, quã videri 76.c.1. Sed notandum quod nõ vnũ lapidem obtulit, sed multos, ipse enim nos non tam ad sufficientiam attrahit, quam ad superflua acquirenda inducit. 256.c.2.3.4. ac sequent. *Si Filius Dei es.* Rem aggreditur adulando, quia assentatio magnam stragem edidit in cælo, ac in cælestibus viris. fol. 121.c.2. Vnde de his armis multum præsumit diabolus. 136.c.4. Illud mirum quod cum diabolus excelsa petierit, & ascendendo corruerit, modo non ascensum, sed ruinam suadet. 337. c.2.3. Ipse, qui modo per famem tentat, aliquando etiam id facit per saturitatẽ. 358.c.2 *Si cadens adoraueris me.* Adorare diabolum vere cadere est in infima. 136.c.4. *Angelis suis Deus mandauit de te.* Christus non habuit tutelarem Angelum, multos tamen habuit administros, qui post partam victoria accesserunt, & ministrabant ei. 193. c.4. In memento illi ostenditur omnia, nam si vellet

am plius

amplius hanc ostentationẽ durare nõ persisterent regna, quæ perpetua agitatione mouentur. 84.c 2. *Hæc omnia tibi dabo.* Quia vidit Diabolus quantum valeant data apud homines, ea promisit, & proposuit Christo Domino. f. 93.c.3. 4.& 94.c.1.2. *Si cadens adoraueris.* Nullus Sanctorum adorans cadit. fol. 109 c.4. Casum semper suadet, qui ad cælũ nos minime patitur ascendere. f. 278. c.1.2. *Vade retro Satana.* Non sunt fouendæ, neque palpendæ impietates, sed acriter obiurgandæ. 115. c.3.4.& seqq. Aliquando vero ex facto Christi Domini optimum quidem est irasci. f. 120.c.3. *Si cadens adoraueris.* Semper Diabolus vult ascendere super iustos, eosque conculcare. 337. c. 3

Feria 4. post Dominicam 1. Quadragesimæ.

Volumus à te signum videre. Prius expectãdum est, vt ipse in nostra voluntate ponat salutem nostram, sicuti facere solet, nã Dei voluntatem præuenire impium est. 64. c. 1. Petunt signum cum Christus Dominus tot signa ediderit vt inexcusabiles reddant Iudæos. 142.c.4 At ipsi, quia stulti erant sibi optabant noxia. 142 c. 4. *Generatio praua, & adultera.* 101. c. 3. Praua, imo deprauata, & stulta. 111.c.2. Multaque hac de re habes a fol. 110. Deus eos in filios adoptauit ipsi se prauos reddiderunt. 113.c.2. *Generatio praua &c.* Non sunt dissimulanda, & fouenda peccata, neque peccatoribus indulgendum, sed obiurgandi acriter. 115.c.3.4.& seqq. Aliquando optimum est irasci. 120.c.3

Feria 6. post Dominicam 1.

Diuturna infirmitas huius hominis ostendit ipsum benemeritum esse, qui a Christo sanaretur, nihil enim sic hominem probat, sicut labor & ærumna. 229 c. 1. 2. Labores & infirmitates sunt Dei medicamenta. f. 231 c. 3 4. & 235.c 4. Vnde longissimo morbo aptus redditus est ad sanitatem consequendam hic homo. Per diuturnum morbum peccata purgantur. 241.c 2. *Vis sanus fieri?* Vide quomodo in voluntate nostra Christus collocet salutem nostram. 64.c.1. Perfecte sanauit hunc hominem, quia Dei perfecta sunt opera, neque dimidiatã saluté operatur Deus 69.c.4. *Tolle grabatum tuum, & ambula.* Hic homo tot annos habens in infirmitate symbolum est peccatoris, est siquidem peccatum lethalis, sed diuturnus morbus. 103.c. 4. Stratum infirmitatis portare iubet, vt perfectam probet salutem collatã. 70.c.1. *Surge, tolle grabatum tuum.* f. 71.col.1. *Vade, & iam amplius noli peccare.* Magnam gratitudinem vult Deus in nobis adesse post dimissa peccata, & accepta beneficia. 175.c.3 4. *Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.* fol. 242.col. 1.

Dominica 2. in Quadragesima.

Duxit illos in montem excelsum. Docens cælestia petere, ima deserere. 294.c.2. Debemus ad altiora conscendere, si volumus participes fieri Dei. 284.c.1. & 288.c. 2. *Duxit illos in montem excelsum seorsum, &c.* Omnia præclara, & spiritualia bona occultanda ad modum sunt, & à periculis vanæ gloriæ abdicandæ. 31.c 3. 4. *In montem excelsum* Maxime conducit ad virtutem, & beatitudinem consequendã egredi à turbis secub. f. 49. c.3.& 51.c.3.4. Duxit etiã seorsum, quia mysteria Diuina non sunt quolibet in loco manifestanda. 262.c.3. Solitudo vero, & locus separatus ab hominibus aptus est Diuinis secretis participandis 262.& seqq. Debemus etiam superiora virtutum conscendere. 280. c. 3.4 Docuit etiam assumens in montem discipulos, inferiora dimittere. 354.c.4. Apparuerunt Moyses, & Helias cum Iesu, quia deseruerunt Iudæos. 139. c. 1. Non deduxit secum Iudam, ne ille honore a Christo collato abusus, peior redderetur, sicuti solent impij, 317.c.2.3. *Resplendu t facies eius sicut Sol.* Modo videmus resplendentes facies, sed nõ a gloria interna, sed a turpitudine. 68. c.4. Sic resplendentem ab anima beata faciem Deus recognoscit, dicens: *Hic est Filius meus.* At mundanas facies resplendentes non agnoscet Deus. 68. c. 4. & 69. per tot. *Ipsum audite* Signauit Deus Christum, vt illi fides adhiberetur. 79.c.3 & multa hac de re habes a fol. 76.& seqq. *Hic est Filius meus dilectus, &c.* 6 .c.3 *Loquebantur de excessu* Quid significaret excessus. 76. c. 3. *Bonum est nos hic esse.* Merito alius Euangelista dicit Petrum nescire quid diceret; quia volebat in via stare, & sine puluere, ac labore gloria potiri. 59. c. 2. 3. Vide etiam 61.c.2. vbi antea, & postea per multas columnas. *Nemini dixeritis visionem.* Humilitas

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

militas Christi miracula maxime occultabat. fol. 43. col. 4. & seqq

Feria 4. post Dominicam 2.

Pro hoc Euangelio vide annotata in festo sancti Iacobi in mense Iulio.

Feria 6. post Dominicam 2. Quadragesimæ.

Metaphora vineæ ostendit Christus Dominus qua cura, & sollicitudine se habuerit Deus erga synagogam. 178. & 179. c. 2. Vide qua cura à Deo fuerit dilecta hæc vinea. 341. c. 4 Vide etiam quæ habentur 198. c. 1. & seqq Nihil siquidem tam curat homines, quam temporalia bona, sicut videre est citatis locis. Vinea hæc synagoga fuit f. 114. c. 3. Retert autem ornamenta adhibita vineæ, vt magis augeat accusationem. 115. c. 2. Refert etiam beneficia collata, quia ingrati statim eorum obliuiscuntur. 124. c. 3. 4. Exprobrat autem ingratitudinem referendo bona collata. 367. c. 2. Vnde grauius peccant cultores huius vineæ, ex eo quod Dei culturæ essent dicati. 343. c. 2. Quomodo extiterint ingrati tantis beneficijs à Deo acceptis. fol. 125. & 128. per tot. Hæc vinea fel obtulit Creatori. 133. c. 1. Ingenium seruile beneficijs abutitur, & effertur 215. c. 3. 4. Magna impietas de ipsis Dei bonis superbire, & efferri. 344 c. 1. 2. *Venite occidamus eum.* Magna Iudæorum impudetia, qui sic in Filium Dei insurgunt. 354. c. 4. *Hic est hæres. &c* Magna impietas dum pro causa occidendi assumūt id, quod debuerat esse amandi, & colendi. 183. c. 5. Tanti siquidem fecit Deus hanc gentem, vt cæteras fere nihili duceret. 195. c. 3. 4. *Venite occidamus eum.* 202. c. 4. & 203. c. 1. & seqq. Occidēdo Filium Dei consummarunt impietatem suam. 205. c. 3 & 150. c. 1. Si quilibet a Deo recessus omnia excludit bona, quomodo potuerunt amplius hæreditatem Dei habere, qui Filium Dei occiderunt. 362. & seqq *Hic est hæres.* Veluti impudentes insurgunt in Dominum. 149. c. 2. 3. Nam Iudæi canes fuerunt impudentia. 149. c. 2. Cum tamen quoad gratitudinem minime canes fuerint. 149 c. 4. *Occidamus eum.* Manus parant occisioni, quas Deus à seruilibus Ægypti operibus separauit & remouit. 360. c. 3. 4. Maximum sibi nocumentum inferunt dū Filium Dei occidunt. 346. c. 4. *Occidamus, habebimus.* Magna impietas, quæ tot beneficia consequitur 345. c. 3. Volunt habere vineam, & tamen occidunt Dominum, a quo auxiliū, & opem ad vineam conseruandam possent habere. 341. c. 4. Occidunt Dominum, cuius sanguis de illis vindictam sumit. f. 202. c. 2. Diuinis beneficijs abutuntur in grauissimā Dei iniuriam. 366. c. 2. & seqq. *Venite occidamus eum* Affinitatem habent hæc verba cum illis, *Sanguis eius super nos.* 201. c. 1. Vinea insurrexit in Dominum, & hæreditas Dei in ipsum. 200. c. 3. 4. *Habebimus hæreditatem eius.* Imo maximam paupertatem sunt assecuti. 366. c. 4. & seqq. *Malos male perdet, &c.* Verba sunt Iudæorum, quia Deus vult vt impij aduersus seipsos ferant sententiam. fol. 1. c. 4. & 95. c. 2 *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, &c.* Filius Dei fit mirabilis lapis, cui adhærere est stabilem persistere. 84. & seq. Magna Dei Benignitas, qui etsi noluerit vineæ cultores nullatenus profuturos, non destitit tamen pro eis reuocandis mittere. 334. c. 4. & 335. c. 1. *Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti, &c.* 132 c. 4. Ex dispositione iuris bona auferuntur ab ingratis. 134. c. 1.

Sabbatho post 2. Dominicam Quadragesimæ.

Pater da mihi substantiā, &c. Qui terrena postulat, quærit, & habet, nō habet ius ad æterna. 208. c. 3 4. *Abijt in regionē lōginquā.* Miser homo qui a Deo recedit. 346. c. 4. & seq. 347. c. 1. 2. *Abijt in regionem longinquam* fol. 353. c. 1. 2. Quanta incurrit mala miser homo, qui Deū deserit, & ab illo recedit. f. 36 .c. 1. 2. & seqq. 362 c. 1. Peccatum omnia bona consumit, sicut contigit huic adolescenti. 104. c. 1. Vnde peccator sibi nocumentum affert, & infert. 102 c. 4. & seq. 104. c. 1. Pascit porcos, quia peccata ipsa sunt sordes. 104. c. 2. Porcos pascit similis illis factus, impius siquidē peccator brutis similis redditus est 351. c. 2. *in se reuersus ait, &c.* 52 c. 3. *In domo Patris mei, &c.* Deus hominum Pater. 113. c. 3. Quis autem nisi stultus eligeret seruitutem cum filiatione potiretur? 134. c. 2. & seq. *Pater non sum dignus vocari filius tuus.* 145. c. 2. & 4. & 101. c. 1. Nouit discrimen inter seruos, & filios, proinde sic loquitur. 151. c. 2. Fames illi Patrem in mentem attulit. 233. c. 1. *Cupiebat impleri de siliquis.* 258. c. 2. Adhæsit vni viro Regionis illius. 294. c. 3. Iste Pater etsi nudus redieris, sicut filius iste perditus, recipit te. 146. c. 4. vbi multa hac de re habes. Inuidus frater fraternitatem scindit, & dilectionem non seruat, quæ filios Dei constituit. 73. c. 1. 2. 3. *Nunquam mihi dedisti hædum.* 146. c. 2. 3.

Dominica 3. in Quadragesima.

Erat ejiciens dæmonium. Talis immunditia peccati, vt non sit satis quælibet ablutio, sed Dei assistentia indigeat. 105. c. 3. *In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* Miracu edita a Christo Domino tot, ac tanta erant, vt nulla gratitudo posset recompensationem inuenire, hoc tamen inuenit ingratitudo dum in Filium Dei insurgit fol. 108 c. 3. *In Beelzebub, &c* Hæc extitit propria ignominia Christi Domini, quod ab ingratis affectus est iniurijs pro beneficijs. 123. c. 2 Vide quam periculosum sit ingratis benefacere, nam pro singulari beneficio ejciendi dæmones dæmoniacus dicitur Dei Filius. 128. c. 3. Indurantur Iudæi ad miracula; at deuota mulier emollitur, & inflammatur in laudem Dei. 19. c. 1. *Cum fortis armatus, &c. at si fortior illo superuenerit, &c.* Deus ita liberat animā à Diabolo, & peccato, vt vincula omnia dissoluat, quibus antea tenebatur. 70. c. 1. 2. Vide etiam 69. c. 4. *Assumit alios spiritus nequiores se &c.* Columba seducta est anima, quæ ad se iterum redire patitur diabolum. 80. c. 3. *Fiunt nouissima hominis illius peiora. &c* Quam immūda redditur ea anima peccato, quod diabolus voluntarius est. 104. & seq.

Feria 4. post Dominicam 3. Quadragesimæ.

Quare discipuli tui, &c. Impij leuia in alijs subnotant, grauia in se deglutiunt. 97. c. 4. & 98. c. 1. 2. De externa ablutione curant, cum interioris puritatis penitus obliuiscātur, qua debent ablui peccata, quæ sordissima sunt. 104. c. 2. & seq. *Quare & vos transgredimini &c.* Grauissima est peccatori exprobratio peccati. 106. c. 2. & seq. Magnū peccatum, cum ij, qui zelare, corrigere, & iudicare ex officio tenentur leges, & iura profanant. f. 98 c. 1. 2. De libertate reprehendendi vide multa 117. & 118. Aliquādo irasci optimum est magnis viris. 120. c. 3. Populus hic labijs me honoret, sed reuera mētitur. 84 c. 4. & 85. c. 1. Labijs quidem attingunt aliqui veritatem, non corde. 85. c. 4. Cum tamen labia, & cor debeant cohærere. 87. c. 3. & 86. c. 1. 2.

Feria 6. post Dominicam 4.

Fatigatus ex itinere. Quomodo ergo tu vis in itinere sedere, in via stare, & sine puluere triumphare? 59. c. 2. 3. Petra illa, quæ sitientibus potum tribuit, nunc sitit, potumque postulat. 131. c. 4. & seq. Fatigatus ex itinere laborat, & fatigatur pro redimenda anima, qui in condendo homine veluti laborauit, vt doceat nos in salute nostra etiā debere laborare. 186. c. 4. Laborat insuper in lucranda peccatrice, vt magis diligat lucratam. 186. c. 4. & seqq. *Fatigatus ex itinere* O quanti Deus facit animam nostram, quam sic laborans quærit, quam vnicam nobis cōcessit, vt magis æstimaremus. fol. 187. col. 4. & fol. 188. col. 1. 2.

Dominica 4. in Quadragesima.

Cum vidisset quia multitudo magna venit, &c. Ardentissimo olim animo concurrebant ad audiendum Verbum Dei. 15. c. 4. & seq. Et ad acquirendas veras diuitias, & gemmas verbi Dei currebant turbæ, modo ad falsas diuitias properarnt. 27. c. 1 & seqq. Maxime lugendum, quod neque accedunt ad audiēdum verbum Dei, neque audito eo proficiunt. 28. c 1. Quomodo autem per auditionem verbi Dei virtutum gemmæ animis nostris inserantur, vide annotationem quæ habetur. 19. c. 2. *Cum vidisset quia multitudo magna.* Non potuit Christus deficere sperātibus in eum & quærentibus eum, iuxta id, quod habetur. 78. c. 2. multaque hac de re habes a fol. 76. per multas col. Vide etiam 81. c. 1. 2. Frugalitas istius conuiuij. 350. c. 2. 3 Vide etiam f. 371. c. 2. Qua frugalitate epulandum sit, vt vita sustentetur, non suffocetur intellectus, & vitia pullulent. 348. c. 1. 2. & seq. Gratias prio egit Deo Paretij, quia qui spem in Deo habet, certissimus potest esse de re, quam sperat, eamque iam præsentem etiam antequam adueniat, censere. 78. c. 1. & ibi antea, & postea per multas col. & 81. c. 1. 2. Gratias agit antequam famelicas turbas reficiat, quia gratitudo certa esse potest de bonis consequendis. 174. c. 4. & 175. c. 1. *Colligite quæ superauerunt fragmenta.* Ne mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nima quidem beneficia debemus obliuiſci. 175.c.3. Noluit apud eos remanere fragmenta docens eum, qui ſecum habet Deum omnia pariter cum illo habere, proindeque nunquam fame conficiendum. 319. 3. 4. & ſequent. *Colligite quæ ſuperauerunt. &c.* Noluit Deus ſufficientia largiri ſuperflua abſcindere, & tollere 249. c. 1. 2. & ſeq. Deus iuxta menſuram neceſsitatis vult a nobis ſumi ea, quibus indigemus. fol. 251. c. 1. 2. Comedat quis quantum ſufficiat. 252. c. 1. 2. & ſequent.

Feria 4. poſt Dominicam 4. Quadrageſimæ.

Fecit lutum de ſputo. Magnum curationis remedium noſtri cognitio, & noſtræ vilitatis conſideratio. f. 218. c. 2. ſed antea & poſtea per plures paginas multa hac de re habentur. *Tu credis in Filium Dei.* Multis rationibus non eſt alteri credendum niſi Deo, eiuſque Filio, quas vide a fol. 76. & ſeq. De gratitudine iſtius cæci. 218. c. 2. Qui verum viſum recipit videt paupertatem, & vilitatẽ propriam. fol. 219. c. 1. 2

Feria 6. de Lazaro.

Ecce quem amas infirmatur. Nihil precantur ſed amanti, malum amati proponnt, eſt ſiquidem amor admodum ſollicitus pro re amata. 178. & ſeq. Mirabitur quis, quomodo Deus eum, quem amat infirmari, & ægrotari permiſerit, at beneficium à Deo eſt affligi, ægrotare & laborare. 230. c. 2. 4. *Ecce quem amas infirmatur.* Labor, & afflictio noſtratim ad Deum adducunt. 232. c. 3. Labores, & afflictiones cur Deus amicis ſuis inſerat. 235. c. 1. 2 *Ecce quem amas infirmatur.* Ægritudo, cæterique labores ſunt Dei medicamenta. 231 c. 3 4. & 235. c. 4 & ſeq. *Lazarus amicus noſter dormit.* 241. c. 3. *Sed gaudeo propter vos vt credatis, &c.* Docet diſcipulos ſuos totam ſpem, & fiduciam in Deo collocare: multa hac de re habes a fol. 76. & ſeq. per multas columnas. *Lazare veni foras.* Mortuus, & opertus linteo obedit voci Dei, at Iudæi velati nolunt Deum audire loquentem, & vocantem. 137. c. 4. Hic mortuus obedire nos docet præceptis Dei. 40. c. 3. vbi multa habes de obedientia præſtanda verbo Dei. *Lazare veni foras.* Vt quis poſsit ſpiritualiter viuere à mortuis ſeculi extrahendus, & ſeparandus eſt. 49. c. 3. 4 *Soluite, & ſinite abire* perfecte Deus ſanat, & liberat. 70. c. 1. 2.

Dominica in Paſsione.

Si veritatem dico, &c. Veritas optimum bonum, quod in Deo, & eius Filio tantum reperitur. 74. c 3. 4. & 75. c. 1. & ſeq. Imo ipſe Deus veritas eſt. 75. c. 1. Cætera omnia mẽdacia, in Deo ſola veritas. 79. c. 4. & ſequẽt. Dura tamen fuit veritas duris corde. 32. c. 2. 3. Illi impij erant, oderantque veritatem, quæ Sanctos reddit homines. 85. c. 1. Diligũt homines mendacium, propterea veraces homines odio habent. f. 85. c. 2. At verax Deus veritatem diligit. 85. c. 2. & ſeqq. vbi multa de veritate habentur, & quomodo Summus Pontifex pro ornamento eam in pectore geſtabat. Veritas dura eſt impijs, ſed pretioſa eſt Sanctis fol. 86. c. 3. 4 Miratur Chriſtus, quod cum pulcherrima ſit virtus eam non ſuſcipiant homines 86. c. 3. 4 *Qui ex Deo eſt verba Dei audit.* Ideo impij eam minime audiunt. 4. c. 1, & 2. Et quia quaſi eſſent la pides verba Dei non audiunt, ipſi la pideſ cõtra homines in teſtimonium aſſumuntur. 4. c. 1. & ſeq. Ideo Sancti inſenſibilia alloquũtur, quia homines verbum Dei reſpuunt. 4. c. 3. Audienda ſunt verba Dei intellectu, nõ ſenſu tantum. 5. col. 1. Verba prædicatorum ore prolata ſunt verba Dei. 5. c. 2. & 3. Quomodo audienda ſint verba Dei. 6. c. 2. & ſeq. per multas paginas, & 18. c. 1. Signum prædeſtinationis in homine eſt audire libenter verbum Dei 8. c. 3. Contra eos, qui audiunt Concionatores verbi Dei, vt defectus ſubnotent. 13. c. 3. Cum prædicantium verba ſint gemmæ, magna vtique cura colligenda ſunt, & cuſtodienda. 27. c 1. & ſeq. Maxime dolendum, quod non veniant homines ad audienda verba Dei 28. c. 1. Vide quomodo per auditionem verbi Dei gemmæ virtutum animabus noſtris inſerantur. 29. c. 2. Solent aures gemmis adornari, ſed multo melius verbo Dei, & doctrina Euangelica ornantur. 29. c. 3. *Qui ex Deo eſt verba Dei audit*, id eſt, obedit illis, hoc vero quam pulchrum, & optimum ſit, habes 38. & ſeq. maxime col. 3. *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit*, id eſt, obedit, vide 40. c. 4. vbi multa hac de re habes, & 309. c. 1. 2. *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis*, proindeque ſermo Dei non capit in nobis. 79. c. 1. Auditus prima

via ad ſalutem. 138. c. 3. & 143. c. 2. & 3. Oportet Dei verba audire, & audita retinere. f. 64. c. 1. 2. *Abraham pater veſter, &c.* Sugillauit eos, quod cum Patrem habuerint Deum, gloriabantur de Patre homine. 146. c. 1. Vide qua ratione Iudæorũ Pater fuerit Deus. 147. & ſeq. & quomodo ob impietatẽ eorũ deſierit eſſe Pater illius gentis 149. c. 1. *Abraham pater veſter, &c.* Iudæorũ culpa fuit, quod defecerint a tali parente. f. 105. c. 2. & 106. c. 1. *Abraham mortuus eſt.* 268. c. 4 *Ego dæmonium non habeo.* Vide lenitatem verborum Chriſti 339. c. 1. *Tulerunt ergo lapides, &c.* Ijs manibus, quas Deus ab operibus ſeruilibus Ægypti remouerat, Iſraelitas honorando, per ſummam impudentiam lapidare nituntur Filiũ Dei. 36. c. 4. Ieſus autẽ abſcondit ſe, & aufugit. O miſeri a quibus læſus Deus recedit, vide. 61. 263. & ſeq. per multas pag. Vide etiam in indice rerum literam D. Dei receſſus.

Feria 4. poſt Dominicã Paſsionis.

Æceniæ renouatio tẽpli merito celebrãda eſt, quãdo peccati ſordes iã abolitæ ſunt, quę animam deturpant. 104. & ſeq. *Circundederũt ergo eum.* Tãquam apes circundederũt Chriſtum. fol. 144. c. 1. Vel circundederunt eum tanquam canes. 150. c. 1.

Feria 6. poſt Dominicã paſsionis.

Collegerunt impiũ conſilium, ſed fructũ illius etiã collegerunt. 81. c. 2. *Collegerunt ergo.* Particula ergo indicat propterea collectum fuiſſe conſilium contra Ieſum, quia ipſe ſuſcitauerat Lazarum, hoc autem potius gratitudinem poſtulabat, ſed ingratitudo inuenit, quod gratitudo nõ potuit inuenire. 108. c. 3. Quomodo potuit ſanum eſſe, & rectum conſilium in quo de luce extinguenda deliberant. 141. c. 2. Et quia in hoc conſilio lata eſt contra Chriſtum ſententia, merito cõtra Iudæos, cælũ & terra protulit ſententiã. 141. c. 2. *Quid facimus?* Non ſe ipſos, ſed Scripturrs, & Deum conſulere, & interrogare debebant. f. 157. c. 3. 4. *Hic homo multa ſigna facit.* Sumunt occaſionem occidendi Chriſtum exeo, quod illos maxime poterat gratos reddere. 368. maxime col. 3. Inde in eum credere debebãt, ſed ira, & odiũ cæcũ eſt. f. 95. c. 2. Et quia multa iſta ſigna omnẽ prorſus gratitudinẽ ſuperabant, inuenit tandem Iudæorum ingratitudo quod Chriſto Domino redderet, nẽpe morte. f. 108. c. 3. Multaque de ingratitudine Iudæorũ a fol. 125. & ſeq Vnde cõſtat periculoſius eſſe ingratis benefacere, quã male. 128. c. 3. Vide etiã 129. c. 2. *Multa ſigna facit.* Ingratis pauca mala ſufficiunt, vt in beneficos inſurgant, at inſurgere propter multa bona, id nequiſsimum eſt. 174. c. 1. 2. Multa bona peiores reddunt, quos meliores reddere deberent. 174 c. 2. *Si dimittimus eum, ſic venient Romani.* 302. c. 1. *Tollent locum noſtrũ, & gentem.* Imo ideo tulerunt, quia Deũ, eiuſque Religionem deſeruerunt, ratione cuius regna, & Reſp. conſeruantur, & ſtabiliũtur. f. 135. c. 4. & ſeq. *Multa ſigna facit.* Diuinis beneficijs abutuntur in ſummam Dei iniuriã. 366. c. 2 & ſeq. *Si dimittimus eum, ſic, &c.* Maximum ſibi nocumentum inferunt, dum Filium Dei extinguere intendunt. 346 c. 4 *Si dimittimus eum venient Romani.* Stulti, & impij, qui occiſo Dei Filio putãt permanſurã ipſorum Remp. cum Cultus Dei, & Religio ſint quę Regna conſeruant 327. c. 3. 4. Modo verentur Romanos, quos poſtea poſtularunt. 130. c. 2 *Vos neſcitis quidquam.* Eſt ſane ſapiens qui de rebus iudicat prout ſunt. 44. c. 4. *Cũ eſſet Pontifex anni illius.* Vide quomodo Deus nolit vt Sacerdos falſa proferat, vnde Pontifex dicens: *Expedit vobis, &c.* Vera loquitur etiam nolens. 68. c. 3. 4. Aliquando per impium os profert Deus verba ſua. 11. c. 3. 4. & fol. 12. c. 1. 2. Dum nituntur effugere aduentum Romanorum per mortẽ Chriſti, potius incurrunt, & vocant ad ſe mala, recedendo a Deo. 364. c. 1. 2.

Dominica in Ramis Palmarum.

Dicite, quia Dominus his opus habet. Miſericors Dominus veluti ditatur dum noſtri miſeretur, vnde peccatores in eius cedunt vtilitatem, & ea ratione aſſerit ſe eis cõſtrictis opus habere, vt ſoluat. f. 100. c 4 *Dicite, quia Dominus his opus habet.* Propter nos Chriſtus factus eſt egenus cum eſſet dives. fol. 138. c. 2. *Soluite, & adducite.* Peccata noſtra ligamenta ſunt, & vincula, quibus conſtringimur ne ad Deum accedamus. 278. c. 1. 2. & ſeqq. Bene occurrunt ingredienti Domino, a cuius præſentia omnia bona proueniunt, cuius receſſus ſecum omnia mala defert. 361. & ſequent. per plures paginas. Vide etiam litera D. Dei receſſus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Latrone Beato.

Turpissimam mortem intenderunt Iudæi inferre Christo Domino dum eum inter latrones crucifixerunt, ideoque ipsemet Dominus vnũ è duobus voluit gloriosum reddere, vt illustriorem faceret mortem suam. 129.c.1. Quia Iudæi latrones erant petierũt latronem f.130.c.2. Latro in Christo inuenit omnia bona, quæ potuit optare. 222. *Hodie mecum eris in paradiso*. f.222.col.3. Christo obtulit latro quæcunque apud se inuenit. fol. 222.col.3.4. Inde Latro agnouit Christum Regem esse, quia pro suis vidit morientem. fol.274.col.2.3. Hodie mecum eris, securũ eum reddidit. ibidem.

Feria 5. in Cæna Domini.

Sciens quia venit hora eius. Hora, scilicet, tormentorum, ipse enim grauissimam passionẽ sustinuit, imo noluit vt alius quisquam pateretur, quia hora ipsius erat. f.154.c.3. *Cum dilexisset suos*. Amoris nobilitas ex antiquitate desumitur, & dulcedo ex non meritis nostris. 179.c.2.& seqq. Cur autem vetus amor perfectus sit, vide f.180.c.1. *Cum dilexisset suos*. Homines reputat Diuinus amor pro diuitijs suis. 180.c.3. & fol.190.col.2.3. Amor Dei nõ aliunde quærit causas amandi nos, quam ex se ipso 181.c.1.2. & 4. vbi ostenditur quod Christus diligendo homines dilectionẽ nõ reddidit, sed addidit. 182. c.1. De antiquitate Diuini amoris erga homines, vide f.182.c.1.2. Præueniens nos Dei amor maxime vrget, & constringit. 183.c.2.& seqq. Hodierna die amor Dei maxime vrget, & constringit nos. f.184.c.1. At amoris debitum nunquam satis soluitur, etiamsi soluatur. 184.c.1.2. Indignandum tane si aliqua præter Deum diligimus. 184. c.4. Nobiliori modo actingimus Deum amando quã cognoscendo. f.185 c.1. Sed cur tam antiquus amor in fine temporis nobis præbuit signa amoris. f.186.c.2.3. Repressus Diuinus amor ab æternitate, tandẽ in creatione mundi, & hominis, refocillatur. 187.c.1. Sic Deus diligit hominem, vt cor Dei dicatur ipse homo. 187.c.2 Sic Deus diligit homines, vt pro se ipso illos reputet. fol.187.c.2. Homini debet sufficere Deus, cũ illũ pro diuitijs suis reputet. 199. c.1. In tantum diligebat Christus homines, & volebat pro eis mori, vt ipsammet mortẽ præuenerit multoties de ea loquendo, & repræsentando, etiã antequã moreretur, in sacra Eucharistia, sicut Abrahã oculis præuenit sacrificium quod intendebat offerre. 42.c.2. Non potuit melius nobis innotescere amor Dei in nos, quam ex eo quod Filium innocentem pro nobis pati fecerit. 96.c.2. Cum Deus ita nos dilexerit in finem, ipse amor accusator noster erit, si ipsum non dilexerimus. 107.col 4. Cum tãtam dilectionem Deo debeamus, nihilque pro solutione reperiatur, ingratitudo tamen hominum id inuenit hodie, dum Deum hominem torquet, & ignominijs afficit. 108. c. 3. Tantum beneficium extitit Diuinæ erga nos dilectionis, vt nos viuere, ac mori cogat ingratos dum soluere nequimus tantũ debitum 126 c.1. Impares item sumus tanto beneficio, quale fuit sacra Eucharistia. f. 126.col,2. Quidigitur faciendum gratis hominibus dum nituntur soluere quod debent, si hoc beneficium, & dilectio Dei nequit gratitudine nostra solui. fol. 127.col. 3. Quo tempore ipse tribuit carnem suam ad manducandum præ amore, homines præ odio illi crucem parant. fol. 133. col. 1.2. Dum ad pedes discipulorum prouolutus eos abluit videtur supra se assumere vt eleuet. fol. 284. col 1. Bonus Pastor Iudam fere iam ab infernali lupo deuoratum, saltem pedibus, dum lauat, auribus, dum commonefacit, vult extrahere. fol. 8. col. 3. 4. *Si non lauero te, non habebis partem mecum*. Qui Deo non obediunt graui pœna ab ipso plectuntur. fol. 40. col.2. & sequentibus. *Non lauabis mihi pedes*. Non nouerat adhuc in schola Christi illum esse maiorem, qui minor sit. fol.43. col. 3. 4.

Feria 2. post Dominicam Resurrectionis.

O stulti, & tardi corde. Peccantes non sunt palpãdi, sed obiurgãdi acriter, & reprehendendi. 115.c.3.4.& seq.& 117.& 118. Aliquã do vero irasci optimum esse ex hoc facto ostenditur. f.120.col. 3. *Nonne ita oportuit pati Christum, &c*. Labores, & persecutiones sunt porta, per quam ingredimur ad æternam vitam f. 225. col. 3. 4. vbi ostenditur quam societatem sortiantur labores cum gloria. fol.225. col. 4. & seq. Peregrinos docet nos esse in hac vita Christus Dominus dum sub

persona peregrini ostenditur. 243. & seqq & 307.c.3.4. & seq Si oportuit pati Christũ, multo magis oportet nos laborare, non in delitijs esse 61.c.1.2. Qua de re vide totam annotationẽ, vbi multa pro sustinẽdis laboribus, & vitando otio habentur. *Nos autem sperabamus*. Si adhuc speraretis, non caderetis, & si illius promissis haberetis fidem. 81. c. 2. sed multa hac de re habes a fol. 65. de veracitate, & fidelitate reperta in promissis Dei. *Mane nobiscum Domine*. Peregrini, & pauperes cogendi sunt, & attrahendi ad hospitium. 56 c.3.4. & 57. c.1. *Nonne cor nostrum ardens erat?* Cælestis doctrina calefacit pectora. fol.18.c.4.

Dominica in Albis.

Noli esse incredulus, sed fidelis. Imo credas necesse est veritati primæ, & veraci Deo, cui enim credendum est nisi ipsi? De quo argumento multa habes a fol. 76. & seqq. per multas paginas. *Noli esse incredulus*. Obiurgãdi sunt, & acriter reprehendendi defectuosi, & delinquentes. 115.c.3.4. & seq.

Dominica 2. post Pascha.

Ego sum Pastor bonus, & cognosco oues meas. Debet Pastor, Præsul, & Princeps subditorum naturas, ingenia, imo & linguas agnoscere. 320.c.2.& seqq.& fol 316.c.3. *Et cognosco oues meas*. 321.c.1. 2. *Ego sum Pastor bonus*. Adeo bonus, & benignus, vt neque virgam suis substitutis ad oues verberandas permiserit. fol. 318. Oues audire debent vocem Pastoris. f. 5. c. 1. Et dum non audiunt, insensibilia protestibus assumuntur. fol.4.col.1.2.& 3. Audienda sunt verba Dei. fol.5.c.2. & 3 Quomodo audienda sint verba Dei. f.6 c.2. Docilitas ad audiendum verbum Dei, optimũ bonũ est. 6.c.3. Velle audire verba Dei animi sanitatẽ indicat. 7.c.1.& seqq vbi multa hac de re. Nota prædestinationis audire verbũ Dei. 8.c.3. De ouibus obedientibus voci pastoris multa habes a fol. 38. & seq maxime vero col.3. *Oues meæ vocem meam audiunt*. 40. c.4. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. f. 272 c.3.4. & seqq. per multas col.& 274.c.2.3. & f.275.c.3. Vide Pastores, qui relinquunt oues, & leones cũ sint in pace, in bello sunt cerui. 276.c.2. Vide de bono Pastore se pro ouibus exponente. 277.c.1. Bonus Pastor se pro ouibus suis exponit, quia pro illis sollicitus est, non pro suis cõmodis. 318 c.1.2. Mercenarius videt lupum venientem, & fugit. 116. c.2.

Dominica 3. post Pascha.

Plorabitis, & flebitis vos Suis seruis aliquãdo Deus labores, & tristitiam infligit, vt perfectiores reddat. 235.c.2.3 & seqq.

Dominica 4. post Pascha.

Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis? Iudex, & Prælatus, qui interrogat vult audire, at iudex Auditor dicitur ab audiendo. fol.2. c 3. Qui volebat a suis interrogari, profecto ipse iudicaturus prius interrogaret, quod est munus superioris. 88. c.3. Merito reprehendit eos, qui Dei absentiam non dolent, neque de ea sollicitos se ostendunt, cum maximum bonũ sit Deum præsentem habere. 54. c.4. 199. c. 1. 208. c.3.4. 219. c.2. & seqq. 221. c.1.2.3. 249. c. 2. & 301. c. 2. 3. 302. c. 3. 4. *Ille docebit vos omnem veritatem*. Nam Spiritus sanctus internus Magister est. fol. 9. col. 3. 4. & fol. 102. col. 3. *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo*. Debent Magistri, & Prædicatores pro captu audientium sese accommodare. fol. 13.c.3. & f.17 c.1.2. & f. 21. c. 4. & seqq. per plures paginas. *Docebit vos omnem veritatem*; quia solus Dei spiritus veritatem, & veracitatem habet; qua de re multa habes a fol. 76. Veritas autem sanctos reddit homines. f.85. c. 1. *Sed ego veritatem dico vobis* Quis alius sic loquitur veritatem, cuive alteri credendum sic erit. Multa de hoc argumento habes a fol. 76. & sequent. per multas paginas. *Docebit vos omnem veritatem*, & quomodo oporteat veritatem dicere. fol. 86. *Arguet mundum de iustitia*, & sane qui alium arguere de iustitia debet, iustissimus sit oportet, de iustitia vero, quæ in Deo reperitur multa habes a fol. 87. col 4. *Non potestis portare modo*. fol. 163. col. 2.

Dominica 5. post Pascha.

Si quid petieritis Patrem, &c. Qui promissionem certissimam Dei habent, libenter

Universidad de Deusto
Biblioteca

debent, & possunt postulare, neque enim deficit Deus in promissis. 76. & 77. per multas columnas.

Feria 2. in Rogationibus.

Si vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater vester cælestis, &c. 149. c. 3. Qua ratione homines constituantur Filij Dei. fol. 151. col. 3. Magna vero dignitas ista est. 151. col. 4. Quomodo Deus parentis officium erga filios noui testamenti peragat. 152. col. 3, 4. & sequent. Perseuerantia in oratione postulata consequitur. fol. 338. col. 4. Petentibus plura Deus confert quã ipsi postulent. 319. col. 1.

In festo Ascensionis Domini.

Exprobrauit incredulitatem eorum. Pro acri reprehensione adhibenda, cum opus sit, vide Euangelium de Doctoribus, *Vos estis sal terræ.* vbi multa de hoc argumento. Merito exprobrat discipulis incredulitatem, cum soli Deo credendum sit, in quo omnis veritas, & veracitas reperitur, qua de re vide multa a fol. 76. & seq. & 85. vbi habes quomodo nulli alteri sit credendum præterquã Deo. Hæc exprobratio ab amore procedit, qui acerrimus accusator est. 107. c. 4. Debet vtique superior, ac Prælatus delinquentes arguere, non eis parcere. fol. 115. c. 3. 4. & seq. & de Christo prænuntiatũ fuerat quod non parceret delinquentibus. 116. c. 4. Licet autem exprobrare in emendationem deliquentium. fol 118. col. 3. Optimus Dominus, qui corripit delinquentes, sicut etiam ille, qui laudat dignos laudatione. 92. col. 1. Maxima vero est confusio exprobratio peccati. 106. c. 2. 3. 4 Hæc autem reprehensio fuisse videtur in occulto, non publica, vt prodesset. fol. 118 c. 4. Merito exprobrauit Christus discipulis duritiem cordis, de qua vide 126. col. 3. 4. & fol. 127. col. 1. Quomodo in die Ascensionis nos ascendere in cælum doceat regia Aquila Christus Dominus vide 128. c. 1. 2. & seq. per plures paginas. Docet nos Aquila Diuina hodierna die volare. 278. & sequent. per multas paginas. Ne porcis similes fiamus si volantem Aquilam non sequimur. 283. c. 2. 3.

Dominica infra octauam Ascens.

Cum venerit Paracletus, &c. Spiritus sanctus internus Magister noster est. 93. col. 3. Exorandus est Diuinus Spiritus antequam ad docendum, & prædicandum quis accedat. 10. c. 4. & 11. c. 1. *Spiritus veritatis.* In solo Deo veritas reperitur, cum cætera falsa sint, multa hac de re habes a fol. 75. & seqq. maxime vero fol. 79. c. 4. & seqq.

In die Pentecostes.

Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Dilectio per opera manifestatur. 44. c. 1. 2. Dilectio Dei est, quæ facit operari secundum Deum. 72. c. 2. Est si quidem dilectio admodum sollicita, & quæ minime cessare, aut conquiescere possit. f. 178. c. 1. 2. Descendit Spiritus sanctus cum vento propter similitudinem, quam habet cum verbo Dei, ad quod prædicandum Apostolos instruebat. f. 8. c. 1. 2. Et de linguis concessis Apostolis. 8. c. 1. Spiritus sanctus internus Magister est, quo indigebant Apostoli. 9. c. 3. Cum Apostoli nubes essent, quæ deducendæ erant per orbem, vt pluuiam doctrinæ Cælestis instillarent populis, indigebant vtique vento Spiritus sancti. 19. c. 3 4. Sed vide quomodo huiusmodi nubes ab Spiritu sancto deducantur. fol. 21. c. 1. Vnde cum nubes quædam flatum Spiritus sequi renuerer, compellitur sequi deducentem auram. f. 22. c. 3. & 4. Defert secum Spiritus a Verbo Diuino missus linguas in Apostolos vt melius loquantur, quod dum in terris versaretur docuit etiam silentio suo non semper loquendum. 75 c. 4. De varijs linguis concessis Apostolis 106. c. 4. Impij resistunt igni Spiritus sancti. 129. c. 3. Ignem secum defert Spiritus sanctus, vt Apostoli Prædicatori non lucerent tantum, sed feruerent, & incenderent. fol. 325. col. 2. 3. 4. Hinc est quod prædicantium verba debent esse scintillæ. 325. c. 1.

Feria 2. Pentecost.

Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret. Non potuit melius nobis inculcari Diuina in nos caritas, quam ex eo quod nobis innocentem Filium passurum pro iniustis tradiderit. f. 96. c. 2. 3 Hic amor nobis tam beneficus si non profecerimus erit acerrimus noster accusator. 107. c. 4. & seq. *Sic Deus dilexit mundum, &c.* 146. col. 1. 2. Neque solum Deus nobis dedit Filium, quinimo ipse Filius vnigenitus cum esset vnicus noluit manere vnus, sed omnes homines ad filiationem Dei adduxit. 152. c. 4. & seq. Quomodo diligebat Deus homines ante culpam, quos post ruinam sic dilexit vt Filium suũ vnigenitũ daret pro redimẽdis a culpa. 182. c. 2. Vt Filium suum vnigenitũ daret, ac Filium hominis constitueret. 182 c. 3. *Sic Deus dilexit, &c.* Magna incitatio amoris præueniens nos amor Dei 183. c. 2. & 82. Cũ debitũ amoris nunquam satis soluatur, & quodlibet debitũ superet, quanto maius debitum erit quo teneniur à diligẽte nos Deo. 184. per tot. Vnde nobis indignandũ si quid præter Deũ diligamus. 184. c. 4. Vide de hac re 185. c. 2. O quanti facienda est anima nostra pro qua saluanda tradidit Deus Filium suum 188. c. 2. & 187. c. 4. & seqq.

In festo sanctissimæ Trinitatis.

Data est mihi omnis potestas in cælo, &c. Gloriatur de potestate meritis suis comparata, ea siquidem, quę meremur gloriosiora nobis sunt, vnde cũ Deus nos posset Sanctos reddere potestate sua, sed in nostra potestate reliquit, vt maior nobis inde gloria redundaret. 153. c. 1. 2. *Euntes ergo docete omnes gentes.* Hoc primum in mente dedent habere Principes, nempe suorum subditorum commoda, & profectus. 319. c. 3, 4. & 320. c. 1. 2. Principes non commoda sua, sed suorũ vtilitates debent curare. 318. c. 1. 2. *Docete omnes gentes.* Veritas hucusque ignota iam omnibus manifestatur. 208. c. 2. *Euntes ergo.* Quomodo debeant viri Apostolici iter facere. 288. c. 3. Iam omnibus gentibus veritatem manifestare dignatur. 207. c. 2. Qui vero omnibus gentibus manifestatam veritatem deseruerunt, nẽpe Iudæi, per omnes gentes merito disperguntur. f. 207. c. 2. 3. Docuerunt Apostoli à Christo Domino missi veritatem in veteri testamento contentam, & in hoc sensu nouam, quia nouiter propalatam. 163. Et quomodo omnia, quæ modo in Ecclesia docentur olim fuerint credita. 163. c. 4. & seqq Indiesque illustratur fides circa res credendas. 164. c. 3. Et ita hæc fuerunt noua simul, & antiqua. 164. c. 2. *Euntes ergo.* Si estis mei ministri alijs debetis inseruire. fol. 320. col. 1. 2. Eandem modo ostendit benignitatem omnes alloquens, quam olim vnum tantum populum alloquendo. fol. 316. c. 1. Quia Apostoli, & Prædicatores sunt nubes, quæ pluuiam doctrinæ portant, ideo in omnem terram mittuntur à Christo, & deducuntur ab Spiritu sancto. 19. & 20. & 21. per multas paginas. Cum vero à Deo mittantur nihil nisi, quod à Deo acceperunt debent prædicare, & docere. fol. 25. col. 1. & 24. c. 4. Solus Deus potest mittere, & facere veros Prædicatores, perfectissimumque munus nõ est animum ea facilitate, qua ad illud acceditur. 63. c. 1. 2. Mittendique sunt a Deo ad munus prædicandi, non sese illi ingerendi. fol. 63. c. 3. 4. Optimus Prælatus, & superior non de se, sed de alijs curare debet. fol. 99. col. 1. & 3 *Docete omnes gentes.* Quanto melius susceperit Gentilitas fidem Euangelij, quam Iudæi. 141. c. 1. O quanta auiditate Gentiles amplexati sunt Christi fidem. fol. 143. c. 2. Desierunt iam Iudæi esse Dei populum, & Gentiles pro eis suffecti sunt. 150 col. 2. & 151. c. 2. Vnicus Filius Dei noluit manere vnus, sed omnes homines ad agnitionem, & filiationem Dei vult adduci. fol. 152. col. 4. Decorum admodum est vt Deus se communicet omnibus gentibus. fol. 195. col. 1. Vnde iam constat quanta cum ratione se potuerit gloriari ea gens, cui communis omnium Deus se peculiariter communicauerat, & addixerat. fol. 196. col. 1. 2. Stultus Iudæorum populus noluit Filium Dei agnoscere, ideo prædicatur gentibus vt illum credent, & adorent. fol. 138. col. 2. *Baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Cur in veteri testamento non reperiatur expressa mentio sanctissimæ Trinitatis. fol. 139. col. 4. & 140. col. 1. *Docentes eos seruare omnia, &c.* Docendi verbo vtitur, quia colere Deum, eiusque mandata seruare summa est sapientia fol. 135. col. 3. *Ecce ego vobiscum sum, &c.* O quã tum bonum est Deum secum habere. f. 302. col. 3 4. Securos reddit, ac fortes Apostolos, Apostolicosque viros præsentia sua, quę fortissimos quosque reddit. fol. 300. c. 3. 4. & seqq. & 299. c. 3 O quantum bonum est Deũ secum habere. fol 302. col 3. 4. Debitor est Pater communis omnibus. fol. 321. col. 1. Si Prælati suos non doceant pro erroribus subditorum pænas soluent. fol. 324. col. 3. 4. & 325. col. 1. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In festo Corpus Christi.

Caro mea vere est cibus Credendum vtique verbis fidelissimi Dei, qui neque fallere potest; multa hac de re habes fol. 70. per multas paginas. *Hic est verus panis, & cibus.* Cætera namque sunt panes mendacij. 79. c. 4. Tantum beneficium extitit Diuina Eucharistia, vt impares omnino simus illius gratitudini. 126. c. 1. 2 *Hic est panis, qui de cælo descendit* 131. c. 2. Veluti Pater Deus filijs panem porrexit, sed Iudæis versus est in lapidem. 149. c. 3 Veluti Pater nobis cibum subministrat, de excellentia autem istius panis panis vide 154. c. 1. 2. Lugendum maxime, si panem Angelorum veluti Iudæi respuamus, & quæramus seruorum panem. f. 210. c. 2. In hoc bono, & cibo omnia pariter bona reperiuntur. 222. c. 1. & 221. c. 4. Qui ad hūc cibum accesserit debet esse sublimis, nō terrenus. f. 271. c 3. De nobilitate cibi nobis in hac mensa præstiti multa habes a fol. 374. c. 1, 2, & sequent.

Dominica 2. post Pentecost.

Magna Benignitas Domini manifestatur in hoc Euangelio. Qui etsi nouit excusandos istos, non tamen destitit vocare. 334. c. 4. & 335. c 1. *Vxorem duxi, &c.* Hic non venit vocatus propter voluptates carnis, quæ retrahunt hominos à saluatione. 196. c. 2. *Villam emi, &c.* Terrena possessio deprimit hominum sensum. f. 196. c. 3 *Villam emi, & necesse habeo, &c.* Terrena auferunt cor possidentis, eumque reddunt inhabilem ad sectanda Diuina. f. 197. 2. 3. 4. vbi multa habes & 198. Vnde maximum miraculum Christi fuit, quod homines à terrenis auulserit. 198. c. 1. Qui terrenis adhærent non habent ius ad æterna. 208. c. 3. 4. *Quinque iuga boum emi, & eo probare illa.* f. 288. c. 4 Infimus sane animus, qui terrenis adhærens, non ascēdit, nec quærit cælestia. 293. c. 3. 4. Vide etiam plura hac de re 294 c. 1. 2. 3. Bona tantum sunt spiritualia, proinde non sunt deserenda ratione temporalium. 311. c. 3. 4. Magna benignitas Dei, qui etsi nouit ipsos se excusaturos, nō destitit tamen vocare. 334. c. 4. & 335. c. 1. Impij maxime adhærent terrenis, & cælestia minime curant. 369. c. 3. 4.

Domiuica 3. post Pentecost.

Erant appropinquantes, &c. Accedebant ad audiendum verbum Dei. Magnum vtique Dei beneficium. 7. c. 1. & f. 8. Vide hac de re fol. 5. c. 1. & f. 6. c. 2. & f. 8. c. 1. & 11. c. 3. vbi multa hac de re habentur. Quo animi feruore olim ad audiendum verbum Dei properabant 15. c. 4. & seq. 17. c. 2. 3. Ad colligendas veras gemmas verbi Dei olim confluebant populi; modo post fallaces diuitias currunt. Vide 27. c. 1. 2. 4. Vide etiam de virtutum gemmis, quæ animis nostris per prædicationem, & doctrinam inseruntur, annotationem, quæ incipit fol. 29. c. 2. *Conuocat amicas dicens: Congratulamini &c.* 187. c. 1. Ex alio loco explicatur huiusmodi conuocatio. *Relinquit nonaginta nouem, &c.* O quanti Deus facit animam nostram, quam ideo vnicam nobis concesit, vt magni faceremus. 187. c. 4. 188. c. 1. Imo & diabolus pluris nos facit, quam nosmetipsi ducimus animas nostras. 188. c 2. Si drachma, & omnis tāta sollicitudine quæruntur, summa adhibenda cura circa animam nostram. 188. c. 3.

Dominica 4. post Pentecost.

Cum turba irruerent, &c. Turbæ olim irruebant, modo nullus accedit ad audiendum verbum Dei. 8. c. 1. Rogauit, vt à terra reduceret pusillum. Significat hoc debere prædicatores se accommodare audientibus. 21. c. 4. Qua de re etiam vide 13. c. 3. & 17. c. 1. 2. Olim confluebant populi ad colligendas veras diuitias verbi Dei; modo ad fallaces properant aucupandas diuitias. 27. c 1. 2. 3. 4. Vide etiam de virtutum gemmis, quæ animis nostris per prædicationem, & doctrinam inseruntur, annotationem, quæ incipit fol. 29. c. 2. *In verbo tuo laxabo rete.* Qui confidūt, & sperant in Deo, nullatenus spe sua frustrantur, inxta illud, quod habes 78. c. 2. Qua de re multa habes à fol. 76. per multas col. *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.* f. 280. c. 4. & 281 c. 1. Honores inopinati superbos reddunt homines; at Petrum humiliorem reddunt: magnum vero verò est in prosperitatibus, & honoribus humilem esse. fol. 313. c. 1. & sequent.

Dominica 5. post Pentecost.

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, &c. Non vult Deus aliquid imperfectum apud nos remanere, qui perfectam iustitiam, non dimidiatam nobis largitur. f. 69. c. 4. *Omnis, qui irascitur fratri suo.* Licet irasci aliquando, sed non sine causa. 118 c. 2. Vide etiam de his verbis. 120. c. 3. *Audistis, quia dictum est antiquis, non occides, ego autem dico quia omnis qui irascitur, &c* Interpres est noua lex veteris; vnde noua, & vetus potest dici: multa hac de re habes a fol. 163. 164. & sequent. Mueri vero homines, qui gaudent nouitatibus impijs, & contemnunt veritates nouas. fol. 163. c. 3.

Dominica 6. post Pentecost.

Turba concurrebat ad audiendum verbū Dei tanto feruore, vt penitus sui obliuisceretur, quod magnum Dei donum est. fol. 11. c. 3. & fol. 9. c. 1. 2 & f. 7. c. 1. vbi per multas paginas. Vide etiam fol. 18. c. 1. Olim ad veras diuitias & pretiosas gemmas verbi Dei colligendas concurrebant homines, modo vero fallaces sectantur diuitias. 27. c. 1 2. & sequentibus. Vide etiam de virtutum gemmis quæ per doctrinam inseruntur animabus nostris. Annotationem, quæ incipit fol. 29. c. 2. *Ecce iam triduo sustinent me* Nō potuit Christus deesse sustinentibus eum, & sperātibus in ipso, quos minime sinit frustrari. 78 c. 2. Multa hac de re habes a fol. 76. Qui Deum secum habent nihil eis poterit deesse 219. c. 3. 4. & seq. Vnde illud curandum ad modum est, vt Deum habeamus. qui necessaria illico tribuit, sicut ibi habes.

Dominica 7. post Pentecost.

Attendite a falsis Prophetis. Magnum malum est cum ij, qui tenentur, aut videntur iustitiam, & rectitudinem sectari impij intrinsecus sunt. 98. c. 1 2. Et arguunt, ac puniunt in alijs, quod ipsi faciunt. 97. c. 3. 4. *A fructibus eorum cognoscetis eos.* 334. c. 2. Sunt aliqui omnino steriles, qui veluti spinosa terra nihil boni proferunt. fol. 333. col. 2. 3. & fol. 334. col. 3. 4.

Dominica 8. post Pentecost.

Quid hoc audio de te? Non debet superior inauditis partibus iudicare. 88 c. 3. Neque item debet esse nimis credulus delatoribus, vt constat ex hoc Euangelio. f. 88. c. 4. *Quid hoc audio de te?* Reprehensio debet esse occulta, vt profit 118. c. 4 & 119 c. 1. *Redde rationem villicationis tuæ.* Hinc patet quod omnium bonorum Dominus est Deus, nos vero inquilini. 293. c. 1. *Facite vobis amicos de mām̄ona iniquitatis.* 55. c. 2. 56. c 3. 4. *Filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis,* quia nullum lapidem non mouent vt euadant pressuras, sed stulti deprehenduntur, dum rebus fallacibus se committunt 80. c. 3. 4. & multa antea habes de hac re.

Dominica 9. post Pentecost.

Videns ciuitatem fleuit super illam. Quanti Deus faciat homines pro quibus lachrymatur. 180. c. 3. 4. *Si cognouisses & tu, quæ ventura sunt tibi.* Instabilitas rerum caducarum ostēdit soli Deo fidendum, & adhærendum. 66. & 67. *Ad terram prosternent te, &c.* Ecce quam ruinam faciunt peccata, quæ infestissimi sunt inimici. 103. c. 1. 2.

Dominica 10. post Pentecost.

Pharisæus dum de Publicano male loquebatur imperfectum se ostendebat. 73. c. 1. 2. 3. *Gratias tibi ago Domine,* &c. In eo sensu vecum fatebatur quod quilibet homo nisi manu Dei teneatur innumera incurret mala, in quæ alij facile incidunt. 133 c. 3. *Non sum sicut cæteri.* Omnia opera nostra bona in Deū referre debemus. 123 c. 3. 4. *Omnis, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat, &c.* Quomodo caute, & occulte, ac prudenter reprehendat, ne aliter obiurgando noceat. f. 119. col. 1. 2.

Dominica 11. post Pentecost.

Adducunt surdum, & mutum Non nisi rogatus miracula edit, ne propriam gloriam aucupari videretur. f 32 c. 1. & seqq. Surdum reddidit Diabolus hunc hominem, qua no-

uit quantum conducat auditus ad salutem. fol. 5. c. 1. & f. 6. & 7. vbi per multas pagiuas hac de re multa habentur. *Bene omnia fecit.* Perfecta sunt Dei opera in quolibet genere, qua de re multa habes a fol. 67. sed maxime 69. c. 4. vbi probatur Deum perfectam sanitatem conferre. Vide etiam circa ea verba: *Bene omnia fecit.* fol. 71. per totum, maxime vero col. 4.

Dominica 13. post Pentecost.

Occurrerunt ei decem viri leprosi. Labores, & afflictiones nos ad Deum deducunt. 232. c. 3. 4. & seqq. vbi licet expendere miserá hominū conditionem, dū non nisi afflicti Deū conueniunt. 234. c. 2. 3. *Iesu Præceptor miserere nostri* Non nisi rogatus miracula edit, ne videretur propriam gloriam aucupari. 31. c. 1. & seqq. Non potuit autē Dei Filius deesse ijs, qui in illum sperabant, & confidebant. 78. c. 2. Sed multa hac de re habes à fol. 76. per multas columnas. *Vade, ostende te Sacerdoti, & offer munus, &c* Dum ob gratitudinem Deo prosus quidā non obedit Christi præcepto, laudatur. 43. c. 1 Vide autem qua sanctitate, pollere debeant Sacerdotes, qui de aliorum sanitate, & munditie tenentur iudicare: nihil sane vulgare, nihil morbidum debent habere. 47 c. 3 & 48. c. 3 4 & 52. c. 1. *Non est inuentus, qui rediret & daret gloriam, &c.* Debemus redire ad Dominum, & illi gratias referre. 123 c. 3. Gratitudo in minimis etiam inuenit rationes gratulandi, quanto magis in magnis, sed accepta reputat data. 123. c. 3. & 124 c 2. *Non est inuētus nisi hic alienigena:* Iudæi ingratissimi erant. 125. c. 3. 4 & seqq. Obsequium sanatorum, testimonium Conditoris est 127. c 2. Nihil aliud requirit a nobis Deo post innumera beneficia, nisi gratitudinem. 128. c. 1. Vult Deus in omnes sua largiri beneficia, propterea gratos quærit, quia gratitudo vlteriora promeretur bona. 174. c. 4. & 175. c. 1.

Dominica 14.

Neque Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Cum Deus sic perfecta fecerit omnia, sicut habes. fol. 66. & seqq. Tamen perfectiores se homo, ac mulier volūt reddere, pingentes se, & ornantes. 68. c. 4. & 69. per totum. *Quarite primum Regnum Dei, &c.* 77. c. 3. & 319. c. 1. *Scit enim Pater vester cæleste, &c.* 113. c. 2. 3. & 146. c. 3. & antea, & postea per multas col. Qua ratione homines constituantur filij Dei. 151. c 3. & seq. Magna vtique dignitas vt Deus homines appellet filios. 151. c. 4. & seqq. Quomodo Deus Patris officium erga homines gerat in nouo Testamento. 152. c. 3 & seqq. & quia possumus esse filij tanti parentis, inde est quod Deus nos homines iam non vult esse. 153. c 3. *Nolite solliciti esse, &c.* Sed omnem sollicitudinem in Patrem vestrum remittite, est siquidē amor admodum sollicitus pro re amata. 178. & seqq. Vide etiam circa dicta verba. 253. c. 1. Qui sollicitos se ostendunt pro terrenis male audiunt circa cælestia. 253. c. 3. 4. Magna securitas in his verbis Christi continetur. 259. c. 4. Corda nostra grauissima sunt, proinde eleuanda a terrenis. 272. c. 1 2. Hęc vero sollicitudo maxime officit animæ. 297. c. 2. *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adijcientur, &c.* Nam qui Deum tecum habet, omnia pariter bona cum illo habet. 54. c. 4. & 199. c. 1. 4. & 208. c. 3. 4. Integramque hac de re habes annotationē. 215. c. 2. In hoc bono, nempe Deo, omnia bona reperiuntur. 221. c. 3. 4 Quærenda cælestia, & desideranda. 247. c. 3. & 248. c. 1. 2. & seqq. *Hæc omnia adijcientur vobis.* Nam Dei prouidentia necessaria coram se habet pro alendis ijs, qui se illi committunt. 254. c. 1. *Nonne anima plus est quam esca?* O quanti facienda est anima nostra. 187 c. 4. & seqq. Vnde miseri illi, qui corporis vitam pluris faciunt quam spiritualem vitam. 293. c. 4. & 294. c. 1.

Dominica 15.

Adolescens tibi dico: surge. Quomodo mortuus audierit vocantem Deum. 40. c. 3 Et de obedientia exhibenda verbo Dei, vide ibi multa in ea annotatione.

Dominica 16.

Homo quidem hydropicus erat ante illum. In hydropisi denotatur peccati morbus lethalis quidem, sed diuturnus. 103. c. 4. *Amice ascende superius.* 217. col. 2. *Non poterant respondere illi.* Hoc proprium habet peccatum quod insipientem reddit peccatorem, ita vt non possit respondere. 108. c 4. & 109. c. 1. Vide etiam hac de re 124. c. 4.

Dominica 17.

Diliges Dominum Deum tuum. In quo appareat, & probetur quod homo Deum diligit. 72. c. 2. & seqq. Sed vide quid ingrati pro dilectione Deo reddant. 108. c. 1. & 107. c. 3. Peccator non solum non amat, sed contemnit Deum. 108. c. 1. 2. Dilectio Dei cum tam debita sit facilis erit diligenti, vt quæ Deus confert proijs, quæ præcipit maxima sunt. 112. c 1. Quis non diligit Deum, qui Pater noster esse voluit: f. 151. & seqq. Nos debemus eum tanquam filios diligere. 254. c. 4. & 155. c. 1. 2. & seqq. Quoniam omnes fratres sumus sub Deo Parente debemus nos inuicem diligere. 155. c. 4. & 156. c. 1. 2. Debitus vtique hic amor Deo, qui præuenit amando. 182. & maxime 183. 184. Vnde etiam iure exigit a nobis, vt proximum diligamus; imo nobis maxime indignandum si quid præter Deum diligamus. fol. 184. col. 4. & fol. 185. col. 1. 2. Nobiliori quidem modo Deum attingimus amando, quam cognoscendo. fol. 185. col. 1. Si cognoscentes Deum, ipsum non amatis similes profecto hac in re estis dæmonijs. 185. c. 4. Cum voluntas nostra non possit esse sine dilectione, quid est quod alia potius quam Deum diligimus? f. 185. c. 4. Qui diligit Deum adhæret rei firmissimæ, proinde nō commouebitur, neque fluctuabit. 84. c. 2. 3.

Dominica 18.

Videns fidem illorum dixit: confide fili. Nulla tenus Deus deest sperantibus, & credētibus in ipsum, vt habes f. 78. c. 2. Sed multa de hoc habes a fol. 76. per multas col. *Offerebant ei Paralyticum.* Labores, & afflictiones nos ad Deum deducunt. 232. c. 3. 4 vbi licet expendere miseram nostram conditionem, qui nō nisi afflicti, & oppressi Deum conuenimus. 234. c. 2. 3.

Dominica 19.

Misit vocare inuitatos. Magnum bonum Dei vocationi, & voci obedire. 38. c. 3. & seqq. Contra eos, qui nolunt obtemperare Diuinæ vocationi, & verbo. 7. c. 2. & fol. 28. c. 1. 2. & 40. c. 3. 4. *Amice quomodo huc intrasti, &c. at ille obmutuit.* Impij à Deo conuincuntur & recto iudice. fol. 95. *Ibi erit fletus, &c.* Hoc solum supplicium timendum, non cætera. fol. 96. col. 1. 2.

Dominica 20.

Non nisi rogatus fere miracula edebat vt probaret se non aucupari propriā gloriam. 32. c. 1. *Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus.* Imo nulli alteri sic credendum, cum cæteri mendaces sint, multa hac de re habes a fol. 76. & seqq. Vide etiam de his verbis 85. c. 1. *Abijt ad eum, & rogabat, &c.* Labores nos ad Deum deducunt. 232. c. 3. & seqq. vbi licet expendere miseram hominum conditionem, qui non nisi afflicti Deum quærunt. fol. 234. c. 2. 3.

Dominica 21.

Proponitur in hoc Euangelio iustitia, quæ maxime decet veros Principes, de qua re multa habes a fol. 87. c. 4. & seqq. *Voluit rationem ponere cum seruis suis.* Vide quomodo iudicium facturus, illud rationem appellet, quia iustitia debet fundari in ratione, & omni prorsus passione carere. 88. c. 1. 2. *Oblatus est ei vnus, qui debebat, &c.* Nihil nisi diuina beneficia possumus Deo exprobrare. 108. c. 2. Tot sunt bona, quæ Deo debemus, vt nihil possimus inuenire pro solutione, sed ingratitudo tandem id inuenit. 108. c. 3. *Misertus Dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei.* Plus huic seruo cōcessit munificus Dominus, quam ille postulauerat. fol. 319. col. 1.

Dominica. 22.

Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Intendūt placere, & laudare Magistrum, idque faciunt proposita veritate, quia nihil melius potest reperiri in terra, imo etiam in Deo veracitas cæteros titulos videtur excedere. Qua de re multa habes. 74. c. 4. Huic tantum Magistro, qui in veritate docet credendum est, non cæteris deficientibus. 75. c. 1. Quomodo Deus, Deique Filius veritatem diligant. 84. c. 4. Vide etiam pro veritatis commendatione. 85. & 86. Qui veritatis studiosus nō est, nihil boni

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest efficere. 97.c.4. impij aliud docent aliud faciunt, & in alijs puniunt, quod ipsi faciunt at verus Magister in veritate docet, 97.c.3.4. & 98.c.1.2.3 Adulantes Christum conueniunt, quia assentatio præclara quæque labefactare solet. 121.c.2. *Non est tibi cura de aliquo.* Iustitia facienda est pacato iudicio, & sine vila passione. 38.c.1. Iudex, & superior solius rationis, & iustitiæ curam debent habere, & attendere. 90.c.1.2. & 4. & 91.c.1. Neque debet esse acceptor personarum. 91.c.1. & 3. *Non est tibi cura de aliquo.* Iudex magnanimus esse debet vt nulli rei cedat 94.c.3. Neque odio, neque amore ducendus est. 95.c.1. Curam tamen subditorum debet habere non sui, neque alicuius rationis peculiaris. 99.c.1. Magistri, & Prælati libere loqui debent. 116. c.3.4. *Non est tibi cura de aliquo*, sed tantum de iustitia, quæ maxime reperiri debet in supremo viro, qua de re multa habes a fol. 87.c.4. & seqq. Dolendū quod amittatur imago Dei in peccatore, & imago Imperatoris conseruetur in nummismate 68. c.3.

Dominica 23.

Fides tua te saluam fecit. Deus credentes in se, neque fallit, neque deserit. Vide a fol 77. multa hac de re, atque etiam fol. 85. Mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur in solo Christo Domino remedium inuenit. 220. c.4. Morbus quo afflictabatur eam adduxit ad Christum. 232.c.3. & seqq. vbi licet expendere miseriam nostram, qui non nisi afflicti Deum adimus. 234.c.2.3. Nullus, qui fidem suam in Deo collocauit frustratus est. 75. & seqq. & 78.c.2.

Pro Festis Sanctorum.

In die Sancti Andreæ.

Vidit duos fratres mittentes rete in mare. Ideo á Domino vocantur, & eliguntur, quia inuenit eos in proprio officio occupatos. 61. col.3. Vocat Christus hos discipulos e piscationis ignobili officio, vt postea ad supremas dignitates euecti, illius recordentur, nec euanescant. fol.215.col.3. & sequentibus. Cur pauperes piscatores elegit, & vocauit 55.c.1. & 54 c.4. *Faciam vos fieri piscatores hominū.* Dolendum admodum qua facilitate homines ad grauissimum munus prædicandi accedant, & de ineptis ad munera & officia. fol. 63.c.1.2. Et cum Christus statim potuerit facere, sensim, diuque vult vt fiāt Piscatores hominū, at nos statim constituimus, & eligimus non dum factos, quasi sint facti. 323.c.4. & seqq. Escam vel rete ad hanc piscationem Deus administrat, nempe verba sua, quę ore prædicatorum proferuntur. 5.c.2. & seqq. Ex vno in aliud munus proportionaliter assumuntur vt proficiant 48.c.2. *At illi continuo relictis retibus, &c.* Qua alacritate debeamus sequi vocantem Deum. 310.c.3.4. 309.c.1.2. Relinquunt retia, ne ab illis iam aliquid polient iperare 94.c.4. & 303.c.1.2. Quomodo obediendum sit verbo & vocationi Dei. 38 maxime col.3. & seq. Et contra eos, qui non audiunt vide Euangelium Dominicæ Sexagesimæ, & Dominicę in passione. Vide de promptitudine, qua vocanti Deo debemus obedire. 393.c.3.4. Vide etiam fol. 40.c.3.4. Commendatur promptitudo & diligēdi, & obediēdi verbo Dei. 41.c.1.2. Dolendum maxime quod aliquando homines relinquunt maiora, sed minimis detinētur. 48.c.3. Relinquenda sunt ea, quę in terris magni fiunt, nempe terrenæ pllcationes. 49.c.1.2. Et abeundum post Christum ne mundus videat quomodo illius abominationes Deo offeramus. 49.c.3. *Relictis retibus, & patre.* Omnia relinquenda sunt, non aliqua, neque minimis adhærendum dum maiora dimisimus. fol. 53.c.1.2. Non potest quis esse perfectus nisi omnia dimittat. fol. 55.c.4. Nulli alteri fidendum nisi Deo proin de omnia relinquenda, vt illi adhæreamus. 66. & 67. O grau corde cur non sequimini Deum, sicut hi fratres? 289.c.3. Bene ex officio piscatorum piscium ad piscationem hominum assumuntur, sicut enim piscatores non eadem sua retia omnibus piscibus proponunt, neque eandem escam adhibent, sed pro natura piscium sese applicant; sic & prædicatores, ac Præsules debent se accommodare naturis, & ingenijs subditorum. f. 320.c.2. & seq. 316.c.3. 321.c.1.2.

In festo Conceptionis Beatissimæ Virginis.

Nullatenus admittendum peccacum in purissima Virgine, cum illud sordidissimum sit, hæc vero totius puritatis fons. 104.c.2.3. & seqq. *Filij Dauid, filij Abraham.* Hi potissimum parentes Christi dicuntur, quia illis facta fuit de Christo repromissio, vult autē Euangelista ostendere, quomodo Deus promissis steterit, solet enim Deus promissa sua adimplere, sicut habes 74 per multas col. & 75.c.1.2. & 78.c.3.

In Purificatione Virginis.

Etiamsi B. Virgo Mater legi minime esset addicta, id tamen non discutit, sed perfecte obedit legem perficiens, docens veram obedientiam, quæ præcepta non discurit. fol. 39. per tot. & seqq. Perfecta obedientia legem non nouit 44.c.3. Vide etiam pro Virginis obedientia. 44.c.4. & seqq. In alijs obedientia melior quam victima, at hodie, & pretiosa obedientia, & victima. 45.c.3. Vide autem pretium obedientiæ Christi. 45.c.2.

In festo sancti Matthiæ.

Venite ad me omnes, qui laboratis. Maximus sane labor sub peccatis, quæ multo magis quam quid aliud nos infestant. fol. 103.c.2.3. *Tollite iugum meum super vos: iugum enim meum suaue:* Quæ Deus præcipit pauca, & facilia, quæ vero confert multa, & præclaræ. 112.c.1.2. Graue onus, & iugum a natura nobis impositum, at Dei iugum potius nos eleuat, quam deprimat, cum ipse veluti aquila prouocet ad volandum. f. 271.c.4 & 272.c.1.2. *Iugum meum suaue est, & onus meum leue.* 288.c.4. *Discite á me quia mitis sum, & humilis corde* 314.c.2.3. & 4 Impij suaue Dei iugum excutiunt. & iugum diaboli acerbum, & onerosum suscipiunt. 370.c.3.4. & seqq.

In Festo SS. Philip. & Iacobi.

Creditis in Deum, & in me credite. Qui se credit, ac committit Deo non confunditur. fol. 78.c.2. Multaque de confidentia in Deo habes a fol. 76. & seq. per multas paginas.

In Annuntiatione Virginis.

Spiritus Sanctus obumbrabit tibi. Occultandæ maxime sunt virtutes. 31. & 33.c.1. *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Hoc passiuum, fiat, singularem in Virgine denotat obedientiam, sicut habes 40.c.4. In qua annotatione de obediendo præceptis, & verbis Dei multa habes. *Et ecce Elisabeth cognata tua.* Cur adduxerit hoc exemplum Angelus. 71.c.1. *Et regnabit in domo Iacob.* Cur hoc dictum sit, explicatur 314 c.2.

In inuentione Sanctæ Crucis.

Lignum Crucis labores dulcorauit. 132.3. *Sicut Moyses exaltauit serpentem, &c.* 133.c.2.3. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto.* 140.c.1.2. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto.* Præclara hæc natiuitas, qua homines nascuntur sub filiatione Dei, magna dignitas, cum ratione huius originis nos appellet Deus filios. 151.c.3.4. & 152 c.1. Quomodo Deus parentis officium erga filios sic natos exequatur. f. 152.c.3. & seqq. Ratione huius natiuitatis Paulus nos iam homines minime vult esse. 253.c.3.4. & seqq. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto.* f. 226.c.1. & f. 280.c.1.2. Cruce sua nos euexit è terra. 280.c.3. & 281.c.1. Extensis manibus in Cruce omnes ad se vocauit Christus Dominus. 281.c.1.2. Vide quæ habes 282.c.3.2. Crucis virtutem sensere ipsi dæmones. 283.c.1. Ligno Crucis nos prouocat Deus ad superna petenda, & confodit terrenas voluptates. 292.c.2.3.

In festo S. Ioannis Baptistæ.

Congratulabantur ei omnes, lætabantur in sancto omnibus pro futuro, qui ideo ad communes preces à Deo concessus est parenti oranti. 318.c.4.

In festo Sanctorum Petri, & Pauli.

Beatus es Simon Barjona. Vide optimum Dominum, qui dignum laude Petrum commendat, sicut & corripit acriter, cum opus est. 92.c.1. *Tibi dabo claues Regni cælorum.* Ætati delatum est à Christo Domino in hac collatione. f. 166.c.1. *Beatus es Simon Barjona.* In memoriam adducit parentem, vt propriæ conditionis recordetur, nec efferatur dignitate. 215.c.3.4. & seqq. multa hac de re. *Simon Barjona.* In memoriam reuocat parentē, vt in summa potestate humilitatem seruare

Universidad de Deusto
Biblioteca

meminisset, neque super se elevatus evanescceret. 313. per totum.

In Visitatione B. Mariæ.

Abijt in montana cum festinatione. Qua diligentia, & celeritate opera à Deo nobis iniuncta debeamus exequi. 40 & 41. per totum. *Abijt in montana cum festinatione.* 330. c. 1.

In festo Mariæ Magdalenæ.

Stans retro, vt iam deinceps recte ambularet, quæ diu errauerat in via salutis. 308. c. 1. 2. *Capillis suis tergebat & vnguento vngebat.* Gaudet maxime Deus si abominationes Ægyptiorum sibi offerri videat. 49. c. 1. 2. Lachrymis voluit non solum pedes Christi, sed & maculas peccati abluere. f. 104. c. 3 & seqq. Sed multa de hac re 106. c. 2. Diligens tenet pedes Christi, nec dimittere vult dū lauat, & tergit. 110. c. 3 Iure autem luget quę à Deo recesserat. 219. c. 3. 4. Capilli in fœminis præcipuum ornamentum sunt, sed hoc Deo offert dum pedes abstergit. 226. c. 2. *Dimittuntur tibi peccata multa,* id est, omnia, quia Deus non dimidiatam salutem, sed perfectam operatur. 69. c. 4. & seqq. Sunt enim Dei perfecta opera. f. 68. & seqq. *Vides hanc mulierem?* Vult attendi sanatam, & mundatam mulierem, in qua neque cicatrix remāsit priorum vulnerum. 70. c. 1. 2. 3. *Quoniam dilexit multum.* Nobiliori quidem modo Deū attingimus amando, quam cognoscendo. f. 185. col. 1. insuper diligendo breui tempore multum proficimus. 185. c. 2. Amor Magdalenæ probatur. 185. c. 3. Vexillum Diuini amoris in anima istius mulieris erigitur dū iam nihil aliud diligit, & omnia contemnit. 185. c. 4. & 186. c. 1.

In festo sancti Iacobi.

Nescitis quid petatis. Quia premia apud Deū non dantur nisi laborantibus. 59 c. 2. 3. Nesciunt etiam quid petant, eo quod sedes in terreno regno, quod reputabant, quærebāt, cum in terra omnia instabilia sint, & detectuosa. 66. 67. per multas col. Nesciunt etiam quid petant, dum postulant ratione carnis, & sanguinis sibi concedi sedes, quæ non nisi iustitia distribuuntur à Deo, de cuius iustitia multa habes a fol. 87. c. 4. & seqq. In hoc vero responso docuit Christus quod supremus Iudex absque passione iudicare debet. 88. c. 1. 2. *Nescitis quid petatis;* Quia contra iustitiam petitis. 88 c. 4 & 89. c. 1. *Non est meum dare vobis:* Quomodo ex alio euangelij loco intelligatur. 90. c. 1. & c. 4. Cedit in ignominiam supremi viri, & iudicis si ab illo iniusta postulentur. 93. c. 4. Christus autem sicut neque amore ducitur, neque etiam alio respectu singulari flectitur. 95. c. 1.

In festo Sancti Laurentij

Qui amat animam suam perdet eam. 52. c. 3. *Qui amat animam suam, &c.* 1. Qui in delitijs, & otio patitur esse animam suam mortem sibi conciliat. 61. c. 1. 2. *Perdet eam:* Quia peccando sibi maxime nocet. 102. c. 4. & seqq. & fol. 104. c. 1. Quod possumus explicare ex Psal. *Qui diligit iniquitatem odit animam suam.* 104. c. 1. *Qui vult animam suam saluam facere.* O quanti a nobis facienda est anima, quam Deo tanti facit, ideoque eam vnicam nobis concessit. 187. c. 4. 188. c. 1. Qui vult animam suā saluam facere, perdet eam, quomodo non perdet, quando Dei doctrina, & bonitas nobis illucescit per labores fol. 224. col. 3. 4. & seqq.

In Assumptione B. Virginis.

Sedens secus pedes Domini, &c. Aderat Maria capta dulcedine verborum Christi, de quibus. 339. c. 1. 2. Quid illi opus erat vagari, aliudve quærere, quæ apud se habebat bonorum omnium bonum. 219. c. 3. & seqq. Vbi multa latissime de hac re, & quomodo qui Deum habet nihil amplius quærere debeat, de quo etiam vide. fol. 54. c. 4. & 199. c. 1 & 208. c. 3 4. *Martha Martha sollicita es &c.* Etiāsi fuerit exceptus ad conuiuandum in domo illius mulieris, tamen libertatem in arguēdo ostendit, quæ maxime decet publicos viros. 115. c. 3. 4. & seqq. vsque ad fol. 119.

In Decollatione Ioannis Baptistæ.

Non licet tibi. Væ principi, qui alijs est in ruinam. 325. col. 1. 2. Non reueretur Ioannes Regē, quia Rex impius honoris titulus est, sine honore. 323. c. 4. Infelix Respublic. vbi Princeps pro voluntate, non pro ratione, & iustitia operatur. fol. 324. c. 1. Debet Princeps alijs esse melior, proindeque eum non licet male operari. 323. & seqq. per multas col. vbi ostenditur nihil turpius esse, quam loco præeminere eum, qui vita infimus sit. fol. 323. col. 3. 4. Rex debet alijs pro norma viuendi esse, vnde non licet ei impie agere. fol. 312 col. 4. Et de impio Rege male operante fol. 313. col. 1. Non debent Principes superbire ne excedant in actionibus. 313. c. 1. Non sunt Reges plus timendi quam Deus, proinde eis debet proponi lex Dei. 40. c. 2. Ioannes fortis animo restitit Principi; modo omnes fere adiudicant Principi. fol. 97. col. 1. 2. Principes putant omnia illis pro voluntate licere. fol. 97. col. 3 Magnum vtique malum cum ij, qui alios docere, & regere tenentur magis delinquunt. fol. 98. c. 1. 2. Decet Apostolicos viros insurgere contra publice peccantes, sicut Ioannes hoc loco fecit, non vero indulgere. 115. c. 3. 4. & seqq. per multas columnas. Et cum non liceat assentari, & adulari turbis, ac populo, multo minus licet Principibus fol. 117. col. 1. Optimum sane perdere amicitiam Regum propter veritatem libere propositam f. 117. c. 3. Sunt qui dicant litere Principi quidquid voluerit. 117. c. 4. Non arundo, sed columna probatus est Ioannes dum libere redarguit Principem. 120. c. 1.

In festo S. Matthæi.

De prompta obedientia, qua vocatus Matthæus secutus est vocantem Christum. fol. 38. maxime colum. 3. & sequentibus. Secutus est Christum qui vere via nostra est. 312. c. 1. Qua alacritate vult vt eum vocantem sequamur. fol. 309. c. 1. & 310. c. 1. 4. Vide quomodo Deo vocanti obediendum sit. 39. c. 3. 4. & seqq. Diligentia in obediendo Deo vocanti commendatur. fol. 41. c. 1. 2. Vocat Christus hunc hominem é telonio, ne postea turpis lucri, & officij immemor in dignitate efferatur. 215. & seqq. 216. & sequentibus. Quam facile vocantem Dominum sequuntur ij, qui radices in terra fixas non habent. 289. col. 2. Contra eos, qui non audiunt, neque obediunt Diuinæ vocationi. Vide Euangel. Dominicæ in Sexages. & Dominicæ in Passione. O graui corde cur non sequimini vocantem Deum? 289. c. 3. *Præteriens vidit hominem sedentem in telonio.* fol. 290. col. 2. 3. Quam bene terrena lucra dimisit, vt maiora lucraretur. fol. 293. c. 2 In. 6 & qui diuitias propter Deum dimisere, melius sic possident. 293. c. 3. Prius diuitiæ deserendæ quam nos deserant. 295. c. 3. Præclarum exemplum nobis reliquit Matthæus dum omnia relinquens secutus est Dominum. f. 297. c. 3. 4. Secutus est Christum præeuntem, & facem deferentem per tenebras huius vitæ, non quasi Dominus, sed quasi seruus esset. 298. c. 1. *Et surgens secutus est eum.*

In festo S. Michaelis.

Aduocans Iesus paruulum. Sæpe Christus paruulos ad se aduocabat, & qua ratione hoc fecerit. 156. c. 1. 2. *Nisi efficiamini sicut paruuli.* Hoc dicto maximam docet humilitatē. 314. c. 1. Sancti Angeli nostrum non dedignantur ministerium, & custodiam. f. 41. c. 1. Quia Deo sumus pretiosi nobis Angelorum tutelam concessit, de qua vide 187. c. 4. & seqq. Angelos custodes nobis attribuit, ne quid à nostro commodo cessare videatur in cælis, seu de cælis. 189. c. 1. Periculosa est huius vitæ via, proinde indigebamus comitibus, custodibus, imo ministris. fol. 189. c. 1. 2. *Angeli eorum semper vident faciem Patris.* 189 c. 2. & 190. c. 4. Angeli pro nobis non dedignantur facere, id quod homo pro alio homine, etiam fratre recusauit. 190. c. 1. 2. Reges nos reputat Deus dum custodiam attribuit, quę solis Principibus adest. 190. c. 2. *Angeli eorum,* id est, qui nostras res procurant, nostra postulata deferunt, & à Deo concessa referūt. f. 190. c. 4. & 191. c. 1. 2. Angeli nostri nobis adsunt fortissimi. f. 191. c. 3. 4. Proinde non succumbamus. 192. Vide etiam verbum Angeli. Angelis debemus maxime gratulari. f. 192. col. 2. & seqq.

In festo S. Bartholomæi.

Exijt in montem orare. Maxime conducit ad virtutem egredi à temporalibus. fol 49. col. 3. & sequentibus. & fol. 51. col. 4. *Exijt in montem orare.* 279. c. 4.

In festo Apostolorum Simonis, & Iudæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc mando vobis vt diligatis inuicem. 72.c.3.4. Hoc mandatū de diligendo proximo, quod alibi nouum dicit, quomodo nouum sit existimandum. 161.c.4. & seqq. *Si opera non feciſſem in eis, &c.* Opera Christi testabantur ipsum esse Filium Dei, quia perfecta sunt Dei opera: multa habes a fol. 70. & seqq. per multas col. Odio habuerunt me gratis. fol. 183. col. 1.

In festo omnium Sanctorum.

Cur in monte primam concionem habuerit Christus Dominus. fol. 279. col. 2. In hoc Euangelio cuilibet afflictioni peculiare respondet præmium, sic enim consuetuit Deus facere. fol. 239. col. 2. Facili vero pretio nobis largitur æternum præmium. 239 col. 3.4. Vide quantum excedat præmium omnes ærumnas, & afflictiones, quæ referuntur. fol. 246. col. 3. 4. *Aperiens os ſuum docebat, &c.* Aperit iam os, qui diu tacuerat, & silentium honorauerat, vt melius audiretur loquens. fol. 75 col. 4. *Aperiens os ſuum.* Libere agendum est in docendo, multa habes a fol. 115. col. 3. 4. & sequentibus. Et contra eos, qui tacent, nec reprehendunt. fol. 119. per totum. *Beati pauperes, &c.* Imo diuites, qui Deū possident, & quænam futura sit hæc paupertas spiritus. 53.c.1.& sequentibus Quomodo non diues pauper, qui paupertate sua pretiosa bona emit. 54. c. 3.4. *Beati pauperes* fol. 55. col. 1.2. Vbi peculiariter de hoc argumento agitur. Vide etiam colum. 4. vbi hic locus explicatur. *Beati pauperes.* Cur a paupertate exorsus fuerit Christus Dominus prædicationem suam. fol. 57. col. 2. Beati dicuntur pauperes, quia iam per paupertatem probati sunt. fol. 57. col. 3. Virtus paupertatis consistit in abscindendo desiderio habendi. 58. col. 1. *Quoniam ipſorum est regnū cælorum.* Cur in nouo testamento promissio de cælestibus primum facta fuerit. fol. 140. col. 1. Vide etiam hac de re. fol. 332. c. 1. 2. *Beati pauperes.* Vtpote cælo aptissimi f. 290. c. 3. & Deo similes. 296. c. 2. & seqq. *Beati mūdo corde.* 199. c. 3. *Beati eſtis cum maledixtrint vobis.* Hæc est benedictio Christi. 231. c. 2.

In communi vnius Martyris.

Si quis vult venire poſt me. Nostram expectat voluntatem, vt eam remuneraret. fol. 42. c. 2. 3. *Si quis vult venire.* fol. 59. col. 2. 3. vbi multa de hac re. Cum posset nos obligare ad sui sequelam, hoc nostræ voluntati remittit, vt sequendi gloria ad nos redundaret. 153. c. 1. 2. vide etiam 64. c. 1. *Tollet crucem ſuam.* Labores sunt via ad Deum. fol. 232. col. 1. 2. Magna Dei beneficentia, qui laboribus quos etiamsi nolimus, passuri sumus nobis cælum tribuit. 239. c. 3. Laborantes, & crucem ferentes vult nos sequi, ne detineamur in delitijs. 241. c. 4. *Abneget ſemetipſum.* 47. col. 4. Abscindat à se superflua, & quæ alioqui detinere possent sequentem. 48. c. 3.4. Homo interior exteriori abnegandus est, non animus diuidendus. fol. 49. col. 3.4. Abnegare se est non remanere a pud se. f. 49. col. 4. Abnegare se non est occidere se, sed in melius se sacrificare. 50. c. 1. Abnegare se est migrare extra se. 31. c. 3. Abscindenda sunt fortia animo quæ nos detinere possunt ne sequamur Christum. fol 52. col. 2. Multi volunt venire ad Christum, pauci post Christum. f. 60. col. 1. *Abneget ſemetipſum.* Pristinam deserat, ac derelinquat conuersationem. 292. col. 3. *Et ſequatur me.* Præit Dominus lucem præferens non tanquam Dominus, sed veluti seruus. 298. c. 1. *Sequatur me.* fol. 303. col. 1. Pulchra sunt, quæ de hac sequela habentur. fol. 303. col. 2. & sequentibus. & fol. 304. col 1. 2. *Sequatur me.* Quia ipse nobis factus est Dux, ægre fert si alium sequamur. fol. 308. col. 2. Qua alacritate à nobis vult sequi. 309. col. 1. Ipse enim est via nostra. fol. 312. col. 1. Bonus Princeps alios debet præire, & sequendum se exhibere 321. c. 4. & sequentibus.

In commnni vnius Martytis tēpore Paschali.

Ego ſum vitis, & vos palmites. fol. 370. col. 1. & fol. 208. col. 3. Totum bonum nostrum ex Deo prouenit, quod Deo adhæreamus, vnde væ nobis cum ab illo recedimus. fol. 346. col. 4. & sequentibus. A Deo postulare debemus vt gressus nostros dirigat, ac iuxta virtutem operemur. fol. 60 c. 1. 2.

In communi Doctorum.

Vos eſtis ſal terræ. Cum sal sapientiæ symbolum sit, solos sapientes docere, & gubernare decet. fol. 324. col. 2. Salis asperitas temperanda benignitate lucis fol. 321. col. 2

Sal vt pungat, & non delectet. fol. 7. col. 2. Et contra eos prædicatores, qui instar musicorum sunt, & solam delectationem audientium quærunt. fol. 7. col. 3. Sal intima peruadit, proinde verbum Dei sagittæ penetranti assimilatur. fol. 8. col. 3 Et quia sal mordet, verum salem fugiunt homines, cū tamen olim maxima alacritate ad audiendum verbum Dei properarent. fol 11. col. 4. & sequentibus fol. 17. col. 2. 3. Sal mordax, & pungens est, infatuatum vero, & stultū redditur ab aliquibus. fol. 23. col. 1. & fol. 24. col. 1. Ij qui sunt sal, id est, sapientes, non possunt placere stultis. fol. 24. col. 1. Contra prædicantes placentia, nec fungentes munere salis. fol. 24. col. 1. 2. & fol. 121. c. 2. & sequentibus. Contra eos, qui opus salis non faciunt arguendo. fol. 115. col. 3. 4. & sequentibus. Vide etiam fol. 117. & 118. Contra eos, qui vitiose tacent cum debeant loqui. fol. 119. per totum. & 120. Sal mordax est, proinde viris Apostolicis licet aliquando irasci. fol. 120. col. 3. Neque officit si aliquando sal male audiat, neque desistendum ab officio. 121. c. 1. Nam hoc fit ab imprudentibus, quia prudentes tali asperitate gaudent. fol. 122. col. 2. 3. *Vos eſtis lux mundi.* Vita hæc multis periculis obnoxia, proinde luce præeunte opus est ad docendum viam, lux autem nisi doceat, de erroribus aliorum reddet rationem. fol. 334. col. 4. Væ autem luci, quæ alijs in ruinam est. fol. 325 col. 1. 2. Hoc tamen aduertendum, quod lux Apostolica non tantum lucere debet, sed ardere. fol. 325. col. 3. 4 Lux item cælestis non lucet tantum, sed influit in inferiora, quod etiam debet facere lux Euangelica. fol. 326. col. 2. Lux, & illuminat, & accendit. fol. 326. col. 2. 3 Lux solis rebus se accommodat, sic & lux Euangelica. fol. 320. col. 4. & fol. 321. col 1. Lux communis omnibus est. fol. 321. col. 1. Deus, qui vera est lux actiomata sua hoc in loco largitur suis. fol. 312. col. 1. Lux nihil obscurum habere debet vt alios illuminet. fol. 321. col. 4 fol. 322. col. 4. & sequētibus. *Vos eſtis ſal, vos eſtis lux.* Quorum vtrūque sui detrimento alijs prodest; sic & Præsul, ac Magister non proprijs commodis, sed suorum subditorum commodis debet intendere. fol. 319. col 3. 4. & fol. 320. col. 1. 2. Lux alios debet præire. fol. 321. col. 4. & sequent. *Vos eſtis lux mundi.* A Diuina tamen luce illuminati, vnde Dei doctrinam, & veluti viscera communicant fidelibus. fol. 24. col. 3. *Vos eſtis ſal, &c. non poteſt ciuitas abſcondi, &c.* His similitudinibus declaratur quid superiores alijs esse debeat, alioqui melius esset in imo sedere. fol. 323. c. 2. 3. & seqq. *Non veni ſoluere legem, &c.* Hac de re multa habes 160. & 161. Vbi ostenditur quod non sint leges abrogandæ. *Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant.* Ea, quæ à Deo prædicta sunt, vel promissa necessario sunt adimplenda, quia Deus veracissimus est. Multa hac de re habes a fol. 74. & sequentibus per multas paginas.

In communi Confessorum Pontificum.

Vocauit ſeruos ſuos. Ad se allicit, & vocat etiam renuentes. f. 373. c. 2. & seqq. *Tradidit illis bona ſua.* Tanta bona Deus dat homini, & ipse adhuc malus est, bona vult habere, & bonus non vult esse. fol 105. c. 3. Cum Deus liberaliter nobis bona sua tribuat, ingratitudo nostra inuenit quid illi male reddat. 108. c 2. 3. Etiam malis talenta sua largitur, quia omnibus benefacit. 173. c. 4. Eorum bonorum, quæ habemus Deus est Dominus, nos vero inquilini. 193. c. 1. Ij vera bona habent, qui eis vti nouerunt. 295. c. 4 Magna Dei benignitas, qui etsi nouerit nullatenus pro futurum malum seruum, commisso sibi talento, non destitit ei tradere. f. 334. c. 4. & seqq. Sed miseri, qui traditis talentis non proficiunt. 335. c. 2. Talenta a Deo tradita impijs violenta apud eos detinentur, 335, c. 3. Contra eos, qui ingrati sunt bonis a Deo acceptis. f. 335. c. 2. Talentis commissis non respondere ingratissimum. fol. 367. & 368. Talentis Dei abuti in illius offensam impijssimum. 336 c. 2. & sequentibus. Inuerecundus debitor qui pro acceptis bonis mala reddit. 107. col. 3. Per talenta etiam intelliguntur verba Dei audita quæ in nobis debent multum proficere. fol. 8. c. 2. *Vnicuique ſecundum propriam virtutem.* Debet Princeps, & Rex suorum naturas, & ingenia agnoscere. 320. c. 2. Sollicitus, non deses, & otiosus debet esse, qui talenta accipit ne damnetur cum illo, qui talentum abscondit. fol. 59 c. 1. & sequentibus. & fol. 60. col. 3. Etiam inutili seruo talentum tribuit, vt suam liberalitatem ostenderet, sicut & multa inutilia condidit. fol. 68. Neque tamen ideo culpandus, si talentum tradidit, quo ille damnatur, sicut nec damnatur Deus, quod metalla condidit vnde fabricantur idola. fol. 68. col. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

Alij quidem dedit quinque, alij duo, &c. Cur hoc modo distribuerit. 71.c.3.4.

In communi Confessorum.

Sint lumbi vestri præcincti, &c. Maxima prõptitudo ad præstolandum Deum eiusque implenda præcepta, hoc habitu demonstratur. fol. 40. & 41. per totum. Colligendæ sunt vestes ne terram attingant, & abstrahendus animus a terrenis. fol 47. col. 3.4. & sequentibus. Vide fol. 49. col. 3.4. *Si sciret Pater familias qua hora fur veniret.* A cura, & sollicitudine, qua homines terrena seruare, & custodire solent, rem deducit ad salutem animæ. 197. c.2.

In communi Abbatum.

Ecce nos reliquimus omnia. Omnia impedimenta sunt auferenda, vt quis saluti, & officio suo incumbat. fol. 40. col. 1. Quomodo omnia mundana relinquenda sint. fol. 47. c. 3. 4. & sequentibus. Multi magna relinquentes minimis detinentur. 48. c. 3. & 53. c. 1. 2. & 58. col 1. Abscindenda superflua ne nos detineant 48. c. 3. Quæ maxime diligimus, ea debemus relinquere. f. 48. col 4. & seqq. Omnia relinquenda, non diuidẽdus animus. 49. c. 3. & 4. & 50. c. 1. *Reliquimus omnia.* f. 53. c. 1. Ipsæ etiam cupiditates resecandæ sunt. 53. c. 1. & seqq. Vide etiam quæ habes. 54. c 3. 4 Non potest quis esse perfectus nisi omnia dimittat. 55. c. 4. Paupertate, & dimissione omnium temporalium probantur homines, vt apti ad res cælestes reperiantur. 57. c. 3. 4. Relinquenda sunt omnia vt bonum bonorum (id est Deum) assequamur. 222 c. 1. *Reliquimus omnia.* fol. 72. c. 2. Relinquenda temporalia ne nos detineant. 294. c. 3. 4. & sequent. Vide etiam quæ hac de re habes. 297. c. 3. 4. Quam bene pauca relinquere, vt plura assequerentur. 293. c. 2. Relinquamus temporalia antequam nos deserant. 295. c. 3. Et quia nos deprimunt. 290. c. 3. 4. & f. 291. Facile vocantem sequuntur, qui radices in terra non habent. f. 289. c. 2. Temporalia relinquenda sunt. 282. col. 3. & 283. col. 2. Ne humi remaneamus relinquamus onera. f. 283. c. 3. 4. vbi dicta verba *Reliquimus omnia* explicantur. Relinquenda omnia pro vno bonorum bono 244. per totũ. Cælo vicinus redditur, qui terrena reliquit. 247. c. 3. Debet quis se exoluere à terrenis vt Deum sequatur. 196 c. 3. Vide multa hac de re. 197. & 198. & 208. col. 3. 4. *Ecce nos reliquimus.* Summa celeritate, & diligentia sequendus est Deus. 309. c. 1. & 310. c. 3. 4. *Secuti sumus te.* Tu enim es via. f. 312. c. 1. Et quia nobis factus est dux etiam viæ, ægre fert si alium sequamur ducem. 308. c. 2. 3. O graues corde, qui non sequimini. fol. 289. c. 3. Quomodo sequendus sit Christus. f. 285. c. 3. 4. & sequentibus per plures paginas: Sequi in Scriptura est imitari; at nullus melius Deũ imitatur, quam qui omnia reliquit. 296. col. 1 2. Particula *ecce*, denotat gaudium in relinquendo, & sequendo, quod Deus magni æstimat. 50. c. 3. Relinquere terrena, est negotiari cum Deo. 51. c. 2. Relinquenda omnia, & te quoque debes relinquere. 51. c. 3. 4. & 53. col. 4. Debitorem se constituit Deus ijs, qui omnia relinquunt. 51. c. 3. Fortis autem requiritur animus vt relinquatur omnia. 52. c. 2. Duplex labor indicatur in relinquendo omnia, & sequendo Deum: relinquere, scilicet, vitia, & sectari virtutem. 52. c. 3. & 53. c. 1. Sequendus Christus per vestigia quæ nobis reliquit impressa. 59. c. 3. 4. *Secuti sumus.* Multi volunt venire ad Christum, pauci vero sequi. 60. c. 1. & seqq. Firmet Deus gressus nostros vt sequamur Christum. 60. c. 1. 2. *Quid ergo erit nobis?* Bene collocatam, & fixam habetis spem. f. 66. & 67. per multas col. Cælo vicinus statuitur qui omnia reliquit. 247. c. 3. Qui terrena dimittit, Diuinis se credit promissionibus 79. c. 2. Sancti expediti, & tanquam peregrini tendunt ad cælum relictis omnibus. fol. 243 c. 1. 2. & sequentibus.

In communi Virginum.

Simile est Regnum cælorum decem Virginibus. Virginitatis laudes, cui virtus, & salus nostra in hoc Euangelio comparatur, habes fol. 33 c. 3. & sequentibus. Acceptis lampadibus præstolantur sponsum, periculum vero propriæ fragilitatis in Virginibus denotant lãpades, vide 34. c. 2. 3. Castitas tanquam vnica, & cristalina maxime custodienda est. 55 c. 4. Ideo cælorum regnum Virginibus comparatur, quia omne terrenum pretium excedit virginitas. f. 36. c. 1. 2. Bene confertur regnum cælorum virginibus, quia virgines mulierum statum, & conditionem excedũt, proinde & Ecclesiam, quæ refert cælum adumbrare po[illegible]unt. f. 361 c. 4. Stultæ dicuntur Virgines illæ quinque, quia vera scientia constat ex scientia agendorum, & eorum, quæ spectant ad salutem. 112. c. 1. Stultæ virgines peccatores significant, est siquidem peccatum stultitia. 134. c. 2. 3. Stultæ Virgines tandem prudentes erunt vt cognoscant defectum olei, quando eis minime proderit. 134. c. 4. Fatuæ, & stultæ, quia de futuro minime cogitarunt, contra vero prudentes, & sapientes faciunt. 134. c. 4. & seqq. Prudentia enim a prouidendo dicta est 135. c. 1. Imprudentes, & stulti tandem malo suo prudentes erunt. 35. c. 2. *Exierunt obuiam sponso, & sponsæ.* Exeundum est è turbis seculi, vt possimus Deum inuenire, & excipere. fol 49. c. 3. & 51. c. 3. 4. Imprudentes virgines referunt peccatores, qui stulti sunt. 108. col. 4. & fol. 107. c. 1.

In communi Virginum.

Simile est regnum cælorum thesauro abscondito. Virtutes sunt pretiosæ margaritæ, quas debet Christianus, imo & qui homo est auidissime inquirere. Multa habes a fol. 29. c. 4. & 30. per tot. *Inuenta vna margarita, dedit omnia bona sua.* 54. c. 3. Qua de re & quomodo dãda, & relinquenda sint omnia bona, vide multa in Euangelio Abbatum. 161. *Ecce nos reliquimus omnia.* Debet Christianus esse sollicitus negotiator, non deses, & otiosus. f. 19. c. 1. & seqq. Thesaurus absconditus latet in agro laborum. 239. col. 4. Thesaurus iste cum sit cælestis meretur, vt ibi sit cor nostrum. f. 243. c. 4. & seq. Et ideo pro illo relinqueuda omnia. 244. c. 1. Ignominiosam relinquamus mercaturam, vt optima lucremur mercaturam. 296. c. 1. Ideo thesaurus hic abscõditur vt quæratur, pretiosa enim oblata vilescunt. 346. c. 1. 2. Thesaurus inuentus summa cura custodiendus est. 31. c. 3 & sequentibus. *Similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera.* Vetus lex noua etiam dici potest, sicut & noua vetus. f. 164. per tot. maxime col. 3.

In Missis de beata Virgine.

Beatus venter, qui te portauit. Impijnduruntur cælesti doctrina Christi, vt patet in ijs, qui eum hoc in loco blasphemabant, at deuota mulier emollitur, & inflammatur. 19. c. 1. *Quin imo beati, qui audiunt verbum Dei.* Multa pro audiendo verbo Dei habes in Dominica Sexagesimæ, & in Dominica Passionis. Vide etiam 41. & 42. per totum.

Pastores loquebantur ad inuicem. Cur pastoribus prius quam alijs hominibus Natiuitas Christi annuntiata fuerit. 57. c. 3. *Et venerunt festinantes.* Quanta diligentia sit obsequendum Deo vocanti. 41. c. 1. 2. *Venerunt festinãtes;* imo lætantes, est siquidem obedientia læta, & hilaris. f. 43. c. 1. In via Dei non standum, sed ambulandum, & currendum. fol. 59. col. 2.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca